



VE RI
TAS





[Anonymi]

# GLOSSARIUM LATINUM

## BIBLIOTHECAE PARISINAE ANTIQUISSIMUM

## SAEC. IX.

DESCRIPSIT PRIMUM EDIDIT, ADNOTATIONIBUS ILLUSTRAVIT


Gustav Friedrich

PROF. DR. G. F. HILDEBRAND,

SCHOL. TREMON. PRORECTOR.


---


GOETTINGAE,

SUMPTIBUS BIBLIOP. DIETERICHIAN.

MDCCCLIV.

1861, Jan. 1.
Gray Fund.
$ 1.37½

GOTTINGAE
TYPIS EXPRESSIT OFFICINA ACADEMICA DIETERICHIANA.
GUIL. FR. KAESTNER.

# PRAEFATIO.

Glossaria et latina et graeca quantum valeant ad scriptores veteres recte explicandos, ii omnes probe experti sunt, qui accuratius in iis indagandis, enucleandis, emendandis versati sunt. Ea enim quamquam negandum non est multa continere, quae tam trita tamque inepta sunt, ut vix tironibus tradi queant, multa tamen alia in iis inveniuntur, quae doctissimos, qui putantur, homines effugiunt, tamque clarum lumen locis difficillimis non raro afferunt, ut omnes omnino interpretum ineptias semel pellant. Quod qui melius intelligere quaeque sit glossariorum vis usu experiri ipsi volunt, in eos inquirant necesse est scriptores, qui et antiquae et recentiori, quam dicunt, latinitatis aetati adscribuntur. Glossaria enim cum eo consilio conscripta esse primum videantur, ut verba prisca et ab usu quotidiani sermonis iam diu intermissa vel semel tantum usurpata vel singulari quadam significatione dicta aliis iisque usitatis explicarentur; summa autem recentioris aetatis scriptoribus cum antiquissimis necessitudo intercedat ea, quod iisdem fere posteriores utuntur vocabulis, quibus antiqui, mirum esse nequit, iis potissimum ad glossaria refugiendum esse, qui Plautum, Terentium, Varronem eiusque aetatis scriptores explicant, aut Apuleium, Frontinum, Tertullianum iisque similes interpretantur. Ita non raro fit, ut, quae plane inusitata et a grammaticis ficta tantummodo prius putabantur, glossis postea comprobata sint, alia, de quibus diu inter viros doctos disceptabatur, hodie nihil dubitationis habeant. Hoc quam verum et grave sit, etsi saepius est a viris prudentissimis intellectum, propter magnam tamen eorum, quae puerilia et inepta videbantur, molem, multi erant, qui studium in glossariis ponere insolenter recusabant, quippe non considerantes, eos linguae latinae peritos dici non posse, qui in solo Cicerone, Virgilio aliisque id genus scriptoribus versatos se esse gloriantur, sed qui in totam latinitatem ab ultimis temporibus profecti inquisiverunt.

Altera huc accedit causa, cur tam diu glossaria, prae ceteris latina, contemptui fuerint. Erant enim multi interpretes, Elmenhorstium dico, Woweranum, Barthium, Ouzelium alios, qui, glossariis diligentissime pertractatis, obsoletissima quaeque venati scriptores ita depravabant et proprium eorum dicendi colorem ita inducebant, ut, qui postea eos interpretabantur, viri docti magno eoque satis excusando horrore afficerentur, et quod a singulis hominibus peccatum erat, non istorum, ut fieri assolet, insulsitati, sed libris, ex quibus tot ineptiae erant depromptae, vitio verteretur, nec hodie desunt, qui hominem glossaria investigantem cum fatuo ac nugatore eundem esse opinentur. Quam bene in nostra quoque tempora cadere videatur Ruhnkenii vox, quem suae iam aetatis hominum et negligentiam et insolentiam in hoc ipso litterarum genere deplorasse legi-

mus in praef. ad Apuleii Metamorphos. T. I. p. III.: „Etenim bona pars eorum, quae a Gellio et Appuleio licentius insolentiusque ficta videri possint, a Grammaticis antiquis, maxime a Glossographis, conservata reperitur. Quidni igitur reliqua, quorum nullum apud Grammaticos, qui nunc supersunt, vestigium est, pari auctoritate niti dicamus? Qua de re liquidius iudicari poterit tum, cum quis iuniorum Literatorum, qui nunc subitariis Coniecturis edendis famam venantur, sese ad eam laboris, etsi non nimis grati, tamen literis et laudi suae magis profuturi, ad eam igitur laboris patientiam sese durarit, ut Glossaria latina, in Leidensi bibliotheca latentia, quibus nihil usquam vel vetustate vel praestantia simile reperias, e tenebris in lucem vocet, linguam latinam, de cuius inopia vetus querela est, aliquot mille vocabulis ac formis, nondum cognitis, locupletet. Quanquam, quae iuventutis nostrae mollities est, magnopere vereor, ne haec surdis auribus canam."

Nec tamen in sola hominum doctorum arrogantia causam quaerendam puto, quod iusto diutius glossaria latina latuerunt. Accedit, quod raro in bibliothecis publicis, etiam locupletibus, eorum editiones inveniuntur, ut a paucissimis cognosci ea liceat; a privatis autem hominibus et propter exemplarium, quae publice venumdantur, inopiam et propter sumptuum magnitudinem etiam rarius comparantur. Itaque plurimi liquidius de hoc litterarum genere iudicare nequeunt, quia fando tantum de eo audiverunt.

Ex his, quae modo disputavi, efficitur, quantam linguae latinae studiosis utilitatem is allaturus sit, qui accuratam et quoad eius fieri possit integram glossariorum latinorum editionem in lucem proferre conabitur. Quae enim prodierunt editiones, eae et exiguam partem continent, ut glossarium, quod dicunt Labbaei et Bon. Vulcani, et minus provide et emendate sunt confectae, uti edd. Paris. et Londin.: Du Cangii vero mediae et infimae latinitatis glossarium potius ad novissimae aetatis scriptores pertinet ac plurima vocabula omisit, quae in antiquissimis et posterioribus scriptoribus inveniuntur, ut recte dolendum sit, Henschelio, qui novam huius libri editionem parat, aut animum aut otium non fuisse, omnes conferendi glossariorum codices, qui plurimi in bibliotheca Parisina Regia nondum collati reperiuntur, quamquam aliquot in suum usum convertisse eum magna cum laude profitendum est.

Nec tamen ignoro, quam caute is, qui hoc litterarum genere occupatus est, in glossis edendis et explicandis versari debeat. Prorsus enim dubito, omnia, quae in glossariis leguntur, vocabula ex scriptoribus latinis esse deprompta; certe de glossis, quae dicuntur, graecolatinis id dixerim. Nam qui vocabula graeca latinis interpretari studuerunt grammatici, ii id mihi minus egisse videntur, ut usitata et revera a Romanis usurpata ponerent, quam ut ad significatum et formationem accuratissime ea explicarent, ita ut non raro vocabula substituerent ipsi, quae quamvis ad grammaticae regulas probata sint, numquam tamen in usu fuisse persuadeatur. Quamquam hoc pro certissimo enuntiari nequit, quoniam multi vetustissimorum scriptorum libri perierunt. Mihi vero ut haec dubitatio afferretur, effecit cum summa horum glossariorum inter sese discrepantia, quae in aliquot saltem mira est, tum quod ubique studium cognosci potuit glossa-

torum, ex verbo graeca vertendi, non additis, id quod alias fieri solet, usitatis ac communibus vocabulis. Hoc prae ceteris in glossarium Laudunense vetustissimum cadere videtur, quod Parisiis, Villemannio iubente, eo, quo ibi versabar, tempore missum accuratius perlustrare summa Hasii et Champollionis VV. DD. humanitate mihi licuit. Ita mihi quidem persuasum est, talia vocabula tum tantum linguae latinae vindicari posse, si aut ex aliis iisque latinis glossariis aut ex scriptorum locis comprobari possunt. Plane alia est glossarum mere latinarum ratio. Eae enim cum interpretationis causa a glossatoribus collectae sint, nova et suo ipsorum ingenio ficta protulisse ii vocabula vix putandi sunt, quod iis non erat, cur talia comminiscerentur, habentes quippe, quo pro captu suo et eruditione inusitata ac plane nova vel scitu digna explanarent.

Nostris vero temporibus in hanc glossariorum summam gravitatem animos virorum doctorum denuo attendisse, meritum est Maii, ex quo optimas Placidi glossas in lucem edidit. Eae quantum mihi utilitatis attulerint in editionibus Apuleii et Arnobii parandis, vix dicere possum, ita ut inde mirifico glossas indagandi et detegendi studio accenderer. Quod ne vanum esset, superiorum permissu ac singulari liberalitate mihi contigit. Cum enim duodecim abhinc annos publicis sumptibus largiter adiutus, ut patrum, qui dicuntur, latinorum codices conferrem, per sex fere menses Parisiis versabar, etiam ad eos bibliothecae Regiae codices, quibus glossaria latina continentur, animum appuli et in tantam eorum molem incidi, ut vix quartam partem describere possem. Plus sexcentis vocabulis linguam latinam his glossariis ditari posse, primo iam adspectu intelligitur, ut mirandum sit, viros doctos, qui in eodem litterarum genere iam prius versati sunt, hos codices in lucem nondum emisisse. Item vero in aliis bibliothecis glossaria adhuc inedita latent, ex quibus magnum in linguam latinam commodum redundaturum esse patet.

Haec igitur glossaria in duas distribui possunt classes, quarum una vocabula interpretatur aut rara et incognita, aut ex aliis linguis petita, inter quae primum locum obtinent ea, in quibus vocabula graeca latinis explicantur; altera classis continet genus quoddam lexicorum, in quibus scitu dignissima velut ex historia, grammatica, rhetorica, ex privata et publica antiquorum populorum vita accuratius exponuntur.

Prioris ordinis glossarium praestantissimum est codex qui dicitur Laudunensis, x. saec., antiquissimus, forma maxima conscriptus. Hic codex 318 folia continet, quorum primum purum est. In priore alterius folii pagina extat: *Ms. ex Burgo*; in posteriore: *Hunc librum dederunt Bernardus et adelmus deo et sancte mariae laudunensis ecclesiae. Si quis abstulerit, offensionem dei et sanctae mariae incurrat.* In priore tertii folii pagina hi versus leguntur:

*Labitur heu nimium praesumpta superbia cosmus humilitas.*
*tapinosis surgit christi solamine fulta*
*s. gula* *s. gluttonis*
*otonos generat lapsus elonis amica*
*Temperat hos victus ieiuna mente politus*
*Fornicor in multis letali fraude peremptus*
*s. continentia*
*Metamen evacuat felix εγκρατεια totam*
*Servus avaritiae cunctum degluttit et orbem*
*Dissipat et largus hanc pestem falce venusta*
*Ira furit nimium semper servire parata.*

*Quam vir pacificus patienter percutit ore,*
*i. accidia*
*Anxietas mentis gignit suspiria cordis*
*Quae Christi famuli sedant placamine miti*
*Tristitiae iaculis plures turbantur in ore.*
*Quos quoque solatur Christus letamine sacro*
*i. vana gloria*
*Deiicit aut alios Kenodoxia corde superbo.*
*Hos restaurat ovans divini lectio verbi.*

**In posteriore pagina haec scripta sunt:**

***Joannes*** Χρυσοστομος ***in expositione homelica (?) ad philippenses: homo dignitatem habet, homo esse homo rationabitur non inveniam exemplum non enim est apud nos principium naturale. nullum enim bonum est naturale, quoniam ex Dei natura possessum est. Cuiusdam philosophi sententia:*** ιδον ανθρωπον δοκουντα φρονιμον ειναι παρ' εαυτω ελπιδα δε εχει μαλλον ὁ αφρον αυτου. ***videbam hominem sapientem esse a se ipso spem vero habet magis insipiens eo. Notandum quod*** θεωσις και αποθεωσις ***unum habeant intellectum i. transmotationem creaturae videlicet humanae in deum teste Servio expositore Virgilii. Est igitur*** αποθεωσις
***deorum videndo et circumcurrendo et nunquam stando sed***
μεταμορφωσις θεων απο του θειν και περιτρεχειν και μηδαμη εσταναι αλλα
***omnia implendo i. video curro.***
τα παντα πληρουν θεω.

*Hic continetur glossarium grecum per ordinem alphabeti.*
*Item ea quae latine masculino genere proferuntur et graece feminino et rel.*
*Item graeca Prisciani de VIII partibus et constructione.*
*Item graeca de membris hominum.*
*Item de inventione litterarum.*
*Item X praedicamenta quibus constat universitas.*
*Item graeca diversa collecta.*
*Item interpretationes novem musarum.*
*Item alia graeca.*
*Item graeca ad versus.*
*Item graeca de versibus Johannis Scotici.*
*Item versus greeisci.*
*Item grecisca nomina.*
*Item versus de VIIII musis.*
*Item declinationes graecorum.*
*Item glossarium graecum.*
*Item de nomine Christi.*
*Item de alphabeto graecorum et de diptongis graecorum et latinorum.*
*De numero per alphabetum graecorum de dasian et psilen et digamma*
*De pronunciatione numerorum graecorum.*
*De articulis graecorum*
*De vocalibus graecorum et latinorum.*
*De litteris quas graeci habent et nos non habemus.*
*De figuris quae annumerantur loco litterarum.*
*De litteris quibus latini utuntur.*
*De proprietate litterarum.*
*De praeponendis litteris ante alias in eadem syllaba.*
*De consonantibus quae fiunt in fine principalium syllabarum ante sequentes syllabas.*
*De notatione litterarum.*
*De vocabulis et semivocalibus et multis.*
*De formatione verborum.*
*De his quae per* t *et quae per* c *et quae per* ae *et quae per* e *puram et quae cum* h *et sine* h *fiunt.*
*De productione syllabarum.*
*De terminalibus litteris.*

In priore quarti folii pagina exstat epistola dedicatoria:

„*Dilectissimo abbati S. M̃. fidelissimus amicus veram in Christo salutem. Lectis epistolae vestrae litteris, amantissime abba, per quas me super quibusdam quaestiunculis consulere voluistis, animadverti diligentiam efficacis ingenii vestri nequaquam rerum temporalium tumultibus succumbere sed scripturarum meditationibus laudabiliter inhaerere, atque iccirco dignum est, ut pie pulsanti aperiam, immo ipse per me pandere dignetur, in quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae absconditi, qui aperit et nemo claudit et nemo aperit. splendor est enim lucis aeternae et speculum sine macula. Accipite ergo* ἐρωτήσεων *vestrarum solutiones quas de graecorum fontibus haurire studuimus et vobis legendas sine praeiudicio altioris forte interpretationis transscripsimus.*“

Cum huius epistolae principio verba: *Abbati S. M.* legantur, eam Smaragdo, S. Michaelis ad Mosam Abbati, qui anno DCCCXX vixerit et cuius nomen vel dignitas hisce litteris *S. M.* designetur, datam esse, du Cangius (praef. p. 27. ed. Henschel) suspicatur, qua tamen coniectura nihil potest dici infelicius. Primum enim manus librarii, qui codicem descripsit, longissime distat ab ea, quae epistolam dedicatoriam pingebat, ita ut postea addita esse ea videatur, tum qui ex litteris *S. M.*, *Smaragdus, St. Michaelis* enucleari possit mihi quidem nunquam probabitur. Huc accedit, quod non simpliciter *S M.* in codice conscriptum est, sed S M̃., addito notae signo, quo aperte *sanctae Mariae* legendum esse evincitur. Equidem Bernardi aut Adalhelmi donatorum epistolam dedicatoriam puto esse, quae ad Abbatem quendam ecclesiae S. Mariae Laudunensis, cui codicem dono dabant, missa est.

In priore quinti folii pagina extant haec:
exempla *BaPTTONOPTM* (?) secundum
macrobium theodesium
θλιβω tribulo
θλιβομαι tribulor
θλιψις tribulatio
γραφω scribo
γραφη scriptura
γραφεὺς scriptor cett.

A sexto folio lexicum graeco-latinum incipit his verbis:

*Incipit Glossarium grecum per ordinem feliciter.*
et usque ad fol. CCLXXIV. extenditur. Triplex manus apparet; prima usque ad fol. 211., altera usque ad fol. 231., tertia usque ad voc. ὑαλουργων; sequentia usque ad finem prima manu videntur scripta. Cetera quae in hoc Ms. extant glossaria a diversis diversae aetatis librariis adiecta sunt.

De hoc codice longe aliud est meum ac du Cangii iudicium. Ille enim eum satis male descriptum et vitiosissimum esse cum proferat, equidem, accuratissima collatione instituta, plane contrarium edoctus, hunc codicem, in hoc quidem glossariorum genere, omnium quos cognovi et locupletissimum et gravissimum existimo. Id unum dolendum est, eum a Stephano antea editum ac postea a Labbaeo castigatum non ea, qua par erat, diligentia ac sedulitate, vel in minimis rebus conspicua, in lucem esse emissum, ita ut nova ac diligentissima viri docti in eo edendo opera opus sit.

**Maximam huius glossarii partem ipse descripsi, ut quot vitiis Stephani et Labbaei exemplar laboret, me non fugiat.**

**Inter ea glossaria, in quibus rara et inusitata latina vocabula tritis et usitatis latinis explicantur, principem locum obtinere videantur glossae, quae in bibliotheca Lugd. Batav. asservantur [cf. supra p. IV.]. Haec glossaria, charta conscripta in adversariorum modum duobus voluminibus composita, et quantum ipse vidi, ex multis aliis glossariis digesta sunt. Cum anno MDCCCXLV. Lugduni aliquot hebdomadas versarer, ut Patrum, qui ibi extant, latinorum codices accuratius conferrem, ea quoque glossaria diligentius perlustrare non neglexi, at tanta non solum fuit librorum magnitudo sed etiam tanta legendi propter summam librarii in litteris pingendis incuriam difficultas, ut intra tempus mihi praescriptum vel minimam partem eorum a me describi posse desperarem. At vero confitendum est, iam obiter mihi intuenti tam graves et praestantes hos codices apparuisse, ut ad eos potissimum futuro glossariorum editori et respiciendum et confugiendum esse persuasum sit.**

**Nec minoris fere momenti ac dignitatis sunt glossaria, quae Angelus Maius in sexto *Classicorum auctorum e Vaticanis codicibus editorum* volumine publici iuris fecit. De quibus hoc Maius notat p. VII.: *In praecedente classicorum auctorum tomo vaticana lexica mss. me aliquanto editurum praedicere memini; quod vix propositum aut ne vix quidem, ob immutatam occupationum mearum rationem, exsequi licet. Ne tamen omnino promissi immemor videar, latinum breve glossarium huic volumini adtexo, quod ex vaticanis codicibus olim mihi paraveram; nempe ex codice uno mirabili litteris grandibus saeculi ferme VI. (?) ex altero saeculi IX., ex tertio denique saeculi XI., quae omnes ab initio ad calcem expilavi. Alios vero codices nempe unum saeculi X., tres saeculi XI., unum saec. XII. nonnisi in litteris A et B excerpsi; progredi enim ab aliorum negotiorum instantia non potui. Erat tamen scriptura codicum saepe corrupta nec vocabula interdum, sed quasi monstra vocabulorum; quae si audacius emendare voluissem, institutum meum ipse pessum dedissem.* Priore glossario [p. 501 – 553.] latina vocabula et usitata et satis cognita aliis explicantur, alterum [p. 553—574.] est Placidi qui dicitur glossarium, multo emendatius et auctius eo, quod Maius in tertio eiusdem operis volumine in publicum emisit. — Octavo denique volumine extat glossarium latinum, quod quamquam multis locis ita omparatum est, ut vir doctus, qui glossas collegit, legentibus propter analogiae ineptias nonnunquam risum moveat, tamen tam copiosum et rebus scitu dignissimis refertum est, ut in hoc ipso genere codex omnium sit gravissimus ei, qui quisquilias et nugas a rebus seriis secernere didicerit. Quem librum quanti Maius aestimaverit, ex eius praefatione potest perspici, ubi haec leguntur: *Inter multa, quae in italicis manu scriptorum codd. bibliothecis conspexi lexica latinitatis, nullum adeo mihi placuit, quam vaticanum quoddam, in antiquis membranis accurate scriptum, opus apprime integrum et inlibatum, ut ne verbum quidem, raro in codicibus exemplo, desideretur. Equidem hunc codicem, cum ante hos annos in vaticana bibliotheca identidem lectitarem, mirabar sane inauditam latinitatis copiam, veterum exemplorum multitudinem . . . . . . . Si quis graeca et latina lexica, partim nomine auctorum praedita, partim vero anonyma, in membranis priscis inspiciat, mirum quan-***

*tum graecanicorum et latialium vocabulorum numerum, post Cangii etiam, Carpentarii, Scotii, Martinii, Vossii, Gesneri al. latitare adhuc comperiet. Quorum ego glossariorum in permultis codicibus adhuc superstitum vicem dolens, bibliothecarum apprime praesides valde hortor, ut illorum divulgationem ad officii sui stationisque gloriam pertinere putent.*

Glossarium est saeculi XII.; nam exempla ex libris Marbodii grammatici afferuntur, qui anno 1123 obiit. Magna eius dignitas in exemplorum, quae ex antiquis scriptoribus, ex Horatio, Iuvenale, Ovidio, Persio, Plauto aliis citantur, copia apparet.

Tum nominandae sunt glossae, quas Oehlerus Halensis e cod., qui dicitur Amplonianus, Erfurtensi edidit [cf. Iahn. Ann. Nov. fasc. II. p. 237—297. et fasc. III. p. 325 - 387.] quem editor IX. saec. esse opinatur. Codex tria continet glossaria, 1, fol. 1—14. 2, 15—34. 3, 35—37. Hoc glossarium quanquam multis vitiis laborat, quae non certum est num librario an typographo tribuenda sint, tamen multa continet, quae ei, qui in glossas accuratius inquirat, iure animadvertenda sunt.

In altero glossariorum, quod supra descripsi, genere prae ceteris nominandus est Ms. St. Germ. 3. Cat. 12. 13. Parisin.: *Glossarium antiquissimum litteris longobardicis in maximo fol. saec. VIII. 2 Vol.*, cuius priorem partem usque ad litt. D. describere humanitate Hasii, V. D., mihi permissum fuit. Idem est dictionarium quod nomine Salamonis Constantiensis Episcopi fertur. [cf. du Cang. Gloss. T. I. p. 27. Hensch.] Initio prioris voluminis extant haec: *Lexicon vetus scriptum characteribus saxonicis, cuius auctor papiam praecessit. Floruit vero Papias* anno 1053, ut *Albericus auctor est in Chronico Ms.*; ac brevi post: *ex dono Clarissimi et Venerabilis Viri Claudii Joly Parisiensis Ecclesiae Cantoris et Cannonici anno* MDCLXXX. Continet hic codex 115 fol., quorum singula trinis columnis quinquagenos binos versus amplectuntur. Diu hoc dictionarium Papiae falso adscriptum, et ita nominatum est, ut ex catalogo bibl. Paris. videre licet, in quo codd. 7610 et 7612, quae mera sunt huius codicis apographa, inter codd. Papianos numerantur. Hunc tamen Papiam ex hoc glossario omnia sua hausisse, ut eius Glossarium nihil sit, nisi prioris epitome, mihi utrumque lexicon accuratius conferenti comprobatum est. Idem dictionarium aliis exemplaribus etiam in Italia et Germania divulgatum fuit, ut ex tribus codd. evincitur, quorum primum integrum in bibliotheca Vaticana extat, alterum in bibl. Schol. Portensis, cuius fragmenta nuper descripsi; tertium in bibl. Zitziens., cuius pauca fragmenta restant. Alterum et tertium accuratissime cum Parisino codice consentire, accurata collatio eorum me docuit.

Praeter haec, quae principem locum obtinent, glossaria memoratu digna sunt aliquot, quae in bibl. Paris. asservantur, 1, cod. 7642, qui continet: a, *glossarii veteris pars X. saec. exarata.* b, *glossarium aliud a littera A, cuius initium desideratur, usque ad N XIII. saec. exaratum*; 2, cod. 7643. *olim Philibert de la Mare Glossae veteres ab anonymo collectae; XI. saec. exaratus videtur*; 3, cod. 7644. quo continetur *vocabularium*, XIII. saec. exaratus; 4, cod. 7645; 5, cod. 7646; 6, cod. 7647, qui XIII. saec. exarati sunt.

Denique commemorandus est codex 7651. saec. IX. Parisiis, cuius

[Anonymi]

# GLOSSARIUM LATINUM

## BIBLIOTHECAE PARISINAE ANTIQUISSIMUM

### SAEC. IX.

DESCRIPSIT PRIMUM EDIDIT, ADNOTATIONIBUS ILLUSTRAVIT

Gustav Friedrich
PROF. DR. G. F. HILDEBRAND,

SCHOL. TREMON. PRORECTOR.

GOETTINGAE,

SUMPTIBUS BIBLIOP. DIETERICHIAN.

MDCCCLIV.

GOTTINGAE
TYPIS EXPRESSIT OFFICINA ACADEMICA DIETERICHIANA.
GUIL. FR. KAESTNER.

# PRAEFATIO.

Glossaria et latina et graeca quantum valeant ad scriptores veteres recte explicandos, ii omnes probe experti sunt, qui accuratius in iis indagandis, enucleandis, emendandis versati sunt. Ea enim quamquam negandum non est multa continere, quae tam trita tamque inepta sunt, ut vix tironibus tradi queant, multa tamen alia in iis inveniuntur, quae doctissimos, qui putantur, homines effugiunt, tamque clarum lumen locis difficillimis non raro afferunt, ut omnes omnino interpretum ineptias semel pellant. Quod qui melius intelligere quaeque sit glossariorum vis usu experiri ipsi volunt, in eos inquirant necesse est scriptores, qui et antiquae et recentiori, quam dicunt, latinitatis aetati adscribuntur. Glossaria enim cum eo consilio conscripta esse primum videantur, ut verba prisca et ab usu quotidiani sermonis iam diu intermissa vel semel tantum usurpata vel singulari quadam significatione dicta aliis iisque usitatis explicarentur; summa autem recentioris aetatis scriptoribus cum antiquissimis necessitudo intercedat ea, quod iisdem fere posteriores utuntur vocabulis, quibus antiqui, mirum esse nequit, iis potissimum ad glossaria refugiendum esse, qui Plautum, Terentium, Varronem eiusque aetatis scriptores explicant, aut Apuleium, Frontinum, Tertullianum iisque similes interpretantur. Ita non raro fit, ut, quae plane inusitata et a grammaticis ficta tantummodo prius putabantur, glossis postea comprobata sint, alia, de quibus diu inter viros doctos disceptabatur, hodie nihil dubitationis habeant. Hoc quam verum et grave sit, etsi saepius est a viris prudentissimis intellectum, propter magnam tamen eorum, quae puerilia et inepta videbantur, molem, multi erant, qui studium in glossariis ponere insolenter recusabant, quippe non considerantes, eos linguae latinae peritos dici non posse, qui in solo Cicerone, Virgilio aliisque id genus scriptoribus versatos se esse gloriantur, sed qui in totam latinitatem ab ultimis temporibus profecti inquisiverunt.

Altera huc accedit causa, cur tam diu glossaria, prae ceteris latina, contemptui fuerint. Erant enim multi interpretes, Elmenhorstium dico, Woweranum, Barthium, Ouzelium alios, qui, glossariis diligentissime pertractatis, obsoletissima quaeque venati scriptores ita depravabant et proprium eorum dicendi colorem ita inducebant, ut, qui postea eos interpretabantur, viri docti magno eoque satis excusando horrore afficerentur, et quod a singulis hominibus peccatum erat, non istorum, ut fieri assolet, insulsitati, sed libris, ex quibus tot ineptiae erant depromptae, vitio verteretur, nec hodie desunt, qui hominem glossaria investigantem cum fatuo ac nugatore eundem esse opinentur. Quam bene in nostra quoque tempora cadere videatur Ruhnkenii vox, quem suae iam aetatis hominum et negligentiam et insolentiam in hoc ipso litterarum genere deplorasse legi-

mus in praef. ad Apuleii Metamorphos. T. I. p. III.: „Etenim bona pars eorum, quae a Gellio et Appuleio licentius insolentiusque ficta videri possint, a Grammaticis antiquis, maxime a Glossographis, conservata reperitur. Quidni igitur reliqua, quorum nullum apud Grammaticos, qui nunc supersunt, vestigium est, pari auctoritate niti dicamus? Qua de re liquidius iudicari poterit tum, cum quis iuniorum Literatorum, qui nunc subitariis Coniecturis edendis famam venantur, sese ad eam laboris, etsi non nimis grati, tamen literis et laudi suae magis profuturi, ad eam igitur laboris patientiam sese durarit, ut Glossaria latina, in Leidensi bibliotheca latentia, quibus nihil usquam vel vetustate vel praestantia simile reperias, e tenebris in lucem vocet, linguam latinam, de cuius inopia vetus querela est, aliquot mille vocabulis ac formis, nondum cognitis, locupletet. Quanquam, quae iuventutis nostrae mollities est, magnopere vereor, ne haec surdis auribus canam."

Nec tamen in sola hominum doctorum arrogantia causam quaerendam puto, quod iusto diutius glossaria latina latuerunt. Accedit, quod raro in bibliothecis publicis, etiam locupletibus, eorum editiones inveniuntur, ut a paucissimis cognosci ea liceat; a privatis autem hominibus et propter exemplarium, quae publice venumdantur, inopiam et propter sumptuum magnitudinem etiam rarius comparantur. Itaque plurimi liquidius de hoc litterarum genere iudicare nequeunt, quia fando tantum de eo audiverunt.

Ex his, quae modo disputavi, efficitur, quantam linguae latinae studiosis utilitatem is allaturus sit, qui accuratam et quoad eius fieri possit integram glossariorum latinorum editionem in lucem proferre conabitur. Quae enim prodierunt editiones, eae et exiguam partem continent, ut glossarium, quod dicunt Labbaei et Bon. Vulcani, et minus provide et emendate sunt confectae, uti edd. Paris. et Londin.: Du Cangii vero mediae et infimae latinitatis glossarium potius ad novissimae aetatis scriptores pertinet ac plurima vocabula omisit, quae in antiquissimis et posterioribus scriptoribus inveniuntur, ut recte dolendum sit, Henschelio, qui novam huius libri editionem parat, aut animum aut otium non fuisse, omnes conferendi glossariorum codices, qui plurimi in bibliotheca Parisina Regia nondum collati reperiuntur, quamquam aliquot in suum usum convertisse eum magna cum laude profitendum est.

Nec tamen ignoro, quam caute is, qui hoc litterarum genere occupatus est, in glossis edendis et explicandis versari debeat. Prorsus enim dubito, omnia, quae in glossariis leguntur, vocabula ex scriptoribus latinis esse deprompta; certe de glossis, quae dicuntur, graecolatinis id dixerim. Nam qui vocabula graeca latinis interpretari studuerunt grammatici, ii id mihi minus egisse videntur, ut usitata et revera a Romanis usurpata ponerent, quam ut ad significatum et formationem accuratissime ea explicarent, ita ut non raro vocabula substituerent ipsi, quae quamvis ad grammaticae regulas probata sint, numquam tamen in usu fuisse persuadeatur. Quamquam hoc pro certissimo enuntiari nequit, quoniam multi vetustissimorum scriptorum libri perierunt. Mihi vero ut haec dubitatio afferretur, effecit cum summa horum glossariorum inter sese discrepantia, quae in aliquot saltem mira est, tum quod ubique studium cognosci potuit glossa-

torum, ex verbo graeca vertendi, non additis, id quod alias fieri solet, usitatis ac communibus vocabulis. Hoc prae ceteris in glossarium Laudunense vetustissimum cadere videtur, quod Parisiis, Villemannio iubente, eo, quo ibi versabar, tempore missum accuratius perlustrare summa Hasii et Champollionis VV. DD. humanitate mihi licuit. Ita mihi quidem persuasum est, talia vocabula tum tantum linguae latinae vindicari posse, si aut ex aliis iisque latinis glossariis aut ex scriptorum locis comprobari possunt. Plane alia est glossarum mere latinarum ratio. Eae enim cum interpretationis causa a glossatoribus collectae sint, nova et suo ipsorum ingenio ficta protulisse ii vocabula vix putandi sunt, quod iis non erat, cur talia comminiscerentur, habentes quippe, quo pro captu suo et eruditione inusitata ac plane nova vel scitu digna explanarent.

Nostris vero temporibus in hanc glossariorum summam gravitatem animos virorum doctorum denuo attendisse, meritum est Maii, ex quo optimas Placidi glossas in lucem edidit. Eae quantum mihi utilitatis attulerint in editionibus Apuleii et Arnobii parandis, vix dicere possum, ita ut inde mirifico glossas indagandi et detegendi studio accenderer. Quod ne vanum esset, superiorum permissu ac singulari liberalitate mihi contigit. Cum enim duodecim abhinc annos publicis sumptibus largiter adiutus, ut patrum, qui dicuntur, latinorum codices conferrem, per sex fere menses Parisiis versabar, etiam ad eos bibliothecae Regiae codices, quibus glossaria latina continentur, animum appuli et in tantam eorum molem incidi, ut vix quartam partem describere possem. Plus sexcentis vocabulis linguam latinam his glossariis ditari posse, primo iam adspectu intelligitur, ut mirandum sit, viros doctos, qui in eodem litterarum genere iam prius versati sunt, hos codices in lucem nondum emisisse. Item vero in aliis bibliothecis glossaria adhuc inedita latent, ex quibus magnum in linguam latinam commodum redundaturum esse patet.

Haec igitur glossaria in duas distribui possunt classes, quarum una vocabula interpretatur aut rara et incognita, aut ex aliis linguis petita, inter quae primum locum obtinent ea, in quibus vocabula graeca latinis explicantur; altera classis continet genus quoddam lexicorum, in quibus scitu dignissima velut ex historia, grammatica, rhetorica, ex privata et publica antiquorum populorum vita accuratius exponuntur.

Prioris ordinis glossarium praestantissimum est codex qui dicitur Laudunensis, x. saec., antiquissimus, forma maxima conscriptus. Hic codex 318 folia continet, quorum primum purum est. In priore alterius folii pagina extat: *Ms. ex Burgo*; in posteriore: *Hunc librum dederunt Bernardus et adelmus deo et sancte mariae laudunensis ecclesiae. Si quis abstulerit, offensionem dei et sanctae mariae incurrat.* In priore tertii folii pagina hi versus leguntur:

*Labitur heu nimium praesumpta superbia cosmus humilitas.*
*tapinosis surgit christi solamine fulta*
*s. gula* *s. gluttonis*
*otonos generat lapsus elonis amica*
*Temperat hos victus ieiuna mente politus*
*Fornicor in multis letali fraude peremptus*
*s. continentia*
*Metamen evacuat felix εγκρατεια totam*
*Servus avaritiae cunctum degluttit et orbem*
*Dissipat et largus hanc pestem falce venusta*
*Ira furit nimium semper servire parata.*

*Quam vir pacificus patienter percutit ore,*
*i. accidia*
*Anxietas mentis gignit suspiria cordis*
*Quae Christi famuli sedant placamine miti*
*Tristitiae iaculis plures turbantur in ore.*
*Quos quoque solatur Christus letamine sacro*
*i. vana gloria*
*Deiicit aut alios Kenodoxia corde superbo.*
*Hos restaurat ovans divini lectio verbi.*

**In posteriore pagina haec scripta sunt:**

***Joannes*** Χρυσοστομος ***in expositione homelica (?) ad philippenses: homo dignitatem habet, homo esse homo rationabitur non inveniam exemplum non enim est apud nos principium naturale. nullum enim bonum est naturale, quoniam ex Dei natura possessum est. Cuiusdam philosophi sententia:*** ιδον ανθρωπον δοκουντα φρονιμον ειναι παρ᾽ εαυτω ελπιδα δε εχει μαλλον ὁ αφρον αυτου. ***videbam hominem sapientem esse a se ipso spem vero habet magis insipiens eo. Notandum quod*** θεωσις και αποθεωσις ***unum habeant intellectum i. transmotationem creaturae videlicet humanae in deum teste Servio expositore Virgilii. Est igitur*** αποθεωσις

**deorum** **videndo et circumcurrendo** **et nunquam stando sed**
μεταμορφωσις θεων απο του θειν και περιτρεχειν και μηδαμη εστεναι αλλα
**omnia implendo i. video curro.**
τα παντα πληρουν θεω.

*Hic continetur glossarium grecum per ordinem alphabeti.*
*Item ea quae latine masculino genere proferuntur et graece feminino et rel.*
*Item graeca Prisciani de VIII partibus et constructione.*
*Item graeca de membris hominum.*
*Item de inventione litterarum.*
*Item X praedicamenta quibus constat universitas.*
*Item graeca diversa collecta.*
*Item interpretationes novem musarum.*
*Item alia graeca.*
*Item graeca ad versus.*
*Item graeca de versibus Johannis Scotici.*
*Item versus grecisci.*
*Item grecisca nomina.*
*Item versus de VIIII musis.*
*Item declinationes graecorum.*
*Item glossarium graecum.*
*Item de nomine Christi.*
*Item de alphabeto graecorum et de diptongis graecorum et latinorum.*
*De numero per alphabetum graecorum de dasian et psilen et digamma*
*De pronunciatione numerorum graecorum.*
*De articulis graecorum*
*De vocalibus graecorum et latinorum.*
*De litteris quas graeci habent et nos non habemus.*
*De figuris quae annumerantur loco litterarum.*
*De litteris quibus latini utuntur.*
*De proprietate litterarum.*
*De praeponendis litteris ante alias in eadem syllaba.*
*De consonantibus quae fiunt in fine principalium syllabarum ante sequentes syllabas.*
*De notatione litterarum.*
*De vocabulis et semivocalibus et multis.*
*De formatione verborum.*
*De his quae per* **t** *et quae per* **c** *et quae per* **ae** *et quae per* **e** *puram et quae cum* **h** *et sine* **h** *fiunt.*
*De productione syllabarum.*
*De terminalibus litteris.*

**In priore quarti folii pagina exstat epistola dedicatoria:**

**„*Dilectissimo abbati S. M̃. fidelissimus amicus veram in Christo salutem. Lectis epistolae vestrae litteris, amantissime abba, per quas me super quibusdam quaestiunculis consulere voluistis, animadverti diligentiam efficacis ingenii vestri nequaquam rerum temporalium tumultibus succumbere sed scripturarum meditationibus laudabiliter inhaerere, atque iccirco dignum est, ut pie pulsanti aperiam, immo ipse per me pandere dignetur, in quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae absconditi, qui aperit et nemo claudit et nemo aperit. splendor est enim lucis aeternae et speculum sine macula. Accipite ergo ἐρωτήσεων vestrarum solutiones quas de graecorum fontibus haurire studuimus et vobis legendas sine praeiudicio altioris forte interpretationis transscripsimus.*“**

**Cum huius epistolae principio verba: *Abbati S. M.* legantur, eam Smaragdo, S. Michaelis ad Mosam Abbati, qui anno DCCCXX vixerit et cuius nomen vel dignitas hisce litteris *S. M.* designetur, datam esse, du Cangius (praef. p. 27. ed. Henschel) suspicatur, qua tamen coniectura nihil potest dici infelicius. Primum enim manus librarii, qui codicem descripsit, longissime distat ab ea, quae epistolam dedicatoriam pingebat, ita ut postea addita esse ea videatur, tum qui ex litteris *S. M.*, *Smaragdus, St. Michaelis* enunclеari possit mihi quidem nunquam probabitur. Huc accedit, quod non simpliciter *S M.* in codice conscriptum est, sed S M̃., addito notae signo, quo aperte *sanctae Mariae* legendum esse evincitur. Equidem Bernardi aut Adalhelmi donatorum epistolam dedicatoriam puto esse, quae ad Abbatem quendam ecclesiae S. Mariae Laudunensis, cui codicem dono dabant, missa est.**

**In priore quinti folii pagina extant haec:**
**exempla *BαPTTONOPTM* (?) secundum**
**macrobium theodesium**
***ϑλιβω* tribulo**
***ϑλιβομαι* tribulor**
***ϑλιψις* tribulatio**
***γραφω* scribo**
***γραφη* scriptura**
***γραφεὺς* scriptor cett.**

**A sexto folio lexicum graeco-latinum incipit his verbis:**

***Incipit Glossarium grecum per ordinem feliciter.***
**et usque ad fol. CCLXXIV. extenditur. Triplex manus apparet; prima usque ad fol. 211., altera usque ad fol. 231., tertia usque ad voc. ὑαλουργων; sequentia usque ad finem prima manu videntur scripta. Cetera quae in hoc Ms. extant glossaria a diversis diversae aetatis librariis adiecta sunt.**

**De hoc codice longe aliud est meum ac du Cangii iudicium. Ille enim eum satis male descriptum et vitiosissimum esse cum proferat, equidem, accuratissima collatione instituta, plane contrarium edoctus, hunc codicem, in hoc quidem glossariorum genere, omnium quos cognovi et locupletissimum et gravissimum existimo. Id unum dolendum est, eum a Stephano antea editum ac postea a Labbaeo castigatum non ea, qua par erat, diligentia ac sedulitate, vel in minimis rebus conspicua, in lucem esse emissum, ita ut nova ac diligentissima viri docti in eo edendo opera opus sit.**

Maximam huius glossarii partem ipse descripsi, ut quot vitiis Stephani et Labbaei exemplar laboret, me non fugiat.

Inter ea glossaria, in quibus rara et inusitata latina vocabula tritis et usitatis latinis explicantur, principem locum obtinere videantur glossae, quae in bibliotheca Lugd. Batav. asservantur [cf. supra p. IV.]. Haec glossaria, charta conscripta in adversariorum modum duobus voluminibus composita, et quantum ipse vidi, ex multis aliis glossariis digesta sunt. Cum anno MDCCCXLV. Lugduni aliquot hebdomadas versarer, ut Patrum, qui ibi extant, latinorum codices accuratius conferrem, ea quoque glossaria diligentius perlustrare non neglexi, at tanta non solum fuit librorum magnitudo sed etiam tanta legendi propter summam librarii in litteris pingendis incuriam difficultas, ut intra tempus mihi praescriptum vel minimam partem eorum a me describi posse desperarem. At vero confitendum est, iam obiter mihi intuenti tam graves et praestantes hos codices apparuisse, ut ad eos potissimum futuro glossariorum editori et respiciendum et confugiendum esse persuasum sit.

Nec minoris fere momenti ac dignitatis sunt glossaria, quae Angelus Maius in sexto *Classicorum auctorum e Vaticanis codicibus editorum* volumine publici iuris fecit. De quibus hoc Maius notat p. VII.: *In praecedente classicorum auctorum tomo vaticana lexica mss. me aliquanto editurum praedicere memini; quod vix propositum aut ne vix quidem, ob immutatam occupationum mearum rationem, exsequi licet. Ne tamen omnino promissi immemor videar, latinum* b r e v e *glossarium huic volumini adtexo, quod ex vaticanis codicibus olim mihi paraveram; nempe ex codice uno mirabili litteris grandibus saeculi ferme VI.* (?) *ex altero saeculi IX., ex tertio denique saeculi XI., quae omnes ab initio ad calcem expilavi. Alios vero codices nempe unum saeculi X., tres saeculi XI., unum saec. XII. nonnisi in litteris A et B excerpsi; progredi enim ab aliorum negotiorum instantia non potui. Erat tamen scriptura codicum saepe corrupta nec vocabula interdum, sed quasi monstra vocabulorum; quae si audacius emendare voluissem, institutum meum ipse pessum dedissem.* Priore glossario [p. 501 – 553.] latina vocabula et usitata et satis cognita aliis explicantur, alterum [p. 553—574.] est Placidi qui dicitur glossarium, multo emendatius et auctius eo, quod Maius in tertio eiusdem operis volumine in publicum emisit. — Octavo denique volumine extat glossarium latinum, quod quamquam multis locis ita omparatum est, ut vir doctus, qui glossas collegit, legentibus propter analogiae ineptias nonnunquam risum moveat, tamen tam copiosum et rebus scitu dignissimis refertum est, ut in hoc ipso genere codex omnium sit gravissimus ei, qui quisquilias et nugas a rebus seriis secernere didicerit. Quem librum quanti Maius aestimaverit, ex eius praefatione potest perspici, ubi haec leguntur: *Inter multa, quae in italicis manu scriptorum codd. bibliothecis conspexi lexica latinitatis, nullum adeo mihi placuit, quam vaticanum quoddam, in antiquis membranis accurate scriptum, opus apprime integrum et inlibatum, ut ne verbum quidem, raro in codicibus exemplo, desideretur. Equidem hunc codicem, cum ante hos annos in vaticana bibliotheca identidem lectitarem, mirabar sane inauditam latinitatis copiam, veterum exemplorum multitudinem . . . . . . . .* S i q u i s g r a e c a e t l a t i n a l e x i c a, p a r t i m n o m i n e a u c t o r u m p r a e d i t a, p a r t i m v e r o a n o n y m a, i n m e m b r a n i s p r i s c i s i n s p i c i a t, m i r u m q u a n-

*tum graecanicorum et latialium vocabulorum numerum, post Cangii etiam, Carpentarii, Scotii, Martinii, Vossii, Gesneri al. latitare adhuc comperiet. Quorum ego glossariorum in permultis codicibus adhuc superstitum vicem dolens, bibliothecarum apprime praesides valde hortor, ut illorum divulgationem ad officii sui stationisque gloriam pertinere putent.*

Glossarium est saeculi XII.; nam exempla ex libris Marbodii grammatici afferuntur, qui anno 1123 obiit. Magna eius dignitas in exemplorum, quae ex antiquis scriptoribus, ex Horatio, Iuvenale, Ovidio, Persio, Plauto aliis citantur, copia apparet.

Tum nominandae sunt glossae, quas Oehlerus Halensis e cod., qui dicitur Amplonianus, Erfurtensi edidit [cf. Iahn. Ann. Nov. fasc. II. p. 237—297. et fasc. III. p. 325 - 387.] quem editor IX. saec. esse opinatur. Codex tria continet glossaria, 1, fol. 1—14. 2, 15—34. 3, 35—37. Hoc glossarium quanquam multis vitiis laborat, quae non certum est num librario an typographo tribuenda sint, tamen multa continet, quae ei, qui in glossas accuratius inquirat, iure animadvertenda sunt.

In altero glossariorum, quod supra descripsi, genere prae ceteris nominandus est Ms. St. Germ. 3. Cat. 12. 13. Parisin.: *Glossarium antiquissimum litteris longobardicis in maximo fol. saec. VIII. 2 Vol.*, cuius priorem partem usque ad litt. D. describere humanitate Hasii, V. D., mihi permissum fuit. Idem est dictionarium quod nomine Salamonis Constantiensis Episcopi fertur. [cf. du Cang. Gloss. T. I. p. 27. Hensch.] Initio prioris voluminis extant haec: *Lexicon vetus scriptum characteribus saxonicis, cuius auctor papiam praecessit. Floruit vero Papias* anno 1053, ut *Albericus auctor est in Chronico Ms.*; ac brevi post: *ex dono Clarissimi et Venerabilis Viri Claudii Joly Parisiensis Ecclesiae Cantoris et Cannonici anno* MDCLXXX. Continet hic codex 115 fol., quorum singula trinis columnis quinquagenos binos versus amplectuntur. Diu hoc dictionarium Papiae falso adscriptum, et ita nominatum est, ut ex catalogo bibl. Paris. videre licet, in quo codd. 7610 et 7612, quae mera sunt huius codicis apographa, inter codd. Papianos numerantur. Hunc tamen Papiam ex hoc glossario omnia sua hausisse, ut eius Glossarium nihil sit, nisi prioris epitome, mihi utrumque lexicon accuratius conferenti comprobatum est. Idem dictionarium aliis exemplaribus etiam in Italia et Germania divulgatum fuit, ut ex tribus codd. evincitur, quorum primum integrum in bibliotheca Vaticana extat, alterum in bibl. Schol. Portensis, cuius fragmenta nuper descripsi; tertium in bibl. Zitziens., cuius pauca fragmenta restant. Alterum et tertium accuratissime cum Parisino codice consentire, accurata collatio eorum me docuit.

Praeter haec, quae principem locum obtinent, glossaria memoratu digna sunt aliquot, quae in bibl. Paris. asservantur, 1, cod. 7642, qui continet: a, *glossarii veteris pars X. saec. exarata.* b, *glossarium aliud a littera A, cuius initium desideratur, usque ad N XIII. saec. exaratum*; 2, cod. 7643. *olim Philibert de la Mare Glossae veteres ab anonymo collectae; XI. saec. exaratus videtur*; 3, cod. 7644. quo continetur *vocabularium*, XIII. saec. exaratus; 4, cod. 7645; 5, cod. 7646; 6, cod. 7647, qui XIII. saec. exarati sunt.

Denique commemorandus est codex 7651. saec. IX. Parisiis, cuius

apographon hac editione annotationibus illustravi. 136 foliis exaratus est, in quibus a fol. 1—105 continetur dictionarium, quod edidi, a p. 105—124. alterum minoris momenti glossarium latinum, tertium denique finitur in voc. *fas*, *licentia*, *rationabile*, *iustum*. Cuius codicis quanta sit praestantia, lectores diiudicare nunc ipsi possunt.

Hunc tamen potissimum codicem eo consilio edidi et explicavi ut monstrarem, qua ratione latina glossaria colligenda, redigenda, emendanda, edenda ipse censeam. Nam quae adhuc publici iuris factae sunt glossariorum editiones, Vulcanii dico et Labbaei, accurata sunt codicum Mss. exemplaria typis descripta, ut si quis hanc publicandi rationem, quae quidem omnium est facillima, sequi vellet, non solum ingens voluminum prodiret numerus, summo tantum pretio parandorum, sed etiam tam rudes indigestaque esset moles, ut lectoribus taedia afferret. Huc accedit, quod, nisi singulis glossis collectis et inter se comparatis, fieri posse sperandum non est, ut monstra vocabulorum, quae librariorum et incuria et inscitia in glossariis descripta, inveniuntur, aut tollantur aut emendentur.

Quodsi mihi contigit, ut quanta sit glossariorum ad linguam latinam ditandam et accuratius cognoscendam dignitas hoc specimine probem, me non frustra sudasse gaudeo. Haec igitur glossaria latina edendi ratio si viris doctis comprobatur, omnia glossaria, quae gravissima esse prius dixi, eodem modo in lucem proferre in animo est.

Denique quibus in hoc vocabulario edendo usus sim et codd. et libris, notandum videtur:

1. Glossar. S. Germ. [G.]
2. Gloss. Maii [VI. VII. VIII.]
3. Gloss. Placidi [Pl.]
4. Gloss. Papiae [P.]
5. Gloss. Isid. [I.]
6. Gloss. Amplon. [A.]
7. Gloss. 2. 3. cod. Paris. 7651. [α. β.]
8. Gloss. Labbaei [L.]
9. Gloss. Philox. [Π.]
10. Isid. Origin. [Isid. Or.]

Haec sunt quae de hac glossarii editione praemonenda videbantur.

Tremoniae Cal. Nov. MDCCCLIV.

*Editor.*

# GLOSSARIUM LATINUM.

## A.

**1. Abaga, infama domus.**
**Aberruncat, abstirpat.**
**Abigeus, qui seducit servum alienum vel pecus.**
**Abitrosum, remotum, latens, absconsum.**
**5. Abitus locus, quem avus possedit.**

1. Abaga. Quae vera sit huius vocabuli forma, vix pro certo possit constitui. Discrepant enim Isidori, quae dicuntur, glossae, p. 669. n. 41. et 51. duplicem habentes formationem: Abaia infama domus et Abaso infirma domus, quasi sine basi. Inveni hoc vocabulum praeterea in α. Abso infirma domus et in P. abbason infirma domus; quocum consensit β. Abbaso infirma domus. In eodem cod., ex quo hoc vocabularium descripsi, legitur alterum glossarium, in quo abaga scribitur, explicatione tamen non addita. Abasa, infirma domus i. fundamento et basi carens est in glossario, Forcell. lexico annexo T. II. p. 506. ed. Schneeb. Abasa, infama domus habet cod. Vossian. Gloss. Isid. (cf. Oehler. in Jahn. Annal. Suppl. T. XIII. Fasc. 2. p. 233.) Abaso, infirma domus A. p. 262. n. 324. et p. 266. n. 23., sed p. 262. n. 313 abaso, infima domus. Pluribus agit de hoc vocabulo du Cang. s. v. Abasa. Quomodo hoc vocabulum scribendum sit, dubitat Vulcan. Castigatt. in Gloss. Isid. p. 93., qui abaia infama domus scribi maluit, Hispanorum vocab. abaxo i. infra collato. Frischius in not. ad Gloss. Cangii suspicatur, Abasa domus dici quasi absa domus, ab aliis separata et tamquam pestifera. Interpretationem, quae in I. n. 51. adscripta est, a secunda manu esse, mihi quidem comprobatur, quod nec in aliis glossariis legitur, nec e more est auctoris, qui Isidori glossas collegit. Non tamen dissimulandum est, vetustissimum omnium, qui hodie extant, glossariorum latinorum codicem, St. German. Bibl. Reg. Paris. IX aut X saec., litteris longobardicis scriptum, habere abbason, quod Isidori interpolatoris explicationi favere videatur. Cum igitur in vetustissimis et optimis quibusque codd. lectiones abaga et abason appareant, ego cum Frischio abson vel absa legendum, tum vero non infirma sed infama scribendum existimo. Infirma enim domus pro infirmorum i. aegrotorum domo dici, persuadere mihi nequeo; infama est idem, quod infamis i. e. domus, ab omnibus hominibus propter morbos, pestilentiam vel stupra vitata. Absus de agro poni inculto et horrido docet Gloss. Cang. s. v. Fuit etiam, cum abaga i. domus semota a ceteris retineri vellem. Veteres enim non solum abigo sed etiam abago dixisse probat C. p. 385. ἀπελαύνω abago abigo, L. p. 1. abago ἀπελαύνω, ἀποπράττω, *Π*. p. 24. ἀποπράττω abago. Tum de domibus meretriciis vel in usum pestilentorum exstructis, quia remotae longius a ceteris esse solebant, bene dici abaga, mihi quidem haud improbabile est. Ne quis tamen in plane insolita adiect. infamis formatione infama haereat, conferat velim, quae exposui ad Apul. Met. T. I. p. 3.

4. Pro abitrosum aperte legendum est: abstrosum i. abstrusum, ut postea n. 16. scribitur abstrosum, absconditum. Idem A. p. 265. n. 12. habet abstrusum, remotum, latens. Plenius extat haec glossa in G. Abstrusa (de glossis) abscondita. Abstrusa, abdita, obvelata. Abstrusum, retractum. Abstrusum, cecum, involutum, obtectum. Abstrusum, latens, occultum. Abstrusum, cecatum vel

Abiugasse, abige, alienasse.
Abiurgat, negat.
Ablegat, abrogat.
Abluit, expiat, purgat, mundat.
10. Aborigines, originis oblitae.
Abpatruus, frater avi.
Abscissura, intervalla.
Abscultat, advertit intente.
Abstimus, sobrius.
15. Abstirpat, aberruncat.
Abstrosum, absconditum.
Abusitatus, minus instructus scientiae.
Accedia, taedium.

absconditum. Abstrusum (Cic.) inclusum vel obvelatum. Abstrusum, obscurum vel obrutum. Abstrusum, opertum, obtectum. Abstrusurus (de glossis) occultaturus vel absconsurus.

6. Ego legendum existimo abiugasse, ab iugo alienasse aut abegisse, quod tamen longius repetitum videatur. Ita emendo in *Π.* p. 1., ubi extat abiugassere ἀποζεῦξαι, ut etiam Gloss. Cang. peccat, aut abiugasse ἀποζεῦξαι aut abiugassere ἀποζεύξειν. Formationes enim in assere quamquam haud infrequentes sunt apud antiquos, ut apud Plautum (cf. impetrassere Aul. IV. 7. 6. Casin. II. 3. 25. Stich. I. 2. 23. reconciliassere Capt. I. 2. 65. al.), tamen pro futuri infinitivis tantum poni eas constat. Abiugat ἀπολύει idem Gloss. habet p. 1. et Gloss. Calep. abiugo ἀποχωρίζω. Plenius G. Abiugat, dividit, distribuit, partitur. Abiugat, secat. vel separat. Abiugat, discernit, distinguit. — secernit, segregat — dissociat — disgregat, dimovet aut distendit. — Item in Pl. T. VI. p. 434. emenda: abiugare, abiungere, abducere aut adiugare, adiungere, adducere.

10. L. o. abolitae i. exstinctae. Aborigines, gentis oblitae habet etiam cod. Par. 7641. P. explicat: Aborigines homines a principio ibi morantes. Erant enim indigenae, propter ultimam antiquitatem originis immemores. A. p. 271. habet Aborigo inde origo, ubi legendum censeo: Aborigo, indegena aut indegenitus. Indegena enim pro indigena scribi in codd., probat pluribus locis cod. palimps. Symmachi, ut orat. in Valent I. 1. 12. Indegenitus aliam esse formam pro indigena, probatur L. p. 32. αὐτοχθών aborigo indigina, patricinus, indegenitus.

11. Pro abpatruus, frater avi emenda: frater atavi cf. du Cang. ed. Henschel. Idem vitium habet etiam alterum nostri cod. glossarium.

12. L. aut abscissure i. e. abscissurae, intervalla, aut abscissurâ, intervallo. Item peccat a.: abscisura, intervalla ab abscindo, is.

14. L. abstinus, sobrius. Duplicem enim fuisse et abstemius et abstinus formam evincit *a.*: Abstemius, sobrius, abstinens a temeto i. a vino dicitur et abstinus, sobrius v. observans. Abstemius cibi i. parcus. Ex hac glossa emendandae sunt gloss. du Cang. v. abstenis et abstemus et L. p. 2. abstenis νηφάλιος ὁ ἀπέχων οἴνου et p. 128. νηφάλιος abstenis, sobrius et C. p. 547. Minus corrupte A. p. 262. n. 328. habet abstenus, sobrius et p. 266. n. 19. abstenus, sobrius et vigil, strenuus. Rectius enim mihi quidem a verbo abstineo insolita formatione deduci posse videtur abstinus quam abstenus. Ceterum non repugnarem, si quis pro abstemus, abstenus et abstinus, quae glossae habent, legeret: abstentus, de quo vide Duk. de Lat. ICt. p. 369. Optimus G. tantum abstemius formationem habet. Ceterum nota glossam A. p. 266. n. 59. abtemius parcas (lege abstemius parcus), ubi non de sobrietate dictum est.

15. cf. n. 2. aberruncat, abstirpat, quod legitur etiam in A. p. 264. n. 35. et saepius.

17. G. habet: Abus. male instructus scientia; *γ.* minus instructus scientia. A. p. 262. n. 329. minus instructus in scientia et p. 266. n. 26. minus instructus in conatiae scientia, ubi forsitan legendum sit minus instructus in cognita scientia, ut ab rerum quotidianarum cognitione talis homo recedat, aut minus instructus incognita scientia, quod fere idem significat. Huc facere videtur etiam A. p. 266. n. 62. abutor contempnit. Rectius habet G. abusus sublatus ab usu. In lexicis hoc vocabulum frustra quaesiveris.

18. L. acidia. G. Acidia, taedium animi — anxietas sive tedium cordis. Acidiari, indignari. Acidiatur, stomachatur. a.: Acciari, stomachari, accidari, unde accidia, quae est taedium animi vel anxietas vel contra, ubi pro contra legendum videtur cordis, et vel expungendum, aut cura. A. p. 267. n. 101. Acidiatur, stumacatur vel tristatur. p. 261. n. 254. accidiosus, mente inquietus et p. 262. n. 300. lege pro accedeator, stomachatur: acidiatur, stomachatur. et p. 262. n. 312. pro acedium-taedium: acidia. Reliquas, quae in codd. leguntur, huius vocabuli formas improbo cf. Henschel ad du Cang. p. 51. Acidus etiam ad animum referri, ex optimis scriptoribus firmari potest. Ita Apul. Met. V. c. 30. Sed iam faxo, inquit, te lusus huius poeniteat et sentias acidas et amaras istas nuptias, ubi vide not. mea p. 388.

**Acceptum, acgersum.**
20. **Accersum, acceptum.**
**Aclibatum, obliquum.**
**Accibitus, tigmina.**
**Accumuit, recubat.**
**Accuratim, adtentius.**
25. **Accusat, arguit, querellatur.**
**Acidus ab acrore.**
**Acoenonitus, qui nulli communicat.**
**Acpropriat, proximat.**
**Acrae mentis, validae mentis.**
30. **Acta, ripa nemorosa.**
**Actibe, strenue, factibuve.**
**Actibuum, factibuum, adtonsum.**
**Adfiliatio.**
**Adinventiones, compositiones.**
35. **Adinventum, expositum.**
**Adlicit, incipit, provocat.**
**Adlisum, adlositum.**

21. L. acclivatum; A. p. 263. n. 360. aclibatum, obliquum. p. 267. n. 105. adclive, oblique erectum. et n. 117. adclibatum, obliquum, erectum. *a.* acclivum, obliquum, declinatum, obliquatum. cf. Henschel ad du Cang. v. acclibanus. I. p. 669. 44. habet: acclibanum, obliquum.

22. L. accubitus tegmina; quam glossam recte emendatam esse, probant quae du Cang. s. v. accubitus vel accubita exposuit.

24. Nusquam alibi, nisi in eiusd. cod. Gloss. altero, hanc adverbii formationem repperi, quam tamen, ut gregatim, articulatim, gravatim, haud improbaverim. Cum vero accuratim comparativo intentius, non positivo intente explicetur, accuratim ex nota accurati[s] i. e. accuratius, quae facile in accuratī i. accuratim corrumpi potuit, ortum censeo. Item in seqq. n. 152. attentius, accuratim.

25. Voc. querellatur in nullo adhuc glossario repperi, nisi in altero huius cod. glossario. Querellari, a subst. querella ductum, id tantum habet offensionis, quod a ceteris eiusdem formationis verbis, ut loquela, medela, corruptela, primae coniugationis verba, quantum equidem scio, non formantur. Ceterum in codd. jam vetustis scripturam querella non inusitatam fuisse, testatur Papirius p. 2290. Putsch.: querela apud Latinos per unum L scribitur, sicut suadela, tutela, cautela, corruptela, nunc autem etiam querella per duo LL. scribitur. In scriptura ella consentiunt optimi quique Prisciani codd. cf. IV. c. l. T. I. p. 143. Krehl. Servium iam in suo Virg. codice invenisse querellam, geminata l. scriptum ex ipsius annotatione, etsi inepta, licet colligi. cf. ad Aen. IV. 360. querellis l. literam metri causa addidit; nam querela dicitur, quia querulus facit, hoc modo et loquela et medela. Optime egit de hac scribendi ratione Wagn. ad Virg. Vol. V. Orth. Virgil. v. querella p. 467.

26. Ita emenda A. p. 267. n. 85. acidus acae sore i. e. acidus ab acrore. et p. 262. n. 345. acidus ab acrore, acie. Acror et acor utrumque in usu fuit, licet posterius rarissime inveniatur; cf. Forcell. v. acror. Eandem glossam habet b.

27. L. acoenonetus; ut *Π.* p. 371. ἀκοινώνητος insociabilis, sine societate, quod, ut asotus et alia id genus adiectiva, in latinam linguam abisse videtur, etsi frustra in lexicis id vocabulum quaeres. Forsitan uno alterove scriptoris posterioris loco glossator hoc invenerit. Eandem glossam habet A. p. 263. n. 348. et p. 266. n. 82. acnonitus, quam ex hac emendes.

28. L. adpropiat, proximat. Du Cang. affert locum Vet. Interpr. Epist. S. Barnabae: Adpropiavi vobis pauca mittere et explicat studet, curat, quia in Graecis legatur: ἐσπούδασα κατὰ μικρὸν ὑμῖν πέμψαι. Hic tamen adpropriat legerim. Apud Cael. Tard. II. 13. adpropiatio lectionem praefero alteri adpropriatio. cf. Sulp. Sev. Dial. III. 6. vidi quendam appropiante Martino. Item peccat b.: acpropriat, proximat.

29. Mirifice cum hac glossa consentit G. qui acre mentis habet, et b. Sine dubio e vetere scriptore locus depromptus est. Nam pro acer, acris, acre veteres et posteriores scriptores acer, acra, acrum, dixisse probant lexica.

31. L. active .... factive.

32. L. Activum, factivum, actuosum.

33. Adfiliatio. Adde e b. adoptio paene naturae emitatio, quod etiam I. p. 668. n. 46. habet. cf. du Cang. v. Apud ICtos adfiliatus (id est adoptatus) in usu est. Altera tamen glossae pars paene naturae imitatio per confusionem duarum glossarum annexa videtur. Primum enim apud Isidorum non extat adoptio sed solum: paene naturae imitatio, tum gloss. nostri auctor ipse in hac explicatione offendisse videatur ita, ut nihil apposuerit. Ego igitur emendaverim: Adfiliatio, adoptio: Adsimilatio, paene naturae imitatio. Ita etiam P. habet tantum: affiliatio, adoptio in loco filii. et G. (de gloss.) adoptat, adfiliat. Adoptatio, adfiliatio. A. p. 263. n. 370. adoptat, adfiliat.

36. L.: inlicit, provocat.

37. 38. L. adplosum, adlisum G. corrupte habet adlo allislum; item peccant b. et A. p. 267. n. 119. adlositum, adinlisum cf. du Cang. ed. Henschel. p. 81. Applodere proprie est allidere. cf. Nemes. III. 33. Apploditque manu mutilum caput,

Adlositum, adlisum.
Adluricum, res ad lusum apta.
40. Admentum, ligamentum.
Adnepus, pronepus, id est quarta generatio.
Adnixus, innodatus vel incumbens.
Adorire, incipere vel adgredi.
Adoritur, gignitur, nascitur vel adgreditur.
45. Adplanat, hostit, aequat.
Ad prostulandum, ad observandum.
Adrumavit, rumorem adtulit.
Adsecula, domesticus familiae.
Adsecula, domestici, pedisequi vel lenones.
50. Adsentio, fabeo.

39. L. ad ludricum; res ad ludum apta ut b. habet. Ita emendo in G. ad lusum, ad lucum: aut ad ludum aut ad ludicrum. Fortasse erunt, qui alludicrum emendent. Magis corrupta est gloss. cod. Reg. 7641. ubi exstat: adluricum, res ad usum apta.

45. Idem habet I. p. 668. n. 47. Hostire enim est: par pari referre. cf. Serv. ad Virg. Aen. II. 156.: hostia victima est dicta, quod dii per illam hostientur i. aequi et propitii reddantur, unde hostimentum aequationem; cf. Intt. ad Plaut. Asin. II. 2. 110.

46. L. ad praestolandum, ad observandum, ut G. habet: ad praestolandum, ad observandum, ad sustinendum, cf. infra v. praestolare. Emendavi hanc glossam ex A. p. 267. n. 124.

47. cf. A. p. 267. n. 119. et du Cang. v. qui plura affert. Fest. I. 8. 9 Lind. adrumavit, rumorem fecit sive commurmuratus est, quod verbum quidem a rumine, id est, parte gutturis, putant deduci; cf. Intt. p. 312. Cum nostro Gloss. consentit G., in cuius margine scriptum est, hoc vocabulum apud Virgilium legi. Ego locum non invenio.

48. 49. L. familiaris. Idem extat in A. p. 267. n. 121. et 130. Ego formam assecla rectiorem esse probo, quia non solum in optimis quibusque codd. legitur cf. Cic. Verr. II. 1. c. 25. §. 65., ubi ne minima quidem apparet in codd. lectionis varietas, et pro Sext. 64. §. 185., ubi minoris tantum pretii codices assecula scribunt, (cf. Intt. ad Iuven. IX. 48); sed quia omnia, quae in culus vel culum desinunt, verba, (cf. Mai. ad Cic. de Rep. III. 2.) apud veteres rectius ac saepius ita scripta sunt; cf. Mos. ad Cic. de Legg. I. 6. p. 49. Creuz. ad Cic. de Legg. p. 547. G. Adsecla domesticus (de gloss.) — cliens vel susceptus (emenda subiectus) — assecutor comes (Cic.) genuinus, intimus dominus (emenda domini.) finitimus, propinquus, vicinus, proximus. Adsecla, eo quod sequatur aliquem lucri caussa. (Isidor.) — Adseclae subiecti (de gloss.) — pedisequi vel lenones, qui causa escae quempiam consectantur, qui sectari aliquem solent cibi gratia. — Tamen formam adsecula non plane damnaverim; quod ut faciam, me commovet Glossariorum in ea constantia, cf. A. 259. n. 89. adsaecula, cliens. p. 268. n. 364. adsaeculum, turpitudinis minister et n. 365. adseculae, pedisequi et lenones. Apud I. emenda p. 669. n. 20. adsecula agaso pro adsuetula, ut ibid. est n. 48. adsecla, domesticus familiae (lege familiaris) agaso et n. 49. adseclae domestici, pedisequi, lenones.

50. L. faveo. Magna est de activa huius verbi apud optimos scriptores formatione inter viros doctos sententiarum discrepantia; cf. Heusing. Observ. Antib. IV. 450. Ciceronem activa forma aliquoties usum fuisse, apertis verbis testatur Diomed. p. 377. Ciceronis omnes, qui extant, loci hi sunt: de Div. I. 4. ne falsae rei adsentiamur. ibid. 18. iis adsentior, II. 35. equidem assentior Marcello II. 48. his adsentior, atque ita legitur de Rep. I. 10. 39. II. 44. III. 27. III. 35. de Nat. D. III. 8. de Prov. Cons. 10. (bis) pro Balbo 27. Phil. VI. 5. VII. 9. XI. 6. XIII. 21. de Orat. I. 10. ad Att. XVI. 14. al.; assentiar Tusc. I. 8. de N. D. III. 25. Verr. III. 88. Phil. XIV. 4.; assentiare Div. in Caec. 7., assentiamini Phil. XII. 2. assentiebar Prov. Cons. 17. de Orat. I. 11. 20.; assentiremini Phil. VIII. 1. assentiere de Rep. I. 40.; assentiris de Leg. I. 21. ad Att. I. 19.; sum assensus de Sen. 10.; assensus est ad Att. XV. 12. XVI. 7. §. 7. XVI. 15. pro Planc. 15. Phil. I. 6. II. 6 XI. 6., assensi estis Prov. Cons. 11. Phil. VIII. 1. XIII. 4.; essetis assensi Phil. VII. 4.; assensus ero Phil. XI. 8.; assentiri de Fat. 10. Phil. I. 1.; huic assensi (Particip.) Phil. VI. 5. ei neminem assensum Ph. X. 3. Activam formam sine ulla lectionis discrepantia inveni: Epist. ad Div. V. 2. iis assensi: assenserunt Att. I. 14.; assensit senatus Att. II. 1. §. 8. de Inv. I. 31.; assentio Att. IX. 9. §. 1. assenserint pro lege Man. 16.; assenserit de Inv. I. 32.; assenserimus de Inv.

**Adsuevit, adsefecit, consuevit.**
**Adultos, maturos.**
**Aegiator, orator.**
**Aemitavit, initiavit.**
55. **Aemuli, inimici vel aemitatores.**
**Aeneatores, cornices, fiticinii, id est cornodanio canentes.**
**Aerium, thesaurus.**
**Aestuatur, calorem patitur.**
**Aevus, eiusdem aetatis par.**
60. **Affinis, proximus.**
**Affinis, proximus, cognatus, amicus.**
**Agania, hostia.**

II. 3.; assensisse de Inv. I. 17; assensum est Bibulo ad Att. I. 19; si tibi non sit assensum Phil. XI. 8. quum esset assensum de Inv. I. 31. assensa ad Att. I. 31. assentiri ad Att. I. 18. In aliis locis scriptura discrepat, ut Ep. ad Div. I. 1. ubi cod. optim. habet assentire, ceteri assentiri; assentio ad Att. VII. 3. §. 3. ubi Med. habet assentior; assentio ad Att. XII. 5. et XIV. 19. §. 4., ubi plurimi codd. cum Med. habent assentior. cf. Drak. ad Liv. XXXIX. 52. Garat. ad Cic. Phil. I. 1. p. 14. et Eckst. ad Voss. Arist. T. II. p. 762. Ex his, quae collegi, id observare licet, praeter perfectum, Ciceronem activa formatione hoc verbum vix usurpasse. G. Adsensere, consenserunt, assenserunt.

51. Activam verbi adsuescere significationem non inusitatam esse, probant Bentl. ad Horat. I. 4. et ad Lucan. V. 776. 105. et Intt. ad Vellei. II. 79.

53. L. egetor, hortator. Ita emenda G. qui habet de glossis aegeator, ornator et α. in quo extat aegiatur, ornatur. In A. p. 268. n. 179. pro aegiatores, ortator lege egetores, hortatores et ita etiam p. 262. n. 310. pro ageator, hortator, egetor; P. habet: egeator graece, hortator.

54. L. aemulavit, imitavit. cf. G. aemulare, zelare. Aemulari, imitari. Aemulatio, immutatio (lege imitatio), inimicitia. P.: Aemulari, zelare, invidiari, imitari, vel etiam amare, per ae scribitur. Aemulus enim inde derivatur i. inimicus, invidens et de eodem studio certans, lividus. Sic lege A. p. 263. n. 382. pro amatores, qui amant unam, quasi de uno rivo: aemulatores. Ita voc. originem profert etiam P. Hoc confusum est cum voc. rivalis. Cf. Apul. Met. I. 23. si contentus lare parvulo ... Thesei virtutes aemulaveris. Etiam imitare activa forma veteres dixisse, probat locus Liv. Achill. et Varronis apud Non. p. 473. ed. Merc. In A. duas glossas commixtas esse in h. v. verisimile est, unde lego p. 268 n. 174. pro: aemulus, emitator vel inimica et imitatrix bonorum —: aemulus imitator vel inimicus. — aemula inimica vel imitatrix.

56. L. Aeneatores, cornicines, tubicines, id est cornu aeneo canentes. Ita emenda A. p. 268. n. 275. aeneatores cornicines vel tubicines p. 272. n. 80. pro aeneator, tubarum factor lege tubarum cantor. et p. 258. n. 6. pro aneatores, tubicines: aeneatores. VI. p. 505. aeneatores, tubicines et aereatores, cornicines, liticines. VII. p. 551. aeneatores, tubicines, et ita etiam pervetustus eccl. Aniciensis Ms., ubi aenitores falso legitur. De hoc voc. vide Intt. ad Suet. Caes. 32. Fere eandem glossam habet Fest. aenatores (ut nonnulli scribunt) cornicines dicuntur, id est cornu canentes, quo loco cornu aeneo legerim. Aenatores rectius scribi, virorum doctorum est sententia; cf. Intt. ad Fest. p. 328. Lind.

58. Nova est, si quidem placet, huius verbi forma, quam etiam gloss. b. habet. G. legit: aestuat, decurrit, calorem patitur, sudat, ubi legerim ebullit pro decurrit. Hinc aestuosus cf. A. p. 272. n. 71., ubi pro aestu lassatus l. aestu quassatus.

59. L. Aequaevus, eiusdem aetatis, par ut b. aequevi, coetanei, id est eiusdem aetatis. A. p. 268. n. 176. aequievus eiusdem etatis et aequievi coetanei. Aequaevi scribendum esse, docent locus Virgil. Aen. II. 561. et compositiones ceterae, ut aequanimus. P.: aequevus, aequalis aevi dicitur, coaetaneus. G. aequaevi, coetanei — aequaevos (de gl.) aequales annos (l. annis.) — aequaevum, unius aequalitatis, equales aetates i. senum. coetaneum i. eiusdem aetatis. Aequaevus (Isidor.) ab eo est quod alteri est aequalis aevo i. coetaneus.

62. L. Agonia, hostia. Item peccat P. agoniae, victimae vel hostiae. Pl. p. 436 ed. Mai. VI. p. 505. agoniae victimae; agonia, hostia. p. 668. n. 48. agonia, hostia. Fest. v. p. 9. Agonium dies appellabatur, quo rex hostiam immolabat. Hostia enim antiqui agoniam vocabant; cf. Intt. ad h. l. p. 313. Lind. A. p. 268 n. 206. agoniae, victimae, ut emenda I. p. 667. 19 ubi legitur: agonei, victimae et VIII. p. 50. agonei, victimae, quae pro rebus agendis offerebantur.

Agaron, minister, officialis.
Agmini, multitudines.
65. Agrippa, qui in pedibus nascitur.
Agrum, rugem.
Agga, festivitas.
Alacrimonia, laetitia.
Alaris, caballarius.
70. Albas gerentes, candidam vestem amicti.
Alates, alas habentes.
Aleas, eruditus.
Algidus, alsosus.

63. L. Agaso. l. p. 669. n. 51. agaso, minister, officialis. A. p. 259. n. 90. habet corrupte agosson, minister, officialis. p. 268. n. 196. agaso, domesticum (l. domesticus) et 199. agasones, qui vinum portant vel triticum ad victuras (l. vecturas) et 272. n. 91. agaso, domatio vel tractoria (l. domesticus vel lenocinator.) P. habet: agasan, minister officialis; agaso, domesticus, leno, custos equorum vel asinorum. Fest. v. p. 21. agasones, equos agentes i. minantes, ad q. l. vide Intt. VI. p. 505. agaso, domesticus. Agason, minister officialis vel negotia aliena anteambulat. Agasone, equitione (l. equisone.) VIII. p. 50. agaso, custos asinorum.

64. L. agmina ex G. (de gloss.) Agmina, multitudines, turbas, comitum multitudinem.

65. cf. Plin. Nat. Hist. VII. 8. 5. In pedes procedere nascentem contra naturam est; quo argumento eos appellavere agrippas, ut aegre partos. A. p. 268. n. 93. l. pro agrippago: agrippa dr. i. agrippa dicitur et p. 263. n. 405. qui in pedes (l. pede) nascitur, ut etiam P. habet, et p. 272. n. 89. agrippa, pedc natus.

66. L. Agrion. i. ἄγριον rudem. cf. C. p. 365. ἄγριος ferox, ferus, efferus, immanis.

67. L. Agonia, festivitas, quam glossam explico ex Fest. p. 9. agonium etiam putabant deum dici praesidentem rebus agendis; agonalia eius festivitatem. Ita emenda P. ac lege pro agennus interpretatur festus vel solemnis nuntius: agonius interpretatur festus vel solemnis vel laetus.

68. cf. P.: alacrimonia, laetitia; alacritas, gaudium. Alacer vel alacris, hilaris, velox, argutus, letus. Alacer commune est; alacris vero femininum invenitur. In utraque terminatione commune reperitur. A. p. 264. n. 417. alacrimonia, laetitia et p. 269. n. 218. acrimonia, laetitia ubi Oehler. recte emendavit pro acrimonia, alacrimonia. VI. p. 505. alacer, velox, hilaris. alacrimonia, laetitia.

69. P.: Alaris, cabellaris; cf. infra ad voc. caballarius, alaris. Plenius G.: Alares (de gloss.) equitum turmae. Allaris caballaris. Alarica hasta vehemens trium angulorum ferrum habens, ex quo emenda P., qui habet alanes, equitum turmae. A. p. 264. n. 420. alaris. cabba alaris, ubi l. caballaris et p. 269. n. 219. alaris, caballaris; ut VII. p. 551. Ceterum caballaris adiectivum cum constanter in optimis codicibus legatur, retinendum censeo.

70. Huc referenda videtur glossa P: alba est vestis sacerdotalis linea et stricta, quae camisium dicitur et poderis et talaris et subucula, ubi ex Isidoro emendandum non est camisia. cf. Orig. XXI. 1. Poderis est sacerdotalis linea, corpori astricta et usque ad pedes descendens et inde nuncupata, quam vulgo camisiam vocant. Nam veteres etiam camisium dixisse probat P.: Camisiae (ubi altera manus addit camisia) dicitur, quod in his dormimus in camis i. in lectis nostris, sive quod prius fiebant a cannamis. (cf. Isidor. Orig. XXII. 22. 29., ubi l. a cannabis ex XIX. 27. 3.) Cannabum a similitudine cannae vocatum cett. Idem repetit G. Tum in P. pergitur: Camisium, vestis sacerdotalis usque ad talos, unde et talaris dicitur. Dicitur vero a similitudine camisiae cotidianae, quae de lino fit, stringens superiora et inferiora .. Inde etiam albatus est alba veste indutus apud P. Erat, cum pro albas gerentes legerem, alba gerentes. Alba enim pro albis vestibus dici demonstrant Intt. ad Ovid. Fast. IV. 619., ac vestis substantivum omitti, altero exemplo non probatur. Nam quae Oud. ad Apul. Met. VIII. p. 579. profert exempla, quibus vestimentorum genera adiective solere efferri demonstret, ut bombycina, lintea, huc quidem referri nequeunt. His, tantum neutro genere illa adiectiva dici, evincitur. In l. VI. p. 506. extat: allicula, genus vestis.

71 L. alatas, alas habentes.

72. L. allers vel alers ex Ugutione, Alers, doctus quasi alienus ab arte, per contrarium. Unde Francogallorum voc. allerte proficisci videtur. Item aperte habet A. 273. n. 222. alers, eruditus. VI. p. 506. alebre (lege alertem,) bene educatum.

73. Glossae nutant inter formas alsosus et alsiosus cf. A. p. 269. 224. alsosus frigorosus et n. 228. alsiosus frigorosus. A. p. 264. alciossus frigorossus. Utrumque in usu fuisse probant lexica, ita ut optimis codd. obtemperandum sit.

**Algor, frigus, frigdor.**
75. **Alitilis, nomen est avis.**
**Allectat, exspectat.**
**Alpes, nives.**
**Alphus, morbus sacer.**
**Alsosus, frigdosus.**
80. **Alternatur, latinum non est, sed alternat. id est post alterum facit.**
**Altilia, studio saginata.**

74. cf. du Cang. v. frigdor. P.: frigdor, frigus, frigidum; frigduit, alsit; frigdent, frigescunt et frigdescere, frigidum esse. Hoc vocabulum eadem ratione, qua caldor, ex calidus, per syncopen in caldus contractum est, cuius tamen verbum caldeo et caldesco nusquam inveni. A. p. 264. n. 422. alsit, frigduit. VI. p. 506. alsit, frigduit· alsosum, frigdosum.

75. Item corruptissime habet etiam cod. b. Quocunque me converti, frustra auxilium quaesivi. Si P. confidendum est, (nam in G. non extat) lege: Alietus. avis similis aquilae sed maior. et alietos, a graeco alietos, avis qui similis dicitur, ubi rectius alii codd. smirlius vel smirilium legere videntur, cf. VIII. p. 44. alietus avis, quae gallice vocatur smerillum vel sparverius. Omnia haec huius avis nomina in nullo adhuc inveni lexico. Equidem existimo pro alietos legendum esse halietus vel halieutus, ut ab ἁλιευτός graeco repetatur. Locus exstat in Tabul. Abbatiae Villaelupensis p. 125.. Et quittare fecit duos halietos, quos ipsi de Chepdone debebant, sed quae huius vocis sit significatio, du Cang. qui hunc locum excitat, non adscripsit. Fortasse, ut ardeae, halienti s. hallieti ad genus pertinebant avium, quae ad venationes erant aptissimae. Aletus, quod halce significat, hic non aptum est.

76. Idem repetit b.: et A. 269. n. 219. ut G. habet: allectat, spectat. Ego legerim spe citat aut spe lactat. Lactare enim frequentativum inusitati verbi lacere in usu fuisse apud priscos poetas, constat. Item peccat A. p. 264 n. 419. alectat, spectat et VI. p. 506.

77. Haec glossa sine dubio ad locum poetae pertinet, ubi Alpes voc., quod summa eorum cacumina multa nive obtecta sunt, pro nivibus est positum. Emendandum quicquam esse nego.

78. Proprie sacer morbus, ἱερὰ νόσος, appellabatur morbus comitialis (cf. Oud. ad Apul. Apol. p. 499. et 509.), quia comitia impediebat et ominosus fuit. Hic vero sacer significatione poetica dictum puto pro malo, noxio et detestabili, quam notionem lexica probant. Alphum Celsus ita descripsit. V. s. 28. n. 19. vitiligo quoque, quamvis per se nullum periculum affert, tamen et foeda est et ex malo corporis habitu fit. Eius tres species sunt. Ἀλφὸς vocatur ubi color albus est fere subasperet non continuus, ut quaedam quasi guttae dispersae esse videantur. Interdum etiam latius et cum quibusdam intermissionibus serpit. Corrupte in P.: alfus moribus sacer, ubi legas morbus sacer. Hanc glossam G. omittit.

80. Hanc glossam iisdem verbis repetit A. p. 269. n. 225. cf. L. p. 169. σκέπτομαι alterno, cogito, considero et p. 11. alterno σκέπτομαι. Huc facit G. alternanti, vicibus cogitanti — titubanti aut interiecte agenti (ubi legas incerte agenti.) alternati, cogitati, ubi emenda alternanti, cogitanti. A. p. 264. n. 412. alteriis agunt (lege alternis), non simul agunt. VI. p. 506. alteratur (lege alternatur) variatur; alternum, unum (lege varium).

81. L. studiose saginata ex G., ubi: (ex Cic.) Altilia volucres et (de gloss.) alites aves altilia volatilia et (ex Virg.) altilia, studiose saginata. Nam syllabam se propter sequentem sa facile potuisse excidere, nemo erit qui neget. Quamquam studio defendi potest. Apud Ciceronem haec vox non legitur, si fides lexicis est, atque in ea, quam glossator exposuit significatione, de volucribus nuspiam, quantum scio, reperitur. Idem tamen repetitur in Gloss. Lugd. Voss., quod in Bibl. Lugd. asservatur, altilia studio saginata vel volatilia; pasta alendo, q. l. Burm. ad Anthol. Lat. II. p. 506. ab alendo scribi mavult. Etiam apud Virgil., ut glossae volunt, voc. non legitur. P.: Altilis ab alendo dicitur i. pinguis gallina, eo quod alatur. et paulo post: Altilia, volatilia, saginata studio. Altilia, ab eo quod est alere dicta. L. p. 11. altiles σιτιστά. altilia σιτιστά. altiliarius ὀρνεοτρόφος. altilium σιτεστῶν. et p. 168. σιτεστά altilia σιτεστῶν altilium. I. p. 667. n. 20. altilis, pasta ab alendo. A. p. 272. n. 124. altile saginatum. et a. Altilis, ab alendo dicitur i. pinguis gallina, eo quod alatur. Altilia ab eo, quod est alere dicta, quasi alitilia; saginata enim dicuntur. Altilitas ab alendo ipsa res, quae alitur. VIII. p. 44. altile animal, quod ad hoc alitur, ut pinguis efficiatur. Altilis eo, quod facile nutriatur. Alitudo, pinguetudo, corpulentia, carnulentia.

**Altruncat, avertit, alienat.**
**Alvet, splendet.**
**Alumni, filii vel servi, ab alendo dicti.**
**85. Alumnus, diliciosus, nutricius, vernaculus.**
**Amanet, extra manet.**
**Amaricat, exacerbat, provocat.**
**Amata, concatinata eo, quod sunt ami.**

82. Eandem glossam habet cod. Reg. 7641. Ego legerim averruncat; ut P. explicat: averruncare, avertere, abominari et G. averruncassit, avellerit. (?) Averruncando, abominando. Graece filaxe (i. φυλάξαι.) dicunt. Averruncat cum in glossis aberuncat scriptum esset, cf. supra, facile in altruncat corrumpi potuit. Aut propius ad litterarum ductum lege abtruncat pro abstruncat; nam abtorqueo quoque veteres dixerunt; ita VI. p. 506. altruncat inertit vel alienat lege abtruncat, avertit, alienat. et p. 504. adruncat, evertit aut dilaniat, ubi lege abtruncat avertit; aut denique lege abruncat, avellit, alienat, abruncat, evellit aut dilaniat. VIII. p. 56. arruncare, alienare, evertere (lege evellere) et p. 59. aruncare, vellicare, abstirpare.

83. L. albet. Ita glossas emendandas existimo, ubi annet, fulget, splendet legitur, ut in VI. p. 507. I. p. 667. n. 59.

84. 85. G.: Alumna, serva, ancilla, pedissequa (Cic.) Alumna nutrix ab alendo (de gloss.) Alumnus ab alendo vocatus, licet et qui alit et qui alitur, alumnus dici potest. i. e. et qui nutrit et qui nutritur. Melius tamen qui nutrit. (cf. Isid. Orig. X. 3.) Alumni filii vel servi ab alendo dicti. Alumno amatore (Virg.) sive filio. Alumnus, nutritus. Alumnus, tenere dilectus, famulus, servus. Pro nutritus legerim nutricius ex nostro Gloss. et Gloss. Isonis ad Prud. contra Symmach. alumni, nutricii, ministeriales, famuli. cf. Pl. p. 427. Accuratius egi de activa et passiva huius substantivi significatione ad Apul. Met. VII. c. 13. T. 1. p. 569. Duplicem huius voc. notionem etiam Serv. agnoscit ad Aen. IV. 72. et VI. 595. Alumnum apud Virg. idem significare quod amatorem, G. volunt; locum tamen invenire nequeo, nisi est VI. 595. ubi de Tityo, terrae alumno, sermo est. Ceterum n. 84. tantum in cod. b. repetitur. Ita etiam emendandam censeo glossam A. p. 261. n. 266. alenius nutritor, in alumnus cf. p. 269. n. 216. alumni, filii vel servi. VI. p. 506. alumni, filii vel servi aut amatores: alumnus, cognitus, servus, filius, amator. VIII. p. 44. Alumnus et pro nutrito et pro nutritore dicitur.

86. L. amendet, extra mandet. cf. P. amandat, relegat, extra, longe mandat et paulo ante amandare, extra amanare et amandare, abscondere, extra commendare, quod statim emendabo; eadem repetit G. Ita emenda A. p. 264. n. 436. et p. 269. n. 219. et p. 249. n. 91. amandat: commendat in amandat, longe mandat vel extra mandat, quod compendio ec'a scriptum, facillime in con abire potuit. Item n. 90. lege: amendat, extra longe mandat vel seponit. Postremae latinitatis est voc. amandare, quod emendare significat. Forsitan utrumque commutatum sit, ut emendat postea abierit in c'mendat i. e. commendat. De hoc voc. vide du Cang. Ita etiam corrige A. p. 259. n. 91. amandat commendat p. 269. n. 52. amendare, patria exulare: amandare. Exulare enim apud posterioris aevi scriptores activa legi significatione, probat locus Dict. Cret. V. 4. ubi nostris praesentibus decernitur, primum omnium Antimachum ex omni Phrygia exulandum, ad q. l. vide Deder. Gloss. p. 359. du Cang. s. v. Ex glossa defendi possit locus Plaut. Most. III. 1. 69. ubi in lectione a patria exulare critici haerent, licet sit diversissima loci scriptura. Idem probat P.: exulare, extra solum suum habitare. Exulo a te dicimus. Alibi magis in usu est e patria exulare. Corruptior est A. 441. amandit respondit commendat ubi l.: amandat, seponit, longe mandat. VI. p. 506. amandat, extra manat. et p. 507. amendat, extra commendat vel seponit T. VI. p. 551. amanet, extra manet.

87. Noli turbare voc. provocat. Est enim irritat, lacessit, qua significatione potissimum in usu est apud Tacitum. VIII. p. 52. amaricare, amarum facere amarascere et Amaracose (lege amaricose) amare. T. VI. p. 506. amaricaverunt, irritaverunt.

88. A. p. 264. n. 437. corrupte habet: amata catenata ab eo, qui adsunt amici, ubi lege concatenata ab eo quia sunt ama. i. e. una. Ita male etiam G. habet: amata catenata ab eo, quod sunt amici. Concatenata emendandum esse mihi quidem probabile est, quod ita voc. ἅμα significatio, in qua tota est vis explicationis, magis effertur. Voluit igitur glossator significare, amare a gr. ἅμα esse factum, quod quam insulse fecerit, nemo negabit. Quam ineptae glossatorum de origine vocabulorum

**Ambrones, devolatores.**
**90. Amendat, extra conmendat vel seponit.**
**Amicitum, amictum, vestitus.**
**Amita, magna soror avi.**
**Amitini, qui ex patre et sorore eius progenerantur.**
**Amnuit, contradicit.**
**95. Amoenum, fructuosum, ubertum.**

sententiae sint, praeter alia evincit glossa, quae in cod. b. sequitur: Amatores duo qui unam amant, quasi de uno rivo; quam plenius dat G.: amatores rivales duo, qui amant unum quasi de uno rivo potantes, unde prior glossa supplenda est. cf. etiam P. v. amicio, is, cooperio, vestio, circumtego ab amico vel ab am et icio, unde amicto, as, quod plane insulsum est, nisi forte legis ab am et iacio. cf. Varr. de L. L. V. § 132. Mueller. amictui dictum, quod ambiectum est, id est circumiectum. Quamquam ne inde quidem vocabulum esse petendum, perfecti forma mihi indicare videatur. Ceterum esse, qui amo ab ἀμάω petant, constat. Concatenare apud patres ecclesiasticos usitatum fuisse, lexica probant. VI. p. 507. amus unus.

89. l. devoratores. G. Ambro, devorator, profusus, luxuriosus, gluto, consumptor patrimonii, elluo (i. heluo, quod in P. deest.) ganeo, popino. (de Gloss.) Ambronem perditae improbitatis: a gente Gallorum qui cum cibris omnesque grassantes periere (de Placid.), quae glossa ex Pl. p. 436. Mai ita corrigenda est: ambronem perditae improbitatis, a gente Gallorum, qui cum Cimbris Teutonisque grassantes periere. I. p. 667. n. 22. ambro, devorator, consumptor patrimoniorum, decoctor luxuriosus, profusus, unde corrige A. p. 269. n. 256. ambro consumpto matrimonie in: consumptor patrimonii. Nostram glossam repetit A. p. 264. n. 439. ambrones devoratores et p. 259. n. 127. VI. p. 507. ambro, consumptor patrimonii, decoctor aut profusus. Ambrones devoratores. VII. p. 554. ambro, devorator, decoctor, profusus. VIII. p. 53. ambrones, avidi voratores. Hinc est ambrosus, si verum est, quod T. VIII. p. 55. habet: ambrosius gulosus ab eo nomine quod est ambro i. lecator; Iuvenalis: fiat pater ambrosiusque choraules; ubi hodie legunt Ambrosius. Nec ambrosius ab ambro potest formari sed ambrosus. Sed nota glossatoris explicationem loci Iuv. VII. 77.

91. G.: Amictu, operimento. Amictum, velamen — cooperimentum sive pallium. Utroque tamen loco legas amiculum. Accusativo casu hanc glossam protulisse auctorem verisimile non est, et amictum formam neutro genere non probaverim. Certe numquam in alio glossario inveni. Amiculum (ita enim legendum est pro amiculum) explicat G.: meretricium pallium, lineum. Hoc apud veteres matronae in adulterio deprehensae induebantur, ut in tali aminiculo potius pudicitiam quam stolam polluerent pudicam. Erat enim apud veteres hoc signum meretriciae vestis, nunc in Hispania honestatis, ex quo loco emendandus est I. Or. XIX. 55. 4. 5., qui, ut hic obiter semel moneam, ab Ottone codicibus Guelf. confiso corruptus est, cum cod. S. Germ. vetustissimus cum Areval. codd. plurimis locis consentiat et ita comprobet, horum codd. lectiones textui necessario esse substituendas. Ita etiam P. glossema expleo: amiculum, meretricium pallium lineum. Hoc matronae (adulterae) sumunt. Non tamen semper amiculum de veste meretricia dici, evincit locus Fest. p. 48. ed. Lindem.: Corolla deminutivum est a corona. Corollam nova nupta de floribus verbenis herbisque a se lectis sub amiculo ferebat, ubi amiculum de flammeo intelligendum est; cf. Intt. ad h. l. p. 391. Huc spectat Gloss. Lat. Ital. Ms.: la binda virginale. et Gemma Gemm.: amiculum, mitra virginalis. Apertissime id demonstrat locus Nepot. Datam. c. 3. §. 2. ipse agresti duplici amiculo circumdatus hirtaque tunica, ubi pro cooperculo, velamine dictum est. At ne quid dissimulem, in Gemm. Gemm. extat: amictulum ab amicire ein Kleidt, quod si probas, deminutivum tantum esse potest, nisi forte hic quoque amiculum, ut altero eiusd. libri loco, legendum est. Eadem ratione amictorium proprie de fascia dictum est, qua mulieres pectus et mammas cingebant, tum de quovis vestimento. A. p. 296. n. 250. amictorium, vestimentum. ut VIII. p. 44. cf. Intt. ad Fest. p. 319. Huc mihi pertinere videtur A. p. 273. n. 129. amicinus osustris, quod sequens vocabulum anglo-saxon. est.

94. l. abnuit. Ita emenda etiam A. p. 264. n. 442. pro amnuere: abnuere — refugere et n. 446. pro amuliere, abducere: amovere. aut amoliri, abducere. T. VI. p. 507. habet annatantem repugnantem, ubi l. adnitentem aut abnutantem; ut etiam lego ibid. pro annit incumbit, adnitit i. adnititur.

95. l. uberatum ex Pallad. III. 17. §. 4.. surculi, qui inserendi sunt, sint novelli, fertiles, nodosi, de novo nati.... gemmis pluribus uberati. Ita etiam cod. b. habet amoenum,

**Amplectitur, amplexat, complectitur vel adiuvat.**
**Amplexo, futo.**
**Amplum, palatum, patens, apertum.**

**Amplustra, ornamenta vel armamenta navis.**
**100. Anathematus, abominatus, exsecratus, foris missus capitis.**
**Anemositas, audacia, spiritus vel temeritas.**

fertile, iocundum — amoenum fructuosum, ubertum.

96. Plenius G.: Amplectitur, amplexat (de Gloss.) Amplectitur, amat, diligit, magnificat. Amplectitur, curam habet, osculatur — in oculis fert. Amplexat non mutandum est in amplexatur. Utramque enim formam in usu fuisse, exemplis confirmatur, quae collegit Voss. Arista·ch. T. II. p. 762. ibique cf. Eckst. VI. p.507. amplectitur, amplexat. In seq. glossa pro futo lege futuo id est Veneri operam do, quam voc. amplexo significationem nusquam alibi reperi. Sed bene ita capi posse, analogia voc. francog. embrasser et baiser demonstrant, quae obscena significatione dici notum est. Ceterum in voc. adiuvat haereo, quamquam non plane improbandum est. Nam qui aliquem amplexatur, ei favet eiusque res adiuvat. Sed haud scio an rectius legeris ex ceteris glossis: vel suaviat sive saviat aut osculat. Utrumque enim voc. activa forma apud priscos efferri docet Voss. Arist. T. II. p. 769. Eckst. et p. 772. ubi vid. adn. Eckst.

98. l. patulum.

99. Cave, ne amplustra mutes in aplustra. cf. Schol. Iuven. X. 136. ubi vide Intt. p. 396. ed. Cram. II. aplustra πτερὸν πλοίου ὡς Ἔννιος. Apertissime hanc formam latinitati vindicant verba Prisciani VII. 15. T. I. P. 342. Krehl.: Aplustre item, quamvis faciat ablativum ab hoc aplustri, nominativum tamen pluralem non solum in a sed etiam in ia terminat: aplustra enim et aplustria antiqui protulisse inveniuntur. Cicero in Arato: Navibus assumptis fluitantia quaerere aplustra, Caesar in Arato: Fulgent Argoae stellis aplustria puppis. De voc. vide I. Or. XVII. 7. 3. et Fest. p. 9., ubi codd. variant inter scripturas amplustria, amplustra et aplustria, T. VI. p. 508. aplustria, ornamenta, navis. T. VIII. p. 57. aplustre, remex. gubernabulum, remigium, ubi nota vocis remex significationem. Ita etiam L. p. 158. remex κωπηλασία. Priores scripturae posterioris temporis videntur fuisse. cf. Dac. ad Fest. p. 312. Drak. ad Sil. X. 325.

100. G. Anathema, perditio. Maranatha, domini adventus. Syrum est Anathema, maranatha, perditio in adventum domini. Anathematus, abominatus. P.: anathema, perditio; maranata domini adventio. Syrum est, nam anathemare i. abominari. Anathematizo vel anathemo, as, vi, quod est maledico. T. VI. p. 507. anathema, perditio: anathematus, habominatus. VIII. p.58. anathemizare, imprecari, abhominari, execrare. Ceterum hic abominatus passiva legitur significatione, qua apud veteres in usu fuisse, probat Prisc. VIII. p. 368. Kr. ex Verrio Flacco: saevitiaque eorum abominaretur ab omnibus. cf. Arntz. ad Plin. Panegyr. p. 724. et Intt. ad Horat. Epod. XVI. 8. parentibusque abominatus Hannibal. cf. VI. p. 501. abominat negat quod suum est. Item exsecratus raro tantum notione legitur passiva, cf. Prisc. VIII. p. 369, qui hunc affert Catonis in Origg. locum: Exules duo lege publica execrati passive καταραθέντες. Plura dabit Heusing. ad Vechn. Hellenol. p. 114. et Buenem. ad Lactant. de Mort. Pers. c. 22. §. 4. p. 1429. Quid sibi velit capitis, quod fine glossae legitur, vix capio. Forsitan legendum sit eiectus vel ecca eiectus i. ecclesia eiectus vel simile quid. Ex ceteris quas legi glossis nihil suspicari licet. Abominari enim G. ita explicat: abominat, negat quod suum est. — abominat, despectui habet vel despicit. [Ita emenda T. VIII p. 58. anathema, di visus dampnatus, interdictus execretus in: anathematus, derisus cett.] Abominatur, exhereditatur Abominatici, exhereditati. Abominatus, contemptus, despectus, minus instructus inscientia, quod postremum mirifice in gloss. abusitatus iam habuimus. In A. p. 269. n. 257. legendum existimo pro Amaratha sic dic perditio in adventum domini: Anathema, maranatha Syrum. dicitur perditio in adventum domini. A. p. 269. n. 267. anathematum, abhominatum.

101. Posterioris est latinitatis vocabulum; cf. Lex. Quomodo spiritus et animositas differant, docet Ascon. in Verrin. II. 1. c. 30. (Orell. T. V. P. 2. p. 181.) Plus significavit dicendo spiritus, quam

**Anfractum, iter difficile vel circuitus.**

**Anget, solicitat vel stimulat.**

**Angetudo, anxietas.**

**105. Angit, consignat, praefugat, compungit, constringit.**

**Angustum, artum, dolosum.**

**Animantiae, homines et cetera.**

**Anclo, perficio.**

si animositatem contentionemve diceret. Spiritum significare arrogantiam, superbiam et elatum animum, demonstrant Heins. et Drak. ad Sil. XV. 413. Burm. ad Ovid. Met. V. 348. cf. dict. mea ad Arnob. II. 16. p. 141. VIII. p. 45. acriminiosus, fortis, animosus, virtuosus.

102. G.. Anfractus, perplexus aditus sive difficilis. Anfractum, circuitus. Anfracta, perflexu, adeundi difficile, quod emenda in anfractum, perplexum, adeunti difficile. Item corrupte extat cod. α. anfractum reflexu ubi lege anfractum perplexum. P.: anfractus circuitus iter difficile, dictum quod in utraque parte frangitur. A. p. 273. n. 148. habet: anfractus, rima duarum rerum, terminium unum, quod quam corrupte dictum sit, vides. Pro terminium unum legerim tortuosum iter vel tortuosam viam. Priorem huius glossae partem non sollicito: nam duae glossae in unam coierunt. Est enim anfracta apud pessimae notae scriptores effractura, rima. cf. Miracula S. Epicharmi T. I. Iulii p. 117. B. Claudius faber nocte per anfractam vitream in basilicam introivit. At mihi ipse non satisfacio.

103. l. angit, sollicitat.

104. l. angitudo. P.: angitudo, anxietas: ab ango vel ab angulis, quia in diversa te torquet. Alibi hoc vocabulum non legi.

105. l. conligat, praefocat. Mirum est, consignat in optimis glossariis repeti. G. Angit, penitet, suffocat, consignat, constringit, strangulat aut taedio afficit, stimulat. Angit, taedet, piget, offendit — laedit vel abhorret — lacerat, macerat, male habet, afficit vel cruciat — tangit, urit, stringitur, — stomacatur. Angor, tristitia, dolor, cruciatus, cura, anxietas vel taedium, vulnus, plaga, moestitia, aporia, ictus, aculeus, stimulus. Ut hic, ita in A. p. 269. n. 271. corrupte legitur angit, consignat. VIII. p. 46. angere, constringere, angustare, angustiare, arcere, artare, anxiare. A. p. 264. n. 463. angit, consignat et n. 469. angit fuscat vel offucat, ubi lege suffocat vel offucat. Offucare enim veteres pro offocare dixisse, probat Fest. p. 114. ed. Lind. offucare aquam, in fauces obsorbendam dare. Deinde vero offocare s. offucare idem esse quod constringere, vindicat locus Tert. de Idol. 23. quicumque fluctus eius offocant. cf. Intt. ad Fest. p. 554. Erat cum angit, faucat vel focat legerem, quamquam scio, primitivum hoc verbum alibi non extare. Alii faucire formant, quod tamen improbo propter analogiam. Nam glossa, ubi ita corrigunt, C. p. 665. Vulc. pro φωμίζω focio adesco, legendum censeo φωμίζω focilo adesco. et sic in cett. Gloss., ubi idem repetitur. VI. p. 507. Angit, consignat vel praevocat (i. praefocat.) Compungere est apud ecclesiasticos scriptores idem, quod poenitere. cf. Sulp. Sev. Dial. III. 13. P. compungi delictorum suorum reminisci et contristari, et compunctio dicitur de malis penitentium; dolor cordis, unde G. bene explicat: penitet, taedet, taedio afficit — angent, poenitent. Ceterum haereo in glossemate male habet, stomacatur, abhorret, taedet, quod ea significatione angere dici nuspiam invenio.

106. Haereo in voc. dolosus. G. hoc voc. ita explicat: Angustiae, fauces, claustra — Angustis, arctis, turbatis, perturbatis, trepidis, titubantibus, labentibus, ambiguis, dubiis. Angusto artu, angusto freto. Angustus (Cic.) animo, abiectus animo, vernilis animo, minuti animi. — Angustus, astrictus, durus, parcus, nimis (ubi lege tenuis.) Ego lego pro dolosus: dubiosus. Extat hoc voc. apud Gell. V. 10. et III. 3. Ceterum dubiosum in nonnullis codd. scribi, evincit locus in Statut. et Privileg. Piscat. Mass., ubi dobiosum mare extat pro dubiosum.

108. Huc facit glossa G. ando pro andor i. e. evacuatio, perficio, haurio, quam rectius habet P. anclo pro anclor i. e. evacuo, perficio, haurio. cf. L. p. 17. b. ἀντλῆσαι anclare p. 28. ἀφύσσαι haurit, exanclat, ancleat et 12. ancleat ἀφύσσαι anclare ἀντλῆσαι. Pl. p. 458. Mai. axanclare, exhaurire, ex graeco veniens quod quidem verbum Plautus, secularis poeta comicus, posuit in Sticho: nae iste edepol vini poculo pauxillulo exanclavit saepe. Et p. 460. exanclare, examinare (lege exanimare vel exinanire). VI. p. 507. anclare, haurire, implere et p. 508. antlat, haurit, exunciat, ubi lege exanimat vel exinanit. VIII. p. 49. anclare haurire — Anclatus haustus. Anclabilis hauribilis. Quamquam perficere, quod plurimae glossae legunt, probari possit, ita ut sit ad finem perducere, ut exanclare apud Cic. in vers. de Div. II. 30.

**Anoediosus, taediosus.** **110. Antagonista, recessator.**

§. 64 tot nos ad Troiam exanclabimus annos et Apul. Met. I. 16. aerumnas mecum exanclasti, q. l. optimi quique codd. in ea lectione consentiunt, tamen equidem scripserim perbibere i. exsugere; cf. Plaut. Stich. II. 2. 16. at ego perii, cui medullam lassitudo perbibet; Fest. p. 58. v. Excariae. Anclabris ea, quae in sacrificiis diis anclatur; quod est: hauritur ministraturque. et p. 60. exanclare exhaurire. VIII. p. 49. anclabris mensa in divinis officiis aptata. Ego virorum doctorum de v. anclare litem ex Fest. profectam existimo, qui anclare significare exhaurire et ministrare dixit. Ita erat, cur Voss. in Etym. duplex poneret verbum antlare et anclare, quod prius pati, ministrare, posterius exhaurire notaret. Hinc mihi quidem persuadetur, Festum anculari et anclare confudisse ac perperam anclabris mensa quae ministratur explicasse. Interpretatio exhauritur, quam addit, omnium ineptissima est. Veteres vocabulum anculor s. anculo habebant, a voc. anculus, cuius altera fuit deminutivi forma ancilla et ancillus. Primitivum hodie non extat; quod ad radicem Ancus quin revocandum sit, non dubito; cf. Fest. p. 17. ancillae dictae ab Anco Martio rege, quod is bello magnum feminarum numerum ceperat. Sive ideo sic appellantur, quod anculare antiqui dicebant ministrare, ex quo dii quoque vel deae feruntur coli, quibus nomina sunt Anculi et Anculae. Ita apud I. p. 667. n. 15. legendum: Anculus ministerialis domus regiae pro Aculus, iam vidit Dac. ad Fest. p. 328. Lind. VIII. p. 52. anculare, administrare, suppeditare, suggerare. Anculator, administrator. Tum per contractionem dictum est anclus et anclo vel anclor A. p. 273. n. 161. anclator, minister fidelis. et occulta sciens. Recte igitur apud L. p. 25. auclator emendabis in anclator ὑπηρέτης. Duplex igitur extitit apud veteres anclo verbum et graecum et latinum, significatione plane diversa usurpatum Ita recte glossae scribunt anclo pro anclor, ut ancillo pro ancillor. cf. Prisc. T. I. p. 377. Kr. A. p. 270. n. 286. ancillare, humiliare, servire. Ad voc. anclare facit A. 270. n. 277. Anthlia rota est exhauritoria; genus vasis quasi pigella, ubi lege: vasis aquarii, sitella. VIII. p. 49. anclia [l. antlia] rota hauritoria. Non. p. 13. haustra dicuntur rotarum cadi ab hauriendo, sicut graece ἄντλια. Hi cadi appellabantur sitillae s. situlae; cf. Paul. Dig. XVIII. l. 40. **Rota** per quam aqua traheretur, nihilominus est aedificii, quam situla. cf. quae dixi ad Apul. Met. V. 30. p. 357. De voc. antlia cf. Intt. ad Suet. Tiber. 51. De scriptura anclare cf. not. mea ad Apul. Met. I. 16. p. 51.

109. l. anheliosus. Hanc lectionem non sola coniectura niti, docet α, ubi haec extant: Anediosus vel **Aneliosus** taediosus. Anelus, a, um componitur ex an et alo, alas; anxius, angustus, unde anelo, as i. anxio. Inde anelitus. i. incitatio spiritus vel flatus et anelia. i. agonia, ubi pro incitatio spiritus lego incitatior spiritus. Idem glossema repetitur in P., ubi solum pro angustus extat angustiatus, pro quo rectius scribe angustatus. G. habet: Anodiosus, taediosus. Anelia, angustia. Anelabundus, multum fatigatus. Anelatissimus, ad imaginem anelantis expressus. Anelitus, incitator spiritus (l. incitatior) VI. p. 507. anedia, fatuitas, amentia; anodiosus taediosus. — Significationem optime convenire, non est quod latius exponam; quod enim anhelum est, s. anhelitum et angustiam affert, taedium ac fastidium creat ei, qui ita patitur. Sunt, qui pro anheliosus legere malint accediosus, cf. du Cang. ed. Henschel. V. p. 252., ita ut sit ab acedia i. pigritia, taedium. Per se hoc probum est. cf supra ad n. 18. Alterum tamen magis probatur; A. p. 264. n. 461. item habet: anediosus, taediosus et p. 269. n. 269. anediosum, tediosum. Ita emenda VIII. p. 60. anheliosus pro ambrosiosus, ambiguitate plenus, dubius, haesitabundus, ambiguus, nutabundus, haerens. Pro ambigiosus, quod Mai voluit, rectius dicendum fuit ambiguosus. Anxius et dubius idem esse, probant gloss. cf. inf. ad n. 113. Anheliosus vero est ab anhelia, quod pugnam significat, in qua multum anhelatur et sudatur. Ita Martem anhelum dixit Virg. Aen. XII. 790., ubi vide Intt.

110. l. recertator ut infra G. antagonista. recertator, provocator, quocum consentit P. et A. p. 264. n. 264. n. 459. Nota novum voc recertator. VI. p. 508. antagonista decertator, inceptator provocator. VII. p. 552. antagonista provocator incitator certatoris (l. certationis.) VIII. p. 50. antagonista, recertator, qui ante commisit aliquod certamen, ubi forsitan pro ante legendum sit ἀντί, nisi est glossographi ipsius error, qui ἀντί idem esse, quod ante, putavit.

Ante omnes, prae omnes.
Antiae, capilli amissi.
Anxietas, angetudo, suspirium.
Anxiferis, moestilis.
115. Anxilius, sollicitus.
Apercalarius, effractor.
Apolitorium, ubi ponuntur res lavantium.

111. l. praeter omnes. Nec tamen dissimulandum est, non omnino displicere lectionem prae omnia. Sunt enim non solum apud Petronium c. 29. p. 238. et c. 45 p. 304. Burm. duo loca, ubi codd. in scriptura prae mala et prae litteras consentiunt omnes, quod tamen viri docti ita explicare conantur, ut Petronium hic soloecissantem et mera barbaria ridiculum Echionem introduxisse dicant, sed etiam apud Apul. Met. VII. 21. omnes fere iique optimi codd. habent prae cetera flagitia, quae sola coniectura prae cetero flagitio sanari possent cf. dict. mea p. 602. Forsitan non sine aliqua veritatis specie prae a posterioris aetatis scriptoribus etiam cum accusativo iunctum dicas. Ne tamen audacior viderer, scribere malui praeter omnes, quod probari videtur G. Ante alia, super alia, praeter cetera et postea: ante omnes, omnibus prior, prae omnibus. Ante omnes, maxime, praecipue.

112. l. antiae capilli emissi. G. Antiae sunt cincinni dependentes circa auriculas ex graeco vocabulo ab auribus. Antiae capilli sunt, quos mulieres promissos in capite componunt. P.: antis (l. antiis) capillis mulierum a fronte pendentibus. I. Or. XIX. 31. 8. Anciae sunt cincinni dependentes prope auriculas, graeco vocabulo ab auribus dictae. Fest. s. v. p. 15. Antiae muliebres capilli, demissi in frontem, appellati ex Graeco videntur, quod enim nos contra, illi ἄντιον dicunt. II p. 10. explicant: antiae προκόμιον. VI. p. 508. antiae capilli admissi capilli, quos mulieres promissos in capite proponunt. VIII. p. 51. antiae sunt cinni dependentes prope aures. et p. 56. Antiae comae a fronte dependentibus. Alias glossas vide in lexico du Cang. Pl. antiis capillis muliebribus ante id est a fronte pendentibus. Emendationem emissi veram esse ex iis, quae adscripsi, optime comprobatur. Ceterum conferas de antiis, quae exposui ad Apul. Florid. I. 3. T. II. p. 17.

113. Gloss. S. Germ., quarum apographum fragmentum exstat in Bibl. Schol. Port. habet: anxietas, angustia, tristicia (de gloss.). Anxietas, cura, angor, taedium, molestia. Anxietas, aporia, vulnus, stimulus; et in β additur: Anxietas, scrupulum, scrupulositas.

114. l. moestificis ex G. anxiferis moestificis A. p. 269. n. 269. anxiferum moestificum. P. anxiferus moestificus A. p. 264. n. 460. anxiferis, moestiferis. T. VI. p. 507. anxiferis, moestificis et p. 508. idem repetitur. I. p. 668. n. 52. anxiferis moestis ubi l. moestificis. Nam anxiferi non sunt ipsi moesti, sed qui aliis moestitiam, anxietatem afferunt.

115. l. anxicius, quod, scriptum anxitius, facile in anxilius corrumpi potuit cf. infra sollicitus anxians. Vocabulum est, quantum scio, adhuc incognitum, sed per analogiam bene probatum. Quae enim in icius desinunt adiectiva, aut a substantivis formantur, ut craticius, pastoricius, pontificius cett.; aut a verborum supinis, ut adscripticius, insiticius, dediticius. Etiam anxilis legi possit, quod eadem ratione formatur a supino, ut coctilis fossilis sectilis tortilis versatilis cett. Hae emendationes si verae sunt, comprobatur supinum verbi ango, quod anxum esse, iam Priscianus testatur. X. c. 16. T. I. p. 497. Krehl.: Ango quoque differentiae causa servavit u in supino anctum. Nam ab ago actum fit. Quidam tamen etiam anxus eius participium protulerunt. Anctos probant Intt. ad Fest. p. 342. Item A. p. 264. n. 480, ubi legitur aperticius asperens (emenda apericus) et p. 274. n. 117. apertilis apertum (lege apertus) eadem formae est variatio. Utrumque, quantum scio, alibi non extat.

116. l. apertularius, offractor I. p. 668. 53 habet apertularius effractor. cf. infra offractor. Is. Gloss. p. 668. n. 51. L. p. 90. θυρεπανοίκτης effractor, effractorius apertularius derectarius (quod forsitan emendandum sit in refractarius et effractarius).

117. Vario modo h. v. in glossis scribitur. I. Or. XV. 2. 41. apodyterium, ubi lavantium vestimenta ponuntur, ab exuendo scilicet dictum. ἀποδύειν enim graece exuere dicitur, quocum G. conspirat, apoliterium pro apodyterium et apoleterin pro ἀποδύειν perverse habens. α habet: apoleterium, ubi res lavantium ponuntur. P. apoditerium, ubi deponuntur vestes lavantium. Apodeterin graece; latine exuere. Apodisterium ubi ponuntur res in balneo. A. 270. n. 304. apolitarium gr., ubi ponuntur res labam, idem ipsa consessio ipsorum, ubi l. ubi p. r. lavan-

**Apodixes, ostensio.**
**Apoditerium graecum est, ubi ponuntur res, id est in balneum.**

tium vel ipsa consessio eorum; p. 278. n. 168. apodisterium, locus ubi mittuntur vestimenta lamentium [l. lavantium] q. l. pro mittuntur lege sumuntur, ut Gl. Mai. Mittuntur enim a francogallo homine pro mettre i. ponere hic dici. Oehlerus numquam mihi probabit. A. 258. n. 64. apolitarium ubi ponuntur res laventium pro apodyterium, u. p. r. lavantium. VI. 508. apodyterium ubi reponuntur vasa libantium [l. lavantium] VIII. p. 60. apolyternum vestibulum, locus, ubi vestes exuuntur vel sumuntur.

118. l. apodixis ostensio. G. apodixin, ostensio. P. apodixes, graece ostensio. A. 270 n. 300. apodixin, ostensio et n. 302. apodixi gr. est probatio vel exemplum; rectius p. 258. n. 62. apodixis probatio vel exemplum. Ego vero, in omnibus locis, ubi apodixin legitur, emendo apodixis et ita etiam apud Papiam. VIII. p. 60. apodixis phantasia, probatio, experimentum. In cett. locis, quos du Cang. affert, ut apodixes veteres dixisse probet, apodixin legendum censeo. Primum enim apodixes graecum voc. esse non potest; tum apud Ambrosium Epist. IV. 34., ubi de Agnete ita scribitur: Crudelissima omnium feminarum, ad filium meum apo dixen tuae artis magicae demonstrare, optimi codd., quos ego ipse contuli, habent apodixin. In cett. quoque locis sine dubio apodixin scribendum ac notandum, in accusativo tantum singularis fere voc. in glossis inveniri. Rectissime igitur omnium Gemma Gemmar.: Apodixis, probatio vel demonstratio. Apodixin autem in glossis positum est, quia solo accusativo invenerunt hoc voc. glossographi. Nolo commutare cum hoc vocabulo apodixia s. apodissa s. apodixa i. e. cautio de suscepta pecunia et apodix i. meretrix socia comes, quod a podice peto, quia sunt comites post tergum. Forsitan etiam ad res obscenas pertinet. VI. 508. et VII. 551, habent apodix socia, comes; P. apodex quod improbo. Hoc vocabulum restituendum puto A. p. 273. n. 144, ubi legitur auxicia meretrix, in apodix, socia, meretrix. cf. Hist. Rotonensis Monast. I. 10. Subito instigante diabolo, reperit eum una apodix i. meretrix. De feminis tantum dici videtur vocab.

120. A. p. 270 n. 297. apricitas color l. calor, et n. 300. aprica, extifa, calens l. aestiva. p. 264. n. 481. apricitas, calor. VI. p. 508. apricitas, calor. VII. p. 554. aprilax (l. apricitas) calor. VIII. p. 56. apricitas calor iocunditas.

**120. Apricitas, tepor, calor.**
**Aquilum, fuscum, nigrum.**

121. Aquilum fuscum nigrum. cf. G. aquileum (de gloss.) fuscum vel nigrum. Aquilo corpore, nigro corpore. Aquilos antiqui nigros dicebant. P. aquilum antiqui dicebant fuscum vel nigrum. L. p. 15. Aquilum μέλαν ὡς Λουκίλλιος. Aquilus φαιός p. 197. φαιός aquilus, pullus, fuscus. φαιόν, pulla, aeguptium, pullum. Fuit cum in voce Aeguptium i. Aegyptium offenderem, etsi idem glossema repetitur p. 9. aeguptium φαιόν. Nullus enim extat locus, ubi Aegyptius de nigro homine dicitur, quemadmodum Aethiops; cf. Intt. ad Iuven. II. 23. Loripedem rectus rideat, Aethiopem albus A. p. 268. n. 187. Aethiopum, nigrum; [l. Aethiopium]. Non tamen improbabile est, Aegyptium nigrum significasse, si quidem vera est Plutarchi in Isid. et Osir. 18. explicatio: τὴν Αἴγυπτον ἐν τοῖς μάλιστα μελάγγειον οὖσαν, ὥσπερ τὸ μέλαν τοῦ ὀφθαλμοῦ Χημίαν καλοῦσιν. cf. Scal. ad Fest. p. 340. Lind. A. p. 274. n. 178. aquiliius (lege aquilius) fulvus brunn locas, quod Oehl. emendat in: brune loccas. et p. 258. n. 56. aquilium fuscum et subnigrum. Fulvus cave, ne in fuscus vel furvus vertas. Est enim niger vel ater. Itaque non recte apud Lucret. VI. 461. tanto magis edita fument assidue fulvae nubis caligine crassa Bentleius emendare voluit furvae, quamquam cum Wakef. non comparem Hom. Il. XIV. 343, quia νέφος χρύσεον sua significatione de nube splendida et lucente dici apparet, ut Tibull. etiam II. 1. 88. dicit: fulva sidera. Apertissime significationem, quam statui, probant loci Virg. Aen. XII. 247. namque volans rubra fulvus Iovis ales in aethra XI. 751. cum fulva draconem fert aquila. Interpres tamen saxo-angl. aquilium non recte vertit brun loccas, cum hoc tantum de nigro s. atro dici colore constet. Item habet A. 270. n. 3. aquilum fuscum vel nigrum. Ceterum utraque forma aquilum et aquilium probo. Ita cod. Arnob. III. 14. recte habet: pueros aquilios caesios, quod omnes editores in aquilos mutabant A. p. 296. n. 103. l. dii aquilii manes inferi pro di aquilii manus inferi; etiam di aquilii defendi possit. cf. Fest. p. 22. Aquilius praenomen ab aquilo colore id est nigro est dictum et p. 18. aquilus color est fuscus et subniger, a quo aquila dicta esse videtur, quamvis eam ab acute volando (lege videndo) dictam volunt.

Aquilus autem color ab aqua est nominatus. Nam cum antiqui duos omnino nossent, id est album et nigrum, intervenerit autem is quoque, qui ita neutri similis est, ut tamen ab utroque proprietatem trahat, potissimum ab aqua eum denominarunt, cuius incertus est color. Denique etiam aquilinus de nigro colore in usu fuit cf. Iohann. Diacon. de Vit. Greg. Magn. IV. c. 84. mento a confinio maxillarum decibiliter prominente, colore aquilino et livido. cf. quae dixi ad Apul. Met. II. 2. De voc. aquilus cf. Kopp. ad Mart. Capell. II. §. 164. p. 268. et dict. mea ad Apul. de Deo Socrat. c. 10. T. II.

122. l. bombyx. cf. G. Aranea vermis aëris; ab aëris nutrimento cognominata, quae exiguo corpore longa fila deducit et telae semperintenta, nunquam desinit laborare perpetuum sustinens in sua arte suspendium (cf. I. Or. XII. 5. 2.) Aranea vocatur eo quod aëris infusione in frondibus nutriatur (I. O. XIX. 27. 4.) Bombyx in G. ita describitur: Bombyces vermes, unde sericum fit. Bombyces frondium vermis, ex cuius textura bombycinum conficitur. Appellatus autem hoc nomine ab eo, quod evacuetur, dum fila generat et aër solus in eo remaneat (cf. I. Or. XII. 5. 8.) Bombycina vestis fit bombyce vermiculo, qui longissima net fila, quorum textura bombycinum dicitur. Conficitur insula coho (lege Coo.) Bombix, aranea. Iam intelligendum est in posteriore et glossarii et Isidori loco, ubi de bombyce agitur, esse lacunam. Nam si ab eo bombycem Isidorus dicit nominari, quod evacuetur et dum fila generet, aër solus in eo remaneat, haec non ad bombycem, sed ad araneam referenda esse apparet. Ego locum ita suppleo: conficitur. Appellatur etiam aranea. Appellatur autem hoc nomine cett. Ita optime cetera procedunt. Aranea autem et bombyx apud veteres idem significasse, non solum haec glossa probat, sed etiam P.: Aranea, vermis ab aëre dictus, quod in aëre fila generat: Bombyx. aragne. proprium femina; et v. bombix: bombix, bicos gr. vermis est, penultima producitur: aranea. Locus tamen apud veteres mihi quidem in promptu non est, ubi aranea pro bombice ponatur, quamquam ex utriusque vermiculi similitudine unum pro altero dici potuisse, non improbabile est. Id optime evincit locus Plinii N. H. XI. 26. ex hoc in sex mensibus bombyx. Telas araneorum modo texunt ad vestem, ubi bombycum et araneorum descripto coniungitur. Quod addit Papias, proprium femina ad genus referri debet, cum et araneus et aranea dixisse veteres, notum sit. Itaque aranea femininum praetulisse Papias videtur. Pari modo etiam araneola et araneolus apud veteres in usu fuit.

123. Haec glossa optime explicatur e G.: Arbor et arbos ita distinguitur. Arbor enim fructifera et sterilis dicitur, arbos vero, nonnisi frugifera. — Genere feminino arbores dicimus, poma vero neutro. Arborum quoque nomen sive herbarum ab arvis inflexum creditur, eo quod terris fixis radicibus adhaerent. Utraque autem ideo sibi similia sunt, quia ex uno alterum gignitur. Nam dum sementem in terram ieceris, herba prius oritur, dehinc confotu (a habet deinde cum fotu) surgit in arborem et infra parum, quam herbam videras, arbustum suscipis (l. suspicis). P.: arbor vel arbos, femininum, a robore derivatum, eius servat declinationem. Arbor fructifera et sterilis dicitur, arbos vero nonnisi fructifera. Ita emenda T. VI. p. 509. arbos, pro arbor nonnisi fructifera. Dicuntur autem ab herbis, eo quod prius omne nascens in herbam pullulat. In editt. Isidor. XVII 6. §. 1. aliter legitur haec glossa: Arborum quoque nomen sive herbarum ab arvis inflexum creditur, eo quod terris fixis radicibus adhaereant. Utraque autem ideo sibi paene similia cett..... Nam dum sementem in terram ieceris, herba prius exoritur; dehinc confota... et inferior parvum tempus quam..... suspicis. Huius loci, quem, ut in Otton. ed. extat, descripsi, lectionem a G. multum discrepare, non est, quin videat. Primum adhaerent apud Isidorum restituerim, ubi unius cod. Guelferb. auctoritate nimis deceptus, Otto adhaereant depravavit, cum Isidorus pro more suo dicendi quod modo cum indicativo, modo cum subiunctivo construat, ita ut e codd. sola auctoritate lectio sit statuenda. Tum confota vel confotis vel cum fotu lectio, quomodo intacta ab omnibus edd. relinqui potuerit vix percipitur, quod nec per sententiam nec per usum loquendi comprobatur. Confovere de rebus vel personis tantum usurpatur quae ut nativum suum calorem ac vigorem retineant neve pereant, assidue curantur. Ita Hieronym. ad Rufin. 8.: Seriam non debet gremio suo semina confovere potuit dicere de semente, quae, terrae gremio tamquam credita, bene alitur ac nutritur, ut provenire ea possit; nec tamen herbam confovere latine dici posse existimo de ea, quae corroborata iam et e

gremio terrae emissa in arborem surgit. Hinc igitur lego confortata, quae scriptura probatur meo fragmento Gloss. lat. quod in Praef. descripsi. Confortare enim quamquam apud optimos scriptores in usu fuisse non videtur, apud alios tamen scriptores, qui ab Isidori aetate non ita multum recedunt, invenitur, cf. Hieronym. Epist. VII. §. 7. Postulo, ut etiam a Papa Valeriano ad eam **confortandam** litteras exigatis. *II* p. 46. confortiat συνισχυρίζεται, ubi confortat legendum est. Gloss. Vulc. p. 29. conforto κραταιόω et p. 31. pro αὐξηθέντα creta confotum lege confortata. — Alia alio loco est Isidori de arbor et arbos terminationibus sententia. cf. Orig. l. c. 26. 23. R. littera communionem habet cum S. littera. Itaque apud antiquissimos honos, labos et **arbos** dicebatur, nunc honor, labor, **arbor.** Aliud profert Festus p. 13. Lind.: **Arborem** pro **arbore** antiqui dicebant et robosem pro robore, ubi ego quidem legerim arbosem pro arborem et robose pro robore. Ita S. pro R. dixisse veteres, aperte evincit locus Varronis de L. L. VII. §. 27. Müll.: **foedesum** foederum, **plusima** plurima, **meliosem** meliorem, **asenam** arenam, **lanitos** ianitor. Serv. ad Aen. I. 253. honos; cum secundum artem dicamus, honor arbor lepor (ubi ego emendo e Guelf. l. 2. labor, quia Isidor. iisdem exemplis usus est.) plerumque poetae r in s mutant causa metri. **Os** enim longa est, **or** brevis. Hoc quidem habet ratio: sed ecce in hoc loco et sine metri necessitate **honos** dixit. Item Sallustius paene ubique **labos** posuit, quem nulla necessitas coëgit. Melius tamen est servire regulae. Contra Prob. Institt. I. 17. Item **arbos** in omnibus casibus **bo** syllabam brevem habet. Priscianus I. 7. p. 39. Krehl nullum facere videtur discrimen dicens: R transit in S., ut **arbos** pro **arbor**, **odos** pro **odor**.

124. G. arbusta, arboreta, loca spissa arborum, poma sylvestria. Alii arbustum locum, in quo arbores sunt, volunt accipere, sicut salictum. Arbustum, opacum, amoenum — apricum, umbrosum — condensum, consitum, nemorosum — silvestre, virens, viride, vestitum, secretum. Arbustus locus, in quo arbores sunt. Hinc intelligitur arbustus etiam adiective dictum esse. Nam etiam arbusta arbor dictum est, cf. Isid. Orig. XVII. 6., ubi e G. legendum est arbusta arbor. Arbustus, ut robustus, formatum censeo; cf. Intt. ad Cic. de Rep. V. 2. Itaque Tertull. advers. Marc. II. 29. **res arbustiores** nominavit feliciores et laetiores. VIII. p. 48. arbustum, ubi maiores arbores crescunt.

125. Ita explicant etiam G. et P. Arcam dictam putant, quod arceat visum vel furem; cf. A. p. 270. n. 318 archarius dispensator. Optime A. p. 274. n. 106. arcarius trapezita, numularius. et p. 262. n. 305 archarius, dispensator. VI. p. 509 arcarius, dispensator. De dispensatoribus cf. Isidor. Orig. X. 67. Fest. p. 55 et Intt. ad h. l. p. 403. De voc. arcarius Intt. ad Fest. p. 335. Ceterum nostro loco actor pro auctor legendum esse probat iam I. p. 668. 25. arcarius, dispensator, actor. De servis actoribus, qui alienas res rationesque procurant, cf. Pignor. de Serv. p. 270.

126. l. archeogonia, initium generis. *a.* archeogome, initium. P. archeogoniae, initium generis. C. p. 28. ἀρχαιογονία origo originalis. A. p. 262. n. 275. corrupte habent arexotonian antiquitatem et principatum et n. 290. arcsotonian, antiquitatem pro archeogonian. VIII. p. 56.: archeogonia, initium generationis.

127. l. arctos, stella septentrionalis. G. Arcticos appellatur primus circulus celi, ideo quod intra eum arcitorum (l. arctorum) signa inclusa prospiciuntur, quae a nostris in ursarum speciem ficta, septentriones appellantur. Arcton, septemtrio. Arcton primus signorum, qui in axe coeli fixus septem stellis in se revolutis, rotatur. Nomen est graecum, quod latine dicitur ursa, quae quia in modum plaustri vertitur, nostri eam septemtrionalem dixerunt [unde emendandus Isidor. III. 70. n. 6. Sine dubio enim in genere substantivi Isidorus falsus est.] . . . . Arctos stella ursae in septemtrione posita. **Arctos stella septemtrionalis.** Arctos latine septemtrio dicitur. Ita etiam emendandus P. v. arcus qui habet: arcus, a, um lege artus arta artum ad differentiam arctus i ursa artior, artissimus cett. Post habet: arctos gr. ursa **dicitur.** qui et septemtrio, quod stellis constet et arctus maior Calixto (l. Callisto). Plaustrum nominatur propter similitudinem: nam quinque pro carro, duae, quae uno loco videntur, pro bubus habentur. Ea vero, quae sequitur plaustrum, artophylax vel boötes dicitur vel archas (i. Arcas). Arctus minor Cynosura. Haec phoenice nominatur, quod phoenices hanc navi-

**Arcum, secretum vel corvum aliquid.**
**Ardens, festinans, concitatus.**
**130. Ardor, flamma, cupiditas.**
**Arenantia, sicca.**

gando observant. Ex Papia etiam emendanda est A. p. 265. n. 501. Ut enim tractus litterarum aperte indicant, ibi scribendum est: artis scrib[s], artus en~ sidus in coelos, et legendum: artus scribitur; arctus enim sidus in coelo s. coelis.

128. Si vera haec est glossa, nec pro secretum aliter scribendum est, vocis significatio, quam nullo veterum loco confirmari licet, ex diversa, qua voc. arcus apud antiquos derivatur, ratione petendum videtur. Repetitur hoc glossema in G. arcum secretum vel curvum aliquid et in P. atque huc pertinere videntur A. p. 270. n. 310. arcius gravatus; et p. 265. 487. arcius lassus vel gravatus et archius gravatus apud Pap. Fest. p. 14. arcere est continere. Unde et arcus in aedificiis dictus est, quia se ipse continet. Alii dicunt arcum dictum esse ab opere arrigendo in altitudinem. Haec legenti in mentem mihi venit A. p. 265. n. 497. arctus erectus, ubi forsitan arcus erectus legendum est, atque hinc erat, cur in nostra glossa pro secretus erectus legere vellem, ut s finalis praegressi vocabuli litterae sequenti adhaeserit. Sed rectius hic sine dubio leges arduus erectus. Fest. p. 14. Arcani sermonis significatio trahitur sive ab arce, quae tutissima pars urbis est, sive a genere sacrificii, quod in arce fit ab auguribus, adeo remotum a notitia vulgari, ut ne litteris quidem mandetur vel per memoriam successorum celebretur, sive ab arca, in qua quae clausa sunt, tuta manent, cuius ipsius origo ab arcere pendet. Quodsi utrumque comparaveris, hoc certe constat, et arcus et quod in usu fuit arcanus a veteribus petita esse a voc. arcere, ita ut adiectivum arcus et curvum et secretum significare possit. Arcus, a, um adiectivum agnoscit Pap. et A. At nihilominus ego dubito, has glossas veras esse. Forsitan scriptura arcius, quae in nonnullis gloss. invenitur, ad veram lectionem duxerit. Ego enim hic duo vocabula inter se confusa puto et arcivum secretum et arcum curvum aliquid legendum existimo; cf. L. p. 16. arcivus κωλυτικός εἱρκτικός. Ita legendum puto VII. p. 552 pro autum secretum aut longe remotum: arcivum. Arcum neutro genere veteres dixisse pro arcus probat L. p. 17. arcum τόξον et p. 188 τόξον Arcum arcus. Hoc praeterea deminutivum arculum indicat, quod quamquam non de arcu dicitur, tamen de virga quadam in arcus formam curvata.

129. 130. Optime has glossas explicant, quae leguntur in G. Ardebant, properabant, festinabant. Ardebat, fulgebat. Ardemus, cupimus. Ardens, furens, festinans, vivida, accensus, flagrans. Ardens, furens, obcaecatus, praeceps. Ardent, cupiunt. Ardentes, festinantes aut veloces aut nitidos (i. fulgentes; aut lege calidos.) Ardentes, fulgentes, festinantes. Ardentibus, fulgidis, fervidis. Ardentius, vehementius, cupidius, acrius, intentius, flagrantius, pertinacius, violentius, potentius, immoderatius (l. impotentius). Ita lego A. p. 275. n. 233. pro attentus videns: attentus vividus s. vivus. Ardet, festinat, furit, properat. Ardet, festinat, impatientissime amat. Ardor, flamma, festinandi cupiditas. Ardor, assiduitas, studium, cura. Ardor, cupido, cupiditas, aviditas, vigiliae, industria, labor, perseverantia, pertinacia. — Iracundia, indignatio, dolor animi, livor — concitatio, impetus — amor, cupido, cura, desiderium — aviditas, calor, aestus — flamma, ignis — incendium, vulnus, De significatione festinandi cf. Serv. ad Aen. I. 423. instant **ardentes** Tyrii: multum festinantes, ut VI. 5. iuvenum manus, emicat ardens et IV. 281. ardet abire fuga et II. 21. Laocoon ardens. Sic enim dicit, quotiens properantem vult ostendere; et ad I. 472. ardentis et candidos, significat et veloces ut XI. 718. (ad q. l. cf. Heins.) pernicibus ignea plantis. Si ignea velox est, sine dubio et ardens. cf. ad Aen. IX. 198. et dict. mea ad Apul. Met. IX. 18. p. 796. Non. c. 4. n. 16. Ardere pro cupere et amare dici probant Intt. ad Virg. Ecl. II. 1. et dict. mea ad Apul. Met. V. c. 7. T. I. p. 325. et ad IX. 19. p. 925.

131. Lege araneantia. Innuit sine dubio glossator locum Apul. Met. IV. 22. ed. m. T. I. p. 267. quo uno loco, quantum scio, hoc voc. legitur: rimatus angulum, quo panis reliquiae totius multitudinis congestae fuerant, fauces diutina fame saucias et **araneantes** valenter exerceo. cf. P. p. 663. n. 59. arenatia, sicca. Araneantes hic nominantur fauces, quae incuria, aranearum quasi telis, sunt obductae, aedium instar, quae inanes situm ducunt. Nam araneis obsidentur et obducuntur, quae inania et solitaria sunt; cf. quae dixi ad Apul. Met. l. c. p. 268. Siccus explica famelicus; cf. Cort. ad Lucan. VI. 558. Heind. ad Horat. Sat. II. 2. 14. Ita etiam in *a.* est: arenantia, sicca, arida, ubi araneantia emendandum est. Arentia quod Pap. h. l. pro araneantia habet, interpre-

**Aria, altar.**
**Ariae, mortuorum pulvinaria.**
**Arietat, amodum arietis aliquid inpingit.**
**135. Arellator, cicio, ΟΜΕΤΑΒΟΛΟΣ.**

tatio potius videtur esse. Ceterum Pap. aranea ab arere ducit, areo, ares, arui, aridus. i. siccare, unde aridus, aridior, aridissimus, ariditas et arena: inde arenarius, arenosus, **aranea, araneolus** etc. G. hoc glossema non habet. T. VI. p. 509. arida ieiunia sicca lege ieiuna.

132. L. ara altar. Formam enim altar pro altare in usu fuisse, apud posterioris aetatis scriptores probant lexica. cf. I. p. 667. n. 33. altar. Prud. Altar et impositum et p. 669. altar altare. Gloss. Mai. T. VIII. p. 52. altar altare. Cetera sunt notissima. Mirum est, etiam Papiam ita peccasse scribentem: aria alter, quod facile potest emendari, nec minus *α*.

133. L. areae. Male Pap. arie, pulvinaria mortuorum, quae ex Isidori sunt gloss. p. 669. n. 1. De la Cerd. pro area legendum putat arca, cui emendationi favere videatur A. p. 274. n. 193. arca funeris, sarcofagum. Sed recte du Cang. iam vidit, nihil esse emendandum, multis locis huius vocab. significationem ex ecclesiasticis scriptoribus comprobans; cf. T. I. p. 382. ed. Henschel.

134. G. arietat, percutit. Nostrum gloss. optime explicatur ex P. aries pecus quorundam lingua mars dicitur vel quod aris primo imponeretur, qui in alium efferatus capite percutit, a cuius similitudine aries dicitur, instrumentum bellicum, tormentum, quo muri dissolvuntur. Inde **arietare** dicitur **ad modum arietis aliquid impingere.** Hinc emenda A. p. 270. n. 324. ubi corrupte legitur: arietat ad modum arietis aliquid impendit pro impingit. VIII. p 47. arietare est ariete muros percutere.

135. L. arulator cocio ὁ μετάβολος; cf. L. p. 16. arillator ἐψέτης βωμοφόρος πραγματευτής μεταβόλος, ubi lego ἐψήτης quod *Il.* 482. explicat coctuarius. Priusquam de hac voce agam, audiatur Fest. p. 17. arilator, qui etiam cocio appellatur, dictus videtur a voce Graeca, quae est αἶρε tolle, quia sequitur merces, ex quibus quid cadens lucelli possit tollere, qua explicatione ineptius nihil potest dici. Nec melior est Scaligeri lectio arrilator cutio. i. cunctio a cunctando qui ab arra petendum putat, quod empturiens data assa postulet sibi credi. Dac. dicit legendum ascillator. Ego tamen aliter censeo. Arulator legens, auctoritate Gellii nitor XVI. 7. §. 12, ubi optimi codices hanc scripturam probant: Item in Necromantia **cocionem** pervulgate dicit, quem veteres **arulatorem** dixerunt. Equidem enim arulator ab arula dictum puto, ut is sit, qui arulam habeat s. ferat. Ita explicatur in Glossis βωμωφόρος. Quid igitur, si arulatores isti erant coqui, qui parvulo foco et patellis usi in publicis viis cocta et assa edulia pauperibus ac baiulis vendebant, ut hodie Parisiis tales multos vidi. Ita tantum voc. cocio intelligi potest, quod ad rem coquinariam pertinere nemo erit qui neget. Tum sensu latiore dictum est arulator de quovis venditore, qui res viles ac parvo parabiles venum dedit plebi et vilia negotia exercuit. Ita optime respondent huic explicationi Glossae, quae μετάβολος (p. 122. L.) interpretantur: μετάβολος μεταπράτης ἀνδραπόδων mango venaliciarius, dardanarius, cociator, arillator, ariblator, cocio et μεταπράτης cocio, mango. Ita quoque glossarium nostrum bene explicat infra cocio arillator. Meam sententiam rectam esse evincit voc. dardanarius, quod de rerum edibilium venditoribus dici probant Mai Gloss. T. VI. 508 arillator mercator. L. p. 169. σιτοκάπηλος dardanarius et p. 47. dardanarius παντοπώλης, παντομετάβολος, σιτοκάπηλος, μετάβολος, παλιγκάπηλος. dardanarii προπῶλαι (Aufkäufer, Vorkäufer), qui quanta fuerint contemptione vides ex Ulpian. Dig. XLVII. 11. 6. debebis custodire, ne dardanarii ullius mercis sint. Nunc de arula videamus. Arula explicant *α* et P. patella carbonum craticula et statim glossar. meum, arula, graticula. Patellae quid proprie fuerint, docet Fest. p. 130. patellae, vasula parva, picata, sacrificiis faciendis apta et p. 214. patellae vasula parva, picata, item sacris faciendis apta, quae erant forma velut capidula (lege capedulae) quaedam. In his patellis diis carnes appositas fuisse testantur Varr. L. L. V. p. 127. Speng. Non. p. 543. Merc. Tum patella de quovis vase fictili cibis et coquendis et mensae inferendis apto dictum esse probant, quae Intt. ad Martial. V. 78 et ad Iuven. V. 85. proferunt. Ita arula quod proprie in re sacra dicebatur, tum ad res profanas translata est. cf. Salm. ad Tert. de Pallio c. 4. De craticula infra ad n. 145 agam. Praeterea etiam Isidori glossae corrupte habent: ariolator cocio ὁ μεταβολεύς. Huc etiam pertinet Placid. p. 435. Mai. arilla coaetione, pannicularis, quod etiam in aliis Gloss. repetitur. Legendum esse arulator, cocio, venaliciarius, vel arulatori, cocioni, venaliciario mihi quidem probatur. Ita etiam emendo glossam cod. *β*. arillatio

**Ariolus, arepticius, vates, qui et furiolus vocant.**

**Armentia, essentia, extantia. Armenta, pecuaria.**

coctione panniculària, quod propius ad veram scripturam accedit.

136. G. Arioli, auspices et sortilegi, fanatici, malefici. Arioli (Is. or. VIII. 9. §. 16.) vocati, propter quod circa aras idolorum nefarias preces emittant et funesta sacrificia offerant hisque celebritatibus daemonum responsa accipiant. Ariolus, divinus (de gloss.). Ariolus, qui aras colit vel divinus. VIII. p. 47. ariolari, incantare, aruspicari, auspicari, Ariolus divinator, incantator. P.: Arioli, incantatores dicti, quod circa aras nefarias preces emittant. De voc. furiosus et fanaticus infra suo loco agam. In explicatione voc. arioli glossatores omnes appellationes magicorum contulisse videntur: nam vates et arioli a sortilegis toto coelo distabant, nec erant incantatores, ut Pap. voluit. Arioli enim mente furibunda arrepti, res futuras praedicebant, arte non adiuti, ut aperte indicat Cic. de Div. I. 2. ex quo genere saepe ariolorum etiam et vatum furibundas praedictiones. Sortilegi vero contemptum illud fuit hominum genus, quod in triviis versatum superstitiosae plebi tabellas versibus e diversis poetis conscriptas tradebant atque e talorum iactu, qui versus ad eorum res pertinuerent, definiebant. cf. Heind. ad Hor. Sat. I. 9. 29. et 6. 113. p. 158 sq. Nominantur etiam malefici, quod voc. alibi saepius perverse in venefici corrumpitur. Ita Tertull. de Pudic. c. 7. in ministerium alienae idololatriae maleficas artes. Magi, incantatoris significationem potissimum apud ICtos habet. Plura dabunt dict. ad Apul. Met. VI. 16. p. 448. Ita etiam maleficia de rebus magicis dici, exposui ad Apul. Apol. c. 42. p. 535. ubi vide. Etiam divini nominantur fatidici, de qua voce conf. Burm. ad Petron. 7. p. 43. Munk. ad Hygin. fab. CXVIII. p. 210. quaeque protuli ad Arnob. III. c. 20. p. 282. De alia voc. ariolus denominatione cf. Donat. ad Terent. Phorm. IV. 4. 28.: hariolus est, qui divina mente vaticinatur. Dictus hariolus, quasi fariolus a fatis et a fando, cum F pro H in multis locutionibus ponatur. De hoc hominum genere accuratissime egit Buleng. de Sort. I. 5. in Graev. Thes. Antt. T. V. p. 381. et I. 8. p. 405.

137. Haec repetit P.: armentia, apex, extantia, eminentia. In G. et in $\alpha$ et $\beta$ haec glossa non legitur. Eadem glossa, quae in nostro legitur glossario, in edit. Papiae multisque eius codd. reperitur. Pro essentia legerim excellentia. Quid pro armentia substituam, non habeo, nisi hic graecum vocab. corruptum est acroria; cf. *II* p. 8. *ἀκρώρεια* vertex montis; *ἀκρωρία* cacumen. Mihi tamen ipsi haec emendatio non satis placet. Item coniici liceat aculei, quae sunt scopulorum summitates, ut emenda A. p. 266. n. 53. abios, scopularios summitates in: aculeos scopulariae summitates et p. 269. n. 233. alno, scopulariae summitates in: aculei. Forsitan etiam acus legi possit, ut hodie Francogalli aiguille dicunt.

138. G. Armenta greges ovium, equorum ferarumque. Armenta greges boum et multitudinem eorum dicunt. Armenta idem et iumenta. Dicta autem armenta vel quod sint armis apta i. e. bello; vel quod his in armis utimur. Alii armenta boves tantum intelligunt, ab arando, quasi aramenta, vel quod sint cornibus armata. Armenta et greges hoc inter se differunt, quod armenta equorum et boum sunt, greges vero capellarum et ovium. P.: pecuaria greges bestiarum, equorum boumque sunt, ab armis, quibus apta sunt. VIII. p. 48. armentum de maioribus dicitur animalibus. I. Origg. XII. 1. 8. cum Fest. p. 4. et Serv. ad Aen. I. 185. Isidorus, qui eandem dat vocabuli radicem, sine ullo dubio in eo falsus est, quod aptus hoc loco pro idoneus explicavit, quem ceteri secuti videntur esse. Quodni ita esset, armis non interpretatus esset bello. Ego quoque armenta ab armis dictum puto, quod arma iis sunt addita, affixa. Aptus enim ita dictum esse apud veteres, confirmat praeter alios apertissime Ennii versus, quem apud Ciceronem habes de Off. III. 29. §. 104.: o fides alma, apta pinnis et ius iurandum Iovis, i. e. cui aptae, affixae sunt pinnae; cf. Beier ad h. l., et quae protuli ad Apul. Florid. II. 15. T. II. p. 56. et ad libr. de Mund. c. 31. T. II. p. 419. Alia videtur esse Doederl. Syn. T VI. p. 27. de huius voc. origine sententia, quae convenit cum Varronis V. p. 98. Spengel. Denique hoc unum moneo, in Papia perverse addi: Nam cutis boum corio, proelio equi sunt apti. Ceterum vero greges proprie victoriae causa, quae supplenda videantur ex Serv. ad Aen. III. 540.: nam equi intersunt proeliis, boves armant ex coriis ubi Burm. habet: clypei vero armantur boum coriis. Pro cutis igitur lego clypeis vel clupeis; de reliquis certum quid statuere non audeo. Ceterum in G. pro multitudinem eorum, quod omnium ineptissimum est, legas cervorum; coll. Serv. ad Virg. Aen. I. 185. et ad III. 540. Ita emendandum puto A.

**Armiger, armiportor.**
**140. Arrepticius, ariolus.**
**Artatus, suber districtus.**
**Artire, constringere, coniungere.**
**Artum, angustum vel dolosum.**
**Arbiterium, collectio arbitrorum multorum, i. e. ipsa consensio.**
**145. Arula, graticula.**
**Asilo, aestrus et abanus.**
**Ardet, voluptio se intendere.**

p. 270. n. 327. armata catananta ab eo quod sunt armi in: armenta vocata sunt ab eo, quod sunt armis apta.

139. L. armiportator aut armiportans. Formatum est armiportator, ut armicustos. L. p. 17. armicustos ὁπλοφύλαξ armiductor (l. doctor) ὁπλοδιδάσκαλος et armifactor. Ita etiam corrigo VI. p. 509. pro: armites armipotens: armiger; armiportans, et VIII. p. 43. pro arquites: arquiger, sagittarius.

140. P. arrepticius, daemoniacus, ab arripere. Huc pertinet A. p. 270. n. 330. arreptae excitatae cf. du Cang. Gloss. T. I. p. 412. sq. Hensch. Plura exempla dabit adeunti Lexic. Forc. L. p. 17. arrepticius, ἀναρπαστός. I. p. 669. n. 3. arrepticius, ariolus, furiosus. A. p. 259 n. 107. arrepticius, furiosus. VIII. p. 58. arrepticius, a daemone captus, vexatus.

141. In voc. suber inesse participium, quod strictus significat, mihi quidem persuasum est. Pro districtus lege destrictus. Huc pertinere videtur A. p. 271. n. 334. argata valtae, ubi lege artata vincta vel ancta ex L. p. 173. στενωχωρεῖ artat, angit. VIII. p. 43. artare pressare constringere.

143. cf. ad n. 105.

144. L. ipsa consessio. A. p. 274. n. 194. arbiterium, arbitrium. et p. 265. n. 483. arbitrium, collegio arbitriorum multorum ubi emenda: arbiterium, collectio arbitrorum multorum. P.: arbiter, medius, iudex, interpres; sed arbiter fit ex voluntate, iudex ex lege. Facit arbitri secundum Sallustium, secundum vero regulam prisciani (quem locum frustra quaeras) tertiae declinationis est. Inde arbiterium, collegium arbitrorum multorum i. consensio (l. consessio).

145. Arula, craticula. I. p. 669. n. 6. arula, craticula. P. arula patella, carbonum craticula. L. p. 44. craticula ἐσχάρα, et p. 80. ἐσχάρα graticula focus; nam focus et foculus ut ἐσχάρα, de vase dicebatur, quo ardentes carbones continebantur, quod nos „Kohlenbecken" appellare solemus. Ita patellae et craticulae bene conveniunt et dictae sunt de vasis quibusdam, in quibus aut calefacta iam edulia calorem retinebant, ut publice vendi possent, aut in quibus edulia quaedam in plebis usum assata ac tosta sunt, carbonibus calefactis. cf. Martial. XIV. 221. Parva sibi curva craticula sudet offella. Ita apud Arn. II. c. 19. ed. m. p. 117. craticula interpretandum est. Legitur enim ibi: nec existimarent quiddam magnificum se esse, quia sibi craticulas trulleos creterrasque faciunt, ubi omnes craticulas de corbiculis interpretantur. Buleng. de Conv. IV. 9. in Graev. Thes. T. II. p. 214. minus recte explicat craticulam coquinarium instrumentum, cuius regulas ferreas rectas transeunt aliae transversae, ut inter singulas sit spatium vacuum quadratum, quod nos „Rost" appellare solemus, cum potius foculus sit cum hac crate ferrea. Ita emendo P. graticula, in qua assentantur homines in: craticula in qua assantur homines, de martyribus, qui in hac crate tosti animam exhalarunt. Haec postrema vocis interpretatio mihi unice probatur. Ceterum et graticula et craticula eadem ratione scribitur, ut et Gnaeus et Cneus alia. Cod. Arnob. item habet graticulas, ut male Papias: grates gratis, quae contexitur ex viminibus.

146. L. asilio, oestrus, tabanus. L. p. 17. asilus furor οἰστρομανία. asilus, οἶστρος, τὸ ζῶον et asilio, οἶστρος. p. 132. οἶστρος ὁ μύωψ tabanus, asilio οἶστρος τὸ ζῶον; asilus οἶστρος, tabanus asilus. Gloss. VI. p. 509. asillum tabanum. P.: asilus quem graeci oestrum, latini tabanum dicunt. A. p. 275 n. 224. lege: asilus genus muscae pro musae, et p. 259. n. 84.: Asilio briosa pro Asilo briosa. Num briosa pro germanico bremse recte legatur, ignoro.

147. L. ardet, urit voluptuose, incenditur. Urere enim de amore dici, qui pungit et stimulat voluptatem, docent Intt. ad Virg. Aen IV. 68. uritur infelix Dido et ad Ecl. VIII. 83. Nec solum uritur in usu est, sed etiam urit, ut Virg. Georg. III. 215. uritque videndo femina et Horat. Ep. XII. 3. qui me expetit mollibus in pueris aut in puellis urere. Ita urigo de aestu libidinoso dicitur apud Arnob. V. 43. cf. dict. mea ad Apul. Met. VIII. 29. T. I. p. 741. et ad Met. I. c. 7. p. 92. V. 6. p. 325. Intendere, quod glossarium habet, quamquam ex glossis probari posse videtur, quas supra n. 129. protuli: ardentius vehementius cupidius acrius, intentius, intendere tamen pro intendere vires vix dici posse puto, nisi

**Aspernatur, contemnit, depegit vel dedignat.**
**Astutus, subdolosus.**
**150. Aslum, spolium.**
**Attagena, gallina rustica.**
**Attentius, accuratim.**
**Atria, aedes, postici, compluvia.**
**Avarus, cupidus, qui suas res non utitur.**

forte se intendere legere mavis. Incendere vero, active dictum, hic additum censeo, quod glossator ardere etiam activa significatione poni indicare voluit, ut Serv. explicat ad Virg. Georg. IV. 425. Incendere, ut ardere, de amore vehementi dicitur; cf. Ovid. Met. III. 426. Pariterque **incendit** et **ardet** et Virg. Aen. I. 659. ubi vide Intt.

148. L.: contemnit despicit vel dedignat. G. aspernanda, respuenda. Aspernandum, reiiciendum. Aspernatur, detestatur, contemnit; fastidit, gravat, spernit, respuit, reiicit, repudiat, deflat, despuit, irridet, indignatur. Ex hoc glossario confirmatur lectio, quae ab omnibus fere Intt. Suet. Calig. 38. in dubium vocata est. Legitur enim h. l. prolata, divorum Iulii et Augusti diplomata, ut vetera et obsoleta, **deflabat**; in optimis codd. extat deflebat; Baumg. Crus. ex sua emendatione delebat. Quid vero sibi velit idem vir doctus, dicens, hoc voc. esse posterioris latinitatis, non capio, quod si lexicis fides habenda est, hoc uno Suetonii loco ista significatione legi deflare apud veteres apparet. Pap.: **aspernor, aris,** antiquitus commune, nunc deponens dicitur. Asperno is activum et aspernari despicere, detestari. Dedignat, quod in hac glossa legitur, pro dedignatur equidem non mutaverim; quamquam haec activa verbi formatio nullo exemplo firmatur. At uti digno pro dignor extat (cf. Prisc. VIII 5. T. I. p. 377. Krehl. Non. p. 98. v. **dignet**: Pacuv. Iliona: Quis deos Infernos, quibus coelestis dignet decorare hostiis, et p. 490. v. **dignavi** pro **dignatus sum** vel dignum duxi cett. cf. Voss. Aristarch. T. II. p. 765. ibique Eckstein.), ita dedigno pro dedignor non est quod improbes.

149. L. subdolus dolosus. Non est, quod hanc emendationem pluribus defendam. Subdolosus ex vitio corruptum est glossographi, qui oculorum errore deceptus dolus propter sequentes dolos litteras neglexit.

150. Quid aslum spolium sibi velit, non intelligo. Henschel. in ed. du Cang. putat idem esse ac graecum ἆθλον, quod neque scriptura neque significatione probatur. Ceterum diverso modo in Gloss. legitur: in cod. Germ. asyum, in Pap. quos vidi codd. asium, in cod. Amp. p. 271. n. 335. aslum et p. 258. n. 53. assellum spolium. Gloss. Mai habent T. VI. p. 506. alsum spolium. p. 509. aritum spolium? VII. p. 551. asium spolium. Ego cum graeco vocab. συλάω cohaerere hanc vocem existimo, etsi quid legendum sit non assequor.

151. cf. du Cang. l. v. et Intt. ad Horat. Epod. II. 53.

152. cf. supra n. 24.

153. L. porticus. G. Atria, porticus, magnae aedes et capacissimae atria dicebantur. Atria magna aedes est sive amplior spaciosa domus. Et dictum atrium est eo quod ad dantur ei tres porticus extrinsecus. Alii atrium quasi ab igne et ligno dixerunt atrum. Atrum enim fit ex fumo. Atria, longa, immensa vestibula. Atria tabernacula. P.: atrium magna domus dictum, quod addantur ei tres porticus exterius vel ab atro, quod atrium proprie culina dicitur, quod fit nigra. Rectius Fest. p. 12. Atrium proprie est genus aedificii continens mediam aream, in quam collecta ex omni tecto pluvia descendit. Dictum autem atrium, quia id genus aedificii Atriae primum in Etruria sit institutum vel quod a terra oriatur quasi aterrium.

154. G.: Avarus, cupidus, avidus, rapax, appetens aliena (l. alieni), insatiabilis, inexplebilis, inhumanus, impius, immisericors. Avarus ex eo vocatus, quod sit avidus auri et numquam opibus expleatur. **Avarus** et **cupidus** hoc inter se differunt; avarus est, qui non suo utitur, cupidus, qui aliena desiderat. Avarus est, qui progreditur ultra, quam sufficit, extra viam. Quod additur in nostro gloss. optime ex G. explicatur: Avaritia aut generalis aut specialis. Generalis, quippe qua quisque appetit amplius, quam oportet propter excellentiam suam et quendam propriae rei amorem, cui sapienter lingua latina nomen indidit, cum appellavit privatio, quod potius a detrimento, quam ab incremento, dictum elucet. Omnis enim privatio minuit, unde itaque vult eminere superbia, inde in angustias egestatemque concluditur, cum a communi ad proprium dampnoso suo amore (lege sui) redigitur. Specialis autem avaritia est, quae usitatius appel-

**155. Aucta, supposita et colomata.**
**Aucella, ortygometra.**
**Auctoratio, venditionum subactio, rationem sunt gladiatores, qui se vendunt.**

latur amor pecuniae, cuius nomine apostolus per speciem genus significans universalem avaritiam voluit intelligi, dicendo: radix omnium malorum est avaritia, per hanc enim et diabolus cecidit, qui utique non amavit pecuniam sed propriam potestatem. P.: avaritia est nimia divitiarum acquirendi habendi retinendique cupiditas. Avaritia est iniuriosa appetitio alienorum. Cupidus absolute de avaro dici, probant Intt. ad Suet. Vespas. 16. Hemsterh. ad Lucian. T. I. p. 410.; cf. quae dixi ad Apul. Met. IV. c. 23. T. I. p. 271. Ceterum noli in glossa mutare. Uti enim non raro apud priscos cum accusativo legitur, cf. Intt. ad Lucret. V. 1033. VI. 1135. Ita apud Apul. Florid. I c. 9. T. II. p. 38. ex optimis codd. legendum est: nec id genus **ferramenta uti** nosse. Plura exempla extant apud Non. p. 481. Cat. R. R. 142. **villicam** uti oportet et c. 143. vicinas aliasque **uxores** quam minimum utatur. Varr. R. R. III. 16. §. 23. **quam rem** etiam nomine eodem medici **utuntur** et Cat. 36. §. 4. donec **omne caseum** cum melle **adusus** eris ubi lege abusus i. e. usus.

155. L. cumulata. G. Aucta, augmenta, cumulata, impleta. Auctius, amplius vel uberius. Auctius, amplius, maius, uberius, plenius, cumulatius, largius, affluentius. Si suppositus vera est interpretatio, ita tantum potest intelligi, quod id quod suppositum est, eam rem, cui supponitur, altiorem reddit et sic auget. Magis mihi probatur apposita, quod adposita scriptum facile in subposita corrumpi potuit. Prius tamen munitur A. p. 271. n. 364., ubi pro aveta subposita commolata l.: aucta, supposita, cumulata.

156. P. aucella ortygometra, quam Isid. Orig. XII. 7. 65. ita describit: ortygometra dicitur quae gregem ducit, eam terrae propinquantem accipiter videns rapit ac propterea cura est universis, ducem sollicitare generis externi, per quam caveant prima discrimina. Cibos gratissimos semina venenorum habent, quam ob causam veteres eas vesci interdixerunt. Solum enim hoc animal, sicut et homo, caducum patitur morbum, quem locum descripsit ex Plin. N. H. X. 33., etiam I. explicat p. 669. n. 7. aucella ortygometra. Hinc apparet, eos veterum locos emendandos esse, ubi de avibus, quae edentibus in deliciis erant, sermo est. Ad errorem enim sine dubio commoti sunt Intt., quod aucella deminutivum voc. auca i. e. anser esse putabant. Ita apud Apic. IV. 5. Albas betas minutas, porros requietos, apios bulbos, cochleas elixas, gigeria pullorum, aucellos. et V. 3. coques pisam cerebella vel aucellos vel turdos, et VIII. 7. cum ferbuerit avellanas (pro aviculas.) nucleos, piper integrum. Aucellus enim a glossis explicatur στρουθίον L. p. 174. στρουθίον struthio, aucellus, passer. et p. 19. aucellus στρουθίον. Recte vero viri docti observant, στρουθούς s. στρουθία appellare graecos scriptores πάντα τὰ μικρὰ τῶν ὀρνίθων, quasvis aviculas, potissimum generis passerini. cf. Moschop. 178. Intt. ad Hom. Iliad. II. 311. Itaque non est, quod ad Hummelbergii emendationem avicellas refugias. Hi aucelli cum pullis et turdis optime conveniunt. Apud Ap. Met. IX. 33. nunc aut aucula lego, quae parva est auca, ut habet Gemma Gemmarum, aut ut prius iam probavi, ancilla ex codd. retinendum est. Aucilla nulla ratione defendi posse, nunc video. cf. dietat. ad Apul. p. 840., quae ex hac adnotatione emendanda sunt.

157. l. auctoratio, venditio; nam sub auctoratione sunt gladiatores, qui se vendunt ex I. p. 669. n. 9. qui eadem habet. Inde emenda VI. p. 510. auctoratio, venditio. Nam sub auctoratione sunt cett. pro sub auctione. P. explicat auctoratio, venditio sub auctore, ut G. — Auctorare se dicebantur potissimum gladiatores, qui mercede conducti, publicis voluptatibus se addicebant; cf. Tert. adv. Nat. I. 18. Non vitae amore gladio vos ad lanistas auctoratis. Etiam auctor eadem significatione dicitur de eo, qui operam suam locat et se vendit ad venationes et gladiatores; cf. Salm. ad Treb. Gall. 12. et *Π.* p. 156. πράτης venditor auctor et p. 19. auctor πράτης. Ita etiam VIII. p. 49. pro auctionare res strenue agere, mercari legendum est auctorare, pro auctionarius, mercator, mango: auctorarius et pro auctionator imperator, induperator l. auctorator. Nam auctoro non solum de venditione sed etiam de auctoritate ac dignitate dici probat locus Tert. Cor. Mil. 2. observatio satis auctorata. i. authentica, vera, probata. L. p. 31. αὐθέντης auctor, αὐθεντία auctoritas, αὐθέντημα auctoramentum, αὐθεντικόν, auctoraticium; αὐθεντῶ auctoro. Au-

**Aucupator, auceps.**
**Audenter, audentius, constantius.**
**160. Avencat, eruncat, eradicat.**

**Auget, crescit, ampliat, cupit.**
**Augmen, multitudo, congregatio.**

ctorare apud Ictos est auctoritatem interponere; cf. Lex. Forc. Ad hanc glossam pertinet A. p. 265. n. 509. aucturatio, venditio et p. 275. n. 151. auctoratio, venditio et n. 246 auctoratus, ubicumque quis congreditur cum uno, ubi l. auct., qui conductus congr. et p. 271. n. 336. auctoratio, benedictio; nam subtoratione sunt gladiatores, qui se feudunt benedicunt ubi emenda: auctoratio, venditio; nam sub auctoratione sunt gl. qui se ferro vendunt. Eadem ratione peccatum est p. 271. n. 354. auctoramentum ipsa res vocatur benedictionis. Emendationem ferro veram esse, probat L. p. 19. auctoratus ὁ πρὸς σίδηρον πραθείς, ὁ ἐστὶν ὁ μονόμαχος, ὠκειώμενος et auctoro μισθοφορῶ πρὸς σίδηρον et aucturo πιπράσκω εἰς μονομαχεῖον, πιπράσκω εἰς ὑπερθεματισμόν; πρὸς σίδηρον πιπράσκω. Hinc emenda A. p. 275. n. 245. auctoratius gr. monachus *cempa qui* abest ab exercitu electus in auctoratus gr. μονόμαχος.

158. A. p. 275. n. 254. **aucupator**, auceps, qui prendit retibus aves. VI. p. 509. auceps, avicapto, auceptor. et p. 510. aucupator captator vel venator avium. VII. p. 552. auceps acceptor (l. auceptor) captator. *Π* p. 19. aucupator, ἰξευτής. aucupatores, ἰξευταί. aucupatorius, ἰξευτικός.

160. Priusquam de probabili huius glossae emendatione dissero, e re est, singulas glossas proferre. G. avencare, eruncare, eradicare. P. aventare, eructare [l. eruncare], eradicare. A. 271. n. 351. avenat, eradicat et p. 362. averrat abalienat vel avertat, [l. avertit] ubi averrat corrupte legi apertum est. p. 265. n. 508. avenicat, eradicat VI. p. 501. abencat, eradicat p. 510. averricat, avertit, alienat. Ugotion et Ioh. de Ianua avencare, avenas eradicare esse censent, ut VIII. 47. avencare avenas avellere, qua de causa du Cang. avenare legendum opinatur. Nihil esse hac Ugotionis explicatione ineptius, non est, quod pluribus exponam, nec du Cang. hac insulsitate adeo decipi debuit, ut avencare probaret. Ego malim legere avulsare vel avellicare. Erat cum averruncare emendarem, quod tamen quominus fiat, impedit glossa sequens P. et G., ubi praeterea extat: averruncat, avertere, abhominari; averruncare multum facere verum, ita ut duplicem fuisse vocem appareat. Avulsare quod emendavi, bene potest defendi et analogia et significatione. G. avellit, **eradicat**, extrahit; avellere, auferre, exstirpare, inde avulsus, quae Papias repetit, et postea averruncassit, avellerit, unde apertissime probatur lectio apud Lucan. IV. 764. **avellit** que manu piloque affixit arenae. Nam vello in perfecto et velli et vulsi habuisse, testatur Diomed. p. 369. et Prisc. X. 6. T. I. p. 498. Krehl. cf. Heins. ad Ovid. Heroid. VI. 104 et quae pluribus disputat Eckst. Arist. Tom. II. p. 848. Etiam Pl. p. 430. averuncassint, avellerint, averterint habet. At ingenue fateor, alteram avellicare emendationem mihi magis probari et ob litterarum similitudinem et significationem. Avellicare ab avellere formatum puto, ut velicare a vellere. Optime huc facit A. 265. n. 308. avenicat eradicat. In cett. non est, quod cum du Cang. emendes: truncare pro eruncare. Eruncare enim, unde ab erruncare peto, in usu fuisse apud veteres lexica docent.

161. Hic duas glossas commixtas ac legendum censeo: auget crescit. ampliat. avet cupit. Augere enim numquam cupere esse, neminem fugit. Sine dubio avet, cupit priore loco erat positum, ut apud P. avet, cupit, gaudet. et A. p. 266. n. 507. avet, cupiet, gaudet quod facile emendari potest; et p. 271. n. 348. avet, cupit, gaudet. Ita etiam peccatum est p. 266. n. 52. abiit cupit gaudit, ubi lege avet, cupit, gaudet. Praeterea observandum est, crescere hic activa significatione dici, quod mihi, quamquam eius usus exemplum proferre nequeo, tamen iam inde effici posse videtur, quod participium cretus i. e. genitus natus inde originem ducit. Insulse Papias: participium est pro creatus per syncopam. Huc accedit auctoritas *Π* p. 31. αὔξω augeo cresco glisco, αὔξει afficit, gliscit, crescit αὐξηθέντα creta, confota, ubi legas confortata. et p. 45. crescit αὔξει αὐξάνεται; cresco αὐξάνομαι αὔξω. Gliscere vero passive dici probat exemplum Sempronii apud Non. VII. p. 481. Merc. ut maior invidia Lepido **gliscoretur**. T. VIII. p. 49. aumentare (l. augmentare) **accrescere** adaugere accumulare. Denique, ne quid dissimulem, cupit, quod additum est glossae, ita etiam appositum esse coniici licet, quod gliscit fuit adscriptum, ut glossographus, ut revera est, exposuerit cupit (vel gestit) aut ex locis Ovid. Heroid. XV. 117. **Gaudet** et e nostro **crescit** amore

**Avicium, antiquitas. vel ab avis relictus.**
**Avitus, antiquitus.**
**165. Aurora, nubs rosea ante ortum.**
**Aurorans, inluminans.**
**Auspicare, requirere.**
**Austa, epotata.**
**Austerus, viriosus.**
**170. Avulsa, subtracta aut erecta.**
**Axes, tabulae.**

Charaxus et Senec. Epist. 24. exulto et cresco, qui hoc glossarium conscripsit, cresco, idem esse, quod gaudeo, cupio, male coniecit.

163. L. avitum, antiquitas, quod longe ab antiquis petendum est; cf. Intt. ad Ovid. Art. Am. 696. Item peccat p. 510. avitum antiquitas. In sequente glossa lege avitus antiquus ex Pap. avi, priores, maiores hominum; unde avitus i. antiquus; A. p. 265. n. 506. avitis, antiquis et p. 271. n. 363. avitum, canticum vel donum avium, ubi l. avitum, antiquum vel bonum avitum. T. VI p. 509. atavi, antiqui. Ita etiam emendaverim p. 275. n. 250. pro: auritus auratus ioco trahens: avitus ab avis locum trahens. et p. 262. n. 285. pro autentia vetusta scribe avita (avitia) aut anteritas vetustas ex I. p. 668. n. 31. anteritas antiquitas et T. VI. p. 508. et VIII. p. 51.

165. Retine nubs, quamquam hanc nominativi formam improbat Serv. ad Aen. I. 487. **Nubes tantum dicimus non nubs**: licet dicamus trabs: trabes, stirps et stirpes, prex et preces, plebs: plebes. Sed de his tantum, quae legimus, sunt ponenda. Non enim artis sunt, sed usurpationis. et ad X. 636. erit nominativus **nubes.** Nam **nubs** non dicimus, quod ait Livius Andronicus, qui primus edidit fabulam latinam apud nos. Servii tamen notationes, et locus Auson. Idyll. de Histor. 4. Periurum Lapitham Iunonia ludificat nubs hanc formationem in usu fuisse apud priscae et posterioris latinitatis poetas aperte confirmant. Verba nubs rosea ex poeta desumpta mihi quidem videntur.

166. I. p. 668. n. 37. aurorans, illuminans. A. p. 271. n. 365. aurorans, inluminans colore rutilo; VI. p. 510. aurorans, illuminans. VIII. p. 56. aurorare, illuminare, clarificare, irradicare. cf. du Cang. Gloss. v.

167. Si vera est huius voc. interpretatio, requirere est inspicere, animadvertere vel inquirere, qua significatione dici apud veteres lexica probant. In ceteris glossis idem non invenio. Similiter tamen VI. p. 510. auspiciare (lege auspicare) somnia inquirere. VIII. p. 46. auspicari, divinare. G. auspicatur, incipit — auspicatus adorsus. — auspicatum adorsum. P. auspicor pro quo auspico invenitur, incipio, adorior, consequor. Auspicatur, initium cuiuscumque rei requirit, ex quo glossemate haec glossa videtur corrupta. De activa huius verbi formatione cf. Non. p. 468. qui plura exempla Plauti, Attae, Caecilii, Naevii affert. Gell. III. 2. §. 10. super quo **auspicaverunt**; Apul. Florid. 16. imbrem lacrimas **auspicasse**; ad. 9. l. cf. dict. mea et ad Arnob. II. 67. p. 232. Eckst. ad Voss. Arist. T. II. p. 763.

168. l. hausta, epotata. Facile epota, quod alii aliis locis voluerunt, corrigi posset, nisi aliquot obstarent loci, quibus epotatus manifesto confirmatur, ut Sidon. Epist. I. 5. §. 10. videbar **epotaturus.** cf. Voss. Aristarch. p. 813. Eckst. Non raro in glossis haustus inter ea vocabula recensetur, quae littera A incipiunt, ut apud Papiam austis potastis pro hausistis. cf. T. VI. p. 509. actui potavi ego lego haurii vel haurivi, de qua perfecti formatione cf. dict. mea ad Apul. Met. III. 24. T. I. p. 195 sq. et ibid. p. 510. pro austra putata lege hausta potata. Item Germ. haustis potatis extat.

169. Lege austerus viriosus. G. Austera irata. Cicero Tunc austera siccus aestum fusa si laudes (?) Austeritas, severitas. Austerius, durius. Austerus, superciliosus. Austerus, veteris disciplinae. P. austerus, iratus severus, inde austeritas, sterilitas, ubi leges tetricitas, nisi sterilitas ad ariditatem refers. *Π* p. 20. austerus, αὐστηρός. et L. p. 31. austerus, severus, tetricus, durus. αὐστηρία severitas tetricitas. αὐστηρότης severitas. Huc etiam glossam A. p. 275. n. 255. pertinere puto, ubi legitur austernalis, vetus, auster, ubi ego emendo aut australis ventus: auster aut austerulus vetus, auster, i. e. homo veteris disciplinae, ut glossae explicant. Auster pro austerus dixisse Romanos probant lexica. De voc. viriosus cf. infra v.

170. L. avulsa, subtracta, erepta.

171. Idem glossema repetit G. et P. et retinendum est; nam antique ita scribebatur pro asses p. 167. Labb. σανίς tabula, astrama, ubi l. assicula, σανίδες tabulae asseres. Asserculus pro tabula dici, probat P. p. 18. asserculus ἡ λεπτὴ δοκὸς, στρωτήρ. Hinc non video, quî ab assis, quod et feminino et masculino genere invenitur, dici nequeat assicula deminutive. De scriptura axis pro assis cf. Scal. ad Fest. p. 322. Lind. Ita emendo A. p. 336. asper

Auriginosus, arcuatus.

## B.

1. Babigera, stulta. Bacanalia, baccationes, fures.

asserculum in asser vel axer, axerculus.

172. Ita etiam P. auruginosus, arcuatus, non auriginosus, ut in du Cang. Gloss. T. I. p 50. Henschel. extat. Non est, quod cum aliis arquatus scribas. Non. p. 35 Merc. arcuatus morbus dicitur, qui regius dicitur, quod arcus sit concolor de virore, vel quod ita stringat corpora, ut in arcum ducat; cf. VI. p. 510. aurago (l. aurigo) morbus regius et VIII. p. 47 Aurugo, morbus regius vel pestis ex corruptione aëris. Ita est in A. p. 274. n. 208. arquatus ictricus, ubi lege ictericus. Nam regius, arquatus et ictericus morbus idem est. A. p. 275. n. 249. auruginosus, ictericus, *Π*. p. 92. ἰκτερικός auriginosus, luridus, auruginosus, arquatus; ἴκτερος aurugo, morbus regius; aurigo. et p. 20. auriginosus ἐκτερικός, aurigo ἴκτερος, auruginem ἴκτεριν, auruginosus ἰκτερικός, unde apertissime evincitur, et aurigo et aurugo, auruginosus et auriginosus veteres dixisse; cf. Osann. Apul. de orthogr. fr. 41. *Π*. p. 17. arquatus ἰκτερικός I. p. 670. n. 8. auruginosus arcuatus VI. p. 510. auriginosus, arcuatus. Aliter ac Non. Is. O. IV. 8. 13. explicat vocis etymon: Icteris Graeci appellant a cuiusdam animalis nomine, quia sit coloris fellei. Hunc morbum Latini arquatum (ita enim habent optimi codd.) a similitudine coelestis arcus. Auruginem vero (ita opt. codd. habent, non auriginem) appellari ait a colore auri. Regium autem morbum inde existimant dictum, quod vino bono et regalibus cibis facilius curetur.

---

1. I. p. 670. n. 36. babiger stultus et p. 671. n. 58. babigera stulta. A. p. 276. n. 79 balbigera stulta et p. 278. n. 59. brabigera stultus. G. babiger stultus, ut item habet P. VI. p. 510. babigera stulta; babiger stultus. VII. p. 552 babiger stultus VIII. p. 72. Babiger a. um. stultus. inde haec baburea ae. i. stultitia. Dicitur quoque stultus hic blemnus, ni et hic bardus, i. Unde Caecilius: nimis audacem nimisque bardum. et p. 79. babiger, stultus, insipidus, stolidus, insulsus, inconditus, barrus, blemus, brutus. Mirifice de hoc vocabulo ejusque similibus dissentiunt viri docti. Patet, glossaria inter se differre, ita tamen ut vocc. babiger et babigera retinenda videantur. Ad eandem originem accedit voc. baburrus, quod et Isid. et alii glossaria (cf. VI. p. 510 baburus stultus.) eadem significatione dictum proferunt, pro quo Oud. ad Apul. Met. IV. 14. p. 271. balbulus vel balbillus, cui emendationi A. p. 276. favere videatur; Beroald. bardulus, de quo voc. infra agam ad n. 17. v. baruo, Colv. bubalus quasi rusticus, legere maluit. Extat enim Apul. l. c. Tunc e re nata subtile consilium ego et iste babulus (ut optt. codd. scribunt) tale comminiscitur, ubi male fere omnes contra loci sententiam de inepto homine dici putant. Huius vocabuli originem in voc. babire quaerendam puto; cf. L. p. 20.: babit γαυριᾷ. et p. 39 γαυριᾷ exultat burdit babit. Omnia vero, quae arrogantiae et iactationis habent significationem vocabula, eadem etiam ineptiam et stoliditatem exprimere apud Graecos et Romanos notum est, quod qui exultat, non diligenter verba circumspicit, sed facile ad res nimium augendas commovetur. Ita apud Graecos βλάξ non solum pigrum, ineptum, stolidum significat cf. Hesych. βλάζειν μωραίνειν et Ruhnk. ad Tim. p. 80., sed etiam lascivum, mollem, gloriosum. cf. *Π*. p. 36. βλακία, iactatio βλάξ iactans bardus. Plura exempla protuli ad Apul. l. c. T. I. p. 251. Ita etiam Cic. ineptum de Orat. II. 4 §. 17 explicat: qui aut tempus quid postulet, non videt aut plura loquitur aut se ostendit; cf. Hor. Sat. I. 3, 49. Quomodo tamen hoc vocabulum aut exortum aut compositum sit, non invenio. Ceterum babiger emendandum puto in Gl. Arab. Lat. p. 707, ubi nunc legitur babier; praesertim cum, ut in P. et G., sequatur baburrus.

2. L. bacchanalia bacchationes furores. I. p. 670. n. 24. Bacchanal, sacrarium Liberi patris, VI. p. 510 bacchanal sacrarium, quod Libero patri dicabant. *Π*. p. 52. διονύσιον Bacchanale, διονυσία, Liberalia, Bacchanalia singularia non habet, Honoraria. et p. 20. Bacchanale διονύσιον, Bacchanalia singulare non habet διονύσια βαχχεῖα βεvβιλία, ubi honoraria s. onoraria corruptum puto pro orgia vel Liberalia;

Baccatur, insanitur vel furit.
Baccuba, bovis femina.
5. Baccum, liberum patrem.
Baccus, unum.
Ballantes, oves belantes.
Balteat, cingit.

VIII. p. 79 bacchium festum Bacchi, orgium trieterium dionysium. Hoc substantivum singularem numerum non habere, testatur Macrob. Satur. I. 4. Ac primum aestimo, quod haec nomina, quae sunt festorum dierum neutralia **carentque numero singulari**, diversae conditionis esse voluerunt ab his nominibus, quae utroque numero finguntur. Compitalia enim et **Bacchanalia** et Agonalia Vinaliaque .... festorum dierum nomina sunt **nec singulariter nominantur**, aut si singulari numero dixeris, non idem significabis, nisi adieceris festum, ut **Bacchanale** festum, ut iam non positivum sit sed adiectivum. Sed vide Glossaria et Plaut. Mil. Glor. III. 2. 44. —. G. bacchanalia, bacchationes i. furores et bacchanalia furor. A. p. 277. n. 97. bacchanalia bacchatio vel furor. VIII. p. 79 bacchari, furari, lymphari, stomachari, perterritare. Ceterum adhuc non inveni locum, ubi bacchanalia de quovis furore dictum sit.

3. Quomodo hanc glossam recte emendem, non habeo. Nulla enim veterum a me inveniri potuit auctoritas, insaniri deponentiali forma pro insanire dictum esse. Itaque erat cum insaniter furit legerem, quod cum a glossographo non intellectum sit, primum in insanitur emendatum est; tum additum necessario est vel: aut legendum puto bacchatur, insanitur, furitur. Insaniter Non. et Priscian. testantur. Ceterum insanire de arrepticiis et sacro furore actis veteres dicere solent; cf. Virg. Aen. III. 443 ibique Intt. *Π*. p. 96. insanio μαίνομαι ἐνθουσιῶ. et p. 67. ἐνθουσιῶ lymphor insanio. Item furere de vaticinantibus et a deo correptis dicitur cf. dict. mea ad Arnob. I. 1. p. 2.: **insanire bacchari** et velut quiddam promptum ex oraculo dicere. De rebus obscenis dici bacchari docet A. p. 276 n. 25 bacchans turpiter ludens vel discurrens et p. 278. n. 22. bacchantes turpiter iocantes. Ad h. gl. refero VI. p. 510. baccat sacrificat i. bacchat.

4. Vitiose scriptum est pro vaccula. Ita aliis in gl. peccatum est; ut *Π*. p. 20. Bacca (vide Vacca) cf. du Cang. T. I. p. 521. Statim emendarem bucula (ut A. p. 277. n. 134 buccula, bua et *Π*. p. 43. δάμαλις bucula, iuvenca, vacca; δάμαλις bucula ducitur diminutive, nisi veterum locis defenderetur vaccula. A. p. 279. n. 58 explicat Baccula: vitula cucaelf. Item vocabulum restituendum puto *Π*. p. 43.: δαμάλεια vaccina et δαμάλιον vaccinia et p. 189. vaccina δαμάλεια et vaccinia δαμάλιον. VI. p. 510. baccula iuvenca vel vitella.

6. L. Bacchus, vinum. G. baccho, vino, meth. Bacchum vinum et pro vino, quod a Libero patre inventum esse, fingunt poetae. Bacchus, Liber pater. Bacchus, vinum vetus. Ita habet α. β. et VI. p. 510. Bacchus, vinum vetus VIII. p. 70. Bacchus dicitur deus vini, quod pro ipso nominatimque ponitur vino. Ita emendo A. p. 277. n. 5. bacillatea vinum et VI. p. 510. bacillates vinum aut in bacchi latex, vinum aut in bacchus, latex, vinum. Latex enim pro vino dici lexica docent. Tum pro vinum vetus emendandum puto, vinum, vites; cf. Virg. Georg. II. 112. apertas **Bacchus** amat colles ubi Serv.: hinc est, quod **vites** amant montium laxiora. Ex hoc errore factum est, ut in aliis gl. pro vetus inveniatur antiquus, ut A. p. 277. n. 91. bacchi antiqui.

7. L. balantes, oves belantes. Ita emendes balantes oves bidentes; quae in codd. α et β repetuntur; VI. p. 510 balantes, oves hobentes. P.: balare propria vox ovium. Nam balantes oves sunt i. bidentes; inde balatus, a quo blandus, ior, issimus et blandior, iris. Bidentes huc non pertinent cf. Is. O. XII. 1. 9. (ex ovibus) quasdam **bidentes** vocant eo, quod inter octo dentes duos altiores habent. Balantes absolute oves dici, probat locus Virg. Georg. I. 272., ubi vide Intt. Belo pro balo dixerunt veteres; cf. Varr. de R. R. II. 1. §. 7.: ea enim sua voce Graeci appellarunt μῆλα; nec multo secus nostri ab eadem voce sed alia littera **bela** vocarunt; non enim **me** sed **bee** sonare videntur oves vocem efferentes, a quo **belare** dicunt, extrita litera, ut in multis, ad q. l. vide Intt. L. p. 21. balatum προβάτων βληχηθμός, balatus βληχμός βληχή. balo βλήχομαι.

8. 9. I. p. 670. n. 31. balteat, cingit VIII. p. 74. **Balteare** invenitur pro cingere, et inde hoc balteum, ei; unde hoc balteolum, li et balteatus, a, um i. balteo ornatus; cf. ibid. p. 68. Aliquanto etiam (bulla) dicitur pro balteo, unde Persius: bullaque succinctis laribus donata pependit et tunc inde venit bullatus, a, um. i. balteatus, balteo ornatus et p. 80. balteare, balteo cingere; Balteatus balteo or-

**Balteum, cingulum.**
**10. Bambus, aranea.**
**Bases, sessio columnae.**
**Baptismum, tinctio.**
**Barathrum, terrae hiatus, vorago.**
**Barathrum, inferum, profundum.**
**15. Ballantes, bullos emittentes.**

natus. Ita ibid. p. 81 legendum puto pro blateatus ornatus: balteatus vel bracteatus. Item habet VI. p. 510. balteat cingit. G.: Balteum cingulum — Baltheum cingulum militare est, dictum pro eo quod ex eo signa dependent, ad demonstrandum legionis militaris summam id est sex milium sexcentorum, ex quo numero ei ipsi consistunt. Unde et baltheus dicitur non tantum, quod cingitur, sed etiam a quo arma dependent, ex quo cod., quocum α accurate consentit, emenda Isid. Orig. XIX. 33. §. 2 P.: balteus, ornamentum, a cingulo dependens vel cingulus militaris dictus pro eo, quod signa ex eo dependent ad commonstrandam legionis militaris summam i. sex milium sexcentorum, ex quo numero ipsi sunt, unde non tantum, quod cingitur sed etiam a quo arma dependent, baltheus dicitur. L. p. 21. baltheum ζωστήρ ζωνή, balteus ζωστήρ ζωνή A. p. 277 n. 92 baltheum, lorum. Varro de L. L. V. §. 116. Müll. p. 46. balteum quod cingulum e corio habebant bullatum balteum dictum. Balteus et balteum apud veteres in usu fuisse, testatur Non. p. 194.; Serv. ad Virg. Aen. X. 494. in singulari masculino tantum genere usos esse veteres affirmat: Balteus autem numero singulari masculini est tantum generis; in numero vero plurali et neutri, quod ab omnibus scriptoribus, quantum scio, servatum est. Itaque glossaria minus recte baltheum neutro singulari proferunt. Perperam etiam Voss. Aristarch. T. I. p. 430 inter utramque formam non differt. Solus Varronis est locus, quo hunc usum servatum non esse vides. Inter ea vocabula, quae aperte nominativum neutro genere efferant, recenset catalogus, qui invenitur in cod. vetustissimo Lugdun.; cf. L. p. 203 baltheum ζωστήρ. p. 204. baltheum ζωνή.

10. L. bombyx cf. supra s. A. 123; ut apud I. p. 670 pro bamber arena emenda bombyx aranea, ut alii iam ante me viderunt; et p. 671. n. 59 bambis aranea. Ita etiam peccatum est VI. p. 510. bambis arena.

11. G. bases, sessio columnarum. Bases confirmatio fundamenti. Bases fulturae sunt columnarum, quae a fundamento consurgunt et superpositae fabricae sustinent pondus. Bases autem nomen est petrae fortissimae Syro sermone cf. Is. Or. XV. 8. 13. et XIX. 10. §. 23. P.: bases vel basis sessio columnarum confirmatio fundamenti, nomen petrae durissimae. Bases Syriae rex. VIII. p. 77. bases, altare vel fultura. et p. 80. bases, fulcra columnarum. A. p. 279. n. 19. basis, fundamen.

12. cf. VIII. p. 73. baptizo, as, verb. act. Inde verbalia et hoc baptisma .... et hoc baptismum, mi. Quare non sollicitandus est locus Tertull. de Baptism. c. 15. unum **baptismum** et una ecclesia, in qua lectione optimi quique codd. consentiunt. Hanc formam etiam alia Glossaria confirmant; α: Baptismus lavatio. Facit et hoc **baptismum**, et hoc baptisma. Is. Or. VI. 19. §. 43. baptismum graece, latine tinctio cett.

13. 14. L. infernum, profundum. G. baratre profunde vortiginis ubi l. baratri, profundae voraginis. — Baratrum, infernum vel vorago vel praecipitium. Baratrum, terrae lacus (l. hiatus), locus in profundo dimersus. Baratrum, vorago, palus, locus coenosus, gurges, fossa, lacunae, voragines, eluvies, charybdis, inexplebile, insatiabile — nimiae altitudinis; nomen est et dictum baratrum quasi vorago atra scilicet et profunda cf. Is. Or. XIV. 9. 5. α. baratrum, gehennae profundum — altitudo profunda, vorago carens fundo; Baratrum puteus est, in quo execratores praecipitantur, et terrae hiatus. Ita l. in I. p. 671. cum aliis pro bassatum, terrae hiatus: barathrum — VIII. p. 80. barathrum, vorago, infernus (l. infernum). Ita emenda A. p. 277. n. 74 baratum, incensum in baratrum infernum. Qui tamen A. p. 277. n. 12. baratro quod ad nigram in pella emendandum sit, non habeo; ea glossa videtur voc. baratro apud Lucret. III. 968. confirmari, ubi vide Intt. Aliam huius vocis explicationem effert Fest. p. 25. **barathrum** Graeci locum appellant praecipitem, unde emergi non possit, dictum ab eo quod sit βαθύς ad q. l. vide Intt. p. 344 Lindem. Serv. ad Aen. III. 421. explicat: barathrum est immensae altitudinis nomen... quod graece βάραθρον dicitur, quia sit grave adspectu, quia βαρὺ τὸ ἀθρεῖν.

15. L. bullantes. Hoc manifesto habet L. p. 23. bullo, as ἐκφυσάομαι et p. 63. ἐκφύσαομαι bullo, as. et p. 18. Vulc. bullo ἐκφυσάομαι. P. bullare exundare. Ita necesse non est corrigatur bullire, quod tamen eodem modo in usu fuit cf. VIII.

p. 67. bullio, is, lii et bullivi, tum, tu, verb. neutr. unde bullitus, a, um. (Gloss. Ampl. p. 278. n. 75 bullit scatit vervet l. fervet). VI. p. 512. bullantes aquae, cum exundant A. p. 278 n. 74. bullantes aquae, cum exundant in bullas.

16. G. Barbarismus et soloecismus inter se differunt: barbarismus fit in una loquela, soloecismus in pluribus. Barbarismus est verbum corrupta littera vel sono enunciatum... Appellatur autem barbarismus a barbaris gentibus, dum latinae orationis integritatem nescirent. Unaquaeque enim gens facta tributaria Romanorum cum opibus suis vitia quoque et verborum et morum Romam transmisit (ex hoc cod. emenda Is. Or. I. 31, §. 1.) Barbarismus est corruptio verbi unius (Is. Or. I. 33. §. 2.) Idem fere proferunt Papias et Priscian. XVII. 1. §. 6. T. II. p. 7. Krehl. cf. VIII. p. 69. Post Augusti demum imperium hoc voc. a Romanis usitatum est; cf. Gell. XIII. 6. §. 4. Id vocabulum, quod dicitur vulgo **barbarismus**, qui ante divi Augusti aetatem pure atque integre locuti sunt, an dixerint, nondum equidem inveni. Idem profert Gell. de voce soloecismus. l. V. 20. §. 6 et 7. VIII. p. 77. barbarismus, vitiosa locutio in grammatica. De scriptura loquella conf. ad n. 25.

17. L. baro, barunculus. I. p. 672. baruo, barunculus VI. p. 510. barbo, barunculus et VIII. p. 69. Item ab hoc nomine quod est barrus, hic **baro**, nis, eo quod sicut elephans cetera animalia magnitudine, ita et baro alios homines praecellit; et inde hic barunculus, li, diminut. et haec baronissa, ae. i. virago baronis habens animum. p. 78. baro heros, cleonta, ubi emendarem athleta, nisi idem repeteretur etiam p. 275. heros baro, cleonta. et p. 150 cleontinus baronicus, nobilis; Sidonius: cleontina segete confectus panis cidabatur, quem locum invenire nequeo. Gloss. Philox. p. 21 baro *ἀνήρ*. Idem affirmat Is. Origg. IX. 4. 31. Mercenarii sunt, qui serviunt, accepta mercede. Iidem et barones Graeco nomine, quod sint fortes in laboribus. *Βαρὺς* enim dicitur gravis quod est fortis, quae repetit G. et *a*. barones, quod sint fortes in laboribus. i. mercenarii. I. p. 670. p 55. pro bargines fortes in bello lege barones; quod iam alii ante me viderunt. At vero persuadere mihi nequeo, ut nonnulli volunt, baro voc. significare hominem stultum ac fatuum, quod Cornut. ad Pers. V. 138. explicat, ut Gallorum lingua barones s. varones dicti sint servi militum, qui utique stultissimi sint; servi videlicet stultorum. At in eo iam erravit quod apud Gallos tantum hoc voc. in usu esse dicit, cum apud Ciceronem legatur de Divin. II. 70. §. 144. de Finn. II. 23. ad Attic. V. 11. §. 60. ad Famil. IX. 26. Qui enim huius vocabuli significationem duplicem inter se toto coelo distantem explicare voluerunt viri docti, aut cum Cornuto fecerunt, aut quod primum in malam partem dictum esset vocabulum, deinde in bonam abiisse, confirmarunt. Quod cum mihi insulsissimum videatur, totam confusionem ex baro et varo vocc. commutatione exortam dico; cf. Lucil. apud Fest. p. 147. Varonum ac rupicum squarrosa incondita rostra et apud Tertull. de Anim. c. 6. ex codd. legendum est: rupicum et varonum, ubi codd. habent barbarorum. Male dixit Leopold. in ed. sua, cod. Agobard. vetustissimum et optimum habere barbarorum; nam is inde a sequente linea et tamen indoctae demum incipit. Emendationem varonem ideo probem, quod scriptorem h. l. Lucilii versum imitari apertum est. Eandem lectionem etiam aliis veterum locis vindicaverim. Ita emendo *II* p. 21. barbo *βάκηλος* et p. 34. *βάκηλος* barbo barosus in varo. Barosus quod p. 21. explicatur *σοβαρός* retinendum est; est enim durus, severus. cf. p. 171. In A. p. 278. n. 17. lege pro bacerius baro factus: bacelus varo, fatuus, ut in I. bacerus barefactus (varefactus?) Deinde quod baro pro stulto explicatum est, fraudi fuerit vox bardus, quae eam habet significationem. cf. A. p. 279 n. 5. 6. bargus (lege bardus) ingenio carens et bardus, stultus et p. 278. n. 13 bartus, hebes, stultus, ineptus. Huc pertinet *II* p. 23. burdiat *ψηρτιᾶ γαυριᾶ* burdit *ψηρτιᾶ γαυριᾶ* et p. 39. *γαυριᾶ* exultat burdit babit, quibus locis bardiat et bardit legendum est. Nomina enim gloriationis et insipientiae eadem esse comprobavi ad A. n. 174. Bardus etiam Non. agnoscit p. 10. Merc. Intt. ad Plaut. Bacch. V. 1. 2. Cum hoc vocab. cohaerere puto eiusdem fere radicis voc. barridus pinguis. VI. p. 511. et VII. p. 553. ubi haec leguntur: burrae elaroniae fatuae aut stupidae; a fabula quadam Buroni actoris, quam Burra scripsit vel a meretrice Burra, ubi lege Bardae varoniae, fatuae aut stupidae ... Bardonis... Barda ... Barda. Errore enim glossographi huc appositum esse hoc glossema, demonstrat glossa sequens bussus pinguis obesus, ubi legendum est bassus. cf. I.

**Basilla, regina.**
**Bassarides, vaccae.**
**Battuit, concidit, decidit.**
**Baucalem, gallonem.**
**Beatum reddo, beo.**
**Beatus, felix, sapiens, immortalis, proximus.**
**Beabis, beatum facies.**
**Belat, balat.**

p. 671. n. 37. Haec ipsa glossa me confirmavit in sententia, quam prius iam conceperam, extitisse voc. bardo, formatum a praesentis quod supra habuimus bardit γανρῶ terminatione, ut comedo, lurco, bibo al. Quod si comprobaveris, in iis locis, ubi baro explicatur stolidus, legendum erit bardo et ita etiam apud Lucil. et Tertull. Tum deminutive dictum foret bardulus, quam vocem pro baburus s. barburus latinitati vindieavim cf. supra ad A. n. 174. I. p. 670. n. 20 et 26. baburrus stultus. VI. p. 510. baburus stultus. *Π* p. 21. barburra ἄφρων ἀνόητος ματαῖος. p. 83. ἄφρων demens, vanus, imprudens; barburra, socors, bardus cett. Forsitan ita etiam bacunis rusticus VI. 552. p. 510. et T. VII. baccunis rustibis stultis emendandum sit in bardulis rusticis stultis. Nec mihi temperare possum quin apponam L. p. 21.: bardei ἰλλυριοὶ δοῦλοι, οἱ καὶ ἀγωνισάμενοι ὑπὲρ τῆς Ἰταλίας κατὰ Κίννου καὶ Μαρίου στρατευσάμενοι καὶ ἐκ τοῦτο τυραννῆσαι κατὰ τῶν δεσποτῶν. Τούτους Σερτώριος δόλῳ περικικελεύσας ἀναιρεῖ. Bardes (lege Bardus) δορύκτητος, ἰλλύριος δοῦλος. Hos servos rusticos et immanes, omnium rerum rudes, non improbabile est, voc. bardus originem dedisse. Denique eligat lector aut inter varo aut bardo vocabula. Posterius statim probarem, nisi constans codd. lectionem apud Ciceronem aliter iuberet. Hoc tantum in fine commemorare liceat, apud Persium omnes omnino codd. varo aut varro (quod meae coniecturae bardo faveret) habere.

18. L. basilia. i. e. βασίλεια. Eodem modo corrupte VIII. p. 81. basilla regina. VII. p. 552. basilla, regina; basillissa, regina. et A. p. 277. n. 96. basilla regina. Idem repetit Germ. et P. Ita etiam Basilius i. regius in Inscriptt. invenitur. Mira est Glossar. in hac voc. constantia.

19. G. bassarides, vaccae uberes. Idem repetunt α et P.; nisi quod corrupte habent buccae uberes. Ita legendum puto A. p. 277. n. 93. bassarides pro bassandes baccae. et VI. p. 511. bathridae, baccae. Hoc vocabulum cum adiect. bassus cohaerere, mihi quidem probabile est. cf. I. p. 671. n. 37. bassus, pinguis, obesus, L. p. 21. bassus, ἔγχυλος, παχύς. Bassulus, παχύς, ὑποκριτικῶς. Bassilitas παχύτης. cf. du Cang. Aliud voc. est Bassaris, quod traditur genitivum formare bassaris, i. e. sacerdotissa Bacchi cf. VIII. p. 71. Bassaris, is sacerdotissa Bacchi, unde Persius: et vitulo caput ablatum superba Bassaris. ibid. p. 78. Bassaris, sacerdotissa Bacchi. P. bassaris, sacerdotissa a basso i. Baccho, ubi emendo: a Bassareo i. Baccho. cf. Intt. ad Horat. Carm. I. 18. 11. et Macrob. Saturn. I. 18. De v. Bassaris cf. Intt. ad Pers. I. 101. Ceterum nota contra analogiam horum femininorum in is graece desinentium genitivum a grammatico proferri in is, cum rectius in idis terminetur. Huc facit glossa A. p. 277 n. 11. corruptissima, ubi pro Bascarides bacchiae mulieres in moles qa libri patri lege Bassarides Bacchae mulieres, sacerdotissae Liberi patris.

20. A. p. 277. n. 88. batutus percussus. α. batuit, condidit, percussit, ubi l. concidit. Non extat hoc glossema in G. et β. Pap.: batuit concidit, percussit. Item corrupte habet VII. p. 511. battuit, condidit, decidit. *Π*. p. 21. batuit, κατακόπτει. Battutum τυπτηθὲν ἀναιδε, baluo ἀλωάω et p. 9. ἀλωάω batuo, trituro, ubi lege battuit . . . ἀλοηθὲν et ἀλοάω. Decidit, quod cod. habet, ex gloss. probatur; cf. *Π*. p. 48. decidit διακόπτει συγκόπτει, decido κατακόπτω συγκόπτω, decisio κατακοπή. Ceterum apud posterioris aetatis scriptores battuere duplici t littera scriptum usitatius fuisse, non solum glossaria evincunt sed etiam Francogallorum verbum battre.

21. I. p. 670. n. 38. baucatem, gellonem VI. p. 511. baucalem, gellonem. VII. p. 522. Baucadem, gellonem ubi infusa fit. A. p. 276. n. 75. baucalem gallonem. G. Baucalem gellonem, ubi infusio fit. α. baucalis, gello. P. baucalis, ubi infusio fit, vas est. Hoc vas neque Isidor. nec Gloss. Mai. p. 262. VIII. ubi singula vasa recensentur, profert. Forsitan legendum sit pro ubi, unde, ut vas sit maius vinarium, ex quo vinum in minuta pocula infundebatur. Ceterum vas fuisse fictile probant, quae du Cang. habet v. Baucalis T. I. p. 627. Henschel. Inde Francogallorum voc. bocal ortum existimo, quod, si, ut plurimi volunt, a poculum voc. petendum esset, miraremur, cur b non p littera scriptum sit. Cauculam ut cum Dindorfio in Thes. Henr. Steph. voc. βαυκάλιον et βαύκαλις probem, commoveri non queo. Est enim καῦκα patera cf. *Π* p. 130. Bau-

Belatum, absconditum, absconsum, occultum, conditum.
Bellicosissimus, asper.
Bellona, dea inferum.
Bellosus, hirsutus, suetosus.
30. Benedoctus, edoctus.
Benignitas, innocentia, bonitas.
Bibliothecarius, qui codices secat.
Biblum, funes de nave vel buda facta.
Bibulus, bibitor, qui multum bibit.
35. Biclinium, quasi vicellum.

calem vero vas vinarium fuisse, aperte evincitur ex loco Vit. S. Oswald. Archiep. Act. SS. Bened. S. V. p. 754., quem du Cang. affert: cetera omnia sacerdotalia . . . duas quoque pelves argenteas, duas cortinas et unum baucale.

26. Corrupte scriptum pro velatum.

27. Quid haec glossa sibi velit, non capio. Forsitan legendum sit bellicosissimus aper, ut ex poeta hunc locum glossographus sumpserit.

28. VIII. p. 63. haec Bellona, dea belli, unde Statius: facibus de puppe levatis fert Bellona verum. et p. 75. Bellona Discordia, dea belli. G. Bellona, mater matris. Bellona dea paganorum; latine a bello nominata, ubi lege ex Pap.: Bellona mater Martis, dea belli, ut habet etiam cod. α.: Bellona mater Martis, dea paganorum, latine a bello nominata. L. p. 21. Bellona, ἐνυώ ἐριννύς θεὰ πολεμική. Gloss. Vulc. p. 17. Bellona ἐνυώ. Varro de L. L. V. §. 73. Müller. **Bellona** a bello nunc, quae Duellona a duello. Fest. p. 27. **Bellona** dicebatur dea bellorum, ante cuius templum erat columna, quae Bellica vocabatur, super quam hastam iaciebant, quum bellum indicebatur. Serv. ad Aen. VIII. 702. Ideo **Discordia**, quia unius civitatis erant et bene Diram Discordia sequitur, quam Bellona comitatur. Itaque Bellona in Gloss. explicatur Discordia; cf. Serv. ad Aen. IX. 73. Bellonam Martis esse matrem nunquam legi, cum viri docti dissentiant, ea num fuerit eius auriga, soror, filia, nutrix an uxor.

29. L. vellosus, hirsutus, setosus; eadem confusione, qua ante belatum in hanc B litteram irrepsit.

32. L. servat. Omnes fere codd. secat corrupte legunt; I. p. 672. n. 4. bibliothecarius, qui codices secat. A. p. 277. n. 111. bibliothicatrix, qui codices secat. p. 278. n. 26. Bibliothecarum, qui codices resecat. VIII. p. 67. bibliothecarius, rii, i. custos librorum. p. 77. bibliothecarius qui custodit libros. VII. p. 552. bibliothecarius, qui codices recenset, quod habent G. et P.: Bibliotheca, librorum reconditio. Nam biblia libri dicuntur, quia ex bibliis. i. iuncis fiebant. Inde bibliothecarius repositor librorum. Ita meam emendationem probari neminem fugiet; ut satis mirandum sit, qui Oehlerus secat defendere potuerit, dicens, bibliothecarium membranas in singula folia dissecuisse. Tale enim quid bibliothecarium pro munere suo umquam fecisse, quis probaverit? Recensere libros bibliothecarius bene dici possit, qui suum cuique locum attribuit.

33. VI. p. 511. Biblum, funis de navi ex buda factus. G. Biblus, iuncus, codex, liber vel duplex funis de nave vel buda facta (lege ex buda), quod etiam Papias habet. Buda vero est storea; cf. I. p. 270. n. 51. buda historia, ubi storea scribendum esse, ante me iam alii viderunt; cf. Intt. ad Caes. B. C. II. 9. med. Noli in G. pro facta emendare factus, ut in aliis est, cum funis etiam feminino genere inveniatur; cf. Non. p. 205. Merc. De nave pro genitivo navis est positum, ut posteriores haud raro amant; cf. Apul. Met. IX. c. 4. p. 754. ed. m. Hand. Tursell. T. II. p. 202 sq.

34. cf. A. p. 277. n. 110. bibilus (lege bibulus) bibitor. *II*. p. 22. bibulum ebriosum; ibid. bibax, bibulus πότης. Hoc voc. emendo in Gloss. Arab. Lat. p. 701. n. 7. ubi perperam legitur: Biberus bisacutus, in biberius (cf. Suet. Tiber. c. 42.) bibulus, aut quod ad litterarum ductus propius accedit, bibaculus. Ita etiam in Pap. duas glossas male commixtas puto: biceps duo capita habens vel bis acuta. Praecedit enim bibula, ita ut legendum sit bibulum bibaculum et biceps cett.

35, VIII. p. 66. **Biclinium**, ii, domus duas sub se habens cellas, sicut domus mercatorum in urbe, quod etiam **bicellium** dicitur et p. 76. biclinium bicellium, domus, duas habens cellas. VI. p. 511. Biclinium quasi bimensura (?) et bicellium id est duae cellulae; P. biclinium quasi bicellium, duae cellae. Bicellum magis in usu fuisse probant, quae du Cang. profert s. v. Ita emenda A. p. 277. n. 113 biclinium pro bidinium et p. 278. n. 30. biclinium quasi vicellium. cf. VIII. p. 84. bicellium, ii, dicitur a cella. i. domus, quia duas in se continet

**Bifarium, bilinguem vel duplici et . . ionem.**
**Bifarium, sup . . . . aciens.**
**Bifulcum, utrimque sulcatum.**
**Bigenerum, duobus generibus conceptam.**
**40. Bilices, duplices.**
**Bimatur, duplicatur, duplatur.**

cellas, sicut domus mercatorum in urbe.

36. L. bifarium bilinguem vel dupliciter loquentem ex VIII. p. 76. Bifarius, dupliciter loquens. VII. p. 553. bifarium biformem, bilinguem, duplicem. et p. 552. befarius bilinguis. VIII. p. 66. bifarius, a, um. i. geminae lectionis. et $\beta$ bifarium, biformem qui duas formas habet. Ita emenda A. p. 277. n. 115. bibaria, duplici ratione in: bifaria vel bifariam. et n. 116. bibarius bipertinus in: bifarius bipertitus, et p. 278. n. 29 bilinguis, bibarius in: bifarius et n. 31 bibarius bilinguis in bifarius.

37. L. bifariam bipertito, duplicem rationem habens ex P.: bifariam bipertite(o)bilingue, ex utraque parte. duas habens rationes. Adverbium discretivum; quod idem extat in codd. $\alpha$ et $\beta$. VIII. p. 65. bifariam, ex duabus partibus.

38. L. bisulcum. ut *Π*. p. 22. bisulcum δίαυλον, bisulcus δίχηλὸς. G. bisulcum utraque parte sulcatum; A. p. 277. n. 120. Bisulcum utrumque (l. utrimque) sulcatum; aut legendum est bifurcum, utrimque furcatum, quod tamen minus probatur.

39. VIII. p. 553. bigenerum, ex duobus generibus conceptum. Fest. p. 28. Bigenera dicuntur animalia ex diverso genere nata, ut leopardalis ex leone et panthera, cicur ex apro et scropha domestica, muli ex equo et asina; G.: bigenera animantia dicuntur, quod ex diversis nascuntur, ut mulus ex equa et asino, burdo ex asina et equo, ybride ex capris et porcis, tytirus ex ove et hyrco, musiria ex capra et ariete, quem locum emenda ex Is. Or. XII. I. 61. Bigenerum ex duobus generibus conceptum . . . Bigener de duobus generibus natum. P.: bigenera de duobus animantibus nata, ut mulus. Bigenerum de duobus generibus conceptum vel bigermen. Bigener de duobus generibus natus.

40. Explicatio duplices facile commovere possit, ut biplex emendes. I. p. 670. n. 56. biplicitas duplicitas, alterplicitas. et p. 671. n. 26. biblex duplex. A. p. 279. n. 39. biplex, duplex. VIII. p. 81. biplex, duplex, duplicarius, alterplex; et biplicitas duplicitas, alterplicitas. *Π*. p. 22. biplex διπλοῦς. et ita etiam Gloss. Arab. p. 702. Vulc. biplici, non adiecta interpretatione. At non ausus sum, ita emendare, quod in aliis glossariis eodem modo scribitur, ut VI. p. 511. biliees duplices. G. bilices, duplices, quod repetit etiam Papias. Sed hoc commemorandum est, in iis Gloss., in quibus bilices explicatur duplices, non extare biplex, cum contra quae bilix habent, etiam biplex agnoscant; id quod priori emendationi favere videatur. Bilex vel rectius bilix enim est duplex lorica, thorax; cf. Intt. ad Virg. Aen. XII. 375. VIII. p. 65. haec bilix, icis. i. lorica. Virgilius: lancea consequitur rupitque infixa bilicem; p. 76. bilix, lorica, thorax. *II*. p. 22. bilex δίμιτος δίπτυχτον ἄνεμος. biblices διπτυχτοι. Ita emendo Gloss. Vulc. Anony. p. 700. n. 13. bibleis duplicibus linteis in biblix, quod corrupte legitur etiam in VII. p. 552, et in Gloss. Arab. p. 702. Vulc. n. 2. bibla vel pallium idem lego. ut etiam in A. p. 279. n. 40. pro bilis vestis duplicio vel lorica lego: bilix vestis duplex vel lorica. In VIII. p. 76. male scribitur bilex plaga ex virga facta, ubi emenda vibex; minus corrupte G. bibex, ex virga plaga. Idem in aliis glossariis mirifice corrumpitur, ut in Pap. bibix pugna pro vibex plaga, quod inde potest apertissime demonstrari, quod eodem loco, quo G. glossema bibex habet, Papias posuit bibix. Hinc in alia glossaria corrupte abiit; vel etiam glossographus VIII. p. 65 hoc bibix, cis, i. pugna veteres dixisse protulit, quod repetit p. 76. Eum vero deceptum esse, inde sequitur, quod in etymologico tantum bilix habet, in indice utrumque.

41. VIII. p. 65. bimo, as, verb. act. i. duplicare VI. p. 511. bimatur duplicatur, quod etiam VII. p. 553 repetit. A. p. 277. n. 108. bimatos duplicatos et p. 278. n bimator, duplicator, ubi emendo bimatur, duplicatur ex G. bimatur, duplicatur et P. bimare, duplicare, disputare, ubi emendo duplicare, duplare. Corrupte legitur in A. p. 278 n. 35 bimatur liber pater, ubi emendo bimater, ex qua glossa ii refutari possunt, qui huius vocabuli esse nominativum bimatris putant. Nam Bacchus et bimater et bipater nominatur; cf. Ovid. Met. IV. 11. *II* p. 22. Bimater διθύραμβος διόνυσος δίθυρος, bipater διόνυσος.

**Bipennis, securis amazonica. Birrus, rufus.**

**Bispillum, mortuos portans. 45. Biti, profisci.**

42. G. Bipennem securim quae duas pennas habet. i. duas partes acutas. Bipennem bis acutum. Pennem enim dicimus acutum. Bipenne in utraque parte secante secure. Bipenne dicitur, quod utrimque habet aciem. Bipennis securis ambas partes acutas habens. Bipennis dicitur, quod ex utraque parte aciem acutam, quasi duas pennas habeat. Pennum enim antiqui acutum dicebant, unde et avium pennae, quia acutae cett. cf. Is Or. XIX. 19. §. 11 et XI. 1. §. 46. et Non. p. 79. Serv. ad Aen. II. 479. P. bipennis, securis, quae duas pennas habet. Haec et dolabrum dicitur; hic et haec bipennis et hoc bipenne, ut bipennis securis, vel est femininum. A. p. 279 n. 38. bipennis, securis et p. 278. n. 34. bipennis, securis amazonica VIII. p. 65. haec bipennis, is. i. securis pugnatoria et p. 76. bipennis, securis bellica. Prudentius in hymnis: praebenda est cervix ad bipennem publicam. *Π* p. 22. bipennis *δίστομος ἀξίνη*, *δίστομος πέλεκυς*. Amazonica securis explicatur bipennis ex Virg. Aen. XI. 651., ubi praecedit: At medias inter caedes exsultat **Amazon** et sequitur: nunc validam dextra rapit indefessa **bipennem**, cf. Serv. ad h. l. Proprie adiectivum fuisse bipennis, lexica docent.

44. L. vespillo; cf. *Π* p. 22. bispelliones *νεκροθάπται κοπιάται* bispello *νεκρόφορος*. T. VI. 550 vespillo, sepulchrorum violator. I. p. 698. n. 3. vespillo, sepulcrorum violator. et p. 697. n. 28. vespillones fossarii, qui mortuos sepeliunt. *Π*. p. 195. vispiliator *τυμβώρυχος*. Vispillo *νεκροθάπτης*. Duplex est veterum de huius vocab. origine sententia. Fest. enim p. 158. vespae et vespillones dicuntur, qui funerandis corporibus officium gerunt, non a minutis illis volucribus, sed quia vespertino tempore eos efferunt, qui funebri pompa duci propter inopiam nequeunt. Hi etiam vespulae nominantur. Altera est Fulgent. p. 768. ed. Stav., p. 558. ed. Merc. vispillones dicti sunt baiuli; quamvis Antidamus Heracleopolites vispillones dixerit cadaverum nudatores. cett. Iam ex alia vespillonum denominatione vespae s. vespulae videndum est, scripturam vespillo omnium esse optimam, et ex loco Martialis I. 48. nuper erat medicus, nunc est vespillo Diaulus, vespellio formam probari non posse. Ego deminutivam puto esse formationem ut focillo, murmillo, vacillo. et per contemptionem ita dictum. Fulg. hanc vocem repetiit sine dubio a vestis et pilare. Rectius tamen Fest., quia vespillones s. sandapilarii tantum ad cadavera portanda adhibebantur egenorum, qui sine ulla pompa vesperi sepulti sunt; cf. Mart. VIII. 74 et Suet. Domit. 17. Cadaver eius populari sandapilla per vespilones exportatum. Nam nobiliorum hominum cadavera in lectica a consanguineis vel nobilibus hominibus humeris efferebantur, quamquam non improbabile est, etiam in funeribus nobiliorum vespillones pompae funebri interfuisse cf. Apul. Florid. IV. 19.; cf. Serv. ad Aen. VI. 222. deferendi feretrum propinquioribus virilis sexus dabatur munus. Vellei. I. 11. §. 7. cf. Becker. Gall. T. II. p. 288. et Kirchm. de Fun. Rom. II. 8. Optime vero sententiam, a vespera esse dictum vespillonem, probat aliud eorum nomen, quod Serv ad Aen. XI. 143. servat, vesperonum. Qui funeri praeerant, a **vespera** primum **vesperones**, deinde **vespillones** dicti videntur. Primis tantum temporibus noctu mortuos esse elatos, postea egenos et viles homines, divites die, demonstrat ex aliquot vett. locis Becker. Gall. T. II. p. 281. Doederl. Synonym. VI. p. 400. a gr. voc. *ἀσπάλαξ* i. e. talpa deducit vespillo; Iun. ad Tertull. de Pall. c. 4. p. 15 bispellones legere vult, quia binis palliis fuerint induti, lugubrem vestem suae superiniicientes. Is glossis deceptus est, in quibus bispello scribitur. Egi de h. v. ad Apul. l. d. II. p. 94.

45. VIII. p. 67. bito, as, avi, atum, tu. verb. neutr. i. pergere, quod in multis scripturarum locis reperies unde Plautus in Gurgulione: quis me in terra aeque fortunatus, si illa ad me bitet, p. 77. bitare, pergere, venire; p. 80. bitire, pergere. VI. p. 511. bitire, ire, bitit, ambulat. Non. p. 77. Merc. qui betere habet i. ire. cf. Iutt. ad Fest p. 350. Ita legendum in *Π* p. 21. pro baesis, *προςέλθῃς*: betis s. bitis *προςῆλθες*. et p. 160. pro *προςέλθῃς* beaesis idem emendandum. Praeterea sunt Gloss. quae cum nostro constanter biti habent; G. biti, proficisci. P. biti, proficisci, ambulare. Bitere ire. p. 277. n. 112. biti, proficisci quod repetitur p. 278. n. 27. et ibid. n. 37. bitere irae (l. ire). Vix mihi persuadere possum, bitor deponentiali forma extitisse, ita ut omnibus his locis bitire legendum censeam. Ceterum bitare verbum, quod prius habuimus, solum est glossographi figmentum, qui bites apud Plautum Curcul. I. 252. futurum esse non vidit. Eum in his rebus grammaticis

**Blandiosus, affabilis.**
**Blasphemiae, detractio.**
**Boat, sonat, clamat, mugit.**
**Boatus, sonus vocis vel clamor.**
**50. Bobinatores, inconstantes.**
**Boetes, stillae sunt circae septemtrionem.**

non satis accuratum esse, saepius iam vidimus cf. supra ad n. 40. bibix. Explicat glossator voc. ita: bitire, ire ubi detur, quaeritur; [cf. du Cang.], quod animi tantum causa addere volui.

46. VIII. p. 79. blandiosus, blandus. VI. p. 511. blandiosus, affabilis, quod idem in I. p. 672. n. 5. legitur et. p. 670. n. 41. corrupte baldiosus effabilis. pro blandiosus affabilis. P.: blandiosus affabilis, communis quo loco male Henschel. in ed. Gloss. med. et inf. lat. v. praefert: comis. Communis enim idem est, quod comis, atque ita inter se utramque differt, ut communis ad eos referatur, qui superiores cum inferioribus blande loquuntur, comis, ad eos, qui pares cum paribus benigne fabulantur. cf. Intt. ad Cic. de Off. III. 5. ad Nepot. Miltiad. c. 8. §. 4. dict. mea ad Apul. libr. de Mundo c. 22. T. II. p. 412.

47. G. et P.: blasphemia, detractio. Sunt qui detrectatio praeferunt. Sed nec detractio nec detrectatio substantiva ea umquam apud veteres significatione legi. Glossis utrumque defenditur; cf. infra detractatio, blasphemia vel reprehensio, quae glossa emendationi favet; et P. detractatio est, aliorum bene gesta in malum mutare velle vel minuere. Detrahere absolute poni pro obtrectare probant Intt. ad Cic. de Off. I. 37 §. 134. Glossaria favent coniecturae detractatio, ut infra videbimus.

48. 49. VIII. boo, as sonare. i. clamare; inde hic boatus, us. A. p. 278. 50. boare, clamare, sonare et n. 51. boeri (lege boere) strepare personare. et p. 277. n. 99. boare clamare. Ita *II.* p. 22. lege pro bobantes βοῶντες boantes et ibid. pro boletus μυκή boatus μυκή (i. e. μύκησις mugitus). Fest. v. p. 26. boare i. clamare a graeco descendit βοῶ. G. boabit, clamabit. Boando, vociferando. Boare, sonare, strepere. Boatus, vox plena s. mugitus boum; α. boare, sonare, clamare, mugire vel vocare; inde dicitur bonus, quia omnes ad se vocat, P. repetit, quae inde a boatus vox plena usque ad finem glossae praecedentis leguntur. In A. pro boeri emendavi boere. Nam non solum boare, sed etiam boere dixisse veteres, testatur Non. p. 79, Merc. Bount dictum a boum mugitibus. Pacuvius Medo: Clamore et sonitu colles resonantes **bount.** Varro Parmenione: Exeunt citi, strepunt, bount.

50. I. p. 671. n. 46. bobinatores, inconstantes; ut habet etiam VII. 553. et A. p. 277. n. 124 et p. 278. n. 52, ubi perperam exstat bobinatores, instantes. G. bobinare, conviciari, clamare. Bopinator, tricosus, inconstans. Bobinatores, inconstantes. α et P.: bobinare, conviciari, clamare. menstruae sanguinem inquinare. (quod posterius gl. pertinet ad bubinare). bobinator tricosus vel inconstans, boum pastor. ubi legendum est: bob. tric. vel inc. bubulcus, boum pastor; utraque enim glossa inter se commixta est, quia in aliis glossar. statim sequitur, ut in G. Fest. habet bovinatur conviciatur, ubi ego legerim boviator, conviciator, quod necessarium est, si ceteris Gloss. fides habetur, quae deponentem huius verbi formam non agnoscunt. Lubet hic Gellii locum addere, qui haec scribit: XI. 7. §. 8 sqq.: Rogo, praetor, inquit, subveni, succurre. quonam usque non **bovinator** hic demoratur. Atque id voce magna ter quaterque inclamavit: **bovinator** est. Commurmuratio fieri coepta est a plerisque qui aderant, quasi monstrum verbi admirantibus. At ille iactans et gestiens: Non enim Lucilium, inquit, legistis, qui **tergiversatorem bovinatorem** dicit. Est autem in Lucilii undecimo versus: Hic strigosus **bovinator**que ore improbus duro. Non. p. 79. Merc. Bovinatores, quos nunc tergiversatores et malitiosos dicimus. Qui bobinatores scribunt, a bobus repetunt, qui in arando strigantes. interquiescunt. Ego de vocis scriptura et origine quid afferam, non habeo.

51. L. bootes. VIII. p. 69. Item ab hoc nomine, quod est bos Bootes, is pro quadam stella et p. 78 Bootes nomen stellae. A. p. 277. n. 123 Boetes septemtrio. α. Bootes stella est qui plaustrum i. septemtrionem sequitur. Bootes, qui etiam ab antiquis arthophilax dicitur, sive minor arctos, unde et quidam eum septemtrionem dixerunt. Hunc exspectant qui praecipue navigare noscuntur, de qua Lucanus: Velox ubi nocte boothes, quia cum orta fuerit, cito facit occasum. Inde P.: Bootes stella, quae plaustrum i. septemtrionem sequitur, quae etiam ab antiquis ar-

thophilax dicitur. i. custos plaustri. s. dicitur minor arctos, unde quidam eam septemtrionem dixerunt. Hanc navigantes spectant.

52. 53. L. imitatio vocis. VIII. p. 72. Bombizare est proprie avium, quando clamant suo modo, unde... hic bombus. bi. i. sonus. et p. 79. bombus, sonus, crepitus, fragor, crepitaculum. VII. p. 553. bombus imitatio vocis (i. e. bombicum vel apium) VI. p. 511. l. pro bonus sonus vel vox: bombus. et p. 512. bumbosum, sonosum, furibundum, l. bombosum, sonorum, furibundum (i. qui magnum bombum excitat.) Quod si verum est, noli emendare A. p. 277. n. 135 cum Oehlero p. 234 bombus sonus in podice sed retine bombus, sonus, impetus vel emenda cum eo sonus ineptus.) et emenda VI. p. 512. pro bumbux sonus columbarum: bombus s. c. A. p. 277. n. 121. bomus (l. bombus) sonus tumidus. ibid. p. 278 n. 49. sonus tumidus vel vox inepta. — G. Bombus, sonus aut vox aut mutatio vocis (l. imitatio vocis) seu sonus tumidus. Bomis (l. bombus) sonis (l. sonus). P. bombinari conviciari. Bombus, imitatio vocis, tumidus sonus. bombo graece sono. Hinc bombus, sonus, hinc bombizare. Primum notandum est, bombire vel bombilare sonum apum esse vagantium, ut aperte testatur VIII. p. 78. apum bombire vel bombilare, ubi ego emendo bombitare frequentativum, quod in animalium vocibus usurpari solet ut quiritare, minitare, pippitare, crototare, soccitare, passitare, frinitare al. Hinc optime scribitur apud Fest. p. 25 bombitatio est sonus apium ab ipso sonitu dictus, ut mugitus boum, hinnitus equorum et A. q. 279. n. 51 bombix vermis, qui a sono vocis nomen accepit. *Π* p. 22. bombio, βομβῶ. Bombites μύρμηκες, unde apparet bombire de aliis sonis dictum esse, qui apum sunt similes. Ita emenda VIII. p. 81. pro bilumbius, susurro: bombio ita ut S littera sequentis vocabuli prima priori adhaeserit. Tum de quovis sono tumido usurpatur; cf. *Π*. p. 23. bominatores (l. bombitatores) θορυβοποιοί, θρύλλον ποιοῦντες ἢ ταραχήν, ubi alii male scribunt bovinatores. *Π*. p. 37. βόμβος strepitus, tinnitus, bomuis (l. bombus) et p. 23. bomuis, bombus. Hinc etiam de iis dicitur, qui crepitum ventris edunt; cf. Cod. Reg. 7679 bombizare (l. bombitare) sonner, peter et 7684. bombizare, bombos facere peter et Ioann. de Ianua: Bombus, sonus invenitur etiam pro sono culi. ut VIII. p. 79 bombus ... crepitaculum, ubi ego legere malim crepitus culi, quod crepitaculum huc non pertinet. Haec est ista vox inepta vel sonus ineptus, quem Glossae habent. Male ita Oehler. l. d. p. 234 in I. gloss. pro bombum sorbellum legere vult, ut ego quoque ante eum male emendavi bombum sibilum. Primum enim bombum contra constantem glossariorum morem, qui in istis accurate consentiunt, ut quisque novit, qui glossaria tractavit, pro bombus scripsi bombum. Deinde ne unum quidem glossarium sibillum explicavit, quod eo magis mirandum est, quod posterioris aevi lexica Isidori glossas accurate describunt, nec per se significare potest, quod non de acuto sed de tumido et rauco sono dicitur, ita ut sibillus ani bene intelligi queat, sibillum absolute positum insulsum sit. Nunc igitur taedet me hanc eandem emendationem antea ad Apul. Met. p. 90 protulisse, quo tempore solas Isidori glossas id dare opinatus sum. Doleo igitur, Oehlerum a me in hunc errorem adductum esse et huius lectionis patronum extitisse. Itaque retineo coniecturam bambum s. bamba, quod Graev. recte interpretatur iusculum. Ita etiam A. quem Oehlerus ipse edidit, p. 279. n. 5. bammum acetum garo mixtum. Corrigo igitur apud Apuleium d. l. II. c. 7. ex optimo cod. Florent. 3., qui corrupte habet abacu pasouae iurulenta; bamborum pascua iurulenta. Garum enim est liquamen exquisitum ex intestinis, piscibus sale maceratis, et in pretiosissimis habetur edulibus; cf. Lister. ad Apic. I. 7. p. 19 ed. Amstel. et ad. VII. 7. p. 198. cf. dict. mea ad Arnob. V. 44. p. 484. Eodem modo extat T. VI. p. 512. bumbum sorbillum (l. bambum sorbillum, quia sorbetur et hauritur. Denique cave, ne emendes cum aliis *Π*. p. 37. βομβύζει bilbit in bombit. cf. Fest. p. 28. bilbit factum est a similitudine, qui fit in vase. Naevius: Bilbit amphora inquit. et Intt. ad h. l. p. 349; *Π* p. 22. bilbit βομβύζει bilibit (l. bilbit) ἐπισκιασμὸς φωνῆς. VII. p. 553. bilivit (l. bilbit) adumbratio vocis aquae scaturientis. Ita emenda T. VIII. p. 67. bubo, is, in bilbo is verb. neutr. i. sonitum facere ad similitudinem novi musti et novae cerevisiae, quando spumescit in dolio, unde Naevius: bubit (l. bilbit) amphora. et p. 77. Bilbire dicitur vinum, quando spumat et sonat spumando. G. Bilinitas (l. bilbitas) adumbratio vocis aquae scaturrientis. P. biluith adumbratio vocis aequae scat. (l. bilbit et aquae.)

**Bona caduca, facultas quae non habet firmitatem.**
**55. Bona caduca, qui successionem legitimam non habet.**
**Botryones, latices.**
**Brabeuta, qui palmas dat.**
**Bravium, genus palmae victoriae.**
**Bruma, gelum.**

54. 55. I. p. 671. n. 28. Bona caduca, quibus nemo succedat haeres et p. 672. n. 11. Bona caduca, res damnatorum. VI. p. 511. Bona caduca, facultates, quibus non succedat heres vel res damnatorum. G. Bona caduca, facultas eorum, qui heredem non habent; Bona caduca facultas, cui non succedit ullus heres. P.: bona caduca, cui non succedit heres. cf. Intt. ad Cic. Phil. X. 5. et ad Iuvenal. IX. 88. VI. p. 512. caducarii, qui in alterius bona succedunt et Caducarius, quicumque fit heres in bona alicuius, qui heredes non habet et A. p. 286. n. 37. Caducarius, ad quem pertinent omnia, quae cadunt, defuncto aliquo, quum non est qui succedat, fit quicunque here (l. heres) et dicitur caducarius. cf. I. p. 674 n. 44. et VIII. p. 100.

56. I. p. 670. n. 42. botriones latices, quae repetit VI. p. 511. G. et P. botrio gr. latex. botriones, qui aliena congregant. Botrys, fructus multi simul conglebati, velut uvae, unde botrum (l. botryn) pliadas dicunt; VIII. p. 80. botryo botrus, uva, racemus. Is. Or. XVII. 5. 14. Racemus est botryonis pars et botrio graecum est. cf. Serv. ad Virg. Georg II. 59. *Π*. p. 37 βότρυς racemus, latex.

57. 58. VIII. p. 81. brabeuta, qui dat palmas ad percutiendum; VI. p. 511. brabeuta bravifer (l. brabifer) p. 512. brabeuta, qui palmas dat. A. p. 278. n. 63. bravebita qui palmas dat. et p. 279. n. 55. bravium (l. brabium) corona triumphalis in agone. et p. 277. n. 98. Barbeuta, qui palmas dat. L. p. 38. βραβεῖον barbium (l. brabium) palma. βραβευτής intercessor βραβεύω, intercedo. Sed non solum de iis dicitur, qui rei agonicae praesunt, sed etiam de ipsis agonistis; cf. VIII. p. 50. agonista pugil brabeuta, agonotheta, agonizator, agonisticus, agonizeta, agonator, decertator per duellum. et p. 75. brabeuta, pugil, agonista, agonizeta (lege agonothetha). Hinc apud I. p. 671. n. 30 pro brasbrat, lucubro, ubi alii omnium infelicissime emendant Lucubro, bras, brat, quod contra morem est Isidori, ego emendo Brabeuta, luctator. T. VIII. p. 75. bravium, victoria, palma, trophaeum, laurea. *Π*. p. 23. brabium βραβεῖον. A. p. 279. n. 57. bradium genus palmae, munus victoriae.

59. VIII. p. 66. (A. brevis) secundum Rabanum haec bruma, ae. i. gelu matutinale, eo quod breviter duret, cf. Fest. Bruma a brevitate dierum dicta. et Varro de L. L. V. p. 75. Speng. Hinc A. p. 275. n. 9. bruma brevitas; et p. 81. brumosus, frigidus, algidus, gelidus. *Π*. p. 23. bruma πλειάς (occidit enim hieme incipiente) τροπὴ χειμερίνη, χειμών. Brumalis τροπὴ χειμερίνη. Alia est Isid. Origg. V. 35. §. 6. de huius vocabuli origine sententia: Hiemem vero ratio hemisphaerii nuncupavit, quia tunc breviore sol volvitur circulo. Unde et hoc tempus **bruma** dicitur, quasi βραχύς i. brevis, vel a cibo, quod maior sit tunc vescendi appetitus. Edacitas enim graece βρῶμα appellatur, unde et brumatici dicuntur, quibus fastidium est ciborum. Haec repetit G.: Bruma gelu, tempus hiemis seu dies breves hiberno. Bruma gr. edacitas dicitur. Tunc enim temporis maior fit appetitus cibi, unde inbrumarii dicuntur quibus est fastidium ciborum (ita etiam apud Isid. emendandum est. Idem habet *a* et P.) Brumali frigore, hiemali frigore Brumalis hiemps. cf. Serv. ad Georg. I. 211 et ad Aen. II. 472. Praeterea alia videtur fuisse huius voc. significatio: Isidorus enim in glossis p. 671. explicat bromosa, immunda; et brumosus annosus resinosus, ubi cod. Voss habet: Brumosus, annus rosinosus; brumalia, resinosa pluvia. A. p. 278. n. 55. Brumaria (l. Brumalia) rosina, pluvia. Brumosus, annus rosinosus. et VI. p. 512. Brumos immunda (ubi lege brumosa). De ceteris certi quid afferre non audeo. In pluvia inesse puto pruina, in rosinosus voc. quod ad rorem pertinet, Est enim pruina ros gelidus, ut ipse Plin. N. H. dicit II. 60. 61. Forsitan pro rosina pluvia est legendum rosida pruina. Ita enim dicit Ovid. Fast. III. 337. mollis erat tellus **rorata** mane **pruina** et V. 215. **Roscida** cum primum foliis excussa **pruina** est, pro annosus legerim alsiosus; annus pro corruptione habeo. aut legendum alsus, quod exstitisse antea probat comparativi forma alsius, quam Cic. habet Epist. ad Quint. Frat. III. 1. aut alsius (masc. genere), quod nonnulli Intt. defendunt apud Lucret. V. 1014. et ego scriptum inveni in cod. Lugdun. Annus si quis defendere velit, confugiat ad Manil. III. 603. Per quinquagenas... brumas i. an-

**60. Brutescit, sensus minor fit.**
**Bucer, pecus bubalum.**
**Buceria, armenta pecuaria.**
**Bucinaria, voces.**

nos; sed mihi displicet. Qui bromosa vel brumosa i. immunda defendunt, respiciunt ad βρόμος s. βρῶμος i. graveolens, quod aliquot locis legitur. At per se grave olens non immundum est; unde lego brumosa uvida vel humida vel uda umida ex Ovid. Fest. VI. 730 e pratis uda pruina fugit. Quid vero sibi velit du Cang. resinosus referens ad resides aquas, quae quia non fluant, foetidae sint, non capio. Nec Oehlero satisfecit; cf. l. d. p. 236. De forma gelum infra agam ad h. v.

60. VIII. p. 74. Bruteo, es, ui verb. neutr. et caret supino; inde brutus, a, um, i. stolidus, insulsus et brutesco, scis. et p. 81. brutescere, desipere. VI. p. 512. brutescunt, stulte vivunt vel agunt. G. Brutescunt, stulte vivunt. Bruti, stulti h. e. insipientes. Brutus, insensatus, stupidus, hebes, indocilis, segnis, gravis, stolidus, indoctus. Brutus quasi obrutus, quia sensu caret. Est enim sine ratione et sine prudentia. cett., quae longum est ex Isidor. Origg. X. p. 321. repetere. P.: bruteo brutivi, brutesco a bruto derivantur. Ita in L. p. 22 pro brucus βροῖκος μωρός ἠλίθιος βραδύς aut bruchus aut brutus legendum est. Prius magis placet quod brutus statim sequitur; et pro brupeo καταπλήσσομαι bruteo, quod Gloss. ibid. p. 101 explicant: καταπλήσσομαι Obstupesco, obstupeo, stupesco et brupeo. In VI. p. 512 pro bruda solida aut brucha stolida aut bruta stolida lego. Idem corrupte A. p. 278. n. 65. et I. p. 670. p. 45. habent brunda solida. et VII. p. 512. pro butus, incipiens lego brutus, insipiens. et I. 672. n. 12. lege tardus vel bruchus.

61 62. L. bucera pecus bubulum. Cf. VI. p. 512. bucerum, pecus bubulum. Ita lege L. p. 23. pro bucerum γέννημα βιός: γέννημα βοός i. proles bovis. Hinc bucera et buceriae, aut, ut alii volunt, bucerae dictae sunt, unde VI. p. 512. retinendum est buceriae armenta et pro bucenae legendum bucerae, armenta, et pro buceria armenta pecuaria: bucera, Bucera, armenta. Bucerum genus bubulum Bucidinae (l. buceriae) armenta. Buceriae lectionem defendit Non. p. 70; cf. Intt. ad Lucret. II. 660. dict. mea ad Arnob. II. 36. p. 55. et A. p. 278. n. 70. Buceriae armamenta, ubi lege armenta. Optime VIII. p. 70.: Bucerus, a, um. i. bovinus, unde Ovid. Met. (VI. 395.) quisquis in montibus illis lanigerumque gregem armentaque bucera pavit. Dicitur quoque **bucerius, a, um,** unde Lucretius: buceriasque greges, eodem sub tegmine pavit. Fest. p. 26 bucerum pecus de bubus dicimus. Cum hoc voc. confundendum non est bucetum. i. pascua, quod emenda p. 670. n. 49. bucula pascua. et p. 671. n. 31 bucita pascua, ubi boves cientur i. aguntur exiguntur; cf. Varro de L. L. V. p. 164. Ex bos enim et ciere compositum putatur, unde VIII. p. 80. bucita, pascua ubi ciuntur. i. vocantur boves.

63. L. bucinariae voces. I. G. p. 670. n. 50. bucinaria voces. VI. p. 512. bucerum vox inepta bucinus, sonus tubae et bucinaria voces. G. bucerum vox inepta. Bucinare voces. Bucina, eris tuba quasi signum dicit bucinatus. Bucinas ipse canor. Bucinum et bucina hoc inter sese differunt: Bucina est tuba dicta a voce, quasi vocina. Nam pagani agrestesque ad omnem usum bucina ad compita convocantur. Unde Persius: Bucina cogebat priscos ad arma Quirites. Huius clangor bucinum dicitur. α. Bucinus ipse clangor canoris est (l. canorus. Ex h. l. emenda I. Or. XVIII. 4. 1.) Bucinam et tubam veteres discernebant. Nam bucina insonans sollicitudinem ad bella denuntiabat. Virg. Qua bucina signum dira dedit. Tuba autem proelium indicabat ut: At tuba terribilem sonitum. Huius sonus cett. usque ad recipit cf. Isid. d. l. §. 4. Tum pergit α. Item aliter: Bucina similis tubae sed longior, sollicitudinem ad bellum denuntians. Inde bucinare bucinator et bucinus i. clangor sonorus et **bucinariae voces,** quae postrema etiam P. habet. Ex iis, quae fusius adscripsi, manifestum est, scribendum esse, ut emendavi. Non addita est huic glossae interpretatio, ut supra habuimus in voc. adfiliatio et apud I. p. 668. n. 50. Agrarius. p. 674 n. 52. Calonica; n. 53. Candomina. p. 676. Creditarius saepius. Bucinariae voces sunt ineptae, minus sonorae et raucae, ut supra bombus sonus ineptus. Hinc in VI. p. 512 emendo pro bucerum, vox inepta bucinus vel bucinum. Etiam a bucconibus significatio repeti potest, qui ore pleno et iactabundo inepta emittunt. Oehleri emendationem apud Isidor Bucina tubae voces improbo et p. 668. n. 17. emendo Assecula, buccellarius homo in bucenarius homo. Assecula enim est parasitus, cf. infra. seq. num. ut buco cf. For-

**Bucones, stulti vel rustici.**

**65. Buleuta, decurio, sentitor.**

**Bolones. Ipsi sunt cetari, qui diversa genera piscium vendunt.**

**Bulum, bucolium pastoris.**

**Burgos, castra.**

coll. s. v. assecla. et 670. n. 5. lego pro assecla buccellarius: bucinarius. nisi ponis, a bucella deminutivum factum esse bucellarius. VIII. p. 80. bucellarii, parasiti, gluttones, ardeliones, mandones, catillones, epulones, heluones, ambrones, lurcones, voratores, lecatores, lenones.

64. I. p. 670. n. 46. Bucco, garrulus, quod ceteros oris loquacitate, non sensu superet, rusticus, stultus. VIII. p. 72. Buca, ae, os vel oris felliculus, unde Theodolus: inflavit fistula bucas; at inde bucella ae et hic buco. nis. i. verbosator; unde Plautus: stulti, stolidi, blemi, bucones, et p. 79. bucones, nimis loquaces VI. p. 512. Buccones, stulti. L. p. 23. buccones, παράσιτοι, βουκκίωνες. Gloss. Isid. repetitum invenies in Origg. X. 4. A. p. 277. n. 131. buccones, stulti, rustici, ut p. 278. n. 68. G. cum Isidoro consentit, P.: bucco, garrulus, ceteros loquacitate vincens vel stultus. De buca scriptura cf. Foertsch ad Voss. Arist. T. I. p. 114 et Wagn. in Orthogr. Vergil. p. 103. Ita etiam optimus cod. Florent. 3. Apul. Florid. III. 17. T. II. p. 780 ed. meae habet bucina. De voc. buco iam egi ad Apul. Apol. c. 81. T. II. p. 600.

65. L. buleuta, decurio, senator. L. p. 37, βουλευτής, decurio curialis, consiliarius βουλευταί senatores. Ita lego apud Papiam pro bulergis, consiliarius: buleutes, quod ita corrupte legitur etiam in $\alpha$. In cett. gloss. hoc voc. non inveni. cf. Plin. Epist. X. 48. pecunia quam buleutae addicti obtulerunt. Intt. ad Spartian. Sever. 17.

66. L. bolonae ipsi sunt cetarii cett. I. p. 672. n. 8. bolonae, ipsi cetarii qui diversa piscium genera emunt ubi vendunt. VIII. p. 80. bolones, qui diversa piscium genera vendunt. VI. p. 512. bulones, cetarii. G. Bolona, redemptor ceterarum (l. cetariarum) tabernarum, in quibus salsamenta condiuntur, quas tabernas vulgo cetarias vocant. Ita etiam habet $\alpha$ et P., nisi quod in aliquot codd. pro ceterarum recte legitur cetariarum. VIII. p. 81. bolona, redemptor tabernae. Est enim a voc. bolus. cf. VIII. p 63. Bolus, i. morsellus, sed et dicitur bolus, quasi bene olidus, unde Terentius: bolum tantum mihi esse ereptum e faucibus tam subito, crucior. et p. 75 bolus morsellus. P. bolis est iactus, morsus quod est bolus vel frustulum cuiuscunque rei iam masticatum, ubi inter se confusa sunt βόλος voc., quod iactum significat; et βῶλος proprie gleba, abscissa cuiusque rei pars, tum morsus, quod nos dicimus ein Bissen, et frustulum dentibus comminutum. Ita est, cur manus altera apud Pap. scribat: dolus pro bolus, quod pro iactura, damno ponitur; tum pro fraude in dictione multare aliquem dolo i. e. dolose aliquem circumvenire et decipere; cf. Intt. ad Poen. Prol. 101. Ceterum forma bolones mihi suspecta est; nam in omnibus vett. locis legitur bolonae; ut cod. Arnob. II. 38 habet bolonas, non bolones; cf. Donat. ad Terent. Eun. II. 226. Hanc corruptelam ita exortam existimo. Qui bolonae cetararii explicabant Gloss.; scripserunt pro more bolone, tum e seq. vocab., ut saepius fit, addito, ortum est bolones; unde posteriores Gloss., qui hoc mendum ignorabant, novum voc. bolones finxerunt. Corrupte L. p. 22. habet: bolanae μεταπράται παλιγκάπηλοι. Huc etiam referam VII. p. 553. bolida, honor magnus, quod repetitur etiam in P. et $\alpha$, ubi I.: bolona, cocio mango, ut L. explicat p. 122. μεταπράτης cocio et mango, aut per glossatorum ignorantiam scribendum vola (volula?) honor manus. Est enim palma manus; at palma qui non intellexerunt, quid hic sit, interpretati sunt honor et ita perversa glossa exorta sit. Eligat ipse lector; posterius mihi verisimilius videtur, quod manus in aliquot P. codd. legitur; cf. du Cang. Bola in Gloss. fere semper pro vola scribitur, ut apud I. p. 670 bolia, manus, palma apud Pap. bola, palma, manus.

67. P. bullus, baculus pastoralis et ita hoc loco pro bucolium pastoris legendum censeo baculum pastoris I. p. 670. n. 58. bullum, baculum pastoris. Quod Graev. emendavit bacillum vel bacellum, a litterarum ductu nimium recedit. Mea quidem sententia $\beta$ recte habet bulbus, baculus pastoralis. Bulbus forsitan appellatus sit hoc bacillum a forma, quae bulbi fuerit similis, nodosa. Ceterae, quae proferuntur VV. DD. emendationes, ut baclum, mihi quidem minus placent; cf. Oehler. d. l. p. 235.

68. I. p. 670. n. 59. burgos, castra. VIII. p. 73. burgus, i. i. villa, unde burgarius, a, um et hic burgensis et hic Burgundio pro nomine cuiusdam gentis, quae aliter dicitur Allobroges, quod in Sallustio reperies. VI. p. 512.

**Burrum, rufum.**
70. **Bustantes, sepellientes.**
**Busticeta i. e. sepultura in agro.**
**Bustum, sepulcrum succensum.**
**Butum, imbutum ab imbuendo.**
**Buturum, genus bubalum.**
75. **Byrsa, corium.**

burgos, castra, quod etiam in VII. p. 553 et A. p. 278. n. 67. extat. A. p. 279 n. 58. burgus, turris, quod emenda in L. p. 23. ubi est: bugus, πύργος. G. Burgundiones dicti, quod Romanis Germania interiori subacta per castrorum limites positi, in magnam coaluerunt gentem, atque ita nomen ex locis sumpserunt, quia crebra per limites habitacula constituta burgos vocant vulgo eorumque praevalidam et perniciosam manum galliae populi hodieque testes sunt, in quorum praesumpta possessione consistunt (Cum his compara et ex his emenda Is. Or. IX. 2. 99. cf. XV. 1. §. 64.) Burgurii vel burgarii a burgis dicti cett. cf. Is. Or. IX. 4. 28.

69. cf. VI. p. 512. burrus, rufus et niger. ut A. p. 278. n. 72. VII. p. 553. burrum, rufum et nigrum. Optime Festus p. 26.: Burrum dicebant antiqui, quod nunc dicimus rufum, unde rustici burram appellabant buculam, quae rostrum habet rufum. Pari modo rubens cibo ac potione ex prandio burrus appellatur, ad q. l. vide Intt. p. 344. L. 23. burrum ξανθὸν πυῤῥόν. G. et P. burrum, rufum et nigrum; cf. Serv. ad Virg. Aen. II. 469. Cum nostro gloss. consentit A. p. 276. n. 35. Apud I. p. 670 n. 40 birrus, rufus l. burrus.

70. I. p. 671. n. 2. bustantes, sepelientes ut A. p. 277. n. 129 et p. 278. n. 70. VI. p. 512. bustantes, funestantes, sepelientes VII. p. 553. bustantes, funestantes. ut G. A. P.: bustare, sepelire, funestare a comburendo.

71. Ne emenda sepulcra in agro ex I. p. 671. n. 3. Nam VIII. p. 73: bustum, inde hoc bustulum, li diminut. et hic bustuarius, rii, ille qui corpora sepelit et haec bustura, ae et haec busticeta, ae, ambo pro sepultura et busto, as i. sepelire. Ut Isidor. etiam VIII. p. 81. et VI. p. 512. habent busticeta sepulcra in agro. G. Busticeta, sepulcra antiqua, ubi antiqui mortuos incendebant. P. busticeta, sepulcra, ubi antiqui mortuos incendebant vel sepultura in agro.

72. L. p. 23. Bustum τάφος, μνῆμα, πυρά, τύμβος — bustus τύμβος. Accurate Fest. p. 26. bustum proprie dicitur locus, in quo mortuus est combustus et sepultus, diciturque bustum quasi bene ustum, ubi vero combustus quis tantummodo, alibi vero est sepultus, is locus ab urendo ustrina dicitur, sed modo busta sepulcra appellamus; ad q. l. vide Intt. p. 346. Non. p. 560 v. suggrundiaria. Serv. ad Aen. XI. 201 et ad Aen. III. 22. XI. 185. Hinc igitur A. p. 279 n. 60 bustum male explicat ustrina, beel. Rectius p. 278. n. 69. Bustum sepulcrum vel ubi homines comburuntur. G. Bustum, ubi mortuus iacet. Bustum, perflammatum; sepulchrum; iam exustum vocatur. Rogus autem, cum ardere coeperit. Bustum est in quo corporis (exusti addit a.) reliquia conduntur; lignorum strues ubi corpora humana cremantur. Hanc glossam P. non habet. Bustum proprie fuit participium, ut nostrum Gloss. recte addat succensum, G. perflammatum et VII. p. 553. bustum, perflammatum. Ita A. p. 278. n. 74 lege bustum, incensum pro baratum, incensum.

73. Ita lege apud I. p. 671. n. 4. pro butum, imbutum, imbuendum. VIII. p. 67. Item a bibo, secundum quosdam buo, is, quod non est in usu. et T. VI. p. 512 butum imbutum. G. butum imbutum ab imbuendo, ut habet etiam Pap. Itaque non erat, cur Oehler. p. 253 in Isid. Gloss. emendaret bustum, ambustum, amburendum. Amburendum ne probari quidem potest.

74. Qui hanc glossam emendem, non habeo, fortasse serum bubalum. G. Butirum ex animalium lacte colligitur. Quamquam autem sit lactis natura, tamen iam pinguior et crassior et solidior materia est, quod tamen a frequenti agitatione aut concussione assidua coit in se atque soliditatur. Denique quum fit serum, de lacte separatur et oleum de butiro efficitur. P.: Butyrum pinguedo de lacte colligitur. Est enim pinguis et solidius. Oleum etiam de butyro fit. Scribi enim buturum testatur L. p. 23. buturum βούτυρον.

75. VIII. p. 79. byrsa, corium vel cloaca.



# C.

## 1. Caballarius, alaris. Caballus, cabo, aequus.

## Cabillare, non simpliciter redire. Cabillat, fate habet.

1. cf. supra ad A. n. 69. I. p. 673. n. 11. caballarius alaris, quod ibidem reperitur p. 675. n 27. L. p. 23. Caballarius κέλης, ἱππεύς, ἱπποκόμος. Ita lego in Gloss. Arab. Lat. p. 702. Vulc. Caballarium pro caballatrium. cf. Intt. ad Fest. p. 310.

2. I. p. 673. n. 12. caballus, cabo, equus. VIII. p. 132. caballus, li secundum Isidorum dicitur a cavo, eo, quod habeat pedem cavum et inde caballinus, a, um. i. equinus, unde Persius: nec fonte labra prolui caballino et p. 147 caballinus, equus, ubi lege aut caballus aut equinus. L. p. 23. caballus ἵππος. G. Caballus a cavo dictus, propter quod gradiens ungula impressa terram concavet, quod reliqua animalia non habent. Inde et sonipes, quod pedibus sonat (ex quo gloss. emenda Is. Or. XII. 1. 42.) P. Caballus dictus, quod ungula terram cavet vel a cavis pedibus: hinc et sonipes; cf. Non. p. 86. caballus. Pluribus agit de hoc voc. du. Cang. ed. Henschel T. II. p. 3 sqq.

3. L. cavillare. Pl. p. 449. cavilla cavillatio. G. Cavilla, cavillatio. Cavillantur, tergiversantur. Cavillatio, calumnia, iocus urbanus. Cavillatur, mordet, rodit, cum convicio iocatur aut ridet. Cavillatio, iocus cum turpitudine. Cavillatur, carpit, detrahit, vellicat, laedit, prodit; Cavillum, iocus cum convicio. P. Cavillatur, mordet, deridet, conviciose iocatur, argumentis tergiversatur, caute perscrutatur; cavillatio, iocus urbanus, calumnia, accusatio falsa. Cavillum idem est, quod cavillatio, iocus cum convitio; cavillo (ubi l. cavilla et ita emenda A. p. 286. n. 48. cavilla, dolus insidiae pro capitia d. ins.) diminutivum a calvo pro calvillo. Cod. β. cavilla cavillatio. Cavillantur, tergiversantur. Cavillator, calumpniator. Cavillatur, mordet, rodit. Cavillatio, iocus cum turpitudine (ceterum in h. cod. etiam per b. scribitur.) VIII. p. 121. Item a caveo haec cavilla, ae i. contentio, rixa, litigatio, unde Plautus: pone hoc sis aufer cavillam — et inde cavillo, as, i. contendere; unde cavillator, cavillatus, cavillatio. et p. 145. cavilla, rixa, contentio. VI. p. 514. cavillatur calumniam facit; Cavillatur cum convicio iocatur, irridet aut tergiversator. Cavillator, mendator. Cavillus locus conviciosus (ubi lege iocus.) I. p. 675. n. 41. cavillator, mandator (ubi l. mandrator cf. infra ad h. v.) calumnator, et ita emendo cavillatur, mendratur in A. p. 286. n. 32 pro capillatur drachmatur et ibid. n. 36. pro capillus locus cum convicino lege cavillus iocus cum convicio; n. 37. capillatur cum convicio locatur emenda cavillatur cum convicio iocatur; p. 291. n. 48. male extat cabullatio versutio, quod Oehl. recte correxit in: cavillatio versutia, et p. 281. n. 66. cavillatio iocus cum vitio emenda iocus cum convicio. Ita VIII. p. 148. contumia, contumelias convicium, improperium, obiurgatio, litigium, cavillatio, cavilla. Fest. p. 36. cavillum cavillatio i. irrisio. ad q. l. vide Intt. p. 365 sqq. et Non. p. 92. v. cavillantur. L. p. 23. Cabillatio, διασυρμός. Cabillator, διασύρτης et p. 49. διασυρμός cabillatio, detractio, obtractio. διασύρτης Cabillator obtractor. L. p. 37. cavillatio ἔνεδρα ἀπάτη παρεγχείρησις. κακοήθεια εἰρωνεία; cavilla σκῶμμα; Cavillatio εἰρωνεία σκῶμμα σωρίτης. (l. σοφιστής.) cavillo σοφίζομαι cavillor σοφίζομαι σκώπτω εἰρωνεύομαι. Ex his, quae exposui, emendo, in nost. gl. pro: non simpliciter redire: conviciari, deridere.

4. maximas mihi facessit molestias. Proxime ad verborum ductus accedat ludo habet, sed in I. p. 681. n. 4. et infra h. gl. s. v. aperte legitur: flete habet, cavillat. Mea quidem sententia cavillare a cavere eodem modo repetendum est, ut sorbillare cantillare, murmillare al. a sorbeo, cantillo. Hoc apertissime evincit locus Tertull. de Coron. Milit. c. 11. dum tamen suscepta fide atque signata aut deserendum statim sit, ut a multis actum aut omnibus modis cavillandum, ne quid adversus deum committatur. Ita enim cod. opt. Agob. habet, ut in huius loci lectione haerendum non sit. Est vero, ut potest intelligi, hic cavillare idem, quod cavere, enixe studere. Tum significationem frustrandi, decipiendi et iocandi voc. nactum est. cf. Voss. Etymol. Sunt qui a calvere voc. repetant. cf. Doed. Synonym. T. II. p. 115. Pl. p. 447. calvitur,

**Cabillator, mandatur, calumniatur.**
**Cabillator, calumniam facit vel convitio non iocat.**
**Cabillum, iocum vel risum.**
**Cabo, caballus, sonipes, equus.**
**Cabulum, manubrium gladii.**
**Cracerrat, cracat.**
**Cacinus, iocus, ridiculum, lusus vel nimius risus.**

frustratur, decipitur. VIII. p. 99. Notandum quoque quod dicimus etiam calvo, is, calvivi et calvii, itum, itu, verb. act. i. decipere; inde verbalia. et p. 141. calvire decipere, fallere, defraudare VI. p. 513. calvitur moratur. Calveris, frustratus fueris. VII. p. 554. calventes frustra calumniantes, ubi l. frustrantes. A. p. 286. n. 66. calvitur, frustratur, moratur. L. p. 25. calpitur ἐξαπατᾷ (l. calvitur) et p. 69. ἐξαπατῶ fallo, decipio, seduco, calvor. ἐξαπατᾶ sollicitat, fallit, calpitur. α. calvium meror vel calvum ubi l. Calvium: mora vel calvitium ut Pl. p. 447. Calvitium; moeror [l. mora] Calvitur moritur, ubi l. moratur. P. calvere, amare, concremare, frustra decipere (ubi duae glossae inter se confusae sunt calere et calvere, tum lege frustrari decipere). Calvitur frustratur moratur decipitur. Calvo, is, inde cavillo pro calvillo, quod accurate repetit G. et β. Ita etiam pro cavior, quod G. explicat accusor, vereor legendum calvor, accusor, velicor. et Gloss. Arab. Lat. p. 702. n. 25 pro calio, decipio l. calvo. Calvo et calvor forma deponentiali extitisse, probant exempla Non. p. 6. v. calvitur. cf. Is. Or. X. 42. et Serv. ad Aen. I. 720.

8. cf. I. p. 672. n. 25. cabo, caballus, grandis. p. 673. n. 13. cabo, caballus sonipes, equus. VI. 512. cabo, caballus. VII. p. 553. Cabo, caballus. Cabonem equum castratum quem nos caballum dicimus e Pl. Mai. p. 451. A. p. 285. n. 358. cabo, caballus. et p. 286. n. 12 cabo, caballum (l. caballus) grandis. et ita emenda p. 287. n. 68. cabo, caballus pro capa cavallus. β. habet cavo caballo (l. cabo; cavallus) et G. cabo caballus. Cabonem equum castrum [l. castratum] quem nos caballum dicimus. P. cabo equus castratus. Grandis, quod aliquot Gloss. habent, mihi non probatur, unde emendo cantarus, i. equus castratus; cf. VI. p. 513. Cantarinus vel cantarus equus, eo quod tinniens tinnula ex dispositione gressuum eius cantum aut sonum componit. Cantarinum vel cantarum equus castratus. Alii saumarium vocant. G. Cantarius vel cantarus equus castratus. Alii autem saumarium vocant. cf. Fest. p. 36. et Iutt. ad h. l. Pl. p. 447. canterius, equus castratus.

9. L. capulum. Fest. p. 47. Capulum et manubrium gladii vocatur et id quo mortui efferuntur; utrumque a capiendo dictum. Sane a capio fit capularis, ad q. l. vide Iutt. p. 388 sq. Etiam capulus dici pro capulum probat infra glossar. n. 41. capulus, spathae manubrium Pl. p. 451. capuli, lecti funerei vel rogi in modum arae structi. Est autem capulus masculini generis. G. Capuli, lecti ubi mortui efferuntur, lecti funebres aut rogi in modum arae instructi. Est autem capulus masculini generis. Capulus dicitur, quod supra capita hominum feratur. Sic Placidus ait capitularis senex i. vicinos (nus l.) capulo. Idem est feretrum eo quod in eo feruntur mortui. Capulum funis, unde indomita iumenta comprehenduntur. Capulo tenus usque ad capulum. [Virg. Aen. X. 536. cf. Isidor. XX. 16. 5.] L. p. 26. hoc capulum λαβὴ ξίφους, μαχαίρας λαβή. Capulus, capulum λαβὴ φέρετρον. Non. p. 4. Capulum dicitur, quicquid aliquam rem intra se capit: nam sarcophagum i. sepulcrum capulum dici veteres voluerunt, quod corpora capiat. P. Capularis senex contiguus morti vel reus capulo ferri dignus. Capulus dicitur quod caput est gladii vel quod ibi capitur ad tenendum [cf. Isidor. Origg. XVIII. 6. §. 2.] Capulum funis unde indomita (adde iumenta) deprehenduntur. Capulus locus (lege lectus) in quo mortui feruntur. Dictus quod supra capita hominum feratur. [Isid. XX. 11. §. 6.] A. p. 286. n. 14. capulum manubrium gladii vel spatii (l. spathae). VI. p. 514 capulum, ubi mortui efferuntur. Hinc emenda A. p. 285. n. 364. calculum ubi mortui feruntur in capulum. Gloss. Arab. Lat. p. 702. Vulc. habet callulum feretrum, ubi lege capulum. P. Ex his, quae protuli, aperte elucet, capulus et capulum sine ulla significationis discrepantia esse a veteribus dictum, etsi scriptorum exempla afferri nequeunt. Capulus etiam de sepulcro ac monumento dici, id quod Voss. Etymol. negavit, demonstravi ad Apul. Met. VIII. 13. T. I. p. 668. et ipsa est arca, in qua humandi reconduntur; cf. dictat. ad Apul. Met. X. 6. T. I. p. 891.

10. L. crocitat crocat cf. infra.

11. G. Cachinnus, risus, tractus, solutus, ridiculum. P. cachinnare, ridere. Nam cachinnus tractus so-

Cacula, servus militis.
Caedar, taenebrae.

Caducus, vecors, daemoniacus, lunaticus.
15. Caeliculum, caelo manentes,

lutusque risus. Cachinno, cachinnonis ipse derisor. L. p. 23. cachinnat *καχάζει* cachinnor *καχάζω* et cachinnus *καγχασμός*. Utrumque enim *καγχάζω* et *καχάζω* in usu fuit apud Graecos. Non. p. 463. cachinnare non risu tantum sed et de sono vehementiore vetustas dici voluit cett. A. p. 281. n. 30. chachinatio, altus risus. et p. 286. n. 16. emenda pro cachinus, tractum solutus quaeri: cachinnus, tractus solutusque risus

12. Pl. p. 446. caculae, lixae aut servi militum. T. VIII. p. 89. Item a calco hic cacula, ae. i. Servus et nuntius cursatilis; unde Plautus: video caculam militarem. et p. 139. cacula, servus. A. p. 290. n. 1. cacula, servus miles (l. servus militis). L. p. 23. cacula, *δοῦλος, στρατιωτῶν ἀκόλουθος*. Fest. p. 35. Cacula, servus militis. .... Dictus autem a graeco *κᾶλον*, quod fustibus clavisque ligneis ad tutelam dominorum armari soliti sunt et p. 36. caculatum servitium. Aliter repetit Fest. p. 123. Procalare et provocare ex graeco *καλεῖν*. i. voco. Unde kalendae calumnia calones et caculae et calatores. Hinc est, quod A. p. 282. n. 139. legatur cacula, ligna arida, quia a graeco voc. *κᾶλον* i. aridum lignum repetiit auctor, aut ibi legendum est cala ligna arida cf. infra n. 20. v. calo.

13. Caedar per se tenebrae significare nequit. Si glossis L. p. 170. fides habenda est, legi possit Caecia. *σκοτοδινία* enim explicatur Caecia, quia homines vertigo reddit caecos. Ita emendanda glossa A. p. 291. n. 7. cada caligo oculorum, et L. p. 24. caeca *τυφλιάς*. Nam caecum non solum id dicitur quod oculis privatum est, sed etiam quod tenebras facit et obscuratur pro denso, obscuro; ut I. p. 675. n. 45. caeca vestigia, ratione carentia; cf. Fest. p. 34 v. caecum vallum. Isidor. Origg. XVI. 15. 28. Omnes non translucidas gemmas caecas appellari, eo quod densitate sua obscurentur. A. p. 286. n. 59. caeca laetantia, ubi Oehler. recte emendavit latentia; cf. Non. p. 449. v. caecum et p. 525. Varro de L. L. IX. §. 58. p. 215. Müller. Ita dixit Apul. Met. V. 20. caecae tenebrae, unde erat, cum glossam ita emendare vellem; cf. dict. mea ad h. l. p. 358. et ad II. 20. p. 121. caecas et inevitabiles latebras. Gloss. S. Germ. Caecum secretum abditum absconsum, obscurum occultum latens reconditum absconditum obvelatum obrutum obtrusum, involutum, opertum, obtectum. Caecus inconsiderans accensus flagrans furens ardens obcaecatus praeceps. Nunc tamen caedar tenebrae retineo. Apud Papiam enim haec glossa extat: Cedar filius Ismael fuit. Interpretatur tenebrae vel moeror; et accuratius hunc errorem explicat G. Cedar qui est saraceni a filio hismaelis. Cedar regio est saracenorum trans arabiam sita quae est Aegyptio mari contigua. Caedar tenebrae vel meror. cf. Is. Or. IX. 2. 57. Commemoratur ille Ismaelis filius Genes. XXV. 13.

14. A. p. 285. n. 400. caducus, daemoniacus ut p. 286. n. 33. et VI. p. 512. Optime explicat hanc glossam G. Caducus, daemoniacus a cadendo dictus i. lunaticus, eo quod certo lunae tempore patitur; et P. Caducus lunaticus, a cadendo dictus morbus. VII. p. 567. lunatica, quod fit plenilunio. VIII. p. 324. Lunaticus secundum lunae incrementa infirmus. A. p. 348. n. 83. Lunatici quod fit plenilunio; hoc plenum dicitur, quod corruptum est.

15. Optime hanc glossam explicat P.: Caelicola dictus, quod caelum colat. Est enim anglicus (l. angelicus). Caelicola commune est: caelicolae caelicolarum pluraliter facit, tamen per concisionem caelicolum. Quod maxime fit in patronymicis et compositis, ut Graiugenum, caprigenum, omnigenum, trinundinum, amphorum, Aeneadum, Dardanidum, Ausonidum. G. Celicola celestis dicitur quod celum colat. Est enim angelicus. Celicolis diis. Celicolum regem deorum. Prior locus est Virgilii Aen. II. 552. alter Aen. III. 21. quem falso intellexit glossographus. Ibi enim Coelicolum regi mactabam in littore taurum extat, quod male interpretatus est. Rectius forsitan in Gloss. legeris Coelicolum regem, regem deorum. Ex hoc versu Virgilii glossarii nostri interpretatio exorta est. cf. Gloss. Arab. Lat. p. 703. Vulc. coelicola, angelus VIII. p. 138. caelibus, caelestis, caelitus, caelicola, ubi emendo Caelicus caelestis et Caelicus caelicola vel Caelicus caelestis caelites caelicolae. *Π*. p. 24. caelicola *οὐρανίων* et caelicoles (emenda caelicolae) *οὐρανοκάτοικοι*.

**Caelus, sphera polus.**
**Calax, adulator, parasitus.**
**Calcaneotenus, usque ad calcaneum.**
**Calleat, noverit vel intelligo, scio.**
**20. Calones, caellae militum.**

16. Non. p. 197. Caelum neutro. Masculino Lucretius sqq. Plura dabit Voss. Aristarch. T. I. p. 432 et p. 443. ed. Förtsch.

17. L. colax cf. VIII. p. 148. colax parasitus parasitaster P. colax adulator parasitus; cf. Terent. Prol. Eunuch. 30.

18. Unde hoc glossema sumptum sit nescio. G. Calcanei sub talo sunt, sub crure talus. Dicti autem calcanei a callo, quo terram calcamus. P.: Calcaneus sub talo est, dictus a callo quo terram calcat, vel a calce. i. ima parte. cf. Is. Or. XI. 1. 114. et VIII. p. 89. (A calco) calcaneus, ei. i. talonus, qui et talus et cals dicitur p. 139. Calcaneus, talonus qui et cals et talus dicitur. Et calcaneus et calcaneum in usu fuit apud veteres, licet prius scriptorum exemplis probari nequeat. *Π*. p. 24. Calcaneum *πτέρνα* calcaneus *πτέρνα* calcanea *πέλματα* calcaneum *πέλμα*. Mirum est in Glossis masculini generis formam fere solam inveniri.

19. Ego post noverit addendum puto Calleo, intelligo, scio. VIII. p. 130. Calleo, es, ui. verb. neutr. et caret supino i. prudenter scire, unde Persius: dicenda tacendaque calles et p. 147. callere, prudenter agere. A. p. 286. Calleat, sciat, excellat. Non solum neutrum, sed activum etiam esse verbum probat Non. p. 482. Sic et callet illam rem pro illa re. et p. 257. v. callet. G. Callebat, callidus erat, peritus erat, Callens, callidus, peritus. Calleo, scio, teneo, gnarus sum, cognovi, didici, comperi, accepi, novi. . . . Callet, usitatissima habet. P. calleo, es. ui, intelligo, callide, ingeniose nosco. Callidus, ingeniosus; inde calliditas. Callidus versutus in disputando, ingeniosus, subdolus, unde calliditas. cf. Is. Or. X. 41. Hinc factum est, ut etiam malitiosus significet. Itaque lege in I. p. 674. n. 48. callosus, malitiosus pro callorus nec cum Oehlero l. c. p. 238. maculosus, ut VI. p. 518.; callidus, dirus (l. durus) malitiosus. *Π*. p. 24. Calliditas *πανουργία* callidorum *πανούργων* (l. Callidosus) Callidus *πανοῦργος*. Optime VIII. p. 147. Callidus astutus, versutus, versipellis, varus [lege varius], cicur, guarus. Cicur enim est sapiens, ut Fest. explicat. p. 80. cf. infra. G.: Calliditas, astutia, surreptio, invidia, fraus, dolus, malitia, captatio. artificium, praestigium, fallaciae, fucus, inductio.

20. L. caculae militum I. p. 674. n. 40. Calones, galearii militum [cf. Intt. ad Veget. R. M. III. 6. med. Galearii enim Veget. inter calones ponit.] ut etiam habet VI. 513. A. p. 285. n. 387. calones, gabar militum (l. galearii) et p. 286. n. 10. Calornes, galiaria militum et p. 55. caros, servus vel minister militum i. qui unum vendit et propinatur, ubi lege: calo . . . . qui vinum vendit vel popinatur. *Π*. p. 25. calo *δοῦλος*, *δημόσιος*, *θεράπων ὑπηρήτης στρατιώτου*, *δοῦλος στρατιώτου*. Calones *σκευοφόροι*. Fest. p. 47. Calones militum servi dicti, quia ligneas clavas gerebant, quae graece *κᾶλα* vocant. [hinc calones teste Fest. p. 36. et Is. Or. XIX. 34. §. 6. sunt calcei ex ligno facti]. Aliter explicat a *καλεῖν* p. 47. quem locum iam v. cacula recitavi. Is. Or. XIX. 1. 15. Classis dicta a graeco vocabulo *ἀπὸ τῶν κάλων* i. a lignis, unde et calones naviculae (l. caculae aut naucleri cf. quae infra dicam) quae (lege qui e cod. Arev.) ligna militibus portant: quae repetit Serv. ad Aen. I. 39. nisi quod naviculae omittit, et ad VI. 1. Non. p. 62. Calonum quoque proprietas haec habetur, quod ligna militibus subministrent. *κᾶλα* enim gr. ligna dicuntur. VIII. p. 88. calix, unde hic caliculus, li. i. parvus calix, hic calo i. lignorum portator. et p. 134. Calon graece, lignum latine; inde hic calo calonis. i. ille qui fert ligna, unde Horatius: lignorum et pecorum tibi calo insignis et horti et p. 138. calones, lignorum portitores. G. Callones callariae militum. Calones naviculae quae ligna militibus portant [quem locum emenda, ut supra.] Calones dicti eo quod ex eo quod salice fierent. Nam graeci lignum cala vocant. Idem est et cothurni. Totam confusionem Glossar. quae naviculae legunt aperte indicat P.: Calones negotiatores, navicIerae vel cellae militum vel homines qui ligna militibus portant. Nam graeci lignum cala vocant, ubi emendo neg. naucleri vel caculae militum Naucleri s. navicularii enim sunt negotiatores, mercatores, ut etiam G. interpretatur: calones, negotiatores et Gloss. Arab. Lat. p. 702. Vulc. n. 24. calo negotiator. Hinc corrupte glossator VIII. p. 147. finxit vocabulum: Calariae naves quae ligna portant, quod extat etiam apud Ioann. de Ianua, quod frustra in aliis Gloss. requires.

**Calor, aprieitas vel tepor.**
**Calpes, galeae militum.**
**Caltulum, ubi mortui conferuntur.**
**Camurus, amfimallus.**
25. **Campsat, flectit.**
**Cana, sancta vel religiosa.**
**Concidit, battuit, cancellat.**
**Candes, vasa fictilia.**
**Candescit, nitescit.**
30. **Candius, vestis regia.**

21. cf. supra. A. n. 121.

22. cf. I. p. 673. n 14. Calpes, galeae militum, ut VI. p. 512. et A. p. 280. n. 42. calpes, galea (l. galeae) militum, ut p. 286. n. 20. In Isidor. Gloss. Excerpt. legitur imo armillae, quod mihi a posteriore manu additum videtur, ex vocc. calbae et Calpes permutatione. G. et P. calbae, armillae, quae militibus ob virtutem donantur, quamquam notandum est calpes, galeae in neutro horum codd. reperiri. Male du Cang. calpae in Pap. scribi ait, nec in *II*. p. 24. calpae κόσμια legitur sed calbae. p. 110. κόσμια γυναικός ornamenta Calbae. Festus eos nominat calbeos armillas dicebant, quibus triumphantes utebantur et quibus ob virtutem milites donabantur. Pl. p. 446. Calbae armillae quibus milites ob virtutem donantur. et A. p. 291. n. 66. Calbis, merces militi pro virtute. Etiam cum g scribitur; cf. Fest. p. 71. galbeum ornamenti genus. quod firmare possit eorum sententiam qui calbae et calpes idem esse putant; tum enim galbeae militum scriberem. Ego tamen offendo, quod in nullo nec glossario nec cod. (cf. Fest. v. Ruscum) calpei sed semper calbei vel calbae scriptum reperi, tum quod calpes, non calpae aut calpei Gloss. habent. Ita utrumque inter se diversum puto. Calbei rectius scribi puto et a colore ita dictum ornamentum existimo. Cum iis tamen facere nequeo, qui pro calpae ubique calbei legendum existimant.

23. Hanc meram esse voc. capulum corruptionem existimo. Sed saepius in Gloss. repetitur, ut Vulc. Gloss. Lat. Arab. p. 702. caltulum feretrum. et A. p. 286. n. 42. caltulum; ubi mortui ferentur. Caltulum est cinguli genus cf. Is. Or. XIX. 33 §. 4. et Non. p. 548. Ita etiam P. caltulum et calpulum confudit: Caltulum, vinculi genus, vel ubi mortui feruntur; a coacto loro dictum. In G. extat: Calculum, cinguli genus, a quo acto lorum dictum (a coacto loro). Calculum, ubi mortui efferuntur. Pl. p. 451. caltulum, cinguli genus a coacto lare calte. (a coacto loro dictum cf. VI. p. 539.)

24. L. camasum, amphimallum. I. p. 673. n. 15. Camasus, amphimallus, ut Pap. Camurus i. curvus plane differt. cf. du Cang. v. camasus

25. I. p. 673. n. 16. Campsat, flectit, VII. p. 554. campsare, flectere iter. VIII. p. 134. camso, as verb. neutr. plectere (l. flectere) inde hic et haec camsatilis et hoc le. i. plectitis. (l. flexilis.) et p. 148. camscare (l. campsare) plectere. Hinc sunt, qui campsa et campsarius pro capsa et capsarius scribant cf. *II*. p. 25. campsa κάμπτρα et campsarius καμπτροποιός et p. 26. capsa κάμπτρια. Hinc emendo in Gloss., ubi camba legitur i. e. curva: campta, ut VII. p. 554. camba, inflexa, tortuosa et VI. p. 512. pro camba cavis lego campta, curva vel cava ex priore gloss., singulae glossae eodem modo se excipiunt. Ita etiam P. camba, inflexa, tortuosa et campsare iter flectere, dicitur. Priscian. X. 9. p. 511. Krehl.: Cambio ἀμείβω ponit Charisius et eius praeteritum **campsi**, quod ἀπὸ τοῦ κάμπτω ἔκαμψα Graeco esse videtur. Unde et **campso, campsas** solebant vetustissimi dicere. Ennius in decimo: Leucaten **campsant.**

26. Refertur sine dubio haec glossa ad Virg. Aen. I. 296. Cana Fides et Vesta, ubi vide Serv. et IX. 259. Canae Vestae ubi Serv. venerabilis, antiquissimae. Atque ita P. Cana, vetusta, fortis, sancta, religiosa. Dicitur autem canus, na, num a candido. Inde canicies; cf. Non. p. 86.

27. I. p. 675. n. 34. Cancellat, concidit, battuit — *II*. p. 25. cancello, χαράττω καταχαράττω. Verbum est ICtorum, ut cancellare testamentum. P. cancellare concidere, forare. Si glossas contulisset Oehler., pro cancellat apud P. Isid. nec caleitrat nec concellit d. l. p. 239. coniecisset

28. I. p. 673. n. 17. et p. 675. n. 35. Candes, vasa fictilia; VIII. p. 87.: Item a candeo plur. candes. i. vasa fictilia quaedam et p. 138. candes, vasa fictilia. et VI. p. 514. l. pro Cardens, vasa fictiva Saliorum: Candes, vasa fictilia (vel festiva) Saliorum. cf. A. p. 280. n. 43. p. 385. n. 65. et p. 286. n. 29. et Pap., quibus glossariis eadem repetuntur.

29. cf. VIII. p. 87. Candeo, es, ui, verb. neutr. inde candesco is verbum inchoativum.

30. L. candys Pl. p. 443. Candys, vestis regia, ut VIII. p. 152. A. p. 285. n. 397. p. 286. n. 27, ubi lege candius pro caudius. Item habet G. et P. Laurent. in

Cannetum, harundinetum.
Canier, leno.
Canner, senex.
Canticum, laudem.

35. Capax, continens se vel conversus vel qui cito aliquid memoriam capit.
Capedo, inter parietem spatium.

Amalth. candys, indumentum persicum totum purpureum pro diademate. Subligaculum. Candius, quod plurimi codd. habent, corruptum est ex candus, ut saepe u et y in codd. commutari solet. Notum enim illud indumentum, quod a Xenophonte saepius appellatur.

31. cf. VIII. p. 86. canna, ae i. rosel, unde hoc cannetum, ti. i. locus ubi cannae crescunt, quae repetuntur p. 138; cf. Is. Or. XVII. 7. §. 57. Canna, silvestris coma harundo vel sagitta, inde cannetum i. arundinetum. Est Graécorum *καλαμών*.

32. I. p. 673. n. 18. Canier levo (lege leno); ut VI. p. 513. VII. p. 554. Caniet leno; A. p. 285. n. 66. Canier, leno, p. 286. n. 26., G. et P. idem habent. Carissa cum hoc voc. cohaerere videatur. cf. Pl. p. 449. Carisa, vetus lana percalida, unde et in mimo fallaces, ancillae catacarisia appellabantur, ubi emenda: Carisa, vetus lena, percallida, unde .... catae carisae appellabantur. I. p. 673. n. 54. Carissa vetus et litigiosa; ancilla, dolosa, fallax. VIII. p. 98. Carino arguere et conviciari unde carinator, is, i. conviciator et maledicus et carisa, ae. i. vetus lena et litigiosa; unde et fallaces ancillae carisae vocantur, quia veritate carent. p. 141. carisa, vetus lena. et VI. p. 514. Carisa, lena est dupla, ubi lege lena vetula aut lena est dolosa. Fest. p. 34. Carissa apud Lucilium vafram significat. Forsitan cariosa legendum est cf. infra. Placidi Glossam accurate repetit G. et P. Quomodo canier explicem non habeo; si quidem latinum est vocabulum. Non inepte Martinus legit canis propter impudentiam. At hoc voc. per se notius fuit, quam quod Gloss. corrumperent. Forsitan reposueris cania, quod genus est urticae acrioris caule mordaci. Nam urtica de libidine ac pruritu dicitur; cf. dict. mea ad Apul. Met. VIII. 29. T. I. p. 741.; tum ad vetulam prurientem bene referri possit cania. De carissa voc. vide Intt. ad Fest. p. 362., ubi variae virorum doctorum de origine huius vocis sententiae proferuntur.

33. L. casnar, senex. cf. Fest. p. 36. Casnar, senex Oscorum lingua: et Varro de L. L. VII. §. 29. p. 131. Müller.: Item significant in Atellanis aliquot Pappum senem, quod Osci casnar appellant. Pl. p. 446. Casinar, senex et p. 450. casnari, seni Oscorum lingua. VI. p. 514. casinar, senex. et A. p. 280. n. 44. casinur senex. G. Casnar, senes — Casnari, senios oscorum lingua, ubi lege casnar senex, Casnari seni oscorum l., os syllaba enim falso est repetita ut apud P.: casnar, senex casnari, senes oscorum lingua. De voc. etymo cf. Intt. ad Fest. l. d. p. 367.

34. Frustra in aliis glossariis hanc glossam quaeres; nisi forte emendas A. p. 291. n. 13. pro caventia, fama, laus boni: canticum vel cantica. Aliter explicat G.: Canticum vox est canentium in laetitia. Canticum Moyses primum invenit, quando percussa Egypto decem plagis et pharaone submerso cum populo per insueta maris itinera ad desertum gratulando egressus est dicens: Cantemus domino gloriose; enim magnificatus est. Canticum est vox humana. Psalmus, qui canitur ad psalterium. Fere idem habet P. cf. Isidor. VI. 19. 10. L. p. 25. Canticum *ἆσμα ᾠδή*.

35. Corrupta est haec glossa, quam accurate emendare nequeo. VIII. p. 146. capax, quod multum capit. A. p. 285. n. 370. capaciter, moderate. p. 291. n. 59. capacior ingeniosior et p. 292. n. 67. lege pro canaster qui capessit Capax qui capessit. *Π*. p. 25. capax, *χωρητικὸς εὐρύχωρος, δεκτικός*. G. Capax, continens, memoriosus, accomodatus, congruens, consentiens, opportunus, consentaneus. Continens se explicat glossam moderate; nec tamen est continens se sed qui facile continet, largus, amplus. Pro conversus legerim conveniens, ut mire explicat G.

36. G. Capedo, spatium. Capedo, studium, cura, cupiditas, ardor, aviditas, vigiliae, labor, perseverantia, pertinacia. P. capedo, spatium, ut inter parietes a capio inde comp. intercapedo. Capedo intervallum, cura, ardor. VIII. p. 126. haec capedo, onis, ingenium vel studium vel spatium. et p. 146. capedo, studium vel ingenium. VI. p. 513. Capedo, spatium, at A. p. 286. n. 34. L. p. 25. capedo *εὐρυχωρία*. Vides hic tres glossas inter se esse commixtas. Capedo, quod ingenium significat, propter capacitatem, et capedo quod intercapedinem interpretamur; utriusque si-

**Capillacis, capillis porectis.**

**Capite, cefalus.**

**Caplosus, inlisus.**

**40. Caprioli, botryones, latices.**

**Capulus, spathae manubrium.**

**Caram, fidelem.**

**Careotissimum, vetustissimum.**

gnificationis exemplum frustra in lexicis requisiveris; denique capedo quod studium esse dicunt, mirum est neminem vidisse esse cupedo, quod tum in capedo depravatum in singulis glossariis receptum est; cf. Intt. ad Lucret. I. 1080. Varro de L. L. V. §. 146. Müller. Ipse Henschel. in nova du Cang. editione hunc errorem repetiit.

37. L. capillatis. cf. A. p. 285. n. 398. Capillatis, cabillis porrectis et p. 286. n. 28. capillacis, capillis porrectis et VI. p. 513. corrupte capillascit capillis porrectis; ut G. Capillascat·capillis porrectis. Capillatus et capillosus hoc inter se differunt. Capillatus capillos grandes habens; capillosus est pillosus et hirsutus.

38. L. capito κέφαλος; est enim piscis; cf. *II*. p. 26. capito κέφαλος ὁ ἰχθύς et p. 106. κέφαλος ἰχθύς cf. du Cang. ed. Henschel. T. I. p. 147. Est Gallorum cabot et munier. Intt. ad Cat. R. R. 158. et ad Auson. Mos. 85.

39. cf. infra v. inlisus VI. p. 514. capulosus, inlisus et ibid. caposus, inlisus, ubi emenda caplosus. et ita corrupte p. 285. n. 396. caplossus inrisus et p. 286. n. 24. caplosus inlisus. — Gloss. Arab. Lat. p. 702. caplosus, non addita interpretatione. P. habet capiosus, elisus et G. caplosus, elipsus. Caplosus vero dictum est, ut pro capulator in Inscriptt. saepius legitur caplator, cf. Gruter. 1088. 3. et pro capulum per syncopen caplum [G. Caplum funis a capiendo cett.; cf. supra capulum et P. capium l. caplum.] Ita pro capulosus dixerunt veteres sine dubio caplosus. Est vero capulare, a capulus voc. i. manubrio ensis, idem quod percutere, vulnerare, ut aperte docet locus Pomp. Mel. II. 5. in ea regione piscem e terra oriri, qui ubi ex alto huc usque penetravit, per ea foramina ictu capulantium interfectus extrahitur, ubi vide Voss. Ita habet P. capillare, concidere ubi ego lego capulare. Ita emenda Pl. p. 450. capulato pro corporato vulnerato. VIII. p. 143. capulare, scindere desecare. Optime I. de Ianua Capulus a caput ..... unde capulo, as verbum activum i. scindere vel secare cf. Gloss. du Cang. T. I. p. 160. ed. Henschel. Capillatio, quod alii habent et in med. aevi libris invenitur, nihili esse existimo. At caplosus voc. significatio qui defendi possit non habeo. In osus enim adiectiva plane aliam habent notionem. Itaque correxerim caplatus. i. e. capulatus.

40. L. capreoli I. p. 675. n. 35. caprioli, botryones latices cf. infra v. latrices. Hanc glossam confusione exortam censeo. Erant, qui emendarent capreoli, botryonum helices i. vitium claviculae, quod botryo pro vite a Graeco βότρυς uva dici potuisset; ἕλιξ vero esset clavicula cf. du Cang. T. I. p. 154. Huic emendationi equidem assentiri nequeo. Qui botryones, latices hic scripsit glossator, meminit glossae botryones latices cf. supra n. 56. In voc. igitur capreoli vitium inesse puto. Praeter Isidor. Gloss. et nostrum nullum adhuc inveni, quo idem repetitur, unde vitium hic esse aperte intelligitur. De capreolis cf. Fest. p. 44. et Intt. p. 383. Isidor. XVII. 5. 11.

41. cf. supra n. 39.

43. L. cariosissimum. A. p. 287. n. 79. cariosus, vetustus, atque ita emenda VIII. p. 119. cariosus a, um. i. vestitus et p. 145. cariosus, vestitus in cariosus, vetustus. Pl. p. 444. cariosi generis suboles veterascentes (l. veterascentis) generis filii et a putredine redacti [lege ad putredinem]. Caries enim putredo lignorum est, quae iisdem evenit carentibus virtute. [L. viriditate aut virore.] *II*. p. 26. Caries enim s. putredo maximam partem vetustate fit; ita Plin. N. H. XVI. 40. 78. dicit cariem vetustatemque non sentiunt cupressus, cedrus, ebenus. Non. p. 21. caries est vetustas vel putrilago cett. et p. 83. caries est vetustas cett. Sunt qui in I. p. 675. n. 2. pro casorum, vetustum legunt cariosum; ego tamen haud scio an rectius scribatur casnarem vetustum i. senem. Ita cariosum emendavit Oehl. A. p. 285. n. 296. pro cassusum, vetustum, quod non improbo. Propius tamen accederet scriptura aut cascosum aut casculum. G. Cariosum, senem, vetustum, antiquum, Cariosi generis soboles veterescentes filii et ad putredinem redigendi. Caries enim propria lignorum, quae isdem evenit virtute carentibus, quem locum emenda ex Pl. et Caries, ossa, vetustas quod de antiquitate liquescit, putredo lignorum, dictum hoc nomen, quod eveniat lignis virtute carentibus. P. Caries putredo vetustas vel ossa. [ubi lege odor vel olor] Nam caries in vinis odor appellatur vel sapor, quem ex vetustate acquirunt; cf. Plin. N. H. XLI. 4. 6. al. et de aliis rebus male olentibus et sapienti-

Carinentes, inludentes.
45. Carminat, ingit.
Carnificia, macellum.

Carsatus, castratus.
Cassabundus, vacillans vel suabilis.

bus. cf. Lex.] Caries dicta quod eveniat lignis viriditate carentibus. Cariosum, vetustum.

44. L. carinantes. I. p. 673. n. 44. carinantes, illudentes. Pl. p. 451. carinator, maledicus, conviciator. VIII. p. 98. (A careo) carino, as verb. neutr. i. arguere et conviciari, unde carinator i. conviciator et maledicus et carisa. p. 141. carinare, conviciari, vituperare, obiurgare, litigare A. p. 282. n. 162. Carinantes, inludentes et p. 285. n. 360. et p. 286. n. 44. *П.* p. 26. carinari χαριεντίζεσθαι. Gloss. Vulc. p. 702. carinator, non addita interpretatione et carino, illudo, irrideo. Carientes habet etiam P.; G. omittit, habens: Carinator, maledictus, convictus, ubi lege maledicus conviciator. Carinantes arguentes. De voc. etymo cf. Fest. p. 36. carinantes, probra obiectantes, a carina dicti, quae est infima pars navis, sic illi sortis infimae et ad h. l. Intt. p. 367. Aliter explicat Serv. ad Aen. VIII. 361. quem locum describere longum est. cf. Gloss. du Cang. T. II. p. 181. Henschel.

45. Quid ingit sibi velit, non assequor. Est enim carminare aut pectere, pexinare, ut aut carpit aut pectit legi queat, aut carmina facere; cf. Varr. de L. L. VII. 8. Inter ancillas sedere iubeas, lanam carere. Idem est verbum in Cosmetrio Naevii. Carere a carendo quod eam tum purgant ac deducunt ut careant spurcitia (ex quo carminari tum dicitur lana), cum ex ea carunt, quod in ea haeret. Ita erat, cur etiam carit emendarem. Forsitan huc facit glossa Vulc. p. 702. Caret, cardine rotatur. Nec alienum est voc. carrire, quod dividere significat; nam dividendo lana purgatur. cf. I. p. 674. n. 674. n. 51. et VIII. p. 142. carrire, dividere, secernere, seiungere. *П.* p. 26. carminare ξαίνειν carminat ξαίνει carmino ξαίνω ἐπὶ ἐρίου. Alibi est carminare idem quod cantare, canere; cf. Vulc. Gloss. Arab. — Lat. p 702. Carmino canto et Sidon. Carm. IX. 15. carminaverit. VIII. p. 121. carminor, aris. i. carmen facere [p. 141. carminare, carmen facere] habet formam deponentialem, quam nullo veterum loco possum munire.

46. L. carnificina. cf. infra macellum. VIII. p. 119. carnificina, ae, i. macellum unde Plautus in Captivis: Carnificinam hic facere possum perpetim. et p. 145. carnificina: macellum. A. p. 291. n. 14. Carnificina, coquina. *П.* p. 26. carnificina μαγειρεῖον κολαστήριον. P. carnifex, dictus quod carnem faciat; unde carnificium i. e. macellum, inde antiquitus carnifex, laniator, spiculator. Nota has glossas; nam frustra locum in Lexic. quaesiveris, quo carnificina, macellum significare probetur. Nec emenda carnificium in carnificina, quod prius apud Sarisb. bis legitur, eodem, quo carnificina, sensu. Denique lege ex P. apud Firmic. adv. Math. VIII. 26. Si vero Mars in deiectis locis fuerit inventus, spiculatores faciet, qui nudato gladio hominum amputent cervices, ubi male alii legunt speculatores. Etiam apud Tacitum ita emendaverim Histor. I. 25. 31. II. 33. et apud Senecam de Ira I. 16. §. 7. spiculator, ubi iidem sunt qui custodes corporis δορυφόροι, haud nescius, quantum speculator et spiculator inter se differant. Spiculator vero voc. antiquitus extitisse probat P., quod hic e speculator corruptum esse nequit, quia numquam speculator idem est, quod laniator. Spiculatores *П.* p. 173. explicat δορυφόροι et spiculare ἀκονάω. P. alio loco habet spiculator laniator, custos corporis, hastarius.

47. L. cassatus. I. p. 673. n. 25. cassatus, castratus. et p. 675. n. cassatur, castratur.

48. L. vel instabilis. VI. p. 514. cassabundae, saepius cadendae ubi lege cadendes (cadibundae?) Cassabundus, instabilis vacillans Gloss. Vulc. p. 702. cassibundus, dubitans vel timens. VIII. p. 98. Careo, es, caritum, tu et cassum, u verb. neutr.; inde cassuus (l. cassus) et cassabundus i. cassus et frustratus, et cassum adverb., quod non est in usu sed componitur incassum, frustra. et p. 141. cadabundus, crebro cadens, ubi lege cassabundus aut cadibundus, quamquam repetitur p. 99. A. p. 286. n. 13. n. 48. Casabundus, vacilans, instabilis. Pl. corrupte habet p. 450. crassabundo, titubanti. et p. 447. crassabundum, dubitantem, titubantem. cf. Varr. de L. L. VII. §. 52. Müller. Fest. v. p. 37. et Intt. p. 368. Cum iis facere nequeo, qui una s littera vocabulum scribunt. Est enim a cassare i. castrare vacuare cf. VII. p. 554, quod cohaeret cum vacillare, et hoc a cassus, a, um i. vacuus; cf. infra n. 50. G. cassantem aut morantem aut deserentem, ubi legerim causantem. Cassare, vacuare. Cassatum, solutum vel evacuatum. P. cassare, evacuare, privare, castrare, inde cassatus et cassabundus, in-

**Casiculum, retiaculum.**
**50. Cassum, inanem, vacuum vel peccatum.**
**Castracio, herma.**
**Catricula, fucus.**
**Catinus, lanx, lancula.**
**Caudix, rubur, radix.**

stabilis, dubitans, titubans. Casso a careo, res, cassum, u in o fit casso, as. VI. p. 514. cassatus, effetu privatus: ubi ego legerim effetus, privatus et VII. p. 554. cassare, vacuare.

49. L. cassiculum, reticulum ut infra. Est inter ea diminutiva, quae genus primitivi non sequuntur; cf. VI. p. 514. cassicula, reticula. T. VII. p. 554. cassiculo (a?) reticulo (a?) I. p. 673. n. 26. cassiculum, rete, iaculum et ita emendo A. p. 286. n. 21. ubi perverse extat: carres rete militum in cassis, rete, iaculum aut casses, retia leporum ex VI. p. 514. aut ex A. p. 285. n. 57 casses, retia minuta. emenda rete minutum, quod verisimillimum videtur. VIII. p. 98. habet haec cassicula, ae parvum rete, quod metuo ne ab imperito glossatore formatum sit a glossa, ubi extitit cassicula, reticula. Cassiculus ἄρκυον extat in *П.* p. 27. cf. Fest. p. 36. [Intt. p. 367.] cassiculum a cassibus per deminutionem dictum. G. cassiculo, reticulo . . . Cassis genus venatorii retis, quod capiat. Hinc est quod incassum dicimus i. sine causa, quasi sine cassibus, sine quibus venatio inanis est.

50. L. supervacuum, corruptum ex spvacuum quod aperte indicat VI. p. 524, ubi extat cassum, pervacuum pro supervacuum. et A. p. 285. n. 362. casse inevacuum. Alibi p. 291. n. 39. cassus, sine causa L. p. 27. cassus κενός μάταιος φροῦδος. G. cassum, inanem, vacuum. Cassum rumine (l. lumine) mortuum, vacuum vita, inanem luminis. P. Cassus a careo, es magis est nomen sicut lassus, quam participium, quum vacuum significat; inde casso, as, avi. Cassum minime factum, vacuum. cf. Non. p. 45. Serv. ad Aen. II. 85. et Prisc. IX. 9. T. I. 463. Krebl. dict. ad Arnob. II. 4. et Eckst. ad Voss. Aristarch. T. II. p. 888.

51. *П.* p. 23. castrare, ἐκτέμνειν, castrator. εὐνουχιστής castratus, ἐκτετμημένος, ἀπόκοπες. Castratio enim est exsectio testiculorum σπαδωνισμός. VIII. p. 97. ab hoc nomine quod est castus (fit) castro, as verb. act. castrator, castratus, castratio et hic castor, is. i. animal, quod aliter dicitur fiber, gallice autem bebere et dicitur castor eo, quod, venatoribus sequentibus, se ipsum castret.

52. L. craticula focus; cf. supra ad 146. arula, craticula. Et ita peccatur I. p. 673. n. 27. cantricula, fucus et p. 675. n. 42. catricula, fucus

53. Pl. p. 439 sq. Catinum, vas fictile melius dicimus neutro, quam masculino: nam et salinum dicitur nihilo minus neutro, quasi aptum salibus: et melius sic dicimus, quam catinus. Cum Placido consentit Is. Or. XX. 6. 5. Varro de L. L. V. §. 120. Müller.: Vasa in mensa escaria: ubi pultem aut iurulenti quid ponebant, a capiendo catinum nominarunt, nisi quod Siculi dicunt κάτινον, ubi assa ponebant. *П.* p. 27. catina, πινάκιον (ubi legerim πινακια) catinum πινάκιον catinus πίναξ τρύβλιον. Placidi glossam accurate reddit G., nisi quod ultimo loco scribitur quam catinus et salinus. P. habet: catinum, vas fictile, lanx i salinum, quod ex corruptione glossae Placidi additum esse, quisque intelliget. Ceterum catinus et salinus in usu fuisse apud veteres probat locus Varron. de Vit. P. R. I. apud Non. p. 546. Merc. Dicuntur enim patellae, salini, acetabula, catini, patenae. Alios locos habent lexica. A. p. 291. n. 34. catinus. patena quae et cāsa dicitur. Forsitan legendum sit lanx pro cāsa (i. causa) quod nihili est.

54. L. truncus [ex compendio trūcus exortum] radix. VIII. p. 99. (a cado) et hic caudex, cis. i. truncus et dicitur hic caudex quasi casum dans: unde Terentius: in me quidvis horum convenito, quae sunt dicta in stultum, caudex, stipes, asinus plumbeus. et p. 141. caudex, truncus. Ambrosius super Hegesippum caudibus oppressi animam ponebant in flumine (ubi ego legerim cautibus) VI. p. 515. caudix robur vel radix, ubi item lege truncus. Qui robur exortum sit, ex nostro glossemate aperte potest intelligi. A. non minus corrupte p. 286. n. 25. caudix, roburi, radix et p. 285. n. 72. caudices, radices *П.* p. 27. caudex truncus κορμός πρέμνος κορμὸς ξύλα. [ubi emenda ξύλον]. G. Caudices, radices arborum. Caudicibus, radicibus. iuxta radicem. unde caudicibus sectis omnino excisis taleis. [Est Virgilii locus Georg. II. 30.] Caudex, arborum radix. robur vel radix. P. arboris radix vel ramalia in radice iuncta. Quod glossema posterius, si verum est, emen-

55. **Caula, cancellum ante iudicem vel ingressus.**
**Caulae, ubi sunt advocati.**
**Caulae, ovium cortes vel receptacula.**
**Cauma, aequor, aestus.**
**Cautes, saxa ingentia, scopula.**
60. **Cautuminiae, citanae.**
**Celeberrimus, optinatissimus, nominatissimus.**
**Celebrat, consumat, aepulatur.**

dari possit rubus βατός i. frutex spinosus. Nam egregie fatendum est, mihi emendationem truncus pro robur vel rubur non satis placere. Siquis robur defendere velit, intelligat de dura et firma materia, qua trunci esse solent; aut etiam legi possit rodus, quod notum est de quacumque re rudi et imperfecta dici.

55. Idem Pap. habet. De cancellis caula dici probat quaedam inscriptio, quam vide in Forc. lex. v. caula. Plurali numero saepius dicitur de cancellis tribunalis, atque Charisius I. 20. hoc substantivum enumerat inter ea, quae plurali tantum usurpata a veteribus fuerint. I. p. 675 n. 44. habet: caules cancelli tribunalis, ubi sunt advocati. Hic lege caulae. Primum enim caule scriptum fuit et cum c sequentis vocabuli prima littera huic voc. adhaereret, corruptum est caules, quae corruptela multis aliis exemplis comprobari potest. VI. p. 515. caulae, ubi sunt advocati, quae repetit VII. p. 554. A. p. 285. n. 371. caules, cancelli tribunalis, quod ex Isidoro descriptum est, et p. 286. n. 22. caule, ubi sunt advocati; quae extant etiam p. 285. n. 395. P. ex Isid. suam glossam repetit, et adiicit: caula cancellum ante iudicem. Prima significatione caula et caulae veteres videntur dixisse de ovium sepimentis; cf. VII. p. 515. caulae, ovium cortes. [ubi lege crates, quod etiam in nostro glossario emendandum est.] et caulae, septa ovium, casae pastorum. [unde in A. p. 284. n. 300. caulas domum explicatur]. Π. p. 27. caula ἔπαυλις (i. stabula, ovile.) caulae περίβολαι μάνδραι. Caulae singulare non habet μάνδραι θρεμμάτων. Gloss. Mai. p. 286. n. 9. caulae ovile vel bovium cohortes, ubi l. ovium et n. 47. caula, in andra gr. ovium [ubi lege caula μάνδρα graece ovium] G. caulas, cohortes stabula ovium. curtes [quod emenda in crates.] Ceterum cave ne cohortes emenda. Nam idem est, quod chortes s. cortes i. locus in villa, maceriis circumdatus, quo pecus coercetur; cf. Varro de L. L. V. §. 88. Pap. habet: caulae munimenta ovium, vel sepimenta ovium. Ovile autem graecum. C enim detracta αὐλαι graece receptacula sunt, quae corrupta sunt ex Is. Or. XV. 9. 6., cui explicationi favet Serv. ad Aen. IX. 60. Aliter explicat Varro de L. L. V. §. 20. Quare ut a cavo cavea et caullae. et Fest. p. 36. Caulae a cavo dictae. Antiquitus enim ante usum tectorum oves in antris claudebantur.

58. VIII. p. 148. cauma, calor, fervor. G. cauma, calor gr. P. cauma atis, calor est graecum.

59. L. scopuli, quod necessarium est, cum neutro h. v. non usurpetur. VI. p. 515. cautes, saxa ingentia, aspera vel saxa in mari. Π. p. 28 cautes πέτρα τρόχων. ὁ πετρώδης τόπος. ῥαχία. G. Cautes, saxa, saxa ingentia, aspera saxa in mari, petrae generis feminini unde Lucanus: Asperas cautes. Aspera saxa in mari dictae a cavendo, quasi cavitae. Cautes scopulos. P. cautes saxa asperata vi maris dictae a cavendo a navigantibus scilicet quasi cautae; cf. Is. Or. XVI. 3. 3.

60. Aut legendum est lautumiae, cisternae, quod iam Graev. ad Is. p. 673. recte divinaverat; hodie vero apertissime comprobatur ex cod. Voss. Isidor. et meo cod., qui infra habet lautumniae, citanae, carceres, custodiae ubi plura dicam, aut catenae, quod magis probo.

61. Nota superlativum horum verborum, de quo infra accuratius dicam ad gl. opinatissimus.

62. Accuratissime hanc vocem explicat G.: Celeber, frequens, festivus. Celeberrimus, frequentissimus. Celebrare, observare, colere. Celebraretur fama, celebris esset, notus fama. Celebrata, celeberrima. acta. Celebrate, solemniter frequentate. Celebrat, frequentat, colit, orat (l. ornat) agit. Celebre, solemne, notum fieri. Celebremus, frequentemus, Celebratur, agitur. Celebritas, conventus populi in laude, frequentia — nomen, opinio, honestas, fama, summus honor, gloria, splendor, dignitas; vocatur quod ibi non terrena sed caelestia tantum agantur. P. celeber, frequens, festivus, venerabilis, praeclarus, a caelo. Inde celebritas dicitur, quod non ibi terrena sed caelestia tantum agantur. Celebrare etiam inde dicitur. i. coelo dignum facere et celebrabile. i. dignum celebrari. Has glossas descripsi, ut intelligatur, quas addit interpretationes glossographus, huc non pertinere, nisi additur epulas aut convivia. Itaque le-

Cementum, mendatium, cogitatum.

Cementum, minorum lapidum congregatio.

65. Cenaculum, superiora.

Censeor, statuo, iubeo, describor, iudico.

Censurius, ex censura, qui censum fundus est.

Ceres, fruges frumentum, vel dea frumentum.

gendum est celebrat convivia epulatur pro consumat, quod mihi quidem persuasum est facile consumat ex convivia corrumpi potuisse.

63. L. commentum, de quo voc. infra agam.

64. G. Cementarius, qui victum manibus quaeritat. Cementarius per e solum scribendum. Cementum a caedendo dictum quod crasso lapide surgat [ubi lege quod e crasso cett.]. Idem et fundamentum est, quod fundus sit domus. P. Cementum a caedendo dictum, quod crasso lapide surgat; minorum lapidum congregatio vel caesurae lapidum vel mendacium cogitationum vel molliores petrae, ex quo glossemate error aperte intelligitur mei glossarii. In aliquot P. glossariis verba vel mend. cogit. aut plane desunt aut punctis subscriptis delenda notantur. De voc. caementum vide Lex. et du Cang. v. *Π*. p. 28. cementa χαλικώματα et caementum χάλιξ. Gloss. Arab. Lat. p. 704. Cimiento fundamentum, ubi lege caementum; cimentarius qui disponit fundamentum. Cimentum.

65. P. Coenaculum superior pars domus, dictum a communione vescentium, unde et coenobium, congregatio multorum. G. repetit, quae Isidor. habet Or. XV. 3. §. 7. VIII. p. 115. [A coeno] hoc coenaculum, li, i. domus coenantium et hoc coenatorium, rii, quod idem significat et p 144. coenaculum domus coenantium. A. p. 284. n. 304. caenaculum, refectorium. L. p. 28. Cenaculum ὑπερῷον et cenaculum δειπνητήριον, ὑπερῷον δίαιτα. Apertissime explicat hanc glossam Varro de LL. V. §. 162. Müller.: ubi coenabant, **coenaculum** vocabant, ut etiamnunc Lanuvi apud aedem Iunonis et in cetero Latio ac Faleris et Cordubae dicuntur. Posteaquam in superiore parte coenitare coeperunt, superioris domus universa **coenacula** dicta; et Fest. p. 42. coenacula ad quae scalis adscenditur cf. Intt. ad h. l. p. 378. Lindem.

66. L. censeo . . . describo et in seq. glossa censorius excensor aut qui censura dignus est. Hanc emendationem veram esse, confirmat G., cuius locum totum describam. Censeo, decerno, iubeo, iudico, statuo, aestimo. Censeri, appellari, vocari. Censet, statuit ac iubet, decernit, deliberat. Censeo multa, quam citatus si non pede censor afficiebat [ubi lege: qua citatos, si non parent, censor aff.] Censet, statuit, definit aut modum ponit — iudicat fert sententiam, iudicium facit, decernit, sancit, statuit. Censor, iudex. Censores, iudices. Censores sunt patrimoniorum et morum iudices [ut Pl. p. 446]. . . . Censorium per i scribimus non per e. Est antiquum **censurium qui dignus est, ut sit censor vel qui iam fuit.** Apud veteres enim Romanos erat nomen censoris et dignitas iudicis tam patrimoniorum quam morum. [cf. Pl. p. 441.] Aut emenda ex Pl. p. 441. et Pap. ex censura pulcer, qui, ut in codice librarii errore hoc vocab. exciderit. Nam Plac. p. 441. Censura animi est non corporis: ideo melius membrorum decorem aut pulchritudinem dicimus, quam censuram. Tamen quia in usu **censorium hominem** dicimus **pulchrum**, sic potest et ad pulchritudinem referri; et P. censorinus [l. censorius] quasi censura dignus et censorius qui censum quaerit **vel ex censura pulcer.** G. Iterum et censorem hominem **pulchrum** dicimus. Gloss. Mai. T. VI. p. 515. censura decus vel **pulchritudo.** quam significationem in lexicis frustra quaesivi. VII. p. 144. censores, iudices. Censorius, qui censum servat qui et apothecarius et thesaurizarius dicitur. L. p. 28. censorius τιμητικός ἀπογραφεύς. A. p. 280. n. 11. censere, iudicare. p. 287. n. 99. census, iussus.

68. L. dea frumenti. De genitivo enim contracto hic cogitandum non est. VIII. p. 97. Item a cera **Ceres**, ris. i. dea frumenti, quod et aliquando pro ipso accipitur frumento, unde Statius Thebaidos: alii cumulare canistris perdomitam saxo Cererem. et inde hic et haec cerealis et hoc le et hic cereasius, sii, i. pistor, qui ad modum cerae deducit pastam. G. Ceres dea segetum et iu-

Caerimonium, sacrum deorum religiosum.
70. Cerniculi, catamites recrementorum.

Certum, fidelem, stabilem, caram.
Certamen, agonen, conflictum, contentionem.
Ceruleo, matrino colore.

no diana. Ceres frumentum. Ceres frumenti dea a paganis dicitur. Ceres dea, quae frumentum repperit, quae a Graecis demetra dicitur. Cererem deam frumenti esse pagani dicebant. P. Ceres terra quasi crecres a creandis frugibus dicta, ut asserunt eam appellantes nominibus plurimis. Dicunt enim eam Opem, quod opere terra melior fit, dicunt Proserpinam frugem, Vestam quod vestita sit rebus. Eandem ignem dicunt, quod eundem habet velut ex aethere et ideo virginem putant, quia ignis inviolabile est elementum nihilque ex eo nasci possit, quia cuncta consumit. Ceres dea a paganis dicitur, quae usum frugibus invenisse dicitur ideoque accipitur pro frumento. cf. Isidor. Origg. VIII. XI. §. 59. sqq. In G. cave corrigas Iuno et Diana. Certe Dianam et Cererem a nonnullis scriptoribus mutatas esse probat Arnob. III. 34. Dianam, Cererem, Lunam caput esse unius dei triviali germanitate pronuntiant, ad q. l. vide dict. mea et Serv. ad Virg. Georg. I. 7. Cererem eandem esse Iunoni adhuc me fugit. Ceterum ita explicari possit ex Isid. Origg. l. d. §. 69., qui Iunonem aquam et terram interpretatur; ita ut Ceres et Iuno sit Terra. cf. Serv. ad Georg. II. 325.

69. VIII. p. 98. Et pluraliter caerimoniae, arum i. festivitates cum ceris factae. p. 140. Cerimonia, festivitas cum ceris facta. A. p. 281. n. 109. ceremonias ritus sacrificandi. L. p. 28. Caerimoniae, singulare non habet θρησκεῖαι. G. Cerimonia, publica sacra, religio castimonia, sacra, leges divinas vel constituta sacrificiorum et P. cerimonia apud Latinos dicuntur sacra omnia quae apud graecos orgia dicuntur. Dicta quasi carimonia eo, quod iis, quae in sacris offeruntur, in quotidiano usu homines careant. Cerimonia et cerimoniae pluraliter dictae quod nos vitiis carere faciant; cf. Isidor. Orig. VI. 19. §. 36. 37. Fest. p. 34 et Intt. p. 362. Praeter gloss. etiam Inscriptt. caerimonia neutr. plurali probant.

70. Nemo adhuc hoc vocabulum explicuit. Idem extat I. p. 673. n. 31. Cerniculi, catamites recrementorum, ubi cod. Voss. habet: cerviculi, calamites recrem. Huc pertinere videtur L. p. 28. cerniculum σύγκρισις. In aliis glossar. frustra hoc voc. quaesivi. Alii Codd., teste du Cang., habent corniculi, et in P. Bitur. extare dicit Cerniculi, certamites recrementorum. In cod. Constantiensi est cerniculum, cribellum ad pollinem. Ita cernida exponitur lignum, supra quod ducitur taratantara, quia discernit pollinem a furfure, ut Isid. habet p. 675. n. 56. cervida, super quod ducitur tarantatara, ubi excerpta habent cernita. Ita etiam G. Cernida, cribellum a polline P. cernida (alii codd. cervida) cribellus pollinis. Cernilla (alii codd. cernicla) cribellum ad pollinem. Atque ita ubique pro cernida legerim cernicula s. cernicla: unde corruptum est cernida, a cerno. i. discerno separo. cf. Plin. XVIII. 11. 3. farinam cernere. Hinc etiam cerniculos dictos puto fistulas s. canales, quibus recrementa (i. sordes) deducebantur, ita ut vix dubitem, quin pro catamites vel certamites legendum sit canaliculi s. canaliculae recrementorum, quod si more posteriorum scriptorum canaliclae scriptum fuit, non improbabile est in hoc monstrum vocabuli abiisse. Quod si verum est, emenda in L. carniculum σύγκρισις in cerniculum σύγχυσις vel σύγχωσις. De cerviculis vix hic cogitandum puto; cervus enim, teste Serv. ad Ecl. II. 29. erant furcae sustentacula ut dicit: Figere cervos aut furcas quae figuntur ad casae sustentationem quae dictae sunt cervi ad similitudinem cornuum cervinorum et P. cervi, furcae sustentacula.

73. L. marino colore. VIII. p. 97. Cera ae; inde cereus, a, um et ceruleus, a, um i. flavus ad instar cerae; et p. 140. ceruleus, flavus, glaucus. G. accurate: Cerula, nigra. alta maria a cereo colore dicta. Est autem nox pallore fucata. [ubi lego nigra, alta marina. Ceruleus enim altus esse Serv. ad Aen. VIII. 64. posuit: Caeruleus Tibris altus profundus. Niger explicatur ex Serv. ad Virg. Aen. III. 64.; marina ex Serv. est ad Aen. VIII. 1. nam caeruleus color maris est. et ad Aen. VII. 198. vada caerula. Caerulum est viride cum nigro, ut est mare]. Cerula colla, venenosam cervicem. Cerulea nubes, conscia futuri [quod quid sibi ve-

Cespes, glebae aratoris rustici.
75. Cesum, lutum.
Cetari, qui salsamenta vendunt.

Chaos, confusio omnium rerum.
Charybdes, submersio terrae vel peccatorum vorago vel mare verticosum.

lit equidem non intelligo] Cerulea marina vel cerulei (lege cerula). Ceruleis, nigris. Ceruleus belua est in nilo a cereo colore appellata. Nam et cerulum et viride cum nigro i. mare. . . . Cerulus viridis vel glaucus vel lividus. P. cerula, nigra vel alta maria, a cereo colore. Nam cerula est viride cum nigro. . . . Ceruleus niger cum splendore viridi, marinus color est, fuscus, rubicundus. Cerulus naturae, ceruleus fingitur. Ita VI. p. 512. caeruli, nigri, caerulus, viridis vel glaucus. I. p. 672. n. 32. pro caerulus, viriatus l. viridatus aut viridicatus ex L. p. 204. χλωρός viridis viridicatus, glaucus. A. p. 286. n. 49. cerula, colla varia, distincta ubi emenda cerula colla, varie v. potius viride distincta et p. 287. n. 96. cerulus niger vel niger cum splendore. L. p. 29. ceruljum κυανοῦν cerulus μελάγχρους et ita emenda ibid. caesulum κύανον in caerulum.

74. G. Cespes terra cum glebis excisa, frutex, terra compacta, gleba. Cespites, frutices et scribitur per diphthongum. Cespitibus, glebis terrae cum suo gramine interdum. Alio loco ramos significat. Cespites sunt frutices, quasi cespites vel quasi circa pedes. P. cespes terra cum gramine, ramos etiam significat. Pro rustici ego lego frutices et pro oratoris emendo graminis aut gramineae aut simile quid.

75. L. caesium, luteum. VIII. p. 105.: (A caedo) caesius, a, um. i. lenticulosus, imo a scindendo dictum, quia qui lenticulosus est, colorem non integrum sed intercisum habet; unde Terentia in tertia comoedia: rufam ne illam virginem caesiam p. 142 Caesius, lenticulosus, hyanniosus et p. 148. caesius, lenticulosus, hirniosus (?) P. cesius, lentiginosus, quasi caesus facie. Caesia, lentiginosa (alii lenticulosa). Lenticulosus quamquam frustra in lexicis quaeris, pro lentigosus, tamen non reiecerim quia lentigines et lenticulae eadem significatione dicuntur. A. p. 287. n. 101. Censius glaucis oculis vel lentiginosus ubi lege caesius, atque ita corrupte exstat ibid. p. 285. n. 385. cesseos, vareo oculos pro caesius viridi oculo vel galvo oculo et ita ibid. n. 5. caesios variopoculus et p. 292 n. 82. cessius, glaucus; cf. Gell. Noct. Att. II, 26. §. 19. L. p. 204. χλωρός viridis, caesius, galvus, pallidus, viridicatus, luteus et p. 24 caesius γλαυκός; cf. Donat. ad Terent. Hecy. III. 4. 26. caesius i. glaucis oculis, quasi felis oculos habens et glaucos.

76. L. cetarii. Pl. p. 444. Cetarii. Cete dicitur genus marinae beluae. Ab hoc vere genere abusive piscatores cetarii dicuntur. Et quia tractant ea, quae ex piscibus fiunt, liquemanarii, qui ex corporibus piscium humorem liquant, ubi emenda liquamentarii vel certe liquaminarii ex L. p. 39. γυροπώλης liquaminarius VI. p. 515. Cetari, liquaminari. Placid. glossam repetit G. cod., qui liquaminarii habet. P. cetharii, piscatores dicuntur abusive vel qui salsamentum piscium i. liquamen vendunt; tractum a cete. Cetaria vivaria in quibus cete et alii pisces sunt, vel officina in qua liquamen ex piscibus conficitur. VIII. p. 108. (a cedo) . . . cetarius, rii. i. ille, qui piscem illum vendit, inde Terentius in Eunucho: concurrunt mihi laeti cupedinarii, cetarii. p. 142. cetarius piscator; cf. Non. p. 49. Merc.

77. G. Chaos confusio dicitur vel tenebrae. Chaos prima rerum confusio, quia omnia ante discretionem latebant. Chaos, inferni inferiora. Chaos, caligo confusa. A. p. 284. n. 279 chaos immensae tenebrae. cf. Fest. p. 40. et Intt. p. 375.

n. 78. G. Caribdis feminini generis, gurgites, naufragium, devoratio navis, vertiginosum mare vel quae naves absorbeat; gurges in mari, quae naves devorat; voragines, fossae, lacunae profundum baratrum, dicta pro gurgitibus occultis, quibus naves absorbet. Est enim mare vertigosum et inde ibi laniata naufragio profundo immergunt. Ter autem in die erigit fluctus et ter absorbet. Nam accipit aquas, ut vomat, vomit, ut rursus accipiat, unde emenda Is. Or. XIII. 18. §. 5. P. Caribdis mare vertiginosum in Sicilia dicta graece, quod gurgitibus occultis naves absorbeat. Ter in die stringit fluctus et ter vomit. Caribdis Caribdis causa alternitatis. Ita emenda in A. p 286. n. 39. pro carpdis mere verticosum in Charybdis mare verticosum. Pro peccatorum h. l. legendum censeo barathrum.

Charisma, donum donativum.
80. Cicinus, ollo.
Cicurare, mansuefacere.
Ciere, bellum inire vel vocare.
Cilex, pirata.
Cinctus, cingulum, balteum.
85. Cingit, balteat.
Cinnes, cinni.

79. Legitur hoc vocabulum apud Prudentium aliquoties. G. charismatum [lege charismata] gratiarum donationes. P. carismata dona spiritualia. gratiarum donationes. Hoc carisma, huius carismatis.

80. L. cicinus, olor. Aperte id testatur P. cicinus, olor i. cygnus. cf. de h. voc., quae du Cang. profert. Cod. Leg. Salic. Guelf. teste Eccard. in notis ad legem Salic. tit. 7. art. 8. Si quis gallum aut gallinam aut cicinum... aut ciconium furaverit domesticum.

81. cf. Pl. p. 447. circures, placidi, quieti, quae repetit G. P. circur, placidus, mansuetus, prudens. Pluraliter cicures. Cicurare, mansuete facere (mansuefacere?) VIII. p. 148. cicur, prudens varus (l. navus) guarus, gnavus, cautus. et p. 155. cicurare, prudenter vel mansuete se continere. A. p. 282. n. 159. cicur, placidum vel mansuetum. Cicurare, mansuete facere. et p. 292. n. 94. cicua (lege cicur) mansueta et 107. cicur mansuetum domitum. L. p. 29. cicur τιθασός; cicuro τιθασεύω. Varro de L. L. VII. §. 91. Müller.: cicurare mansuefacere; quod enim a fero discretum, id dicitur cicur et ideo dictum cicur ingenium obtineo, mansuetum; Non. p. 93. cf. Intt. ad Cic. Tuscul. V. 13. Fest. p. 80. v. incicorem inmansuetum et ferum. Pacuvius reprime incicorem iracundiam. Interdum cicur pro sapiente ponitur, ut idem Pacuvius: Concilium cicur.

82. Eadem glossa repetitur G.: cient, commovent. Cientur vocarentur vel dicerentur (ubi lege cirentur). Ciere bellum, inire, vocare. Ciet, citat, provocat, commovet. Ciet proelium, commovet, dimicat, proeliatur, proelium facit. Pl. p. 444. cieretur, vocaretur vel evocaretur et p. 447. ciet, movet vel invocat (l. evocat) A. p. 281. n. 105. cient, commovent et n. 118 ciebo, revocabo, ubi l. evocabo. VIII. p. 113. Notandum autem, quod cieo dicitur provocare; unde Statius Thebaidos: odit et amissos longo ciet agmine tauros et p. 143 ciere, vocare. nuncupare. kalare.

83. L. Cilix. I. p. 673. n. 33. citix, pirata [l. cilix, ut habet etiam cod. Voss.] P. Cilices pro piratis et piratae pro cilibus (l. cilicibus) ponuntur. VI. p. 515. cilix, pirata. et A. p. 287. n. 124. cilex, pirata. Serv. ad Virg. Georg. IV. 127. Et per transitum tangit historiam memoratam a Suetonio. Pompeius enim victis **piratis Cilicibus** . . . agros dedit. Ex hoc loco haec glossa mihi videtur deprompta; nam Cilices piratas appellatos esse, nullus veterum locus testatur.

84. supra n. VII. p. 555. Cinctus est lata zona et minus lata hemicinctium et utriusque minima cingulum; nam a cincto per diminutionem cingulum nominatum. Cincto autem iuvenes in exercitatione campestri verecunda velabant, unde et campestrio dicebatur. L. p. 29. cinctus ζῶσις διάζωμα Varro de L. L. V. §. 115. **cinctus** et **cingulum** a cingendo, alterum viris, alterum mulieribus attributum. Ex Gloss. Mai emenda Is. Or. XIX. 33. §. 1. ubi male Otto cinctu correxit pro cincto. Utrumque enim cinctus, cincti et cinctus, cinctus in usu fuisse probant lexica. Huc accedit, quod cum Gloss. Mai. G. accuratissime convenit. De hoc voc. accuratius egi ad Apul. Met. XI. 10. T. I. p. 1020.

86. cf. Isidor. p. 673. n. 39. cinnes, cinni ubi male aliqui [cf. du Cang. Lex. s. v.] crines emendare volunt, ut cinni sint intorti crines. Primum enim pro certo confirmari non licet, cinnus in universum pro cincinnus dici posse, quum hodie apud Plaut. Truc. II. 2. 32. et Cic. Orat. III. 25. §. 100. optimi quique codd. et edd. habeant cincinni. L. autem p. 30 quod cinnus interpretatur νεῦμα κρώβυλος non ita multum fidei tribuerim, si quidem κρώβυλος de cincinnis recte explicari potest. Non enim κρώβυλος significat cincinnos ipsos crinium sed tortam et congestam crinium molem s. cirrum. Ita igitur κρώβυλος et cinnus defendi potest. Est enim cinnus primum congestio quaedam rerum; cf. Non. p. 59. cinnus est commixtio plurimorum atque ita apud Arnob. V. 25 oggerit potionem **cinnum**, cyceonem, quem nuncupat Graecia, de mixto quodam potu cinnus recte dicitur; cf. dict. m. ad h. l. Tum vero, ut cinnus idem sit, quod cincinnus, dubito tamen, crines h. l. emendari posse, quod cincinni non de quacunque caesarie dici possunt. Ego nihil emendo. Cinnus vero est tortio oris, ut explicat T. VI. p. 515. cinnus, torti oris (l. tortio) et VII. p. 555. cinnus, tortio oris. et A. p. 287. n. 127. cinnus, tortio oris, inde est dictum cincinus atque ita emenda I. p. 675. n. 9. pro cnios, tortiones indecentes: cinnos tortiones oris indecentes. Plane alia ratione emendat h. l. Oehl. l. d. p. 238. Quam glossam si accuratius novissem, in Gloss. Arab. Lat. Vulc. p. 704. pro cinnus torti oris sim-

**Chintia, foeba, luna.**
**Circissarius, cormatibus, partibus.**
**Circissorum, circentium.**
**90. Circulatur, circat, circumit.**
**Circumlucet, circumfulgit.**
**Cirrum, carpentum.**
**Citimae, cautumniae.**
**Citumum, citra omnium.**

pliciter emendassem tortio oris nec ut antea feci ad Apul. Met. VIII. 24. T. I. p. 721. locum torsissem. Cinnus, tortio oris habent etiam G. et P.

87. L. Cynthia, phoebe, luna. A. p. 280. n. 24. cintia, luna. G. Cinthia, luna, quae repetit P. cf. Intt. ad Lucan. I. 218. Ita infra luna, chintia, foeba.

88. Quomodo hanc glossam emendaverim, non habeo. Multiplex enim est huius vocabuli in Gloss. interpretatio: VIII. p. 119. et hic circissarius, qui circumcirca pergit et p. 148. circissarius, proreta, qui nautis imperat, ut nostro loco emendari possit circissarius, proreta qui imperat nautis. Alii explicant circissarius, circensis ut P. Sed non de omnibus dicitur, sed tantum de agitatoribus qui in circis currus circumcirca agunt, de aurigis. Omnia mea quidem sententia bene inter se componi possunt. Is enim est circissarius qui circuit qui circat. Itaque primum significat circitorem s. lustratorem, ut L. p. 30. circitor περιοδευτής κελευτής κυκλευτής i. e. qui circumcirca pergit, et I. 673. n. 33. circitorum, circantium. Circitores vero nominabantur custodes exercitus, qui circuierunt castra, ne quid detrimenti milites caperent. Gloss. Basil. κιρκήτορες, οἱ περὶ τοὺς μαχομένους περιόντες καὶ χορηγοῦντες ὅπλα αὐτῶν, μήποι ἐπιστάμενοι λέγειν. Qui vero rem undique lustrat et spectat, rei est peritissimus, ita ut circitor, ut circissarius cum significet, qui rem regit. Unde cave ne eum aliis pro κελευτής, quod glossae praebent, legas κυκλευτής. Ita etiam circissarius dictus est primum de proreta, qui in prora sedet et nautis, quo agant navem, imperat, scopulos et rupes circumcirca lustrans, navis gubernator; cf. VII. p. 542. proreta, navis gubernator. Ita etiam circissarii aurigae nominari possunt, circumcirca in arena equos agitantes. Atque ita in seqq. legerim circitorum, circantium ex Isid. d. l. Circare enim est circuire, ut statim in seq. gloss., cf. I. p. 673. n. 34. circat, circumvenit. L. p. 30 circitat et circat κυκλεύει. Hinc etiam Circius nomen accepisse dicitur; cf. VIII. p. 145. circius ventus, qui circuitum facit.

90. Ex hac glossa defendi potest locus Senec. ep. 88. §. 34. Appion grammaticus, qui sub C. Caesare tota circulatus est Graecia, VIII. p. 144 circulare, circumdare, gyrare, lustrare, orbiculare, ambire, **circinare.** Huc refero VI. p. 515. circulator, qui famam adportat periculi, unde emenda A. p. 287. 112. circulator, qui fama adportat periculum et I. p. 672. n. 35; ubi lego circulator, qui famam portat ex P. circulator qui famam portat et qui circuit. Oehler. emendatio circulator, qui infamat quamvis per litterarum ductum bona sit, per sententiam non probatur. Circulator enim a glossis nunquam explicatur is, qui omnibus hominibus maledicit, ut infra docebo. Circulare et circulari dixisse veteres probant loci Apul. Apol. c. 89. T. II. p. 614. posses videri computationis gestu errasse, quos **circulare** debueris digitos aperuisse et Florid. n. 9. p. 36. orbiculum **circulaverat.** L. p. 30. circulo κυκλόω. Tum circulare et circulator, ut circumvenire, in malam partem dicitur, qui decipit vulgus artibus ac praestigiis, cf. p. 30. circulator, ὀχλαγωγός, ἀγύρτης Circulator, praestigiator, mendicus ἀγύρτης; circulatorium, ἀγυρτία — circulatrix, φιλοκέρδης — circulo μαγεύω, ut ibid. circuitores, ἀγύρται. L. p. 118. circulo, as. i. circumdare, quod et pro **decipere** ponitur, et inde circulator, deceptor et circulatrix et circulatus. VIII. 144. circulator, deceptor, versipellis. A. p. 292. n. 104. circulator, plebis collector. Erant igitur, qui praestigiis circulum plebis colligebant et magicis quibusdam artibus, ut hodieque fit, oculos imperitorum hominum, quaestus comparandi caussa, in se convertere studebant. Ita omnes, quas glossaria habent, huius verbi significationes optime explicantur.

92. L. cisium. L. p. 30. cisium δίτροχον cf. Serv. ad Aen. VIII. 666. Non. p. 86. cissium, vehiculi biroti genus; cf. Intt. ad Cic. Phill. II. 31. Item P. peccat, habens cirsum, genus vehiculi et G. cirsum, genus vehiculi, carpentum. et A. p. 282. n. 156. cirsum carpentium VI. p. 515. cirsum carpentem, quae repetit VII. p. 555.

93. cf. infra lautumiae. Ego lego catenae.

94. Ego malim citimum; citerrimum. VIII. p. 116. Invenimus et citimus, a, um pro citerrimus, teste Prisciano, qui hoc affirmat; p. 144. citimus, intimus, penitissimus. Citerrimum comprobare ex antiquo scriptore non possum. Locus Prisciani est III. 1. §. 4. T. I. p. 104. Krehl.

95. **Civicat, civem facit.**
**Civita, frequentia.**
**Clammum, clarissimum.**
**Clandire, claudicare.**
**Clangit, clingit, cludit.**
100. **Clangor, irrationabilium rerum.**
**Classiga, qui sonat in tubis vel in navibus provocationem cantantes.**
**Clausicus, sonus tubae.**
**Claudicat, clandit.**
**Claudit, observat.**
105. **Cletellae, cretellae.**

95. cf. I. p. 673. n. 37. civicat, civem facit et 48. civitare, civitatem colere vel civem facere. Gloss. Arab. Lat. p. 703. civico, civem facio. VI. p. 516. civicat, civem facit, civitat, populum alloquitur, ubi tamen malim legere ciritat i. quiritat ex VIII. 115. ciritare, ad populum loqui cf. infra ad h. v. VIII. p. 112. Item ab hoc nomine, quod est civis, civico, as, i. civitatem colere, verbum neutrum et p. 143. civicare, civitatem colere et p. 155. civitare, civem facere vel civitatem colere. G. et A. p. 287. n. 123. habent civicare. Apparet formationem in ito perversam esse, quod non est frequentativa. Civico formatum est, ut villico a villa, claudico a claudus. Id unum me suspectum habet, quod civico etiam activam habeat significationem. cum villico s. villicor neutrum sit et civico ita dici, gloss. Mai. probatur.

96. L. civitas, frequentia, ut item male VIII. p. 516. civita, frequentia, ubi Maius adnotat: Sic civita etiam alius cod. Sic Itali dicimus Civita vecchia, Civita lavinia. Ita formam civita equidem non defenderim. Nec minus corrupte G., ex quo error emanasse videatur et A. p. 287. n. 121. civita ut frequentia. Optime glossam explicat Pap. civitas est hominum multitudo. id est frequentia.

97. L. clarimum, clarissimum. Ita etiam in I. p. 673. n. 38. corrupte legitur et A. p. 288. n. 145. clamum carissimum. Emendari ita iubent VIII. p. 144. G. et P. VIII. p. 144. cradiamen illustramen in claramen illustramen emenda.

98. L. claudire, claudicare. I. p. 673. n. 40. claudire, claudicare. et Vulc. p. 703, ubi lego pro clanidio claudico: claudio, claudico. L. p. 31. claudio, χωλεύω claudico, χωλεύω. VIII. p. 107. (a claudus) claudico as verb. neut. Ceterum etiam claudeo in usu fuit; cf. Gloss. Vulc. p. 703. claudeo, claudico. L. p. 31. claudeo, es χωλεύω Gloss. Mai. l. d. Dicimus quoque claudeo, es pro claudicare, verbum neutr., unde Caecilius: an ut sciatis ubi consilium claudeat. Gell. saepius hoc voc. usus est; cf. Att. Noct. I. 7. §. 20. sonus clauderet. et IV. 7. §. 4. et XIII. 20. §. 7. P. Claudo vel cludo, clausi vel clusi invenitur etiam claudeo sed et claudo (l. claudio) pro claudico, ubi inter claudo et claudeo Pap. non distinxit. Ac postea: claudire, clandicare et claudicat, claudus incedit vel sonat. cf. Prisc. X. 4. T. II. p. 489 Krehl. Dr. ad Liv. XXII. 39. §. 3. dict. mea ad Apul. Florid. T. II. p. 84. Claudire formationem satis idoneo exemplo probare non queo. Ita l. in VIII. p. 148. pro cladicariae naves honorariae: claudicariae naves, onerariae, ut P. male habet claudicaria navis, sonora pro navis onerata aut oneraria.

99. 100. cf. infra n. 109.

101. 102. cf. G.: Classica, sonus tubae, tuba. Lucan. Succendunt classica tantum. i. bellum movent. Classica cornua sunt, quae convocandi causa erant facta et a calando classica dicebantur, de quibus Virgilius: classica iamque sonant. . . . . Classicus, sonus in navibus aut in tubis. P. Classica, sonus tubae. Classica, cornua quae vocandi causa facta erant, a clamando dicta. Pl. p. 444. classicum canit celeuma navis dicit (quae repetit G.) L. p. 31. classica περιφερὴς σάλπιγξ. Classicarii σαλπιγκταί. classicus ναυτικός. Ita emenda in Glossar. nostro: Classicarii qui sonant in tubis aut in navibus provocationem cantantes et classicus sonus tubae, ut VI. p. 516. classicus sonus in navibus aut in tubis. Ceterum equidem haereo in glossa, quae saepius repetitur, classicus sonus in navibus, cum, quantum scio, classici tantum ii dicantur, qui tubis canunt; cf. Varr. de L. L. V. §. 91. classicos a classe, qui lituo cornuve canunt; tum cum classes comitiis ad comitiatum vocant. Ita rectius emendaveris classicus, sonans in navibus aut pro classicus legas classicum; cf. Serv. ad Aen. VII. 637. Nam **classicum** dicimus et tubam ipsam et sonum. Classicum autem est flexilis tuba et ad 716. equites, qui **classes** dicuntur. Unde et eorum tubas **classica** dicimus. cf. Is. Or. XVIII. 4. §. 5.

104 Lege claudit obserat.

105. Haec glossa magnam mihi movet suspicionem. Primum enim in nullo alio legitur glossemate, nisi in I. 673. n. 41. unde deprompta est: cletellae cretellae; et repetit nostr. Gloss. infra n. 491, ubi per-

verse legitur cretellae, cretellae. P. habet clitellae, sarcinae, sellae somae, ubi l. sellae sagmae vel salmae, ut infra docebo. L. p. 31. habet: clitelia (l. clitella) κανθήλιον. Clitella, κανθήλιον ξυλοκανθήλιον. Clitellae ἄντυγες ἀναφορά. Hae clitellae singulare non habet ξυλοκανθήλια. VIII. p. 148. clitellae, honus equorum. Horatius: quam quo perferre iuberis clitellas, ferus impingas. Fest. p. 45. Clitellae dicuntur non tantum eae, quibus sarcinae colligatae mulis portantur sed etiam locus Romae propter similitudinem et in via Flaminia loca quaedam devexa subinde et accliva. Est etiam tormenti genus eodem nomine appellatum. Ex his cretellae, quid sit intelligi nequit. Ego igitur, si clitellae retinetur, emendaverim sellulae, quod pro ephippiis, ut sella dicitur, de qua vocis significatione cf. Intt. ad Veget. Vet. IV. 6.; ac saepius ita in Digestis legitur. Hinc videbis, recte a me in P. emendatum esse sagmae; cf. Gloss. Isid. XX. 6. §. 5. Sagma quae corrupte vulgo salma dicitur, ab stratu sagorum vocatur. Hinc iam efficitur, non solum sagma, atis sed etiam sagma, ae veteres dixisse; quod Vegetius comprobare videtur dicens Vet. II. 59. asinorum genus sub sellis aut sagmis solo tergo praestat officium. Ita perverse habet L. p. 166. σάγμα sagina. et σαγματοποιός saginarius pro σάγμα sagma et σαγματοποιός sagmarius. Nec tamen persuadere mihi possum, sellulae veram esse emendationem. Itaque corrigo sitellae, creterrae, quod male tum in citellae et clitellae abiit. Sitellae vero, situlae deminutivum, vas significat aquaticum et vinarium, de quo voc. ad voc. situla agam. Ita etiam in sequentibus pro cretellae, cretellae legendum censeo creterrae, sitellae. L. p. 45. creterra ὑδρία. A. p. 290. n. 281. cratera vas vinarium vel fiola contaras, ubi l.: craterra s. creterra . . . cantharus. De forma craterra, quam in optimis codd. extare constat, et creterra cf. quae dixi ad Apul. Florid. IV. 20. p. 94; Prima, inquit, craterra et Apol. p. 515. nec Helena creterram, ut optimi Mss. habent. Agunt de his formis etiam Creuz. ad Cic. de Nat. Deor. II. 45. p. 395. Osann. Anal. crit. p. 5. Intt. ad Pers. V. 52. et ad Fest. p. 41. creterrae vocabulum trahitur a cratere, quod est vas vini. Meam emendationem apertissime probat Non. p. 547. creterra est quam nunc situlam vocant. Naevius Lycurgo: Nam ut ludere laetantis inter se vidimus praeter amnem creterris sumere aquam ex ponte. Ex quo loco apparet, creterram ut situlam s. sitellam etiam de vase aquario dictam esse. Ita omnia bene procedunt.

106. L. clivosa, inclinata, ut emenda infra inclinata divera. Ita corrige apud I. p. 675. n. 13. pro clavosum inaequale: clivosum. Est a clivus i. asper cf. Pl. p. 448. cliva, aspera, difficilia, quod corruptum est in A. p. 282. n. 152., ubi extat clivium, ascensus singularis viae pro clivum, ascensus sinuatus viae ut P. clivus, monticulus sive ascensus flexuosus et G. clivum enim ascensum dicimus. Sive flexuosum, ubi pro sive legerim viae fl. S e priore vocabulo adhaesit. Clivus et clivum veteres dixisse testatur Non. p. 194. Clivus generis masculini, ut plerumque; neutri apud Memmium invenimus. Clivosus habet VIII. p. 104. (a clivus) clivosus, a, um; L. p. 31. clivosus κατωφερής τόπος. κατακλινής. A. p. 288. n. 140. clivosa, inclinata et p. 280. n. 8. cliborum clibectis [l. clivosum clivulus.] Pap. habet clivola inclinata.

107. L. amicus, subjectus. G. cliens, amicus vel susceptus (eodem errore) amicus, minor domesticus, tenerator (emenda venerator cf. Horat. Epist. II. 2. 78.) Clientes, amici vel servi, famulae humiles; prius colentes dicebantur a colendis patronis. Clientela, observatio domestica, officium domestici i. clientis, familiaritas P. cliens a colendo patronum i. amicus domesticus; VIII. p. 95. (a colo) secundum Isidorum hic et haec cliens . . . et haec clientela, ae. i. servitium unde Terentius: Thais commendavit se patri in clientelam et dicitur cliens, quasi coliens a pluribus (adde patribus?) colendis. et p. 140. cliens, servus; clientela servitium. VII. p. 516. cliens, amicus minor, clientela, officium domestici i. clientis. Clientes, amici vel servi. A. p. 288. n. 236. clientius, subnixus ubi lege clientulus, nexus et clyentes, suscepti [l. subiecti] et p. 292. n. 120. cliens, servus, profrugus. (?)

109. I. p. 673. n. 42. clingit, eludit ubi lege: cludit. P. clingo, excludo; clinxit decurtavit. et G. clinsit, decurtavit. Fest. p. 43. clingere cingere a graeco κυκλοῦν dici manifeste est, ubi vulgata habet κλείειν Voss. in Etymol. placet esse clingere corporis motibus motacillam imitari, quod neutiquam probatur. Clingere videtur esse

**110. Clivanarii, quasi tunicae ferri.**
**Clypeum, ubi imagines proponuntur.**
**Clypeum, scutum.**
**Coacervat, colligit, congregat.**
**Coaculum, a coagendo et colligendo.**

**115. Coacti, provocati, irritati.**

**Coaevum, coaetaneum, eiusdem aetatis.**

**Coalescit, concrescit vel conglutinat.**

claudere, circumcludere. Clinxit vero et clinsit, quod Pap. et Germ. habent, depravatum puto, quamquam medicinam afferre nequeo. Cludere pro claudere veteres dixisse multi loci probant.

110. L. Clibanarii. quasi tunica ferri. Clibanarii enim erant cataphracti equites clibano s. thorace tecti, ita ut post ferri omissum esse tecti putem, quod propter litterarum similitudinem excidere potuit. Gloss. Basil. explicant: κλιβανάριοι ὁλοσίδηροι. κλίβανα γὰρ οἱ Ῥωμαῖοι τὰ σιδηρᾶ καλύμματα καλοῦσιν ἀντὶ τοῦ καλαμῖνα. (lege κηλάμινα) cf. Lyd. de Magist. I. 46. Ammian. XVI. 10. §. 8. Et incedebat hinc inde ordo geminus armatorum clypeatus atque cristatus, corusco lumine radians, nitidis loricis indutus; sparsique cataphracti equites, quos clibanarios dictitant Persae, thoracum muniti tegminibus et limbis ferreis cincti, ut Praxitelis manu polita crederes simulacra, non viros: quos laminarum circuli tenues apti corporis flexibus ambiebant, per omnia membra deducti, ut quocunque artus necessitas commovisset, vestitus congrueret iunctura cohaerenter aptata, quae verba optime explicent, qui tunicae ferreae clibani appellari potuerint; ad hunc locum vide Gronov. et Wagner. et Livin. ad Panegyr. Const. Aug. 22. §. 4. T. II. p. 61. ed. Iaeger. I. habet p. 672. n. 37. clibanarii quasi tunici ferrei, quam glossam e menda, ut supra monui. Cod. Voss. habet tunici furci. VI. p. 516. Clybanar, quasi tunica ferrea, ad q. l. Mai. Fragm. antiquorum Sermon. a se edita Collect. Vat. T. III. p. 245. conferri iubet. et A. p. 289. n. 148. corrupte habet: Clibanum quasi tonica ferreum. G. Clibanari, quasi tonica ferrea, quae repetit etiam Pap.

111. et 112. cf. I. p. 673. n. 43. clypei, ubi imagines proponuntur VII. p. 555. clypeum, imago rotunda, in qua solum caput pingitur. G. Clypei, rotundo orbe Clipeola, anulus. Clypeum imago rot.... pingitur. Clypeos, scuta. Clypeum, scutum. Clypeus et clypeum hoc inter se differunt. Clypeus masculino genere ad scutum referimus, clypeum ad imaginem pertinet. Clypeus et clypeum hoc inter se differunt, Clypeus ad scutum, clypeum ornamentum dicimus. P. clypeus peditum, scutum equitum est; clypeum vero neutro genere ornamentum vel pictura dicitur. Ex constanti igitur glossarum lectione etiam apud Isidor. emendo clypeum, ubi cett. Ita etiam Charis. Inst. Grammat. I. 46. p. 43. ed. Lindem. praescribit: Clipeus masculino genere in significatione scuti ponitur, ut Labienus ait; neutro autem genere imaginem significat. Sed Asinius pro Vineae heredibus magni clipeum masculine dixit: Clipeus praetextae imaginis positus cett. Ceterum clypeum neutro genere de scuto dici probant praeter hanc glossam aliae. L. p. 31. clipeum ἀσπίς τὸ ὅπλον Clipeus ἀσπίς τὸ ὅπλον. Non. p. 196. Ad nostram glossam explicandam facit locus Plin. N. H. XXXV. 4. Scutis, qualibus apud Troiam pugnatum, continebantur imagines, unde et nomen habuere clypeorum; non ut perversa grammaticorum sublimitas voluit a cluendo. Origo plena virtutis faciem reddi in scuto cuiusque, qui fuerit usus illo. Poeni ex auro factitavere et clypeos et imagines secumque in castris tulere; cf. Intt. ad Horat. Carm. I. 28. 11.

113. G. Coacervantes, congregantes. Coacervat, congregat, admontat, accumulat, coagmentat constringit, devincit, construit, compaginavit, contexit, quae glossa corrupta est. Pro coagmentat enim legendum est coagulat et ante compaginat adde coagmentat i. coaugmentat. Eo enim ordine P. habet: coacervare, congregare; coaugmentare, compaginare et coagulatus, constrictus.

114. L. coagulum. P. coagulum a colligendo et colando dictum. Coagulatus, constrictus, ubi pro colando cogendo, ut in hoc gloss. aut legerim ut Non. p. 28. coagulum a coagendo quod est colligendo L. p. 31. coagulum, πυτία, coagulo, συμπήσσω, πυτίαν πυτιόω.

115. G. Coacti, vi expressi, provocati, compulsi, irati (ubi malim irritati), quas significationes lexica probant.

117. G. coalescere, crescere. Coalescit, crescit, simul nutritur, concrescit, conglutinat. Coalevit,

Coalitus, simul nutritus.
Coarguere, compescere.
120. Coactor, constringor, coniungor.
Coat, inclinat seu insidiat.
Coccineum, sanguineum.
Cocio, arillator.
Coemptio, commercium.
125. Coeant, conveniant.
Coenodoxus qui famam captatura vana gloriae cupidus est.
Coepit, emitavit, initiavit.
Coepit, inchoavit, incepit vel cohorta est.
Cohercendus, refrenandus.
130. Cohercet, retinet vel punit.
Cohetus, congregatio hominum vel belua marina est.
Cofinus, squalum.

concrevit. P. coalescere, simul crescere. A. p. 281. n. 88. coaluissent, suarnadun (saxon. est.) p. 284. n. 295. coalescunt, pascunt, ubi l. pangunt. p. 288. n. 171. coalescit, conglutinat, vel connutrit. Primum nota perfecti formam coalevi, nisi praefers coalui, quod tamen mihi displicet; dein quod coalescere hic activa significatione dici affertur, sine auctoritate est. Nam ex participio coalitus, quod concretus, compactus significat, infinitivum et alias formas activa notione usurpari, false mihi glossographi effecisse videntur. Ita enim ab adolesco, quod neutra tantum significatione in usu est, adultus dicitur

118. cf. G. coalitus, enutricius. VI. p. 516. coalitus, enutritus. et p. 288. n. 88. coaltus, enutritus. Hieronym. in Iovian. I. 36. Receptacula vulvae ad suscipiendos et coalendos fetus condita.

119. Eandem glossam repetit G coarguere, cohercere et compescere et P. coargnere, cohercere. Mea quidem sententia falsa est glossographi explicatio, ut infra in G. v. coercet. Coërcet, arguit, increpat, castigat. Qui enim arguit aliquem criminis, coercet hominis effrenatam licentiam. Ea vero de causa dicere, coarguere idem esse, quod coercere, inepti est.

120. Lege coartor.

121. Nota hanc glossam, quae etiam a P. repetitur, coare, inclinare se vel insidiari ac postea in Gloss. nostro insidiat, coat. Quod alii legere volunt, curvare minus probatur. Si quid emendare vis, legas forsitan uncare. Nam in nostro gloss. uncat, curvat. Sed ingenue fateor, me mihi non satisfacere.

122. P. coccineum, sanguineum a cocco derivatur.

123. cf. supra ad v. arillator n. 136. I. p. 673. n. cocio, arilator. L. p. 31. cocio, μετάβολος, μεταπράτης cocionatura, μετάπρασις.

126. L. cenodoxus q. f. captat vel vanae gloriae cupidus. P.: coenodoxus, vanae gloriae cupidus, qui famam captat. A. p. 280. n. 28. coenodoxia, vana gloria.

127. L. encaeniavit cf. infra inchoavit.

129. 130. G. Coërcere, constringere vel operire emendare. Coërcet, claudit, corrigit, prohibet, cohibet, compescit, abstinet, refrenat, cohibet, arguit, increpat, castigat. Coërciti, prohibiti, constricti, vindicati in quibus crimen punitur Coërcere est enim vindicare. Item coërcere dicimus circumvenire, ut civitatem fossa vel campum fluvius (l. fluvio) Coërcuit, compescuit, contudit, collisit, comminuit, verberavit, domuit, compressit, prohibuit. Itaque A. p. 293. n. 140. recte habet: coërcitio, carcer, custodia.

131. L. coetus congr. G. coetus, comitatus, conventus. Coetum, multitudinem hominum. P. coetus, conventus, multitudo hominum, circulus. Duo vero verba glossographus inter se commiscuit, coetus et cetus s. κῆτος; ea enim est belua marina. Ita cetus, i. dicit Plaut. Aul. II. 8. 3. Rogito pisces: indicant caros, caram vitulinam, cetum; ut P.: cetus, genus belluae marinae. gr. cete. Caetus vero i. multitudo per ae scribitur (ubi lego coetus . . . per oe . . .) et apertius G. cetus, multitudo per oe diphthongum scribendum. Cetum, convivium, conventum, congregationem, concilium, beluam. Cetus conventus est vel congregatio a coëundo in unum; conventus, circulus, corona vel gruum congregatio.

132. L. cophinus, qualus. Is. Or. XX. 3. 3. cophinus est vas ex virgultis, aptum mundare stercora et terram portare. . . . . . Dictus autem cophinus, quasi covus, quasi cavus et ibid. 14. §. 14. qualus, corbes colaque prelorum, per quem mustum fluit a colando dictus; cf. Serv. ad Virg. Georg. II. 241. Fest. p. 49. canifera mulier appellatur, quae fert canuam id est qualum, quod est cistae genus. P. cophinus, corbis; vas ex virgultis aptum aliquod mundare, quasi cavus.

Cogit, adigit.
Cognitus quod posterior notus est.
135. Cogitat, molitur vel parat.
Cogitatio, commentium.
Cogitationes repetit, volutat.
Cognatus, affinis, proximus, conjunctus.
Cognitio, diversatio vel quod in aptalā est.
140. Cognitiuncula, brevis cognitio.
Cognitum, allatum, compertum vel coniunctum.
Cognoscitur, dinoscitur.
Cognovi, comperi, conferui, rescivi.
Cohercit, corrigit, castigat.
145. Cohereus, coniunctus.
Coheret, coniungitur.
Cohibilis, conducibilis.

133. G. cogant, compellant. P. cogere, compellere.

134. Hanc glossam expedire non queo. In G. et P. cognitus explicatur notus. Forsitan legendum sit cognitus qui posterius notus est.

135 et 136. G. Cogitabit, deliberabit, investigabit, perscrutabitur. Cogitans, facetus, venustus, urbanus, dicax, festinus, salvus, curiosus. Cogitatio, communicatio, exercitatio a cogendo animum, reminisci, quod memoriae commendatum est. Cogitatio, meditatio, deliberatio. Cogitatus, industrius, laboriosus, agilis, vegetus, vigilans, efficax, studiosus, assiduus, destinatus, perseverans, gnarus, indeclinatus, impiger, strenuus, audiens, experiens, ardens. Pap. cogitare a cogo, unde cogitatio dicta quod frequenter cogat animum reminisci. G. totam descripsi, quia cogitans et cogitatus hic significatione usurpari dicuntur, quam frustra in lexicis quaesiveris. Cogitare vero propria notione eos dictos fuisse, qui ad rem incitant ac saepius cogunt et cogitatos, eos, qui excitati ardent et multum operae in re quapiam ponunt, mihi quidem non improbabile est, etiamsi veterum loco comprobare non queo. Cogitatio esse commentum probat L. p. 67. ἐνθύμημα recordatio, commentum, cogitamentum, ἐνθυμοῦμαι cogito, excogito, animadverto, voluto, recordor. A. p. 193. p. 155. commentum, cogitatio, versutia, commenticium, rememoratio. Cogitare cum infinitivo constructum parare, moliri esse, quis est qui nesciat.

139. L. notificatio vel quod iam palam est. G. Cognitio, cognoscens iudicium dicitur, quod iam palam est, actio, observatio. Cognitio eorum est, quae antea non scivimus et postea scivimus. P. cognitio, incognitorum prius notificatio. No in nostro glossario enim facile ob praecedentes similes i o litteras absorberi potuit, quibus sublatis, tificatio, quod restabat, corruptum est in diversatio. Observatio, quod ex glossis legi possit, usitatius est vocabulum, quam quod a librariis corruptum sit.

140. Hoc vocabulum frustra in ullo Gloss. quaesivi. Nota diminutivum.

142. Cognoscere, discere, inquirere, perspicere, praevidere, explorare, praemeditari, praecipere, praesumere, speculari, rimari, scrutari, indagare, investigare, eruere, invenire. Cognoscite, animadvertite, attendite, respicite, audite, intelligite, sentite, perpendite, iudicium in vobis est, in vestra manu est, in vestra potestate, in vestra ditione, in vestro arbitrio, in vestro nutu, in vestra voluntate. . . . Cognovi, scio, teneo, calleo, gnarus sum, didici, comperi, accepi, novi, nunciatum est mihi, perlatum est ad me; perspexi, expertus sum, exquisivi. De conferui cf. infra n. 249.

144. L. coërcet et cf. supra n. 130.

147. P. cohibilis, conducibilis [a Pap. explicatur conducibilis; utilis, in foro conveniens, conventus (l. conveniens) habilis ad ducendum] et cohibilius, constabilius, ut etiam habet G. in quo prior glossa non extat. VII. p. 556. coibilius, constabilius A. p. 293. cohibilis, bonus, cohibitator. (?) L. 32. cohibilis, facilis εὐχερής· cf. Intt. ad Gell. XVI. 19. 1 celeri admodum et cohibili oratione, quam nonnulli explicant brevem et cohaerentem orationem, quum alii coibili i. volubili praeferant. Praeterea afferunt locos Apul. de Deo Socr. Prol. Eandem istam fabulam in pauca cogamus, quantum fieri potest cohibiliter, quod Oud. de oratione habili et suas proportiones decenter habente intelligit; ego tamen ibi cohibentes ex consensu optimorum codicum praetuli. Ita etiam apud eundem Apol. c. 36. extat: praesertim quum ordinatius et cohibilius eadem graece et latino adnitar conscribere et in omnibus aut omissa anquirere aut defecta supplere. Cohibilis puto de eo dici qui modum continet, nec plus nec minus iusto dicit. Itaque constabilis magis placet, quam conducibilis, quod mea quidem sen-

**Cohibet, compescit, continet.**
**Coiciunt, iactant, citant.**
150. **Coinquinatio, contagium.**
**Coit, miscitur, congelascit.**
**Coit, convenit vel ambulat.**
**Coitio, genitura.**
**Coitus, maris et feminae.**
155. **Colax, parasitus, adulator.**
**Colitur, dominus fundi.**
**Colina, quoquina.**
**Collega, socius.**
**Collegium, societas collegarum vel collatio, coniunctio.**
160. **Colligare, obnectere.**
**Collis, via in silvis vel semita trita.**
**Colligere, congregare.**
**Colomes, salvos.**

tentia defendi nequit. Malim vero equidem conclusibilis emendare, quod in not. Tironianis est ex I. p. 672. n. 44. cohibentia, conclusio. Ita fieri potuit, ut cohibilis sit numerosus, ut concludere verba, sententias dicitur, etsi pro vero id non affirmaverim. Qui enim non patitur verba vagari et modum excedere, is ea concludit et cohibet. Conclusibilis et conducibilis, quod voc. usitatius fuit, facile corrumpi potuisse, nemo negabit. Ita igitur apud Gell. et Apul. d. l. orationem cohibilem explicarim numerosam, modum non excedentem nec exuberantem. L. legendum esse convulus εὐχερής, infra ad h. v. demonstrabo.

148. Cohibere explicat P. retinere, refrenare, vetare. In A. p. 288. n. 166. pro cohibetur, cohortatur emenda cohibetur, coartatur. G.: cohibet, continet, retinet, retardat, remoratur, refrenat, reluctatur, observat, coërcet, compescit, abstinet, restringit, supprimit, inhibet, reprimit, moderatur, vetat, interdicit, arcet, summovet, absterret, propulsat, avertit, propellit.

149. L. coniiciunt ..... certant. Iactant explicari potest ex dictione tela coniicere, quod de repetito ac crebro telorum iactu dici notum est. Qui citant defendam, non habeo. Ego emendo certant. Auctor huius glossae mihi videtur esse Non. p. 267. coniicere est **iacere** ... Coniicere, colligere, **certare**. Afranius Simulante: Nolim mater, me praesente, cum patre coniicere, non sine, non vis, mel meum. Nostram gloss. repetit G. coiciunt, iactant omisso voc. citant.

151. 152. 153. G. Coit, concumbit. Coit, ambit aut convenit, colligit, ambulat, in unum colligit. Coitio, genitura. Coitus, concubitus. Coitu, commixtione masculi et feminae. P. coire, concumbere vel in unum colligere. Coitus, concubitus, coitio, natura, genitura. L. p. 32. coitio μίξις ἀνδρὸς καὶ γυναικός. Apud P. legerim pro coitio natura: coitio insitura; de insitione enim dici voc. coitio, probant lexica. VI. p. 516 Coiit, ambulavit. Coit, ambulat vel convenit. Coitio, genitura, coitus, congregatio, quas glossas habet etiam A. p. 288. n. 168 — 170. Coire activa notione dictum esse, dicit Priscian. VIII. 5. T. I. p. 379. Coeo quamvis magis neutrum esse videatur quam activum..... Cicero tamen activo est usus in II. Philippicarum ... Passivo eius usus est Lucanus in II. .... Sed sciendum, quod et coitur pro colligitur et convenitur pro exigitur passivam vocem assumentia accipiuntur.

155. P. colax quidam parasitus adulator, a quo fabula dicta est. VI. p. 516. colacem, fallacem vel furacem aut circumventorem; cf. supra calax, voc.

156. L. colitor; cf. Inscript. apud Murat. 126. I.: pro salute sacerdotum et kandidatorum et colitorum huius loci. Hanc glossam habet I. p. 673. n. 45.

157. L. colina, coquina, ut G. colina, coquina et P. colina i. coquina a colendo dicta. VIII. p. 149.: Culina, coquina. Iuvenalis: magna non degenerare culina. A. p. 282. n. 135. culina quoquina. Non. p. 55. colina veteres coquinam dixerunt, non ut nunc vulgus putat cett. ... Varro de vita Pop. Rom. lib. I. qua fine sit antica et postica. In postica parte erant colina, dicta ab eo, quod ibi colebant ignem.

158. et 159. VIII. p. 154. collega, socius, consolatium commanipula, ubi lege consociatus vel consodalis, communipularis et collegium, societas, contubernium, consortium et p. 151. collegium, societas, consortium, contubernium, sodalicium, comitatus. P collega a colligatione societatis; cf. Is. Or. X. 49.

161. L. callis; cf. VI. p. 147. callis, semita, limes. Ita emendo A. p. 283. n. 221. pro calla, semita, strata pecorum: callis, semita trita pecorum.

163. I. 672. n. 57. colume, sanum et p. 673. n. 46. columes, salvos. P. columis a columpna dicitur, quod firmus sit et rectus et salvus. Columis corpore, incolumis animo dicitur. cf. Is. Or. X. 55. Non facio igitur cum iis, qui columis non extitisse putant. Ut P., habet etiam G., unde apparet, columis et inco-

Colonus, agricola.
165. Coloratum, tinctum, focatum.
Collum, liquatorium.
Colos, color.
Comanipularius, conscius collegae.

Comat, frondet.
170. Coma, capilla.
Comersatio, luxuria vel convivia meretricorum est.
Comaetiae dicuntur tempora bo-

lumis una extitisse, quod ni esset, discrimen quod inter utrumque intercedat, a glossatore non additum esset.

164. G. coloni, incolae aut agricolae a colendo dicti peregrini vel inhabitantes. Coloni sunt cultores, advenae dicti a cultura agri. Sunt enim aliunde venientes atque alienum agrum locatum colentes ac debentes conditionem genitali solo propter agri culturam sub dominio possessoris, pro eo quod his locatus est fundus. Coloni autem quatuor modis dicuntur. Nam coloni aut Romani suntautcoloni latini aut auxiliatores aut coloni ruris privati, ex q. l. emenda Is. Or. IX. 4. §. 36. Fere idem habet P. VI. p. 516. coloni, incolae aut peregrini. A. p. 280. n. 2. colonus, vicinus.

165. L. fucatum. In P. extat colorate, servientissime ubi l. calorate, ferventissime. Extat hoc voc. apud Apul. Met. VI. 23. p. 477. ed. m. cuius primae iuventutis caloratos impetus freno quodam coërcendos existimavi.

166. L. colum liquatorum. G. colum colatorium P. colum, colatorium a colando mustum. VIII. p. 143. colare purgare vel liquefacere. VI. p. 515. colatoria, liquatoria.

167. L. colos, color. G. color (lege colos) color conciliatus. Colos, color non verus sed fictus, quae repetit etiam P. VI. p. 516. colos, color conciliatus. L. p. 33. Color et colos χρῶμα χρόα κόλος. κόλος etiam alio loco color explicatur, unde puto glossam Pap. exortam esse dicentis color, gr. calar, quod corruptum est et infra in Pap. legendum est pro colus color: colos; cf. Serv. ad Georg. II. 256.

168. L. commanipularius, conscius, collega. G. commanipularius, socius, collega, consors, comes, condiscipulus; coapostolus. A. p. 288. n. 193. Conmanipularius, conscius, conlega.

169. I. p. 673. n. 52. et G. eadem habent. P. comare, frondere crescere et coma pro ramis etiam arborum dicitur et G. comam modo pro ramis posuit. cf. Serv. ad Aen. II. 629. comam autem pro ramis per illam metaphoram [Georg. II. 431]. Plura dabit Heins. Advers. XII. 2. p. 211. Cort. ad Lucan. III. 443. cf. dict. mea ad Apul. Met. V. 25. T. I. p. 369.

170. Ego capilla non emendaverim in capilli, ac pro coma tantum comae lego. Primum enim Non. p. 198. capillum dici ex Plaut. Mostell. [I. 3. 97.] probare voluit: vide capillum satin compositum sit commode, ubi tamen aliter hodie legunt. Tum Is. Or. XVII. 9. 67. habet Capillum Veneris vocatum, ut optimi Isidori codd. et G. habent, Pap. vero capillus. Errat tamen Otto dicens apud Isid. capillum pro accusativo habendum esse, quod qui Isidor. scribere rationem usu cognovit, proferre hoc non debuit. Si Non. erravit, ceteri cum eo decepti sunt glossographi. Ut capilli, ita etiam capilla pluraliter dictum est, repugnante Varrone apud Charis. I. p. 80.

171. Lege comesatio, luxuria vel convivium meretricum est. Pl. p. 445. comesationes, convivia et scribimus uno m et uno s. VI. p. 516. comisationes a comedendo satis. Comisationes, luxuriosa convivia, cum meretricibus mixta. Comisatur, turpiter convivatur. VIII. p. 155. commessor, conviva, qui cum alio comedit, qui et convictor et coepulo dicitur. G. comesatio, convivia meretricum a satis comedendo dicta; ebrietas, luxuria, per e scribendum. Comisationes, luxuriosa convivia cum meretricibus mixta a comedendo superflue appellantur. Comesator, gulae et ventri immoderate deditus. Comesatum convivia sunt, quibus mulieres intersunt. Comesatur, turpiter convivatur, pariter comedit. P. comessatio, luxuriosa convivia a comedendo dicta. Comissatio, quasi mensae collatio superflua, convivatio. A. p. 289. n. 238. comissatur, turpiter convivatur et n. 244. commesatio, convivia cum meretricibus p. 293. n. 162. comessor, glatio ubi l. glutto. Is. Or. X. 58. Fest. p. 32. commissatio a vicis, quos Graeci κώμας dicunt, appellatur. In his enim habitabant, priusquam oppida conderentur, quibus in locis alii alios convictus causa invitabant et ad h. l. vid. Intt. p. 357. L. p. 33. comesor καταφαγάς· comesationes κῶμαι, comisatio κῶμος ἐπικωμασία comisationes κώμοις [lege κῶμοι] comissatum συμπόσιον, ex quo l. apertissime intelligi potest, quo diverso modo idem vocabulum scribatur. Ego malim comesator scribi, quasi frequentative a comedo.

172. Ego emendo comitiae dicuntur tempora honorum, quando dantur ho-

norum, quando dant honores sicubi milites sunt.
Comicum, subtilem, compositum.
Comicus, qui comoedíam scripsit,
175. Comis, hilarus, bonus, compositus, subtilis.
Comis, particeps vel conveniens.
Comissatio, bonitas, innocentia.
Comites, socii.
Comitium, locus, ubi dantur honores.
180. Commeat, simul se pergit.
Commeatus, conventus navium.

nores, vel ubi lites sunt, atque ita etiam in I. p. 673. n. 53. emendandum est, ubi eadem extant, nisi quod pro sic legitur. i. Oehl. l. d. p 253. vult comitia .... Romanorum ... ubi milites fiunt, quod posterius vellem nobis accuratius explicasset. G.: comitia tempora honorum, quando dantur, sed ubi sunt milites. P. Comitium, imperii adeptio vel locus seu tempus, ubi vel quando dantur honores comitii. VIII. p. 143. comitium, placitum, quod multi faciant comites. Meam emendationem firmo ex Varr. V. §. 155. Müller. Comitium ab eo, quod coibant eo comitiis curiatis et litium causa; cf. Fest. p. 79. v. incomitiare. Ceterum qui milites sunt tueri vult, auctorem habere videatur Sergium apud Varr. de L. L. VI. §. 92. Item quod attingat, qui de censoribus ad comitia centuriata redemptum habent, uti curent eo die, quo die comitia erunt; in arce classicus canat, tum circumque muros ... et §. 93. Sed ad comitia tum vocatur populus ideo, quod alia de causa hic magistratus non potest exercitum urbanum convocare. Ceterum comitiae pro comitia dixisse veteres, non solum Isidori et nostr. Gloss. probare mihi quidem videntur, sed etiam extat in Inscript. apud Marin. Fr. Arv. p. 43. et improbae comitiae factae erant in Aventino; et L. p. 33. comitia, ἀρχαιρεσία; comitiae ἀρχαιρεσία.

173. Hanc glossam nusquam alibi repetitam invenio; nisi quod postea extat n. 205. compositum, subtile, comicum, ornatum. Ego legere malim comptum, nam ita etiam comtus explicatur in seqq. comptus, compositus, ornatus. Nec intelligi potest, qui comicus significare possit compositus. Aliter explicat VIII. p. 143. comoedicus, delectabilis; comoedice, delectabiliter Comicus, facetus, urbanus, curialis. Curialis enim est idem, quem nos dicere solemus *Hofmann*. Habere enim curia significationem aulae, et curiales esse ministros principis testantur lexica.

175. Compositus qui explicat de homine elegante, habet, quo firmare se possit; cf. A. p. 293. n. 161. comitas, pulchritudo. G. comiter, benigne, humaniter, decenter, ornate, Plin. N. H. XXV. 10. Tiberius Caesar minime comis imperator Subtilis explicatur VIII. p. 143. comis, facetus, urbanus, lepidus, curialis. Comiter, facete, urbane, lepide; P. comis, hilaris, benignus. G. Comis, hilaris, bonus, compositus, commodus, socius (ex mutatione vocc. comes et comis) facilis, suavis, dulcis, communis, iocundus, tractabilis, remissus, indulgens; benignus, simplex, apertus, dexter. De hilarus forma non est, quod fusius exponam.

177. Eadem glossa repetitur in VI. 516. et G. comesatio, bonitas innocentium et plenius A. p. 288. n. 192. commissatio, bonitas innocentiae vel urbana loquacitas. Quid substituerim, quamquam auguror, tamen pro certo ponere non queo. Pertinet hoc ad comitatem, quae eadem bonitas et simplicitas in praegressis explicabatur. Forsitan lege comissatio, formatum a comissare et a comis, ut ab hilaris fit hilarisso, etsi hoc a graeco ἱλαρίζω esse potest; cf. Is. Or. I. 4. §. 15.

178. I. p. 673. n. 66. idem habet. A. p. 293. n. 164. comis a comitando l. comes.

179. A. p. 283. n. 222. comitia, honores.

180. G. commeare, simul ambulare. P. ut repetit VII. p. 556. Fest. p. 136. remeare, redire, ut commeare ultro citroque ire, unde commeatus dari dicitur id est tempus, quo ire et redire commode quis possit. *Π*. p. 33. συμφοιτῶ φοιτῶ. Se igitur in gloss. nostro delendum est; cf. quae dixi ad Apul. Met. VII. c. 11. T. I. p. 563.

181. G. commeatus, fruges, frumenta, victus, alimenta, res frumentariae, necessaria, anni utilitas. P. commeatus, alimenta, victus, fruges, a commeando anomalo (ubi l. a commeanda annona) derivatur. Commeare enim est simul ire, meare. A. p. 293. n. 158. Comeatum, viaticum. *Π*. p. 33. commeatus, σιτηρέσιον, παράστησις, ἐπισιτισμός. Omnia glossaria, quae mihi in promptu sunt, significationem conventus navium non agnoscunt; tantum infra extat: conventus navium; commeatus. Nec tamen raro apud scriptores argenteae, quae dicitur, latinitatis commeatus pro classe usurpatur; cf. Suet. Ner. c. 20. Captus modulatis Alexandrinorum laudationibus, qui de novo com-

[illegible]

Comminando, intemptando.
190. Comminiscit, simulatum fingit.
Comminuit, confregit.
Committit, confidit.
Commodius, remissius
Commodum, habile, aptum, utile.
195. Commovet, inquietat.

[illegible] [illegible]inxerant; cf. [illegible] Intt. ad Tac. [illegible] [illegible] comprehendere [illegible] fraudes, ingenia, [illegible] signifi- [illegible] commentari, [illegible] Dicimus et com- [illegible]tiones commen- [illegible]ntaria iuris et [illegible] l. commeata [illegible] Commenta- [illegible]bundum. Com- [illegible] mente. Sunt [illegible] et commenta [illegible]angelii. Com- [illegible] adinvenire. [illegible]nuum .i. bre- [illegible] compositum. [illegible] commentum in- [illegible] Commentarium, [illegible] volumen. Com- [illegible]tatio, meditatio. [illegible] mentitus. Commen- [illegible]posuit. Commenticius [illegible] fraudibus. Com- [illegible]gitatio, ingenia, artes. [illegible] mendacium, inventum. [illegible] componere, adinvenire, [illegible] quod idem fit a commi- [illegible] Commento pro commentor [illegible] Commentabundus, cogi- [illegible] Commenta, crimina ficta, [illegible] fraus vel interpretationes, [illegible] Virgilii. Derivatur a [illegible] Commentaria quasi cum [illegible] Sunt enim interpretationes, [illegible] Comentarium concin- [illegible] breviter ordinateque composi- [illegible] Commentum, volumen, li- [illegible] Commentus .i. cogitatio. VIII. p. [illegible] comminiscor, ris, itum, tu, verbum [illegible] adinvenire; inde hoc com- [illegible] et commentor, aris, verbum [illegible] unde hic commentator, ris, [illegible] a, um et hoc commenta- [illegible] unde hoc commentariolum, li [illegible] et p. 143. comminiscor, [illegible] excogitare; commentor, [illegible] et p. 154. commentari, ad- [illegible] Commentum vel commen- [illegible] carminis adinventio. VII. p. [illegible] Commentum molinum, macinatum, ubi lege molitum, machinatum. VI. p. 516. Commentatus, mentitus. Commentum, cogitatum, mendacium. *Π*. p. 33. commentior, καταψεύδομαι. Commentari, διαλαμβάνειν. Commentarii, ἐπιμνημονεύματα. Commentarium, ὑπόμνημα, υπομνηστικόν. Commentarius, ὑπόμνημα, ὑπομνηματιστής. Commentatur, σοφίζεται. Commentitius, πλασματώδης. Commentor, τεχνάζομαι, σοφίζομαι, ὑπομνηματίζω. Commentum, σόφισμα, ἐνθύμημα, ἐπίνοια, ποίημα, ὑπόμνημα, τέχνασμα. A. p. 288. n. 194. commenticius, liber. Haec si accurate perlegeris, invenies in nostro gl. legendum esse: commenticius adinventus; commentarius liber [cf. Gell. XIII. 19. 17.] commentum quod finxit mendacium. Commenticius pro libro dici, quod etiam in G. extat, mihi quidem probari nequit.

189. Haec glossa extat in I. p. 675. n. 58. Intentare vero fere idem est, quod iniicere metum vel minari, ut Virg. Aen. I. 95. Praesentemque viris intentant omnia mortem. Itaque comminator est diabolus, ut A. p. 293. n. 164. Comminator, diabolus adversarius, unde apud P. non emendaverim comminatores, argentarii in commactatores, argentarii. Idem habet cod. Par. 7641. et A. p. 288. n. 200. ubi ego legerim coactores argentarii. Nam ipsi argentarii dicebantur coactores cf. Scaev. Digest. IV. 7. 40. fin. Argentarius, coactor quum paene totam fortunam, in nominibus haberet cett. Forsitan etiam comactores probaveris; nam ita pro coēgit dictum est comegit: cf. G. comegit, coegit quod etiam Pl. p. 448. habet.

190. G. Comminisci, confringere (l. confingere) et mentiri, simulare, dolum adhibere, fraudulenter agere. P. comminisci commentum: commune fuit antiquitus, quasi cum mente aliquid invenire, confingere, mentiri, recordari [cf. Varro de L. L. VII. §. 44.] *Π*. p. 34. comminisco, σοφίζομαι, ὑπομνήσκω; comminiscor ἐννοοῦμαι, συμπλάττω. Quae glossae si mihi ante in promptu fuissent, tam fuse lectionem codd. Apul. IV. 11. p. 240. contra virorum doctorum alucinationes non defendissem. Optimi enim libri ibi legunt: remedium e re nata

**Communicat, participat.**
**Commutescit, reticet, conticiscit.**
**Compertum, inventum.**
**Compercere, coarguere, continere.**
**200. Compiliat, spoliat.**
**Compilavit, furatus est vel subtraxit.**
**Compitum, vicinitas.**
**Complodere, repercutere.**
**Componula, taberna.**

validum eo volente comminiscimus; cf. Eckst. ad Voss. Aristarch. T. II. p. 763. Huc facit G.: comminisci confingi; comminiscitur, confingitur. Comminiscitur, excogitatur.

196. cf. G. Communicantes, in unum participantes, dicti quod communiter, id est pariter conveniant. Communicare, coinquare, quod etiam VII. p. 556. habet. Ego lego contaminare ex gloss. seq. contaminat, profanat, polluit. coinquinat, ut supra coinquinatio, contagium.

197. *Π*. p. 34. commuteo, φιμοῦμαι et commutesco, φιμοῦμαι. In cett. gloss. utrumque vocabulum non inveni. De forma conticiscere [cf. Arnob. V. 2. ubi codex et optimae edd. ita legunt] pro conticescere cf. Drak. ad Liv. IV. 28. §. 1. Beier. ad Cic. orat. pro Tull. §. 33. dict. mea ad Apul. Met. IX. 39. T. I. p. 857. et ad IX. 40. p. 867. Ita scribitur delitiscere, ingemiscere, contremiscere, aduliscere [*Π*. p. 8.] longiscere al..

199. L. compescere. cf. supra ad v. coërcere.

200. L. compilat. G. Compilavit, intervertit, evertit, furatus est, depopulatus est, vastavit, infestavit, debellavit, depeculatus est, praedas egit, exhausit, hostiliter habuit, inciviliter fecit. Compilant, depilant, fraudant. Compilat, exspoliat. Compilo, everto, exspolio. VIII. p. 152. compilare, rapere, depraedari. Horatius: ne te compilent fugientes. Compilator, qui plurima in unum congerit et p. 154. compilare. rapere. A. p. 282. n. 58. compilat, spoliat et p. 289. n. 226. compliat (l. compilat) spoliat; cf. Non. p. 12. v. suppilare. Is. Or. X. 44. Fest. p. 32. et Intt. ad h. l. p. 357. dict. mea ad Apul. Met. VII. 18. T. I. p. 595.

202. G. Compita loca, ad quae undique convenitur, ubi plures viae in unum iunguntur. P. Compita dicta, quia plures in eis competant viae. Inde hoc compitum Pl. p. 445. Compita multae viae, quae ad unum locum competunt vel ducunt. *Π*. p. 35. Compita, ἄμφοδα. Compitum, ἄμφοδον, ἀγορά. Compitus, ἀγυῖα διέξοδος, τρίοδος. cf. Non. p. 196. Is. Or. XV. 16. §. 12. et ibid. 2. §. 15. Compita sunt, ubi est usus conventus fieri rusticorum, et dicta compita, quod loca multa in agris eodem competant, et quo convenitur a rusticis. Qui compitum significare possit vicinitas capere possum, sed in nullo, quantum scio, ea invenitur notione nec glossario nec veterum loco. Idem repetitur v. vicinitas.

203. I. p. 672. n. 54. commulcare, complodere. G. complodere, repercutere. P. complodere, repercutere, mutuo, percutere. A. p. 289. n. 245. complodere, se percutere, ubi l. repercutere. *Π*. p. 35. complodo, συγκροτέω.

204. L. cauponula, taberna. VIII. p. 146. caupones, taberniones, crustarii, ganeones. Caupona, taberna, crustaria, cetaria, metaria, et p. 149. componula, 'taberna, cetaria, crustaria, merana, popina, ganearia, clepsydraria, pandochion; et p. 154. caupona, taberna, incraria, ganearia, popina, crustaria, clepsydraria, caupuncula. Haereo in voc. merana s. metaria et legendum puto aut meritoria; cf. VI. p. 533. meritoria, loca tabernarum, ubi adulteria committuntur, aut meraria, ita ut ad feminam referatur, quae merum gustat (ut *Π*. p. 40. γευστρίς, meraria a quo vocabulum etiam est merarium ἀκρατόφορον vas vinarium) aut ad tabernam, in qua merum venditur. Clepsydrarius bene explicant Ugutio et Ioan. de Ianua: Clepsedra, ducillus, qui obdit foramen dolii, quia perillum quis furatur liquorem. Item Clepsidra dicitur quoddam instrumentum, quod immittitur in dolium superius per foramen causa furandi vinum; cf. Cang. T. II. p. 391. ed. Hensch. Hinc igitur clepsydraria. Ugutio: Tabernarius, tabernio, crustarius, ganeo: unde haec caupona tam pro muliere quam taberna, quae aliter dicitur tabernaria, caesaria, crustaria, propina (l. popina) merana (l. meraria) ganearia, clepsidraria, pandochium. Caesaria emenda in cetaria; cf. P. cetaria, vivaria, in quibus cete et alii pisces sunt vel officina, in qua liquamen ex piscibus conficitur; et bolona redemptor cetariarum, tabernarum, in quibus salsamenta condiuntur, quas tabernas vulgo cetarias appellant. G. caupo, negotiator, tabernarius. Caupones a capiendo aquas vel vinum

205. Compositum, subtile, comicum, ornatum.
Comptus, compositus, ornatus.
Comulat, auget.
Comulatum, auctum et superpositum.
Comulatus, largus, beneficus.
210. Comulus, plenitudo.
Conationes, familias, tribus.
Conatur, . . . . . . . .
Convellitur, movet.
Convulsus, simul evulsus vel percussus.
215. Concentus, simul se colligentes.
Concertat, contendit, confligit.
Concinnat, resonat.
Concinit, simul canit.
Concitat, incitat, irritat, commovet et inquietat.
220. Concitus, festinans.
Concivit, simul caecidit, ruinam fecit vel discrepit.
Concilium, coencibulum.
Concinis, subtilis.

vocatos; inde a copas (?). Cauponula, taberna. Caupo, pessimus de vino aquam faciens. P. caupo, negociator, tabernarius a capiendo vinum dictus, unde cupa. Cauponium, taberna. Caupo, caupona, quod significat tam ipsam tabernam quam mulierem. Cauponula facit ut leo, leaena; draco, dracena; leno, lena; strabo, straba, A. p. 280. n. 54. causo (l. caupo) qui vinum cum aqua miscet. p. 285. n. 373. cauponula, tabernacula (l. tabernaria) et n. 380. Caupo, caupuncula, tabernarius in taberna, ubi dele in. *Π*. p. 27. caupo, *πανδοχεύς*, *κάπηλος*. Caupona, *καπηλίς*; Cauponaria, *καπηλική*; Cauponarius, *κάπηλος*; Cauponium, *πανδοχεῖον*, *καπηλεῖον*.

205. L. comtum pro comicum ut supra.

211. L. cognationes cf. infra ad v. familias, ubi idem legitur.

213. Convellitur, quod per b scriptum fuit, perverse hic adscriptnm est. Ceterum movet ad conatur referendum est, nec ad convellitur. De ceteris nihil adiicendum est.

215. Hoc quid sibi velit non satis assequor. Concentus explicatur G. simul cantus, mixtus cantus. i. symphonia vel multorum cantatio ex dissimillimarum vocum moderatione; concors sonus et congruens, unde erat quod legerem sonus secum congruens vel soni sibi vel secum congruentes. Praeterea legi possit concinnati, se colligentes, ut statim exponam. A. p. 288. n. 201. concentum, quod hinc et inde canitur.

217. Si quid emendandum est, l. concinnat, consonat. Haec glossa explicanda est ex Non. p. 43. concinnare est facere . . . . Recte autem concinnare et consentire intelligi potest, quasi concinere, ut multis diverse canentibus unus efficitur modus. Ita G. concinnant, consenant, consentiunt et concinnas, consentis. Mirum tamen est, quod idem repetitur in seq. v. resonat, concinat, concrepat, resonat; hinc mihi videtur esse probabilius glossatorem concinere et concinnare, ut etiam Non. facit, turpiter commiscuisse. Rectius Pl. p. 445. concinunt, consonant, consentiunt. Concinis, consentis.

221. L. concidit ... discrevit vel discerpsit; cf. G. Concidit, cecidit, interfecit, occidit, perimit, interimit, necat, iugulat, obtruncat, affigit, tollit, exstinguit, mactat, eximit. Concidit et concidit inter se differunt. Concidit correpta media significat cecidisse. Concidit producta media significat seperasse [i. separasse, unde emendavi discrevit.] Discerpsit emenda ex seq. concisum, laceratum; postea discerpere, membra lacerare. *Π*. p. 36. Concido *κατακόπτω*, *συμπίπτω*, *καταπίπτω*, *συντέμνω*, *συγκόπτω*, *διακόπτω*; cf. dict. mea ad Apul. Met. VII. 8. T. I. p. 542.

222. L. concilium, conciliabulum vel concionabulum. VIII. p. 143. concionabulum, concilium vel locus conciliorum. In decretis Innocentii papae. Si statim cedens Decius pessimo concionabulo. Prius magis probat, quod habent ceterae glossae. VI. 517. conciliabulum, ubi plures sui iuris sedent, quae glossa est I. p. 672. n. 47. cf. Is. Or. XV. 2. 14. quam glossam repetunt G. et P. De voc. concilium cf. Is. Or. VI. 16. 12. Fest. p. 30. concilium dicitur a populi consensu, sive concilium dicitur a concalando i. convocando. Conciliabulum locus, ubi in concilium convenitur, ad q. l. vide Intt.

223. Pl. p. 442. concinne, composite. A. p. 284. n. 288. concinna, coniuncta. G. concinnus, subtilis. P. Concinnus, cantus subtilis, ubi lege comtus, subtilis.

Concinnat, complectit.
225. Concinnat, subtiliter componit.
Concisum, laceratum.
Concitator, irritator, impulator.
Conclave, locus clausus vel munitus vel domus, quae multis concluditur cellis.
Concoepit, comprehendit.
230. Concordes, coniuncti.
Concutit, commovet.
Concrepat, resonat.
Concrescit, coalescit.
Concretum, congluttinatum, conglobatum, mixtum.
235. Conculcat, commulcat, conturbat.
Convivia, a cubare sive dormire.

cf. supra v. comicum. Ceterum cave ne concinnis mutes in concinnus. Antequam hoc glossarium cognovi, eam formam defendi iam apud Apul. Met. V. 20. T. I. p. 356., ubi optimi codices habent: lucernamque concinnem completam oleo. Ita etiam A. p. 283. n. 220. concinnis, subtilis.

224. 225. Diversae sunt veterum de huius voc. origine sententiae. Varro de L.L. VI. §. 57.: concinne loqui a concinno, ubi inter se conveniunt partes, ita ut inter se concinant; aliud alii. Non. p. 43. v. concinnare. Sed proprietas verbi haec est, quod apud veteres cinnus potionis genus ex multis liquoribus confectum dicitur. Recte autem et concinnare et consentire intelligi potest, quasi concinere.. et p. 59. cinnus est commixtio plurimorum, unde et concinnare dicitur et p. 90. concinnare est conficere vel colligere [cf. supra concentus]. Fest. p. 30. concinnare est apte componere. Concinere enim convenire est; cf. Intt. p. 353. VIII. p. 86. secundum quosdam concinnus dicitur a cygno i. concors et consonans, sicut cantus cygnorum; et inde concinne concorditer et consonanter et concinno, as. verb. aet. i. aliquid concorditer et composite agere; et p. 138. concinnatim, consonanter, copulatim, coniunctim. G. Concinnant, artificiose componunt, consonant. Concinnatus, factus. Concinne, composite. P. concinno as. avi .i. adaptare, componere, consonare, apponere, irridere (??) Complectit, quod glossa habet cave mutes. Est enim connectit, ut apud Vitruv. X. 6. scavos duos transversarios complectit et compegit. Non. p. 472. v. complectite et Prisc. VIII. 4. p. 371. et 5. p. 377. activam huius verbi formam probant. De hoc voc. accuratius ad Arnob. V. 1. ad Apul. Met. III. 14. T. I p. 174. et VII. 11. p. 560 sq. egi.

227. L. concitator, inritator, impultor. s. impulsator. De forma impultor agam ad voc. impulator, ubi vide.

228. G. conclave, interius cubiculum. Conclavia, interior cella. Conclavi, cubiculo interiori. Conclavus locus conclusus. VIII. p. 141. conclavia; cella interior. VI. p. 517. conclave, interius cubiculum, sed proprie domus sic appellatur. Conclavus, coquina. P. idem habet, quod in nostro gl. extat, nisi quod additur interior cella. Fest. p. 31. conclavia dicuntur loca, quae una clave clauduntur. Donat. ad Terent. Heaut. V. 1. 29. Est autem conclave separatior locus in interioribus tectis, vel quod intra eum loca multa et cubilia clausa sint adhaerentia triclinio, quae ad Eun. III. 5. 35. repetit. A. p. 289. n. 215. conclavis, locus conclusus et 240. cubiculum intra cubiculum et p. 290. n. 240. corrupte conclavia cubila adversarius usus clausa, ubi ego legerim cubiculum interius, loca clausa.

229. L. concepit, comprehendit. Comprehendere enim de feminis dicitur, quae ex concubitu concipiunt. cf. Cels. V. 21, n. 7, si non comprehendit, adeps leonina ex rosa mollienda est *II*. p. 35. comprendo, *συλλαμβάνομαι* et p. 176. concipio *συλλαμβάνω ἐπὶ γυναικός συλλαμβάνομαι* comprendo. et p. 36. conceptio *ἀνδρολῃψία σύλληψις* concepit *συνέλαβεν ἐπὶ γυναικός*.

236. L. concubia a cubaresive dormire, ut Constantiensis: concubia a cubare sive dormire dicta. G. corrupte concubi accubaresive dormire duorum personam posuit. Concubi, simul cubantes. Concubia, cum omnes excubant quod etiam extat P. p. 447. Mai. concubium, excubiae. VIII. p. 148. Concubium, quaedam pars noctis. Ennius: qua Galli furtim noctu summa arcis adorti moenia concubia vigilesque repente cruentant, ubi concubia pro ipsis vigiliis ac militibus positum videtur. Varr. de L. L. VI. §. 5. intempestam Aelius dicebat, quum tempus agendi est nullum, quod alii concubium appellarunt, quod omnes fere tunc cubarint et VII. §. 78. concubium a concubitu dormiendi causa dictum; cf. Non. p. 91. concubia nocte primi somni Serv. ad Aen. III. 587. et II. p. 268. *II*. p. 86. concubium: *μεσονύκτιον*. Concubia etiam plurali pro concubium

**Concuvivium, pelicatus.**
**Concrucifixus, confixus.**
**Conditura, impensa.**
240. **Condensum, nemorosum, spissum.**
**Condit, struit, fabricat, moenit, incolit vel constitit.**
**Condit, funerat, sepelit, humat.**
**Connexae, coniunctae.**
**Confectus, finitus vel vulneratus.**
245. **Conferentia, collatio.**
**Conferratus, consociatus.**

dici, ex glossariis probatur, unde erravi dicens, Apuleium hoc novasse; cf. ad Ap. Met. II. 25. p. 133. ubi legendum est: ecce crepusculum et nox provecta et nox altior et deinde **concubia altiora** etiam nox intempesta, ad q. l. vide dict. m. p. 133.

237. L. concubium, pellicatus ex I. p. 673. n. 58. et. Gell. IX. 10. §. 4. sed puris honestisque verbis venerandum illud **concubii** pudici secretum neminem quemquam alium dixisse, et. Enn. apud Non. p. 342. v. modicum: Ennius Hecuba: quae tibi in **concubio** verecunde et modice morem gerit. Hinc lege in *Il.* p. 36. pro concubitum σύνοδος ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν: concubium.

238. Est verbum Sidonii; cf. Epist. VI. 1. In ceteris gloss. hoc voc. frustra quaesivi.

239. cf. I. 674. n. 1. et P. ubi idem extat. Impensa enim est stipatio quaedam vel fartura; cf. Arnob. VII. 25. quid cum libis, quid diversis cum fartibus confertionis, iure et multiplici atque **impensarum** varietate conditis. Apic. VIII. 7. 1. mittes **impensam** Tarentinam in vesicam bubulam ac saepius. cf. Intt. ad Fest. p. 461. De conditura cf. Intt. ad Lamprid. Heliogab. c. 23. pisces semper quasi in marina aqua cum colore suo coctos **conditura veneta** comedit, quae Humelbergio videtur fuisse ipsa condimenti cum aromatis et aliis intrimentis elegans et delicata factura et opus.

240. G. condense, spisse. Condensum, frondosum. Condensa, opaca, viridia. Condensus locus, arborum spissitudo. P. Condensa, spissa, constipata, opaca, significat secreta divinae scripturae. A. p. 289. n. 265. confestus, condensus ubi emenda confertus. Cur Oehlerus condensatus correxerit, equidem non capio. Est etiam condenseo verbum. Pap. condenseo ses et condenso sas .i. fulcire conspissare, quod eorum caussa memoro, qui apud Lucret. I. 392. condenseo in dubium vocant.

241. G. Condam, recondam, reponam. Condebat, constituebat. Condere, constituere, construere. Conderet, constitueret, faceret. Conde sepulcro, sepulturae trade. Condetur, aedificabitur. Condet, reponet. Condit, aedificat. Condidit, abscondit, umbra obscuritate velavit, immisit, miscuit, fecit, fundavit. Condimus terra, sepultura humavimus. Conderent, sepelirent. Condere, sepelire. Condita memoriae, mandata. Condita, reservata, reposita, aut sepulta aut servata. Condit, constituit. Gloss. Ampl. p. 283. n. 219. condita composita et p. 289. n. 209. condet, constituit. Itaque in nostro Gloss. pro constitit lege constituit. De condere pro sepelire cf. Intt. ad Cic. Tusc. I. 45. et dict. mea ad Apul. Met. VII. 12. T. I. p. 569.

244. G Confecta, examinata [ubi l. exanimata] Confecti, complexi. Confectum aetate, senem. Confectus, debilitatus. Confectus, finitus. Confectus senio, confectus aetate, exactus aetate. Senectute confectus, decursa aetate, decursa vita, annis grandis. P. confecta, debilitata, imminuta, examinata a conficio.

245. cf. I. p. 674. n. 2. P. Conferentia, collatio, confederatio, sacrorum communicatio. [ubi l. confarreatio s. comm. ex I. p. 676. n. 4.]

246. L. confarreatus, consociatus ex I. p. 674. n. 3. VIII. p. 149. confarratus, sociatus, comitatus et VI. p. 517. confarracitur, consociatur. Confarrati, qui una copula sunt alligati. Confarsata, consociata. A. p. 289. n. 222. conferrata, consociata. *Il.* p. 37. confarreatus, συμβιώσεως χάριν ζευχθείς; cf. Intt. ad Fest. p. 470. Nec tamen adversarer, si quis pro confarreatus legeret confarratus, atque ita in omnibus gloss., quas supra posui, retineret. Nam etiam apud Apul. Met. X. 29. omnes codd. habent confarraturus matrimonium, ubi formationem defendi ex simplici farratus, quod legitur apud Iuven. XI. 109. Pers. IV. 30. Quodsi tum cognovissem haec glossaria, minus dubitans lectionem recepissem, cf. dict. mea ad l. l. T. I. p. 957. Forsitan etiam in nostro Gloss. legendum sit confarratus. Pap. post conferentia habet confederare, quam

**Confertum, congruum, conpertum, collectum.**
**Confertus, condensus, conglobatus.**
**Conferui, cognovi, comperi.**
250. **Confestim, exim, statim, extemplo, mox.**
**Confida, dubitator.**
**Confidens, incumbens, committens.**
**Confinis, finitimus.**
**Confirmat, roborat, adserit, dicit, decernit.**
255. **Confisus, satis praesumens.**
**Confitetur, fatetur.**
**Conflatim, copulatim, contextae.**
**Conflictum, certamen, agonem.**
**Confligit, concertat, agonem ponit.**
260. **Conflixerunt, concertati sunt.**

glossam excipit confersa. Hinc intelligi licet confederare ferri non posse, sed pro eo legendum est conferrare i. e. confarrare et sine dubio ita emendandum: confarrare, coniungere, in pace componere, consociare, ut antea pro confederatio, ut dixi, scribendum est confarratio. Ita enim corrupte G. con federatio, coniunctio. Confederatus federe copulatus, quoniam emere coniuges non erat usitatum, quae verba aperte indicant confarreatus esse legendum. Confederata, sociata.

247. Nota voc. congruum, quod, quantum scio, hac significatione non extat. At congruere proprie est coniungere. Ita explicat G.: Congruens, conveniens, probabile, credibile, simile, **coniunctum** et congruunt, conveniunt Hinc Solin. c. 10. recte de gruibus: ut si quae defecerint **congruant** universae et Val. Flacc. II. 806. ubi vide Iutt. et Fest. p. 72. **gruere** dicuntur grues, ut sues grunnire. Unde tractum est **congruere** hoc est **convenire**, quia hoc genus volucrum minime solivagum est. Pro confertum lege consertum, ut postea conserere, conferre, ubi vide.

249. L. conserui. Ita solum mihi quidem probabile est. Item peccatum est supra cognovi, comperi, conferui, rescivi et infra comperit, conferuit cognovit et I. p. 674. n. 4. confervi, cognovi, comperi. Ego cogitavi de dict. conserere sermonem id est colloqui. Qui enim collocutus est cum altero, cognovit et comperit rem: cf. dict. mea ad Apul. Met. I. 1. T. I. p. 5. Sed fatendum est, me mihi ipsi non satisfacere.

250. **Retine** exim. G. Confestim, statim continuo vel mox in praesenti, **exinde** illico, protinus, extemplo, e vestigio. P. confestim, statim, continuo, quasi confertim i. coniunctim. Ita infra exim, confestim. Certe exim etiam in aliis codd. legitur, ut infra demonstrabo.

251. **Hoc etiam I.** p. 674. n. 5. corrupte extat. **Haec glossa quid sibi velit, non assequor. Repetitur in seqq.** v. divitator, confida. Graev. utrumque voc. corruptum esse censuit. Oehler. l. d. emendavit compita, dubitatio, quod cuiquam probari posse dubito. Nam eo quod Pers. V. 35. et vitae nescio error Diducit trepidas ram'osa in compita mentes dixit, quis unquam credidit, compita dici potuisse pro voc. dubitatio. Equidem Graevio assentior. At forsitan alia ratione error possit explicari. In *Π*. enim p. 37. legitur confica χαμαιπίτυς, quod genus herbae etiam abiga a Latinis nominatur ab abigendo. Non improbabile est, in gloss. extitisse confica, abiga, quod cum stolidus glossarius non intelligeret, correxit primum in confico ambigo i. e. dubito et ita monstrum illud glossae exortum est. Certe in hoc voc. mendum inesse existimo. Aliter explicat VIII. p. 148. confida fidem cum alio habens cf. infra incumbens.

254. G.: Confirmavit, defendit, purgavit, dissolvit. Confirmat, praecipit, praecidit, praecinit (l. praedicit), praefinit, praescribit, ordinat, disponit. Confirmabo, obtinebo, vincam, subiugabo, domabo, subigam, contundam, superabo, sub iugum mittam, potentior ero. Confirmo, promitto, polliceor, recipio, accepto, spondeo, fidem do, fidem facio, fidem meam interpono.

257. cf. I. p. 674. n. 6. Conflatim, copulatim. contexte, quod etiam VIII. p. 149. repetit. P. conflare, in unum, colligere, commovere, involvere, furari, copulare Conflatum, convolutum, contextum, copulatum.

258. G. conflictum certamen. cf. Lex.

259. G. Confligunt, concertant, contendunt. Conflixerunt, pugnaverunt, concerti sunt (l. concertati). VI. p. 517. conflixerunt, concertati sunt. De forma deponent. exemplum proferre non queo. Extat tamen simplex apud Hygin. Fab. fab. 273. Gymnici ludi, in quibus **certati** sunt cursu Helenus Nestor. Ita G. Certant, pugnant. Certatum, ad certamen. **Certati sunt**, pugnaverunt. Etiam Non. agnoscit for-

**Confraglat, inflammat.**
**Confutati, coniuncti, finitimi.**
**Congelascit, coit, miscitur.**
**Congentio, congregatio.**
265. **Congerat, acerbat, congregat.**
**Congessit, collegit.**
**Congestio, strues.**
**Conglobatum, concretum.**
**Conglutinatum, mixtum.**
270. **Congregatio, multitudo, agmen, congeatio.**
**Congregavit, congessit, adgessit.**
**Congressio, iunctus.**
**Congruens, conveniens, aptum.**
**Congruit, expetit vel convenit, decet.**
275. **Congruum, havile, aptum.**
**Conibuli, concordes, coniuncti.**

mam deponentis, licet de exemplo, quod profert, dubitari queat; cf. p. 473. Merc. Certatur pro certat. Pacuvius Armorum iudicio. An quis est, qui se esse dignum quicum certetur putet?

261. L. conflagrat. Hac corruptione nihil frequentius est; cf. Mai. ad Front. Epist. Caes. II. 5. p. 49 Wagn. ad Virg. Aen. I. 436; dict. mea ad Apul. Met. III. 19. T. I. p. 185. Ita VI. 517. confraglavit, concremavit.

262. L. convicti. cf. G. Confutator, defensor criminis, destructus (l. destructor). Confutatus, convictus, superatus; atque infra convicti, confutati, coniuncti. Nisi in finitimi latet voc., quod fere idem ac revincere significat, explica id ex corrupto voc. coniuncti, quod glossographus facile finitimi interpretari potuit. Ex hac ipsa corruptione intelligendum est, cur postea convicti explicatum sit coniuncti. De voc. confutare significatione non est, quod fusius disputem. Ego pro finitimi erat ut infirmati legerem.

263. VI. p. 517. congeluit, induravit. VII. p. 557. congeluit, induruit. VIII. p. 149. congelamen, congregatio, conventus, quia simul in unum congelatur .i. confirmatur. G. congelascunt, gelant frigore. Congelavit, obduruit, obriguit. P. congelare, frigore induere [l. frigore indurare]. Congelasco, cis, cit, coit, miscetur. Quomodo miscetur defendam, non habeo, nisi ex Serv. hoc additum putatur. Misceri enim aliquoties idem videtur esse quod convenire, congregari cf. Virg. Georg. IV. 311. Pennis miscentur, quod Serv. explicat: inter se pennarum levitate **conveniunt**; cf. v. 75. Ita etiam infra conglutinatum explicatur mixtum, et miscitur, coitur, convenit; G. habet congregata, commixta. Miscitur librarii est error manifestus.

264. L. congestio, ut etiam infra.

265. L. acervat, congregat. Congerare defendi nequit, ita ut aut legendum sit congerit aut ex Non. p. 84. congenerat: **Congenerat** est **adiungit, adsociat.** Acc. Finidis: Quae veat grafo tibi congenerat gentium aut generum affinitas. Prius magis placet. Item corrupte VIII. p. 149. congenare, acervare, congregare, quod ex compendio congen'are i. congenerare facillime corrumpi potuit. Etiam congestat possit legi ex VIII. p. 153. congestare, accumulare, congerere.

268. G. conglobatio, coadunatio, congregatio. Conglobati, adunati, congregati. Conglobat, consulit (?), collocat, comperat, [cf. *II*. p. 37. comparo ἀγοράζω συμβάλλω] copulat, conserit, connectit, conglutinat, committit, coniungit, colligat, conglomerat, concoagulat, (l. coagulat). Ita in A. p. 289. n. 250. l. pro conglobat, coadunat, conferret; conserit; quod Oehlerus proposuit confercit, mihi quidem minus videtur aptum. Pro consulit supra legendum censeo consuit, quamquam in eodem glossario v. conglutinat et consulit omnia repetuntur. Ita lego A. p. 289. n. 247. pro convecti coadunati conveste ubi duas glossas commixtas Oehler. putat: coniecti . . . connexi. De coniecti cf. infra voc. coniectura.

271. cf. supra v. congelascit.

272. L. conivoli. I. p. 672. n. 58. conivoli, concordes, iuncti; et ita emenda ibid. p. 676. n. 5. cohibuli, concordes, coniuncti, ut dixi iam ad Apul. T. I. p. 274. Vocabulum a voc. conivere petendum puto. P. p. 551. Mai. coñivere, oculos claudere; interdum dissimulare. VIII. p. 151. conivere, annuere, consentire, obsecundare, allubescere. Persius: conivente oculo praedarum ad gaudia et ibid. conibentia, obedientia, collibentia, assensus. Conibere, oculos claudere. Marcianus: quin etiam eum conivere cupientem. VI. p. 517. coniboli, concordes, coniuncti, ut habet etiam VII. p. 556 et ita emendo A. p. 289. n. 233. pro conibo, concordes, coniunctio: conivoli... coniuncti. G.. coniventia, consensus: [ut legendum est A. p. 289. n. 261. pro coniventia consessus] — Conivere, consentire, capitis motu acquiescere,

**Conicere, aestimare.**
**Conicita, coniectura.**
**Coniectura, argumentura, compago, copula, suspitio, iudicium, similitudo vel aestimatio.**
280. **Coniectus, impulsus, vel in vinculis missus.**
**Conierat, coniurat**
**Comissus, plus conatus.**
**Conitur, valde conatur.**
**Coniugium, matrimonium.**
285. **Coniuncti, concordes.**
**Coniunctio, convenatio, compago, connexio.**
**Coniunctum, propinquum, contiguum, sutum.**
**Coniungor, constringor.**
**Coniurat, conierat.**
290. **Conlapsa, deiecta.**
**Conlatio, conferentia.**
**Conlegit, simul legit.**
**Conlibium, genus est certae pecuniae.**
**Conlibum, crematum.**
295. **Conlidit, elidit, confrangit.**
**Conlisit, confregit, elisit.**

oculos claudere; interdum dissimulare. Conivet, consentit. Conives, consentis. Cohibulis, frequenter nutantibus. Conibuli, concordes, coniuncti. P. coniveli, concordes, coniuncti. Conivere, consentire. Conivens, consentiens. Primam et secundam producit. Conivere, oculos claudere, interdum dissimulare; parum dormire. Coniveo, es conivi et apud veteres conivo, is conixi. [cf. Prisc. IX. 8. T. I. p. 459.] A. p. 280. n. 18. coniventia, consensio et p. 289. n. 213. coniventia conspiratio; cf. Fest. p. 33. contuoli oculi sunt in angustum coacti, continentibus oculis, ubi legendum esse coniboli Intt. recte viderunt. Ita conivola apud Fest. p. 44. occulta defendi possit, tamquam clausis oculis. Fusius egi de hoc voc. ad Apul. Met. IV. 25. T. I. p. 274 seq. et ad VIII. 9. p. 675. De scriptura voc. egi ad Arnob. III. 4. p. 254.

277 — 279. Pl. p. 447. Mai.: conieci, coniecturam feci, collegi vel suspicatus sum. G. conicere, aestimare. Coniicere, coniectura vel argumento veritatem colligere. Coniicio, aestimo, arbitror, puto, credo, opinor, consentio, reor, iudico, statuo, pono, colligo animo, conspicio, suspicor, ut mea fert opinio; Conicit, incipit, inferta (infert) indicat, narrat, immutat, inserit, immiscet, interponit, consimulat, intermiscet se. Coniiciebat, constituebat, aedificabat. Coniectura, argumentatio, similitudo, interpretatio, argumenta vel ingenium, comparatio, similitudo. Coniecturae, argumentationes, signa, argumenta, rationes, indicia, notae, testimonia, vestigia, suspiciones VIII. p. 151. conicere, cogitare, perpendere, praemeditari p. 154. Conicere, simul jacere vel mente versari. VI. p. 517. Conicere, arbitrare. Coniecit (l. coniicit) consimilat. Coniectio, coniectura, vaticinatio. Coniectura, similitudo. A. p. 284. n. 296. Coniciebant, cogitabant p. 289. n. 212. conicies, similes, ubi lege conicias, similes et n. 263. corrupte conlectura, argumentatio; conlectem, existimem. Pro conicita, quod gloss. habet, lege coniectio. De scriptura conicio, quam reprehendit Gell. XVI. 7., cf. Parei Lex. s. v.

280. VI. p. 517. et G. idem repetunt.

281. Noli mutare conierat in coierat. Nam non solum in seqq. repetitur coierat conierat, sed habuimus supra etiam conegi pro coēgi et G. habet conit, consilium accipit. P. Conire, consilium accipere, simul ire; Conitio, populi multitudo.

282. 283. L. connisus vel connixus et pro conitur: connititur.

286. L. combinatio. VIII. p. 152. combinulus concors, concordialis, unanimis. *П*. p. 33. combinat *ζευγνύει* Combino *κατὰ δύω ζευγνύω, ζευγνύω, συνδυάζω.*

293. I. 672. n. 38. collybum *κερμάτιον* VIII. p. 149. collibium, genus certae pecuniae p. 152. collibrum, foenus pecuniae. VI. p. 517. conlibum, genus pecuniae. A. p. 289. n. 237. conlivum tantum numerum sui [ubi l. parvum munusculum] genus est certe pecuniae, et p. 292. n. 126. collibista, trapezeta, numularius et VIII. p. 140. colibium, parvum munusculum, ut pomum, nuces, quod et bellarium dicitur et antepomentum. Idem esse puto, quod in seq. gloss. legitur conlibum crematum, ubi emendo cermation i. *κερμάτιον* cf. I. p. 674. n. 13. crematum, collybum, VI. p. 517. conlivum, crematum et A. p. 289. n. 25. conlibrum, crematum. G. Collibia dicuntur apud Hebracos, quae nos

Conlivescit, placet.
Conlibuit, placuit.
Conlustrat, circumeat.
300. Comminiscitur, recordatur.

Comminus, simul in se, prope, proximus.
Comissura, iunctura, compago.
Commixtum, conglobatum.

appellamus tragemata vel vilia munuscula; verbi gratia frixi ciceris, uvarum passarum et poma diversa generis (quae ex Hieronymo descripta esse glossographus adnotat in margine) et conlibrum genus plene. Idem fere habet P.: collibia sunt apud Hebraeos, quae nos vocamus tragemata vel vilia munuscula, ut cicer frixum, uva passa, poma diversi generis. Collibistae vero dicuntur, qui ea vendunt. Collibrum, genus pene vel pecuniae. Ita emendo VII. p. 556. conlibrum, genus taeniae; in genus pecuniae. Haec sunt, quae ex glossariis proferri licuit. Nunc de singulis videamus. Primum distinguendum nego inter utrumque vocabulum, ut alterum sit conlibrum, alterum collibium. Audiamus Ioan. de Ianua, quocum Ugotio consensit: Collibium dicitur a collibeo, es et dicitur collibium, parvum munusculum vel fructus, ut pomum, nuces, cicer frixum, uva passa, quod et bellarium dicitur et antepomentum, et dicitur a collibet, quod simul placet; post enim carnium fercula fructus solent diligi, per se non tantum. Unde collibista dicitur, qui recipit collibia et huiusmodi munuscula pro usura vel aliquo servitio. Dicitur etiam collibista, qui vendit collibia; et: Collibium, genus certae pecuniae explicat Ugotio. Ioann. de Ian. Collibrum genus pecuniae vel tota pecunia simul collibrata. *Π* p. 108.: *κόλλυβον*, asprature; *κόλλυβος*, collubum; *κολλυβιστής*, nummularius, collybista, numularius, sive nummolarius et p. 185. *τέλεσμα μικρόν* collibum. Si Hieronym. locum Comment. ad Matth. c. 21. accuratius comparaverimus, eum inter numularios et collybistas id facere discriminis videbimus, ut numularii sint, qui pro pecunia mutuo danda pecuniam exigunt, collybistae, qui pro usuris munuscula accipiunt. Ita etiam collybus s collybum et de pecunia et de munusculis dicitur et foenus est pecuniae. Hinc ubique emenda in Gloss. collybum s. collybus. Unus, quo collybus forma aperte vindicari potest locus est Cic. Verr. II. 3. c. 78. nam collybus quinam esse potest. In ceteris, quos afferunt lexica, locis extat ablativus collybo. Mirum est glossaria in forma collybum consentire omnia. A graeco igitur est petendum voc., non a latino collibet.

Tum quomodo in G. plene et in P. pene emendandum sit, non satis constat. Forsitan legendum sit pomi, quod de omni fructuum. qui ex arboribus esui apti proveniunt, dici notum est. Certa vero pecunia, est ea, quam nos Scheidemünze, Franci monnaie appellare solent. Ceterum ne haereas in voc. Asprature, quod nonnulli ab asper i. novus petere volebant. Sed asperi s. aspri numi appellabantur a veteribus ii, qui nondum triti et leves erant; cf. Suet. in Ner. c. 44. aurum obryzum et numerum asperum exegit; Intt. ad Pers. Sat. III. 69., unde apparet, huc non referendam esse aspraturam, cum e contrario significet numum tritum et tangendo minutum. *Ἄσπρος* enim apud Graecos est *λευκός* cf. *Π*. p. 18. asprum *Δηνάριον λευκόν ἔκλευκον* p. 29. *ἀσπρότης* aspritudo, candor et ita nominatum est vel eo, quod ex argento fiebat et minor argenteus erat numus, quo aureus commutari solebat, vel quod saepius tactus et tritus hunc splendorem acceperat. cf. du Cang. v. De voc. asprature cf. Salm. de Usur. p. 454. 492. Alii legere volunt osprature; cf. Pith. Opuscul. apud Loisel. p. 357., quia *ὄσπρια* graece sint legumina et variae fruges.

297. L. conlibescit. G. conlibescit, quia valde delectat. P. collibeo, bes collibui et collibesco, complaceo et VII. p. 556 collibescit, quod valde delectat.

299. L. circummeat. G. collustrare ibique desiderare vel considerare, ubi certe legas ubique vel undique. Collustras, circumspicis.

300. cf. supra n. 190. v. comminiscit.

301. G. Comminus, proximus, simul, in se prope vel iuxta vel coram aut inpraesenti. Comminus in se prope vel simul. P. iuxta, hinc intermissione, statim, fere, in praesenti, simul, prope, de proxima, cui contrarium est emminus, cum duabus m scribitur et Comminus, contra, iuxta, cui contrarium est eminus i. longius. Comminus, prope, iuxta, secus. VII. p. 556. comminus, contra. In se, quod gloss. habent, patet perversum esse. Ego lego iuxta, ita ut simul cum eo non coniungatur. Quoties s littera et x in codd. confundatur, neminem fugit. Statim etiam comminus significare dicit Serv. ad Virg. Georg. I. 103; cf. Hand. Tursell. T. I. p. 98.

302. G. Commissurae, coniunctiones dicuntur legamina [l. ligamina]. P. Commissurae, coniunctio, ligatura,

Comulcat, conculcat.
305. Connectit, conligat.
Conuixi, conantes.
Conor, enitor.
Conpagines, coniuncturae.
Conpago, copula, coniunctio.
310. Conpartem, participem.
Conpensatio, dispensatio.
Conperendinat, difert in alium diem.

Conperit, conferuit, cognoscit vel scit, rescit.

Conpertitor, amicus.

315. Conpingunt, coniungunt.

Conplectantur, concinant vel subtiliter componunt vel inrident.

Conplectit, concinnat.

*Π*. p. 34. Commissura συμβολή λίθου ἤ ξύλου, ἁρμογή, συμβολή.

304. I. p. 672 n. 54. commulcare, complodere et p. 674. n. 7. commulcat, conculcat. VIII. p. 149. Conmulcare, conculcare et p. 155. Conmulcare, concutere, complodere, concussare. VI. p. 517. Conmulcatus, conculcatus, conturbatus. A. p. 288. n. 191. Commulcat, conculcat, conturbat; et p. 289. n. 289. n. 295. commulcavit, concludit [ubi lege contudit] et p. 290. n. 301. cumulcat, conculsat [ubi l. commulcat, conculcat.] G. Cumulat [l. conmulcat] conculcat, conturbat. De h. voc. egi ad Apul. Met. VIII. 28. T. I. p. 738.

306. A. p. 289. n. 221. connixi, conantes et ita l. in G. pro: Coniti, simul conati aut connisi aut conniti, simul conari.

308. G. Compagines, iuncturae. Compago, convinctio, iunctura. Compagines capita sunt ossium dicta eo, quod sibi compacta nervis velut glutino quodam cohaereant. A. p. 288. n. 202. Compaignavit, coniunxit et 204. Compegisti, compaginasti.

310. Nota hoc vocabulum, quod frustra in aliis glossariis et libris quaesivi. At non satis mihi constat, an recte dicatur. Nullus enim, quantum scio, exstat locus, ubi codd. aperte expartem habeant. Quam formam si Drak. ad Liv. III. 57. eo probare vult, quod impartiri, dispartiri pro impertiri dispertiri nonnunquam dicatur, non satis accurate mihi inter utriusque compositionis leges discrevisse videatur. Nec propter unius codicis auctoritatem hanc terminationem, si quidem vera est, latinitati obtruderem. Ita quoque mihi compartem, participem minus probatur. Forsitan legendum sit comparem ex *Π*. p. 34. compar, σύνζυγος, ἴσος. Non tamen omittendum est, participem in sqq. explicari compartem, consortem. Haec tamen ipsa glossa me confirmat in sententia, comparem esse legendum, quod etiam Plautus pro socio, consorte, sodali ac coniuge compar dixit; cf. Casin. IV. 2. 18. meus socerus, compar, commaritus et Pseud. IV. 3. 9. primum omnium iam hunc comparem metuo meum. In Inscriptt. pro coniuge dici probat du Cang. Lex. T. II. p. 492. Henschel.

311. G. Compensatio, cum aliud aliquid alterius factum honestum aut utile contenditur, quod ut fieret, quod arguitur, dicitur esse commissum, quae repetit etiam Pap. Hanc glossam expedire nequeo.

312. G. Comperendinat, qui post crastinum diem differt. Comperendinare, in diem tertium differre. Comperendinatio, recrastinatio, dilatio iudicii. Comperendinat, in longum procrastinat. P. Comperendinare, differre in diem tertium, dilatare, excrastinare. VIII. p. 155. Comperendinare, procrastinare, demorari, diutinare, differre, dilatare, prolongare, protelare, prolixare. VI. p. 517. Comperendinatio, decrastinatio (?recrast.) A. p. 280 n 37. Comperendinat, differt in alium diem p. 290. n. 275. Compendinatio [l. comperendinatio] concrastinatio.

313. cf. supra n. 249.

314. Frustra hoc vocabulum in aliis Glossariis quaesivi. Compartior extat in *Π*. p. 39., Compartitur, συμμερίζεται et in Decret. Anton. apud Gruter. 408. 39., Compartire et compartitio ex sequioris latinitatis scriptoribus affert du Cang. T. II. p. 493. Henschel. Ne tamen muta compertitor. At forsitan pro compertitor emendandum sit competitor, ut G. habet Competitur amicus. Competit enim dicitur id quod convenit, par est, ut Suet. Oth. 12. Tanto animo corpus competiit. In eo tantum haereo, quod mihi non satis probatur, a neutro competit dici potuisse competitor. Itaque priorem lectionem magis amplector ac pro competitur in Gloss. S. Germ. legendum compertitor existimo.

315. A. p. 288. n. 204. Compegisti, compaginasti.

317. Supra jam ad n. 217. egi de hoc glossemate v. concinnat. P. Concinno. as. avi. i. adaptare, componere, consonare . . . irridere quod postremum quid sibi velit non capio. G. complectitur,

Conprehendit, concoepit.
Conpressi, correpti vel retracti.
320. Conprimit, vicit vel adumbravit.
Cousanguinei, contribuli.
Consciscunt, coniungunt, consociant.
Conscissus, frustratur.
Conscius, collega.
325. Conscedit, disrumpit.
Consecrat, dedicat, configit, iubet.
Consecravit, iussit, configit.
Consecutus, perfunctus, fruitus.
Consentaneum, aptum, conveniens.
330. Consentaneus, consors.
Consentit, adnuit.
Consequitur, potitur, fruitur.
Conserere, conferrere, interponere.
Considerat, percenscet, aestimat.
335. Consideratio, aestimatio, opinatio.
Consilium quaerit, consolat.

continet, allegat, amplectitur. P. complecti simul vel totum amplecti, ligare. Etiam de forma complecti ad eund. l. egi.

318. cf. supra v. concoepit n. 229.

319. G. Compressit, domuit, coërcuit, dissolvit dilaniavit. Compressum, victum aut oppressum. Compressus, perhibitus. Comprimit, vincit, adumbrat, frangit, fatigat, contundit, domat.

321. cf. Isidor. Origg. IX. 6. 4. G. Consanguineus, germanus frater, coniunctus genere et sanguine proximus.

322. P. Consciscere, coniungere inferre, irrogare A. p. 289. n. 262. Consciscunt, consociant. P. glossam etiam G. habet, sed omittit coniungere. *II.* p. 37. conscisco, προσάγομαι.

323. L. frustatus i. in frusta concisus, ut infra corruptum est frustra, frustella panis. In aliis Gloss. h. voc. frustra quaeres. Ita apud Flor. II. 2. legitur: cum praedae . . . frustarentur. i. dissiparentur.

324. G. Conscius, testis, consors, particeps, socius, adiutor, minister. P. Conscius, particeps, in conscientia quid habens. testis; I. p. 673. 47. Commanipularis, conscius, collega; T. VII p. 556. Commanipularius, conscius, collega, ut etiam habet T. VI. p. 517. et supra gloss. v. Ita etiam apud Cic. Epist. ad Att. I. 18. socius et conscius coniunguntur: qui mihi in publica re socius, et in privatis omnibus conscius et omnium meorum sermonum particeps esse soles.

325. L. aut conscindit, disrumpit aut conscidit, disrupit. G. Conscindunt, lacerant, vexant, laniant, divellunt, distrahunt, discerpunt, diripiunt, consumunt.

326. L. consecrat, dedicat, configit, vovet, et in seqq. confixit. A. p. 290. n. 276. consecramus, coniungimus, ubi ego lego configimus. Quia enim plurimae res, quae diis consecrantur, in templis figuntur ac ponuntur, consecrare quin pro configere per se dici potuerit, nemo erit qui dubitet. Pro iubet, quod, quantum scio, ea significatione nunquam a veteribus usurpatur, emendare velim vovet, quod vobet scriptum facile in iobet et iubet abire potuit. Tum eo errore commisso cur consecravit explicatum sit iussit non mirandum est atque ita infra corruptum est v. iussit. Pro configit, quod significationi voc. consecrare minus aptum videri possit, etiam conficit emendare possis et in seqq. pro configit l. confecit. G. Consecrat, sanctificat. Consecratur, perficitur, dedicatur. Consecrare, domino dare. *II.* p. 185. τελειῶ perficio, finio, conficio, consummo, termino, sacro, as.

330. L concors. G. Consentaneos, consentientes, convenientes. Consentaneum, conveniens, probabile, verisimile, conjunctum, ad fidem faciens, adpositum ad persuasiones, conveniens, consequens. Consentaneus, concors (ubi etiam L. concors) a consentiendo dictus, congruens, accomodatus appositus, conveniens, opportunus, consentiens. VIII. p. 153. Consentaneus, consentiens; *II.* p. 40. Consensus, συμφωνία. Consentaneum, συμφωνία ἀκόλουθον. Consentaneus, ἀκόλουθος ἐπὶ λόγου ἢ πράξεως. Meam emendationem veram esse non erit, quod multis comprobem.

333. L. conserere aut confercire aut contexere. G. Conserit, interponit, coniungit, committit, Conserit, consulit (l. consuit), collocat, comperat, colligat, connectit, conglutinat, conglobat, conligat, conglomerat, coagulat. Consertam, innexam contextam. Conserti, congregati, conferti, constipati, conglobati, condensati, coadunati, in unum coacti, in unum colecti.

334. L. percenset.

336. L. quaerit, consiliat aut consultat, quod tamen minus probatur. G. consilians, deliberans. Consiliatur, consilium requirit, flagitat secum, volvit

**Consistit, proponit, considet, incolit.**
**Consiti, condensati, constipati.**
**Consobrini, qui ex duabus sororibus congregantur.**
340. **Consolabatur, solatium dabat.**
**Consolando, solando.**
**Consolat, consilium quaerit.**
**Consolat, providet.**
**Consolaria, ipsa centuriata, quando fiunt milites consules.**
345. **Consolidat, confirmat.**
**Consors, consentaneus.**
**Consponsores, alterutrum fide dicentes.**

secum, consulit, consultat; sententiam quaerit, exquirit, secum refert, secum considerat. P. consiliari, secum volvere, judicare, exquirere. Agnoscunt consiliat *II*. p. 40. consilio συμβουλεύω, consiliator σύμβουλος γνωμοδότης; consiliatio et consiliarius. Quae exempla mihi quidem probant, e latinitate hoc voc. eiiciendum non esse, ut alii volunt, qui locis a lexicis allatis, quos repetere longum est, alii aliter emendare malunt. Praeter consilio, ceteras ejus derivationes probant Gloss. du Cang. nec vocabulum sequens considet audeo emendare, etsi nihil facilius sit, quam dicere, utramque glossam ita inter se esse commutatam, ut considet potius ad consistit videatur referendum. Quod ne probem, faciunt duae res. Primum habet G. duas glossas: Considium, consilium et considet, perabitur, considietur et consit, judicat et consuerunt, iudicaverunt, arbitrati sunt, tum aperte Isidor. Orig. X. 6. §. 12. consilium proprie pro considium, d in l mutato, dictum esse affirmat. Itaque primo loco legerim considet, arbitratur. Consit tamen non emendaverim. Hac obsoletam esse voc. Consi radicem mihi quidem haud improbabile est, cuius hic habes confirmationem, licet exemplum non habeam, quo certius confirmem Ille enim fuit deus consiliorum; cf. Serv. ad Virg. Aen. VIII. 636. et dict. mea ad Arnob. III. 23. Considere et sedere potissimum judices dicuntur, de re iudicanda sententiam laturi, de qua significatione vide sis lexica. Unum tantum addam quod equidem vix enucleare possum. In G. extat: considere collocare sedes, ponere, incendio consumere, consuvere, [ubi sine dubio legendum est consumere]... igni collabi, quae postrema verba mihi offensioni sunt. Hoc sine dubio referendum est ad vers. Virgil. Aen. II. 625. omne mihi visum considere in ignes Ilium, ex quo loco male intellecto perverse glossographus coniecisse mihi videtur, considere etiam pro incendio consumere dici posse. Rectius certe dixisset consumi ut postea igne collabi. A Virgilio multas huius cod. glossas repetitas esse neminem, qui attentius adhuc legerit, fugiet.

337. Proponit probum est. Consistere enim etiam activa notione dicitur pro constituere; ut Lucret. VI. 10. vitam consistere tutam ac saepius apud Gell. cf. Lex. G. Consistere, stare, quiescere, inhabitare. Consistis, stas, commemorans [l. commoraris].

338. Idem repetit G.

339. L. congenerantur. cf. Isidor. Origg. IX. 6. §. 14. et Non. p. 557. Consobrini ex duabus editi sororibus cett.

342. L. consiliat, ut supra.

343. L. consulat. VI. p. 518. consulit, interrogat; providet aut parcit. Consultores, provisores et A. p. 281. n. 83. consulens, praevidens, ubi l. providens.

344. Ita etiam habet P.: Consolaria, ipsa centuriata, quando fiunt milites consules, vel ornamenta. Ego malim emendare: Consularia ipsa centuriata, quando ciunt milites consules; cf. Varro de L. L. VI. §. 90. Müll. Et inter id quum circum muros mittitur et cum contio advocatur, interesse tempus apparet ex iis, quae interea fieri scriptum est. Sed ad comitia tum vocatur populus ideo, quod alia de causa hic magistratus non potest exercitum urbanum convocare, censor, consul, dictator, interrex potest; ... dictator et consul in singulos annos, quod hic exercitui imperare potest, quo eat; id quod propter centuriata comitia imperare solent. De forma ciunt non est, quod accuratius exponam. Eam enim in usu fuisse demonstrant lexica. cf. quae protuli ad Apul. Met. VIII. 7. T. I. p. 662. et ad Arnob. II. 10. p. 128.

346. L. concors, consentaneus; cf. supra v. consentaneus.

347. Isid. Gloss. p. 676. n. 12. alterutri fidem dicentes, quod hic emendandum videtur. Sed ne ita quidem mihi comprobatur, ac mirum est, quod hoc glossema Oehlero offensioni non fuit. Consponsor enim est, ut ex Cic. ad Attic. XII. 17. optime apparet, is, qui cum altero de eadem re pro alio spondet. Primum igitur intelligendum est, pro dicentes scribi oportere dantes ex nota dicendi formula fidem de aliquo dare; cf. Cic. Epist. ad Div. I. 9. Forsitan priora ita restituenda sint: cum altero alii fidem dantes vel pro altero alii fidem dantes. G.: Comsponsum, compromisum [ut habet etiam VII. p. 557. et

Conspicantur, intendunt.
Consociant, coniungunt.
350. Conspicuus, eminens, altus.
Constans, maturus.
Constantius, audentius.
Consternatus, victus vel metu prostratus, percussus, exanimis.
Constet, liqueat.
355. Constipati, condensi.
Constitit, extitit, moratur.

Constituere, proponere.
Constitutus, substitutus.
Constringere, artire, coniungere.
360. Construet, fabricat.
Constructum, conpactum.
Consuere, cusire.
Consuescit, adsuescit.
Consuetio, consuetudo.
365. Consuetudo, mos vel consuetio.

P.]. Conspospondit, pariter spopondit. Consponsum, compromissum vel pollicitum. Consponsor Fest. explicat p. 45. coniurator et ita emenda in VIII. p. 152. pro consponsus, coniurator.

348. G. Conspicantur, intendunt, adspiciunt. Conspicatur, considerat, contemplatur, intuetur, inspicit, adiicit oculum, circumvisit oculis, subigit, rimatur, aspicit, videt. VIII. p. 153. et p. 154. Conspicari, videre.

350. G. Conspicuus, pulcher vel altus. P. Conspicuus, pulcher, altus, praeclarus.

351. Hoc quid sibi velit, non capio; non tamen puto emendandum esse maturus, quod postea eadem glossa repetitur. Nisi maturus velis explicare de homine iam provectae aetatis et gravi, qui saepius sibi constant, quam immaturi iuvenes, vel de iis qui matura aetate fortitudinem ac robur habent, non habeo quo glossam explicem. G. Constans, animo firmus, valens, fortis, robustus, nervosus, lacertosus, dictus quod undique stat nec in aliquam partem declinari potest [quam explicationem etiam P. habet] Constantia, animi, firmitas, fortitudo, magnitudo animi virtus, gravitas, firmitas, nervorum vis, vis.

352. Constans etiam in malam partem dici de hominibus pertinacibus, probant lexica. Hic de temeritate dictum existimo.

353. VIII. p. 149. Consternatus, exanimis. Consternari, cadere, exanimem esse. A. p. 280. n. 60. consternantem, indomitam, ubi lego: consternatam, attonitam. Non. p. 262. Consternari significat deici. Consternari, rursum erigi. Fest. p. 33. Consternatio, quae est concitatio quaedam corporis subita ex aliquo metu, a sternutamento deducta est, quod eo toto concutimur corpore cf. Intt. p. 359. G. Consternatus, clausus (ubi l. concussus scriptum cōcussus] Consternatum, perterritum. Consternatus, convictus aut prostratus, conturbatus, perculsus, attonitus, examinatus, [l. exanimatus] confusus, perturbatus, obstupefactus, permotus. P. Consternatus propriè mente stratus vel corpore.

354. G. Constat, liquet, apparet. Ita l. A. p. 289. n. 259. pro constet, placet aut constat, paret vel patet aut constet, pateat vel pareat.

355. cf. supra v. condensi. VIII p. 152. Constipare, circumdare, ambire, illustare (?) gyrare, circinare, orbiculare. A. p. 289. n. 211. constipatus, repletus, unde emenda VIII. p. 154. constipare, fulcire in constipare, farcire. G. constipati, densati, spissati.

356. cf. Caes. de B. G. IV. 5. Viatores etiam invitos consistere cogunt, i. commorari. Qui enim constitit, moratur ipso loco quo constitit. De altera significatione exemplum habes Lepidi apud Cic. ad Divers. X. 34. §. 3. Etsi omni tempore summa studia officii mutuo inter nos certatim constiterunt i. extiterunt.

359. cf. supra n. 142. v. artire.

360. L. construit, fabricat. De forma fabricat cf. infra v.

362. cf. infra ad v. cusire.

363. G. Consuescimus bona, insuescimus mala, adsuescimus utrumque. P. Consuetio, consuetudo et ita l. A. p. 289. n. 243. pro consuestio. Fest. p. 46. Consuetionem Plautus pro consuetudine dixit et ad h. l. Intt. p. 388. et Intt. ad Plaut. Amphitry. I. 2. 28. Consuetudo ita definit G. ex Isidor. Origg. II. 102. Mos longa consuetudo est de moribus tracta tantundem. Consuetudo autem est ius quoddam moribus institutum, quod pro lege suscipitur, cum deficit lex nec differt, scriptura an ratione consistat, quando, ut legem, ratio commendat. Porro si ratione lex constat, lex erit omne iam, quod ratione constiterit, dumtaxat quod religioni congruat, quod disciplinae conveniat, quod saluti proficiat. Vocata autem consuetudo, quod in communi est usu. Ita enim hic locus ex vetustissimo cod. S. Germ. scribendus est.

**Consuistis, statuistis.**
**Consultat, inculcat vel ardentius consilium quaerit.**
**Consulit, percontantus est vel censet vel suadet.**
**Consultus, peritus, copiens, in consilio habitus.**
370. **Consumsit, ambusit.**
**Consumptum, affectum, ambustum.**
**Consumptus, evacuatum, exesum, finitum.**
**Contactus, coinquinatus.**
**Contagium, coinquinatio, morbus.**

366. Idem glossema repetitur in G. Consuerunt, iudicaverunt, arbitrati sunt et P. consuerunt, arbitrati sunt, ordinaverunt, iudicaverunt. Quid hoc sibi velit, non assequor. Sive enim est praeteriti verbi consuescere contracta forma, sive verbi consuo perfecti formatio, huic, quam glossae statuunt, significationi convenire non videtur. Itaque mendum esse pro censuerunt coniicio. Hoc eo magis mihi probatur, quod meum glossarium habuit consuistis .i. censuistis. Aut legendum est omnium probabilissime: Consuluistis ex Fest. p. 32. **Consulas** antiqui ponebant non tantum pro consilium petas et perconteris sed etiam pro **iudices** et **statuas.** cf. Intt. p. 358.

367. G. Consultat, sententiam quaerit, exquirit. Pl. p. 446. Mai. Consulto a consulendo tractum est, quod sic fitut consulat ac nocere non possit, quae glossa G. ita legitur: Consulto a consulendo et tractando dictum est. quod sic fit, ut consulat cett. et p. 449. Consultans cogitans et VIII. p. 143. consultare, consulere et VI. p. 518. consultatur, interrogat, ubi facile emendari possit: consultator, qui interrogat. Sed cave, quid emendes. Nam apud Tertull. adv. Hermog. 18. ex Iesai. XL. 14. in nonnullis libris legitur forma deponentialis: quis illi consiliarius fuit? aut quem consultatus est, quae lectio retinenda est, licet aliquot libri habeant consolatus est. Gaudeo, quod haec scriptura quae a multis editoribus in dubium vocata est, glossarii auctoritate defendi potest. Ceterum etiam inculcare, quod gloss. habet meum, retineo. Consultat enim, quod postea ardentius consilium quaerit explicatum est, inculcare explicare possis de eo qui dicendo urget nec interrogare desinit, qua significatione hoc voc. dictum esse ab optimis scriptoribus, lexica docent.

368. VI. p. 518. Consulit, interrogat, providet aut parcit. Consultores, provisores, interrogatores. Consultum, responsum. A. p. 284. n. 299. Consuluit, admonuit. G. Consulit, consilium petit, interrogat, futura exquirit, quaerit, percunctatur, perscrutatur, sciscitatur, requirit, interrogat. P. accuratius: Consulo tibi. consilium do (unde censet, suadet, admonet, in aliis gloss. explicatur). Nam consulo te interrogativum est et tunc habet passivum. Consulo te, consilium peto a te. Consulere, consilium petere, futura exquirere.

369. G. Consultus, boni consilii, perspicax, prudens. Consultus est, qui consulitur, cui contrarius est inconsultus, qui non accipit consilium; [cf. Isid. Orig. X. 39.]. P. Consultus etiam, qui consilium accipit. Pro copiens, quod Gloss perverse habet, lege aut cavens aut providens.

370—372. Consumere addito voc. igne incendio esse idem, quod comburere non est, quod pluribus demonstrem. Accuratissime G.: Consumimus, manducamus. Consumit, dissipat, dilacerat, dilapidat, profundit, proicit, devorat, perdit, prodigit, conficit, **comedit.** Consumpsit, ademit, abstulit, privavit, orbavit, eripuit, traxit (detraxit?), extorsit, exclusit, expressit, eripuit, expugnavit, contendit (comedit?), exegit, gessit(?) Consumpta, **exardens, finita.** Consumtio, **concrematio,** interitus, tormenta, poena, damnatio, **ignis, flammae punitio.** Consumtis, afflictis, exhaustis, lassis, fatigatis, defectis, luxuriosis, prodigis. Consumptor, luxuriosus, prodigus, nepos, sumptuosus, profluus, helluo, gluto, ganeo, decoctor, devorator, popino, ambro. Consumptus est, interiit, mortuus est, defunctus est, occidit, periit, occubuit, e vita excessit, privatus est spiritu, animam reddidit, luce caruit, debitum naturae persolvit. Consumptus, totus sumptus et devoratus. Consumere, terrere (terere?) exigere, impedire, desinere (l. detinere), frustari, calumniari, ludificari. Consumunt, conscindunt, lacerant, vexant, divellunt, distrahunt, discerpunt, diripiunt.

373. G. Contactus, inquinatus. Contagia, morbida a contingendo. Contagies, contactus in culturis. Contagio, contaminatio criminum, miseria, calamitas, clades, aerumna, infelicitas, labor, casus adversus, exitium, pestilentia, lues. Contagium **morbus** ab eo, quod inquinet, quicquid adtingit a contingendo dictum, quia, quaecunque te-

375. **Contaminat, profanat, polluet, coinquinat.**

**Contectum, obscurum.**

**Comtemplati, contuiti.**

**Comtemplatio, intentus.**

**Contemptum, profanatum.**

380. **Contendit, concertat.**

**Contentio, altercatio, disceptio.**

**Contentus, patiens.**

**Contextae, conflatim, copulatim.**

**Conticuit, tacuit.**

tigerit, polluerit. Ipsa est inguina sive pestilentia sive lues appellatur. [cf. Isidor. Origg. IV. 6. 18.] P. Contactus, inquinatus. Conjunctio a contingo [ubi lege contagium coniunctio cf. infra]. Contagio, coinquinatio, miseria. Contagium, morbus dicitur, quod quicquid contigerit, polluit. Ipsa inguinaria sive pestilentia vel lues dicitur, unde verisimile est, Pap. in loco Isidori l., ubi lectio haeret, in cod. suo habuisse inguinaria, ut etiam Arev. in suis codd. invenit. Haec lectio mihi confirmari videtur G., in quo inguina extat, ubi ria litterae propter similes ria praegressas facile a librario omitti poterant. Inguinia, quod novissimus Isidori editor scribit, mihi quidem nunquam probabitur. Etiam in aliis Gloss. glossam reperi. T. VI. p. 518. contactus, inquinatus. Contagies contactus in culturis. Contagio aquae quae inquinant. Contingere, attaminare. A. p. 289. Contactum, contaminatum, immaculatum incestum. VIII. p. 158. Contagiosus, id est macula plenus. A. p. 288. n. 264. collui, contagio [l. colluvie] et p. 289. n. 287. Contagies, contactum incultores [l. in culturis]. Fest. p. 45. Contagionem esse dicendum non contagium cf. Intt. ad h. l. p. 386. Non. p. 199. Gell. XII. 9. §. 2. **Periculum** etiam et **venenum** et **contagium**, non uti nunc dicuntur, pro malis tantum dicta esse, multum exemplorum huiusmodi reperias, ut ipse Gell. dicit. XVII. 15. §. 7. propter elebori contagium .i. contactionem. Ita recte Pap. explicat coniunctio cf. Intt. ad Fest. d. l. Alia exempla praebent lexica.

375. G. Contaminatum, corruptum, vitiatum, pollutum, violatum, fedatum, inquinatum, dehonestatum, demaculatum, deturpatum, decoloratum, commaculatum, profanatum. Contaminatus, horridus, sordidus, vulgaris, abiectus, barbarus, inquinatus, corruptor, adulter, libidinosus, famosus, obscenus, impudicus, incestus, impurus, probrosus, maculosus, turpis, fedus, inhonestus, flagitiosus, deturpatus, diffamatus, deformis, pollutus, violatus. VIII. p. 155. Contaminosus, probrosus, inmundus et p. 156. Contaminare, polluere, foedare, sordidare, maculare. VI. p. 518. Contaminare, contingere. P. Contaminare, corrumpere, derivatur a tamen, ubi lege aut tamino ex Fest. p. 257. taminare violare....... et contaminare dictum videlicet ...... illintate, ubi certe pro illinta legerim illota cf. Don. ad Terent. Andr. prol. 16. Proprie contaminare est manibus luto plenis aliquid attingere. Tamen si quis apud Pap. probare velit, ponat, eum eandem censuisse verbi taminare originem, quam esse recentiores etymologici dicunt, qui a tago pro tango dictum esse tagimen et contractione tamen et inde tamino esse formatum.

378. Pro intentus l. intuitus. VIII. p. 154. Contemplari, videre, intueri, considerare, conspicari, spectare. Pl. p. 518. Contemplare extimare. G. Contemplare invenire vel compingere (confingere?) Contemplator, speculator. Contemplatur, consideratur. Contemplatur, intuetur, inspicit, adioit oculum, circumvisit oculis, subigit, rimatur, adspicit, observat. De voc. origine cf. Fest. p. 31. et Intt. p. 354. et Varro de L. L. VII. §. 9., qui activam huius verbi formam primus latinitati vindicat; a quo **templum** dictum et **contemplare**, ut apud Ennium in Medea: **Contempla** et templum Cereris ad laevam adspice. Idem testantur aliquot exemplis Non. p. 469., Gell. XVIII. 12. §. 5. exemplo Plauti et Prisc. VIII. 5. T. I. p. 377. Kr. Apul. Florid. n. 7. sapientiae studium **contemplarent**, ad q. l. vide dict. mea T. II. p. 40.

381. Pro disceptio l. disceptatio. G. Contentio, controversia, negotium, causa, quaestio, disceptatio, collatio, comparatio [quod glossator ex male intellecta voce collatio perperam adiecit] pugna, certamen, dimicatio, congressio. Pl. Mai. p. 439. contendunt, contentionem habent vel prodocent velasserunt, ubi l. perducunt vel asserunt ex G.

383. cf. supra v. conflatim et infra v. copulatim.

384. G. Contieescere, silere. Conticuere, conticuerunt, qui cessaverunt, silentium praebuerunt, tacuerunt. Conticuimus, tacuimus. Pap. Conticere simul et statim tacere, nihil proferre.

385. **Contigit, evenit.**
**Contiguum, coniunctum vel propinquum.**
**Continentia, conversatio.**
**Continens, capax.**
**Continue, adsiduae, iugiter.**
390. **Continui, inhibui.**
**Continuis, iugis.**
**Continuo, illico.**
**Contionarius, qui alloquitur populo.**
**Contionarus, errores.**
395. **Contionatur, congreditur, dum in convento loquitur vel contestatur.**
**Contio, conventio populi vel conversatus.**
**Contorpet, stupet.**
**Contra, adversus.**
**Contraria, adversa.**
400. **Contrarium, adversum, levum, sinistrum.**

385. G. Contigit, evenit. Contigit, obtigit, evenit, accidit hoc inter se differunt. Contigit facto, obtigit arte, evenit casu, accidit malum. Contigit, accidit, factum est, evenit, cessit, occurrit. Pap. idem habet, nisi quod pro arte habet sorte, quod probabilius mihi quidem videtur.

386. Pl. p. 447. Mai.: Contiguum, quod contingi potest T. VIII. p. 153. Contiguus, vicinus, affinis, anterminus [l. adterminus]. Contiguitas, vicinitas. G. Contigua, proxima. Contiguus, piissimus [l. proximus] P. Contiguus, proximus, coniunctus a contingo.

388. Haec glossa quamvis videatur singularis, tamen iustam habet interpretationem. Conversatio et conversari significat vitam religiosam et monachicam profiteri, ut pluribus mediae latinitatis exemplis du Cang. T. II. p. 582. sq. probat. Ita conversa ipsa nominabatur monacha et mulier, quae a prava et dissoluta vita ad meliorem transibat, ut idem docet p. 582. Ita etiam continentes potissimum appellabantur ii qui in castitate vivunt et ipsi monachi. Ita Hesych. habet: ἐγκράτεια ἄσκησις et Hieronym. Epist. ad Marcell. 24: nos quia serica veste non utimur, monachi iudicamur, quia ebrii non sumus, . . . continentes et tristis. Ita Continentes se nominabant fratres et sorores tertii Ordinis Fratrum Minorum. De hac significatione voc. Continens plura vide apud du Cang. T. II. p. 569. Hinc optime G. Continentia est post corruptionem sexui renuntiatio, quae interpretatio mirifice voc. conversus et conversa convenit. Continentia, religio, sanctitas, castitas, pudicitia, integritas, temperantia, virtus. P. Continens non solum in castitate post corruptionem, sed ab omni vitio. [cf. Isidor. Origg. X. 35]. Forsitan, sed mea quidem sententia minus probabiliter explicare possis continentia, conversatio, ut de agendi et vivendi ratione dictum sit. Continentia enim idem esse, quod Francorum conduite, probat du Cang. Gloss. T. II. p. 570. et conversatio pro vitae genere dici docet idem l. d. p. 583.

389. Continue pro continuo formam habet Non. p. 376. v. protinus: Protinus iugiter et continue. G. Continuo, subito, confestim, ilico, mox, cito, statim, exinde, protinus, extemplo, e vestigio, mature, significat iugiter tractim perpetuo sine fine vel intermissione, alias statim.

390. G. Continet, gubernat, imperat, moderatur, praeest, sub dicione habet.

393. G.: Concio, concilium, convocatio populi, populi multitudo. Concionator, affator. Concio, congregatio populi vel allocutio ad populum. In concione enim sententia premitur, per quam tumultuosa turbae seditio comprimitur, et cum multi diversa sentiant, per concionantis rationem ad unam sententiam perducuntur. Concionarius, multitudinis allocutor. A. p. 289. n. 234. Contionarius, qui adloquitur populum. Ceterum nota dativum populo, qui nostro loco positus est, cum aliter semper cum accusativo adloqui construatur. Locus enim Plaut. Amphit. I. 1. 26. huc non referendus est: Diis gratias agere et adloqui.

394. Forsitan legendum sit: Concionarii oratores, vel simile quid. Idem error est in cod. 7641. ubi extat: concionatores errores.

395. G. Concionatur, affatur, alloquitur, conventum facit, dux exercitum alloquitur. Congreditur defendi possit, ut sit accedere ad aliquem colloquendi causa; pro dum lege cum vel tum. Prius magis probatur. Contestatur accurate convenire voc. concionari mihi quidem non liquet.

396. P. concio, contentio, quod mirifice in aliis glossariis repetitur; l. conventio. Pro conversatus ego legerim conventus.

397. Not. Tiron. p. 94. contorpet.

**Contractus, commercium.**
**Contradicit, contendit, annuit.**
**Contra fas, contra ius divinum.**
**Contra foedus, contra pactum.**
**405. Contrahere, colligere.**
**Contra nefas, contra scelus.**
**Contra positus, obnisus.**
**Contrarius, adversarius.**
**Contraxit, collegit.**
**410. Contribuli, consanguinei.**
**Contuiti, contemplati.**
**Contumatia, gravis superbia.**
**Contumax, superbus, contemnens.**
**Contumelia, iniuria vel grave convitium.**
**415. Contundit, frangit, inprimit, quassat, vexat.**

In cett. glossar. frustra quaesivi hoc vocab.

401. G. Contractus, venditio dicitur placitus vel acutio dicitur contractus vel homo debilis per omnia ubi lege venditio, pactio [vel pactum] vel locatio dicitur. Ita emenda Pl. p. 445. ubi extat: contractus dicitur placitum vel cautio. De significatione voc. non est, quod dubites; cf. Ulpian. Dig. L. 16. 19. et ipse Cicero pro Quinct. 4. §. 2. Dico quae acta sint ante ipsum rei contractum.

402. L. abnuit. G. Contradicit, abnegat, abiurat, infatur, abnuit, negat, diffitetur, se interponit, renuit, recusat, interdicit, refragatur, reclamat.

403. G. Contra fas, contra ius divinum, contra licentiam. Contra fedus, contra pactum. Contra nefas, contra scelus. Contra ora, contra faciem. Contrahere, colligere, conquirere, apprehendere, in unum colligere. Contraxit, comprehendit, congregavit. A. p. 289. n. 78. Contraxit, congregavit.

408. G. Contraria, diversa, irata, inimica. Contrarium, repugnans, inimicum, infestum, adversum, oppositum, officiens, obsistens, obstans, obnitens.

410. cf. supra n. 321. consanguinei, contribuli. I. p. 672. n. 47. Contribules, consanguinei quasi ex eadem tribu et Gloss. Vulc. p. 700. Contribunni [l. contribuli] consanguinei, parentes. VIII. p. 153. Contribulis de eadem tribu natus et ibid. Contribulis, cognatus. T. VI. p. 518. Contribuli, consanguinei quasi ex eadem tribu, et Contribulibus parentibus. A. p. 280. n. 4. Contribulus consanguinis [ubi l. consanguineus]. G. Contribulibus, parentibus; Contribules, consanguinei quasi ex eadem tribu, quam posteriorem glossam etiam Papias repetit. Sola, quae mihi quidem huius adiectivi probari potest, forma est contribulis. Ita enim postulat analogia. Formam contribuli ita perverse ortam censeo, quod in glossar. subsequebatur consanguinei, C enim simili ductu absorpsit s litteram praecedentem; et tum ex contribule efficiebant contribuli. cf. Forcell. Lexic. v.

411. G.: Contuemini, animadvertemini, quod velim notes. Ita etiam Priscian. VIII. 4. T. I. p. 373. Krehl.: Similiter protulerunt tam in activa quam in passiva significatione tutor, vador, venor, velificor, confiteor, tueor, aggredior, stipulor. De forma tuor pro tueor, cuius futurum est contuemini cf. Prisc. VIII. 17. T. I. p. 428. tueor tueris et tuor tuĕris cett. Non. p. 470. Merc. Contuo et intui pro intueri. Turpilius Pedio: Tamen oculis longa intercapedine appetunt cupide intui. Pomponius Maccis geminis: Incoepi contui, conspicio coleatam aspidem. Tum pergit G.: Contuens, conspiciens. Contuentes, conspicientes. Contueor, video. Contuitim, statim, continuo (ut nos dicere solemus augenblicklich]. Contueri, considerare, cernere, videre vel adspicere. Contuetur, contemplatur. Contuitus, contemplatus.

412. VIII. p. 153. Contumax, superbus, elatus, torosus, [l. morosus] superciliosus. Isid. Origg. X. 45. contumax eo quod contemnat. G. Contumacia, gravis superbia, Contumax, superbus, protervus, contrarius, contemptor. Contumax dictus ab eo quod temnat. Contumaciam de contemtione dici probat Donat. ad Terent. Hecyr. III. 5. 54. Contumax proprie dicitur contemptor potiorum. *II.* p. 42. contumacia, *καταφρόνησις* et contumax *καταφρονητής* cf. Oud. ad Apul. Met. II. p. 250.

414. G. idem habet.

415. G.: Contundam, confirmabo, obtinebo, vincam, subiugabo, domabo, subigam, superabo, subiugo (?) mittam, potentior ero. Contundit, edomat, debellat. Contundet, domabit. Contundit, frangit, domat, subigit, fatigat. Contudit, domuit, compressit, dilaniavit. P. Contundere, frangere, domare.

**Contunsio, famix, fraucae.**
**Conubium, coniugium, matrimonium.**
**Conveniens, aptum, congruum.**
**Convenio, coëo.**
420. **Convenire, capitis metus.**
**Conventus, frequentia.**
**Conventus, navium commeatus.**
**Conversatio, continentia.**
**Conversus, continens.**
425. **Convexo, incurvatio de ipso concaco.**
**Convexo litore, rotundo.**
**Convitia, clamores et probationes.**
**Convitiatur, vociferatur.**
**Convitiosus, protervus, impudens.**
430. **Convincit, redarguit, arguit, coarguit.**
**Convicti, confutati, coniuncti.**
**Conum, summa pars galeae.**
**Conus, crista, iuba, crepitaculum.**

A. p. 280. n. 248. Contundit, lenit mores.

416. L. Contunsio, famix faucis; cf. infra ad v. famix.

417. G. Connubia, coniugia. Connubiis, nuptiis, coniugiis. Connubii pretium filii dicuntur. Connubium, matrimonium, coniugium. Connubium non a nupta sed a nubendo formatum. Dicitur autem, cum aequales nuptiis coëunt, utpote cives Romani pari utique dignitate. Connubium autem non est, cum civis Romanus cum Latina iungitur. Quibus autem connubium non est, filii patrem non sequuntur. Ita lege locum Isidor. Origg. IX. 7 §. 21.

418. G. Conveniens, consentaneum, probabile, credibile, verisimile, convictum, ad fidem faciens. Convenit, condecet, expedit, utile est, accommodatum est, prodest, pro re est, iure est, [ubi l. e re est] remedio est, fructus est, bono est.

419. G. Conveniunt, concurrunt, properant, coëunt, coadunantur, in unum veniunt. Plin. N. H. XI. 29. apes **conveniunt** clunibus; cf. infra miscitur.

420. Hoc gl. omnium est vitiosissimum. Pro metus legendum esse cetus, mihi quidem persuasum est. Forsitan pro convenire capitis legendum sit conventiculum. At rem in medio relinquo. G.: Conventum, cetum, concilium. Conventus, congregatio, cetus, circuli corona, gyrus et P. Conventus, congregatio, coetus.

422. cf. supra v. commeatus.

423. cf. supra v. continentia.

425. L. convexio. Gell. I. 14. §. 8. Nam quanta partium circulorumque coeli ex devergentia et **convexionibus** mundi varietas sit. G.: Convexa, extrema coeli, declinata in convexa coeli posita. Convexa coeli extrema eius sunt a curvitate eius dicta .... Convexum enim curvum est, quotiens conversum seu incurvatum et ad modum circuli flexum [unde emenda Isidor. Origg. III. 38. cf. XIII. 5. 6.] Fest. p. 45. Convexum id est ex omni parte declinatum, qualis est natura coeli, quod ex omni parte ad terram versus declinatum est. cf. Serv. ad Virg. Aen. I. 607. G. Convexum est quod in modum circuli flexum est, nomen est, non participium. Convexum, concameratum, concavum, conclusum, cadens, flexum, incurvum, pandum, sinuatum.

426. G. Convexo littore, rotundo. Ita emenda A. p. 289. n. 228. Convexio, littore retundo.

427. L. probra, lites vel opprobrationes. G.: Convicia, lites, maledicta, iurgia, prelia, altercationes, amaritudo, linguae acerbitas. Conviciari, contumeliis afficere et multa alia ut supra. Conviciator, inclemens; immitis, protervus, iniuriosus, procax, maledicus, insectator. Conviciis, minis, terroribus, **clamore**, pena, denunciatione, **vociferatione**. Convicium, sermo iniurii vel improperii. Convicium et conviciari proprie de ineptis et inconditis clamoribus dici probant Ruhnk. ad Terent. II. 1. 36. et Burm. ad Phaedr. I. 6.; cf. Intt. ad Cic. Verr. II. 5. 11. cf. Fest. p. 33. Convicium a vicis, in quibus prius habitatum est, videtur dictum vel immutata littera quasi convocium et ad h. l. Intt. p 358. Non. p. 64. *Π.* p. 43. Convitiatur *καταβοᾷ*.

431. Coniuncti glossam ex confusione participiorum convicti et convincti, qua nil est frequentius, exortam puto.

432. G. Conus, cupressi. Conus baca cupressi. Conus generis masculini .i. galea. Conus ponitur et pro fructu cupressi, quod in ro-

**Convocari, locari.**
435. **Convocatus, contio, conventus.**
**Cooperit, amictat, tegit.**
**Coopertorium, teges, amictum.**
**Cooritur, simul nascitur.**
**Coors, castra vel numerus militum.**
440. **Coörs, multitudo rusticorum.**
**Copia, abundantia, facultas.**
**Copia, exuberantia, utilitas.**
**Copiosus, locuples.**
**Coppedinarius, voluptuarius.**
445. **Copula, coniunctio.**
**Copulatim, contextae, conflatim.**
**Copulentus, pinguis.**
**Copulo, coniungo.**
**Coram, praesentibus, palam.**
450. **Coraula, iocularis.**
**Corium, byrsa.**
**Cornices aves lasciviae, iocosae.**

tunditate conum imitetur. Conus et curvatura, quae in galea prominet, super quam cristae sunt. A. p. 289. n. 216. Conus, summa pars galeae. Varro L. L. V. §. 116. Conum, quod cogitur in cacumen vorsus; cf. Isidor. Origg. XVII. 7. §. 34. et XVIII. 14. §. 2. coll. Serv. ad Aen. III. 468. et 680. Crepitaculum fuisse conum apertissime indicat. *Π*. p. 43. Conum *κύμβαλον καὶ τὸ ἄκρον τῆς περικεφαλαίας*, qua tamen significatione dici apud priscos scriptores me quidem fugit. Ceterum conus et conum dixisse veteres, Varro et Gloss. probant. Etiam in locis, quos citavi, sunt diversae lectiones, ita ut e cod. praestantia de alterutra diiudicandum sit.

434. L. vocari.

435. Nota substantivum convocatus quod in aliis glossariis frustra quaesivi; ne du Cang. quidem habet.

436. Nota frequentativum amicto, quod nec lexica nec glossaria habent. *Π*. p. 43. cooperio, *καλύπτω, σκεπάζω, ἐπισκεπάζω, περιβάλλω ἱματίῳ, ἐπικαλύπτω, περικαλύπτω, συνσκέπω.* Coopertorium *σκέπασμα, τὸ περιβόλαιον* et p. 183. teges *ψίαθος σκέπασμα* et infra teges, coopertorium.

438. VIII. p. 158. Coortus, insimul ortus. Ovidius: sic ubi se ventis commiserat unda coortis.

439. VIII. p. 158. cohors, agmen, turma, phalanx, phalanga, cuneus, caterva, coetus, globus, turba. cf. Varro de L. L. V. §. 88.

442. L. pro utilitas : vilitas. G.: Copia, multitudo, abundantia, facultas. Copiam, facultatem, potestatem, condicionem, opportunitatem, abundantiam, alimonia, cibaria, annona. Copias, abundantes delicias; divitias abundantes. Copiae, pecuniae, facultates, opes, patrimonium, epulae, amplitudo, ambitio, petitio, toga candida. Copiose, largiter, liberaliter, munifice, benigne, benefice, prolixe, plena, cumulate, affatim, abunde, satis superque, ubere vel nimium. Copiosus, ingeniosus, promptus, paratus, exercitatus, opimus, profluus, abundans.

444. L. cupedinarius, et infra voc. cupedo.

446. cf. supra conflatim et contexte.

447. L. corpulentus. G. Corpulens, pinguis. Corpulentus, corpore validus, obesus, pinguis, completus, distentus, crassus, plenus, saginatus, refectus [l. refertus] dictus quod sit corpore validus et lenis carnibus, ubi Pap. habet et lentis carnibus.

449. G. Coram, praesens, in praesenti, in conspectu, palam. Coram et palam ita distinguitur: Coram ad personam refertur. Dicimus enim coram illo. Palam autem persona caret, quia significat, quod omnes sciunt. Ergo coram ad certam personam refertur, palam ad omnes. Coram in praesenti dicimus .i. sibi met ipsi absentem non esse, adest, in praesenti est, praesto est, testibus, in praesenti, sub oculis, in ore, spectante, duce.

450. Pl. p. 644. Mai.: choraula, cantator. I. p. 672. n. 23. Choraula, princeps chori ludorum [ubi lege ludionum] quo nomine potest dici totus chorus. p. 674. n. 8. Coraula, iocularius. et p. 676. n. 14. Coraula, iocularis. VIII. p. 90. hic choraula, ae .i. ille qui chorum ducit, qui aliter dicitur choraules, is, unde Iuvenalis: aut glaphyrus fit pater ambrosiusve choraules. et p. 139. Choraula vel choraules, qui chorum ducit. G. Coraula, mimus, cantator, P. Choraules, princeps chori vel qui cannulis i. fistulis canit. Anle enim gr. cannula dicitur, unde et auledus .i. tibicen. Inde et choraules, qui tibiis in choro canit. Choraula cantator proprie, qui cornu canit vel mimus.

451. cf. VIII. p. 119. Item ab hoc nomine, quod est caro, hoc corium, ii, eo quod carnem tegat et dicitur corium quasi carnium. cf. Isidor. Origg. XI. 1. 79. P.: Corium, pellis birsa.

452. L. aves lascivae, iocosae. P. cornix avis species, quae dicitur vivere ad millenarium. Inde cornitor. ari, quasi cornix (?) inepte et importune loqui.

Cornupeta, cornu appetens.
Corona, serta.
455. Coronatur, redimitur.
Corpus, natura vel cadaver.
Correpti, compraessi.
Corrigit, increpat vel munit.
Corripit, erudit.
460. Corrumpit, devirginat.
Corrumpta, infecta, fracta, dis soluta.
Corruptela, corruptio.
Corruptum, adulterium, vitiatum.
Corruscatio, vibrat hiems.
465. Cottidianus, efemeris.

453. L. Cornipeta. G. Cornipeta, bos ferus. Cornipeta, qui cornu petit. P. Cornupeta, cornu petens bos. Praefero lectionem cornipeta, quod formatum est, ut honoripeta. Ita etiam VIII. p. 152. Cornipeta, bos cornu petens. Π. p. 45. habet cornupeta, κορύπτιλος. Cornupetit κορύπτει. Cornupeto κερατίζει. Du Cang. quoque hanc formam praetulit.

456. Duplici ratione natura hic explicare possis. Nonnullis enim locis, praesertim poetarum, natura dicitur de naturali cuiusque rei substantia, de complexu corporis, ut apud Cic. de N. D. II. 57. cf. Wyttenb. ad eiusd. l. d. I. c. 9. p. 723. Creutz. Aperte Cic. ibid. l. 15. neque ulla sunt praeterea admista natura, ubi recte Intt. explicant naturam dici pro materia s. corpore et Terent. Eun. II. 3. 24. Tum vero sensu obsceno dictum esse possit de testiculis ac toto genitali, quae et corpus et naturam veteres appellabant; cf. Apul. Met. III. 25. T. I. p. 196. nisi quod mihi iam nequeunti tenere Fotidem natura crescebat, ad q. l. vide dict. mea. Ita Plaut. Bacch. III. 3. 78.: quum manum sub vestimenta ad corpus detulit Bacchidi, plurimi corpus explicant de partibus muliebribus. Plura dabunt Intt. ad Phaedr. I. 11. 3.; Burm. ad Petron. 100. 112. et 130. Pro cadavere etiam poni corpus probat praeter alios locos Ovid. Met. XIII. 471. genetrici corpus inemptum reddite de Hectoris cadavere, ad q. l. vide Intt. Alios recentiorum scriptorum locos dabit adeunti du Cang. Gloss. T. II. p. 616. Henschel. v. corpus.

457. L. pro corrigit, corripit. Est enim corripere idem, quod circumdare, involvere, complecti, quod tum prave explicari potuit munire cf. Virg. Aen. IX. 537. flamma corripuit tabulas; cf. Gierig. ad Ovid. Fast. II. 524. Corripere vero significatione rep ehendendi, castigandi verbis poni probant Intt. ad Suet. August. 53. adulationes gravissimo edicto corripuit ut pro munit monet vel minuit legendum rectius videatur. Ita Sueton. Tiber. 34. Ludorum ac munerum impensas corripuit i. contraxit, imminuit. cf. Intt. ad Quinct. X. 1. Si corrigit voc. glossae increpat conveniret, emendarem pro munit: mundat vel mollit; cf. Plin. N. H. XV. 29. §. 37. Ita in sequenti glossa e contrario pro corripit emenda corrigit. Corrigere enim est emendare, ad meliorem frugem reducere, ita ut erudire bene possit explicari. Infra idem vitium repetitur v. increpat, corrigit, munit; et obiurgat, corrigit, munit.

460—463. Has quatuor glossas complecti lubet. G.: Corrupta, vexata, quassata, afflicta, lacerata, multata, fracta, dissoluta, vitiata. Corruptor, adulter, libidinosus, famosus, obscenus, impudicus, incertus [l incestus], probrosus, contaminatus, inquinatus, maculatus, turpis, fedus, inhonestus, flagitiosus, deturpatus, diffamatus, deformatus. Corruptus, tumidus, inflatus, inanis, ventosus, vanus, levis, loquax, versutus, garrulus, fluens, solutus, fusus. Corruptum, vitiatum, contaminatum et cetera similia. P. Corrumpere, frangere, devirginare, vitiare, inficere morbo vel malis moribus polluere. Corruptela, corruptio a corrumpendo. Corrumpere pro devirginare poni pluribus probat Oud. ad Apul. Met. VI. p. 426.; de adulterio etiam dici exposui ad l. c. T. I. p. 478. cf. Taubm. ad Plaut. Casin. I. 3. p. 371. Intt. ad Propert. I. 8. 21. Pro adulterium legerim adulterum i. vitiatum, ut habet Plin. N. H. XXXIII. 7. 37. adulterum minium. Adulterium enim probum esset, si corruptela explicaretur. Ceterum pro corrumpta necessario corrupta legendum esse nemo est quin videat.

464. Idem vitium extat apud I. p. 674. n. 9. Oehler. l. c. p. 237. legendum putat vibratio vehemens, quod mihi quidem probari nequit, quia vix cogitari potest, glossarum descriptorem syllabas io et ve omisisse. G. ita explicat: Choruscat, vibrat, splendet, micant. Corusci fulminis, choruscantis. Choruscae crispae, resplendentes. Coruscis, fulgentibus, coruscantibus, agitantibus. Choruscis motibus veluti choruscantibus. Chorusco, micanti vel relucenti, splendido. Choruscum, fulgidum, splendidum, fulgens, alias tremulum significat; crispum, vibrans. Choruscus,

**Cotula coxa.**

**Craca, cracerrat.**

**Cragentes, graciles.**

**Crapula, ebrietas, nausea vel esca.**

nitens, splendidus. Ego utroque gloss. loco legerim coruscatio, vibratio nitens.

466. Aut l. costula, coxa, ut costula diminutivum sit voc. costa, quod voc. frustra quaeres in Lex., etsi legitur apud Capitol. Maxim. Iun. c. l. monolium de albis novem, reticulum de prasinis undecim, dextrocherium cum costula de hyacinthis quatuor praeter vestes auratas cett. ad q. l. vide Salm. p. 255.; aut lege cotula cos dimin. a cos, quod extitisse probat Gloss. Paris. cod. 7684. Cos couz pour aguiser. Cotella, cotula, petite couz. Ita etiam P. habet cotula, coxa, pergens Coturnum, altum vel superbia, fastus. Hoc vitio librarii exortum existimo et scribendum: coturnus, calciamen altum vel simile quid. Cothurnus est superbia, fastus, ut aperte testatur G. Coturnum, superbum. Coturnus, superbia aut calceamenti genus. Forsitan autem legere possis coturnum, altum ut adiectivum sit, quomodo coturnum Gloss. explicat superbum. Quod eo tantum commemoravi consilio, ne cum du Cang. Lex. T. II. p. 640. Hensch. v. cotula n. 2. dicas cotula significare cothurnum altum vel superbia, fastus, ut habet etiam cod. Par. n. 7613. Non sine aliqua probabilitatis specie contulit du Cang. Gloss. cotei ex G. quod explicatur ibi iracundi, ubi forsitan legendum sit cotini [κότεινοι] iracundi vel cotis, iracundia. Nam ita etiam *II.* habet cotis ὀργή et p. 135. ὀργὴ ἐπίμονος iracundia, cotis. Utrumque tamen loco cotos scribendum censeo. Cotula, quod certam vini et olei mensuram significat, nostro loco probari non posse quisque videt.

467. L. crocat, crocitat. Supra iam ita peccatum est cracerrat, cracat; cf. I. p. 674. n. 10. Cracat, cracerrat. p. 675. n. 28. Cracerat, cracat et p. 676. n. 15. cracat, acerbat. Dicitur de corvorum clamore rauco, ut apud Apul. de Deo Socr. Exord. corvus **crocare** adortus, uti optimi codd. habent. Existimo enim verbum crocire, quod alii substituunt, nunquam in usu fuisse, quamquam alii e contrario crocare negant, ut Oud. d. l., ac Nonium deceptum puto p. 45. dicentem, apud Plaut. Aul. IV. 3. 2. crocire legi. Apud Plautum enim lectio valde est dubia, apud Apuleium crocare scriptura satis certa. Crocito tum a crocare formatum est, ut clamito a clamo, ut vocitare a voco alia. Alibi, quantum scio, croco non legitur. De voc. crocitare cf. Burm. Anthol. Lat. T. II. p. 427. et dict. mea ad Apul. Tom. II. p. 110. Crocitare emendandum esse, praeterea aperte indicat I., ubi corrupte acerbat legitur. Ita etiam cod. Paris. p. 7613. habet crocitatus, vox corvi. P. Crocitare est corvorum proprium, crocitus, vox corvi, ubi l. crocatus aut crocitatus. VIII. p. 78. ubi singulae animalium voces suis vocabulis enumerantur, exstat: Est corvorum crocitare. Locupletissimus denique testis est Fest. p. 41. Crocatio corvorum vocis appellatio, ubi crocitio emendandum Intt. perperam existimant.

468. L. cracentes vel gracentes graciles. Pl. p. 450. cracentes, graciles, tabidos, ubi Oehler. ed. p. 237. emendare voluit tolutos. I. 674. n. 11. cracentes, graciles. VIII. p. 151. Cracentes, graciles, exiles. Ennius: Sunt multi gladii mea dia regione cracentes, VII. p. 553. corrupte legitur cacentes, graciles, tabidos, qui error repetitur in G., praeterea creantes, graciles habente. Gloss. Mai. emenda ex Festo p. 41. Cracentes, graciles Ennius: succincti gladiis media regione **cracentes.** Item perverse A. p. 290. n. 291. habet Cratenses, glaucites. Craceo pro graceo .i. γράω consumo dictum putant viri docti; cf. Intt ad Fest. l. d. p. 376. Quid Oehlerus sibi voluerit, emendans tolutos equidem non capio. Tabidus recte se habet; gracilis enim non solum de rebus dicitur subtilibus sed in malam partem etiam de macilentis, tabidis; cf. Suet. Ner. p. 51. **gracillima** crura, cf. Doed. Synonym. T. V. p. 24. sq. Quum autem gracilis idem sit, quod macer, tabes vero de veterno, de phthisi saepius dicatur, facile tabidus et gracilis, si quidem in malam partem ponuntur, coniungi possunt, quia tabes macrum, gracilem reddit et tabidus macer est. Recte a γραίω γράω i. rodere rodendo absumere, origo voc. repetitur, ita ut forte gracentes ubique scribendum sit, unde graciles repetas. cf. infra graciles, cragentes.

469. Pl. p. 447. crapula, cruditas, lenis VI. p. 518. crapula cruditas. Crapulatus, ebrius. Crapula, cibi vinique cruditas. A. p. 290. n. 279. Crapula, nausia potum vel indigestio, ubi lege aut nausea potus aut potuum aut post potum et n. 297. Crapulatus, vino obrutus. G. Crapula, esca, cruditas sive comesatio nausia potu [ubi emenda, ut prius] vini cibique

**470. Cras postero hodie.**
**Crassus, pinguis.**
**Crateras, vasa vinaria,**
**Creagras, tridentes.**
**Crebras, spissas, plurimas, frequentissimas.**
**475. Crebro, frequenter, plerumque.**
**Creat, ordinat, statuit vel generat,**
**Creatus, geratus, paetus, enixus.**
**Credor, opinor.**
**Crematum, collibum.**
**480. Crepalium, maredus, madidus,**
**Crepere, spissare vel aspere.**
**Crepidem, summitatem.**

indigestio, cruditas lienis i. plenis [ubi emenda splenis]. Ita etiam supra pro cruditas lenis legendum videtur cruditas lienis. Is. Or. XX. 2. 9. Crapula voracitas immoderata, quasi cruda epula, cuius cruditate gravatur cor et stomachus indigestus efficitur. Immoderata enim voracitas est vitium sed tantum est salutis, quantum sustentatione naturaeque sufficiat]. Cruditas aut nausea post potum. Crapulatus, ebrius, vino ciboque indigestus et saucius. P. repetit I. et addit: Crapulor, superflue manducare vel bibere, inebriari. Apuleius ebrietatis et vinolentiae significatione crapula semper posuit atque crapula, quantum e lexicis videre licet, nunquam nauseam post potum, videtur significare. Certe omnes, quos comparavi, loci de ebrietate explicari possunt. Ceterum nego crapula, ut G. et meum Gloss. volunt, esca absolute esse posse. Ego velim post nausea hic addi vini et pro esca legi escae et in G. scribi pro esca cruditas: escae cruditas.

470. Hoc quid sibi velit, non capio. Hodie enim nunquam cras potest significare; apud Pers. enim Sat. V. 68. si dictum est: cras hodiernum, huc non referendum id esse quisque videt. Est potius postero die. Non minus singularis est Is. Or. V. 30 19. explicatio: cras dicitur quasi postea, ubi recte aliquot Intt. verba excidisse coniiciunt.

472. L. craterras. VI. 518. craterrae, crateres [cf. Is. Or. XX. 5. §. 3.] G. crater, vas vinarium. Cratera, cifum [l. scyphum] poculorum species. Crateras masculini generis est. Calices vinarii. Cratera, pocula capacissima. Calix est. Crateres solidi, calices pretiosi. Cratera, calicem. Crateres, genere masculino. Cratera vero, quod vini cadum i. e. tres urnas capit. Crateres duos (??) vasa vinaria sed masculinum est. P. vas vinarium facit o. i. hic crater graece latine et haec cratera declinatur ab accusativo graeco. Fest. p. 41. Craterrae vocabulum trahitur a cratere, quod est vas vini. Non. p. 545. craterae, vasa vini et p. 547. Creterra est, quam nunc situlam vocant. De scriptura craterra et craterra vide quae dixi ad Apul. Florid. IV. 20. p. 94. et adn. crit. ad Apol. c. 31. p. 515.

473. I. p. 674. n. 12. idem habet. VIII. p. 150. Creagra, fuscina, tridens. VI. p. 518. creagrans, tridens. A. Creagras tridentes et p. 290. n. 291. Creagus, tridentes. G. Creagrae in paralipomenis est, tridentes, fuscinulae ad carnes de caldariis proferendas; Graecum est, quae repetit P. *Π.* p. 110. *κρεάγρα*, excipulum, harpago.

477. L. generatus, partus, enixus.

478. Opino antiquitus in usu fuisse testatur Priscian. VIII. 6. T. I. p. 380 Krehl. et multis exemplis Non. p. 474. Merc. Ita infra legitur opinor . . . . credor.

479. cf. supra collibum.

480. Huc referenda videtur glossa G.: Crepulae [ubi l. *κραιπάλη*], crapulae graece, et P. crepolus, madidus; crepule gr. crepula. Legendum igitur est sine dubio Crapulatus, marcidus, madidus. Marcidus enim idem est, quod ebrius cf. *Π.* p. 112. Marcidus et marceros [ubi legendum existimo marcens] *τετηκώς*, *νωθής ἀπὸ κραιπάλης μεμαρασμένος*; Marcidus, *νωθής* et p. 129. *νωθής ἀπὸ κραιπάλης* marcidus et marceros, narcidus, deses, lentus. De hac voc. marcere significatione cf. Intt. ad Horat. Serm. II. 4. 58. et ad Liv. XXIII. 45. §. 2. Burm. ad Petron. 22. p. 102. Kopp. ad Martian. Capell. VII. §. 727. et dict. mea ad Apul. Met. I. c. 17. T. I. p. 52. et II. c. 17. p. 116. Ita etiam madere et madidus de ebriis dici probant Heins. Advers. I. c. 10. p. 101. Kopp. l. c. I. §. 82. cf. dict. mea ad Apul. Met. II. c. 16. T. I. p. 111. Ita etiam infra legendum est pro madidus, maredus: madidus, marcidus; du Cang. Crepulus et crepolus glossas fidenter recepit. Ceterum non adversor, si quis pro crapulatus adiectivum coniecit, quod ad litterarum ductum ad corruptum crepalium voc. propius accedat.

481. Idem glossema repetit cod. Par. 7641. Vix mihi persuadere possum, probum esse. Crepere enim mea quidem sententia est adverbium voc. creperus, asperum dubium significans, nunquam tamen spissum, quippe quod semper frequens,

Crepido, rima.
Crepidus, saxa constructa.
485. Crepusculum, tempus inter finem noctis et initium diei, Antiqui enim creperum dubium vocabant inde et ipsum tempus creposcolum dixerunt.
In quo dubitatur utrum dies sit adhuc an nox *ΛΥΙCOΦΩCOPEPOS.*
Crepusculum, principium aurorae vel initium noctis vel mane.
Crescere cogit, turgit.

densum notet, raro lentum, tardum. Ita supra explicatur crebras, spissas, plurimas, frequentissimas. Est igitur, cur duo glossemata in unum conflata existimem ac legendam censeam: crebrare, spissare vel crebre, spissate aut crebrere, spissari ex P.: crebreo, ui ... innotescere, spissari et crepere, anxie. Ita G. crebruit, spissavit [uti A. p. 290. n. 286. ubi falso legitur: Crebruit, spiravit]. Crebrescunt, spissescunt multiplicantur. Nec minus corruptum est P. habens: crepere, spissare, dubitare, ubi emendandum censeo ut G., ubi extat crepere in corpore dubitare, increpare, dubitare [idem vitiose habet VII. p. 557. et A. p. 290. n. 287.] Crepere pro crepare apud veteres dictum esse, exemplo licet non allato, docet Eutych. Gramm. II. 19. T. I. p 197. Lindem.: crepo, as et crepo, is, unde et crepere. Quod si verum est, duas habebat crepere verbum significationes et strepere et dubitare, quod Fest. confirmare videtur, [p. 40. Lind.] scribens: Creperum dubium, unde increpitare dicimus, quia maledicta fere incerta et dubia sunt. Agnoscit enim utriusque voc. eandem esse originem. Si verbum non probatur, pro dubitare l. dubitate, ut crepere adverbium sit. Creperus et crepere glossae ita explicant: Pl. p. 446. Mai.: Creperae res et incertae dubiaeque, unde et crepusculum et p 451. Crepero, incerto, dubio, unde crepusculum. VIII. p. 93. [A crepo] componitur increpito, as, concrepito, as. Item a crepo hoc crepundium ... et hoc crepulum, li .i. dubia lux, hora scilicet illa, de qua dubitatur, utrum magis nocti vel diei sit vicina et inde creperum adv. id est dubitanter, unde Marcianus Capella: creperum sapis, inquit. Et iterum: Cum creperum lux alma micat gemmata decore: hinc etiam tractum est hoc crepusculum. li. i. lux et creperius. i. dubius et p. 140. Creptilum dubia lux, [ubi lege creperum], creperum, dubie, dubitanter. Creperius, dubius, haesitabundus, nutabundus, pro quo utroque loco creperus praefero. VI. p. 518. Creperis, dubiis et VII. p. 557. Creperia [l. crepera] dubia, incerta. A. p. 290. n. 290. Crepere, aspere vel dubie et n. 299. Crepere, subiet incerta, ubi scribe dubie, incerte [quam formam vetustissimi habent poetae pro incerto]. Sic etiam G. habet: Creperia, dubia, incerta. Crepero, dubio aut incerto, unde et crepusculum. P. Creperum, asperum, dubium, incertum, unde et crepusculum. Alia proferam infra ad v. crepusculum.

482—484. L. crepidinem, tum pro crepido, rima l. ripa et pro crepidus l. crepido ita ut s littera seq. voc. adhaeserit priori. cf. VII. p. 92. haec crepido, nis .i. riparum summitas, unde Iuvenalis: nulla crepido valet. Pl. p. 443. crepido, axis, extremitas rimata et cuiuslibet rei alterius, ubi l. extremitas riparum vel cuiuslibet rei altioris. A. p. 290. n. 280. Crepido, saxa constructa vel rima [ubi l. ripa]. Is. Or. XVI. 3. 3. Crepido extremitas saxi abrupti, unde et crepido vocata, quod sit abrupti saxi altitudo, sicut haeret pedi pes densus, unde et vocatur. Fest. p. 42. crepidines, saxa prominentia, ad q. l. vide Intt. p. 379.; cf. Serv. ad Aen. X. 653. G. Crepidinem summitatem riparum vel cuiuslibet alterius rei, ubi emenda, ut supra. Crepido rima [l. ripa]. P. Crepido, extremitas saxi abrupta dicta, quod sit abrupti saxi altitudo. Est autem ambitus vel summitas rei cuiuslibet. Crepido pro ripa ponitur. Aperte Crepido pro ripa posuit Liv. XXVII. 18. §. 5. sq. fluvius ab tergo; ante circaque velut ripa praeceps oram eius omnem cingebat. Suberat et altera inferior submissa fastigio planities. Eam quoque altera crepido haud facilior in adscensum ambibat.

485. L. noctis et . . . . *λυκόφως ὄρθρος. Π.* p. 45. crepusculum, *ὄρθρου ὑπεώρου ἢ ἑσπερίνη ὥρα, ἑσπέρα δειλὴ πρὸς ἑσπέραν ὀψινὴ ὥρα, ἡ μετὰ ἡλίου δυσμάς, λυκόφως κνέφας* et p. 117. *τὸ λυκόφως* lucar [ut Franci entre loup et chien] cf. VIII. p. 93., quem locum supra v. crepere posui. VI. p. 557. Crepusculum, initium diei vel noctis. G. Crepulum, mane. Crepusculum extrema pars noctis, circa mane tempus matutinum, vespere tenebrae, vel dubia lux, initium diei vel noctis. P. Crepusculum est dubia lux. Nam creperum dubium

Crescit, adolescit, gliscit.
Crescit, pinguescit, incrementat.
490. Cretellae, cretellae.
Crimen, culpa, noxa, obiectum.
Criminosus, dolosus, fallax.
Criminator, detractator.
Crevit, vidit.
495. Cristutus, honestus, decens.
Cruentus, sanguilentus.
Crumma, sacceum scorteum.
Criminat, ruminat.
Crura, tibices.

dicimus, hoc est inter lucem et tenebras [Is. Or. V. 31. §. 7.] Crepusculum matutinum et inter abscessum noctis et diei adventum. Varro de L. L. VI. §. 6. Secundum hoc dicitur crepusculum a crepero. Id vocabulum sumpserunt a Sabinis, unde veniunt. Crepusci nominati Amiterni, qui eo tempore erant nati, ut Lucii prima luce. In Reatino crepusculum significat dubium ab eo res dictae dubiae, creperae, quod crepusculum dies etiamnunc sit an iam nox, multis dubium. cf. eiusd. VII. §. 77. et Non. p. 13. v. crepera. Serv. ad Aen. II. 268. III. 587. Ceterum temperare mihi non possum, quin hic de voc. crepusculum dubitationem proferam. Vides enim omnes grammaticos voc. crepusculum a creperus i. dubius repetisse. At mihi persuadere non queo, primariam hanc esse voc. originem, non capienti, qui a creperus oriri potuerit crepusculum. Quo accuratius in glossas inquisivi, eo magis ea dubitatione confirmatus sum. In VIII. p. 92. enim legitur: Crepus, i. i. sacerdos Iovis quod aliter dicitur flamen et dialis et lupercus et dicitur crepus a pellibus percussis et p. 139. Crepus sacerdos Iovis qui et lupercus et flamen et dialis dicitur; in G. Crepulum. mane et *Π*. p. 45. crespulus ὀρθρινός et Crepusum ὄμφαξ [immatura, austera uva] ita ut in his vocis originem latere existimem, etsi qui inter se priora et sequentia coniungi possint, dubius haereo. Hoc monere volui, ut doctiores accuratius in hoc vocabulum inquirant. Crepusculum et de nocte et matutino tempore diei probat Munker. ad Fulgent. p. 701. Burm. ad Anthol. T. II. p. 308.

488. L. adolescit, gliscit. De voc. incrementat cf. infra voc.

489. cf. supra v. cletellae.

490. G.: Crimen, culpam, peccatum, scelus, flagitium, probrum a carendo nomen dictum est, ut furtum falsitas ceteraque, quae non occidunt, sed infamant. Criminari, conviciari, exprobare, insectari, diffamare, vituperare, vitio dare, maledictis provocare. Criminatur, reprehendit, improbat, vituperat, vitio dat, crimini dat, obicit crimen, arguit, insimulat, accusat. Inter criminatorem et criminantem hoc differt. Orbilius putat, quod criminator sit, qui alii crimen infert et id saepius facit, quare quid magis noxius videatur, ut Affranius: Non sum, inquit, tam criminosa, quantum vipera gannire ad aurem nunquam didici dominicam. Criminibus, insimulationibus. Criminosum, deformem, turpem, inhonestum, erubescendum; indecorum, infamem, calumpniosum, probrosum, suspectum, famosum, suspiciosum, invidiosum.

495. L. cristatus. I. p. 674. n. 15. Cristatus, honestus, decens *Π*. p. 45. Cristatus εὐσχήμων et p. 83. εὐσχήμων honestus, cristatus. Proprie est galeatus cf. G. Cristatus, galeatus cassidatus .i. zabatus. P. habet corrupte cristitutus, honestus, decens.

496. L. sanguinolentus. G. habet cruentatus, sanguinolentus. Cruentum, sanguine plenum. Cruentum luctuosum, calamitosum, exitiale, perniciosum, flebile, lugubre, lacrimabile, funestum, triste, periculosum, pestiferum, ferale.

497. L. crumena, sacceum, scortum aut crumenam, saccum scorteum, quod magis placet. Pl. p. 447. Crumena, sacculus. A. p. 290. n. 298. Crimina, sacculum, scorteum *Π*. p. 45. crumena βαλάντιον et crumina θύλακος, unde emenda in A. p. 290. n. 295. Crumina gr. pera follae in: pera follis [cf. *Π*. p. 90. θύλακος follis crumina. Fest. p. 46. crumina sacculi genus; cf. Intt. p. 387.

498. L. cruminat ex I. p. 674. n. 16. cruminat, ruminat et P. cruminare i. ruminare, quod egregie explicat Interpres ad Fortunat. de Vit. S. Mart. II. 12, ubi haec leguntur: Et levis umbriferae volitavit imago figurae Visibus exclusus cellam pedore cruminans, ad quae dicit „Crumina sacculi genus apud Plautum. Unde cruminare prisci festive traxerunt ad eam corporis partem, qua operari naturae solemus. Id satis in illo expressit.“ cf. du Cang. v. T. II. p. 672. Henschel.

499. L. tibiae. cf. Intt. ad Phaedr. V. 7. ubi aperte pro ipso crure legitur.

**500. Crux, patibulum.**
**Cubio, masculus.**
**Cucumi, cucumeres.**
**Cripta, cuneus, turba hominum.**
**Cudit, fabricat, elimat, excutit.**

**505. Cuiuspiam, alicuius vel cuiuscunque.**
**Culeum, follebubulum, in quo parricidiae mittunt.**

500. G. Crux et patibulum mortuorum genus [l. tormentorum genus], in quo appensi homines cruciantur vel patiuntur, unde et nomen habent; cf. Is. Or. V. 27. 34.

501. I. p. 676. n. 20. cubio, masculus, quod etiam in P. extat. Ego tamen malim legere cubo, quod substativum formatum est, ut edo, bibo, heluo, glutto alia. Cubo tum, ut omnia eius generis substantiva, in malam partem dicitur de eo qui cubat .i. concumbit. Masculus intelligo de viro, qui muliebria patitur.

502. Ego legerim cucumes, cucumeres. Duplex enim extat huius voc. declinatio et cucumis, genitivo cucumis et cucumeris; cf. Plin. N. H. XX. 9. 40. Cum vino et **cucumi** cocto et XX. 1. 2. Cucumin silvestrem. Aliter Priscian. VI. 12. T. I. p. 261. docet, quocum consentit G. Cucumis generis masculini huius cucumeris sed et cucumer dicitur, nihilominus huius cucumeris dicitur, ut vomis et vomer.

504. Idem repetit I. p. 676. n. 19. oripta amens turba hominum, ubi recte ex du Cangio Oehlerus emendavit crupta cuneus t. h. P. habet cripta, spelunca cuneus vel turba hominum. Quomodo tamen crypta gr. κρυπτή in significationem multitudinis abire potuerit, equidem ne coniectura quidem assequor. Ac vetat aliter legi ac quidquam corrigi, glossa sequens: cuneus densus populus vel turba hominem vel crypta cumba. Nec quidquam similitudinis fuisse videtur inter cryptam et cuneum. Cryptam enim explicat Walafrid. Strabo de Reb. Ecc. 6.: Cryptae sunt specus subterraneae, dictae a profunditate abrupta. Cuneum vero significasse rotundatum quid, indicare videtur sequens glossa, ubi cumba explicatur. Quod si verum est, cryptam et cuneum habuisse similitudinem (quod tamen ego ipse nego), mirari non licet, additum esse turba hominum, quod cuneus ita in glossis explicatum est. Doctiores de hoc glossemate videant. Item cripta pro crypta legitur A. p. 282. p. 170., ubi pro cripta arcussum emenda crypta, arcuatum.

504. VIII. p. 120. Cudo, is, cussum, ssu, verb. act. i. fabricare unde Terentius: argentum cudo, quod dem tibi et p. 145. Cudere, fabricare, tundere et A. p. 280. n. 20. cudat, fabricat, ubi l. aut cudat, fabricet aut cudit, fabricat. G. Cudere, ferire, caedere a feris est, unde et incus est. Cudit, fabricat, excutit. Cuditur, impellitur vel percutitur. P. Cudere, caedendo facere vel proferre aliquid, excludere (ubi lege excutere) et inde incus dicitur. Cudo, cudis, cudi et cusi, cusum, cuius frequentativum cuso, as facit, ex quo componitur incuso, recuso, accuso. Cudere est ferire, unde incus dicitur, quod illic aliquid cutimus i. ferimus. Itaque non nego, me aliquando in voce elimat offendisse et legisse elicit. cf. Serv. ad Virg. Aen. I. 174. Excudit autem est feriendo elicit, quia cudere est ferire. Sed cf. infra ad voc. ecui, elicui et elicui, elimavi.

506. L. culleum, follem bubalem (in) quo parricidae mittuntur aut insuuntur; follem bubalem emendavi ex Iuven. XIII. 155. et deducendum **corio bovis** in mare et *II*. p. 46. culeus ἀσκὶς βοὸς. I. p. 673. n. 2. Culeus, tunica ex spartho in modum crumenae facta, quae linebatur a populo pice et bitumine, in qua includebantur parricidae cum simia serpente et gallo, insuta mittebatur [ubi l. insuti mittebantur] in mare et contendentibus inter se animantibus homo maioribus poenis afficiebatur, quae repetit A. p. 290. n. 309. culleus tonica ex sparto in modum cronis [corii?] facta, qui liniebatur pice ac bitumine et in ea includebantur homicidae cum simia serpente et uno capone ac insuta mittebantur in mare. Contendentibus inter se ipsis animantibus, qui se hodire (i. e. odire pro odisse) dicuntur, homo maioribus poenis afficiebatur, quod glossema ex priore facile corrigi possit. Pl. p. 439. Culleus genere masculino geminato l. dicitur. Est autem ex corio factus, in quo parricidae cum simia et gallo et serpente inclusi in mare proiiciuntur, aliter praecipitabantur. VIII. p. 133. Cullum, i, inde hic culleus, ei .i. quoddam corium, in quo dampnati insuebantur, quae repetuntur p. 147. VI. p. 519. Culleus, tunica e sparto in modum heronis (corii) facta quae liniebatur pice et bitumine, in qua inclu-

Culei, viriles testi, culiverunda.
Culmen, summitas, saltitudo, unde columnae dicunt.
Culmum, arista.
510. Culna, latrina, secessuco.
Culpa, crimen, noxa.
Culpavit, quaestus est.
Cultus, ornamentum.
Cumba, navis non grandis.
515. Cumulus, acerbus.
Cunabulis, insignis infantiae.

debatur parricida et A. p. 290. n. 316. Culleum saxeum ex curio crudo parricidiis deputatum, ubi emendo saccum ex corio crudo parricidis dep. G.: Culleum, saccum. Culleus, follis bubalis genere masculino geminato l dicitur. Est autem uter ex corio factus, in quo parricidae cum simia gallo et serpente inclusi in mari praecipitabantur, unde emenda Pl., ubi post autem interponendum est uter, quod ob similem praecedentis vocabuli litterarum ductum a negligente librario omissum est. Tum repetitur glossa Isidori, nisi quod pro et . . . afficiebatur legitur: at . . . afficeretur. Is. Or. V. 27. 36.: Culleus est parricidale vasculum ab occulendo vel claudendo dictum, ubi Otto praefert culleum. Et culleus et culleum dixisse veteres probant Fest. p 46. [cf. Intt. p. 387.] et Non. p. 197. Plura dixi de hac poena et de hoc voc. ad Apul. Met. X. 8. T. I. p. 895.

507. L. culei, virilis testiculi, verenda; cf. *II*. p. 46. culei ὄρχεις [a graeco κούλεος?] et p. 136. ὄρχις, testis, testiculus, coleus ὄρχεις, colei, testiculi, culei. Hinc explica Auctor. Priap. 68. n. 6. id quod nos culum κούλεον ille vocat.

508. L. summitas, altitudo, unde columnae dicuntur. VI. p. 519. Culmen, altitudo vel salus [qua in glossa culmen et columen confusa apparet]. A. p. 283. n. 218. Culmen, quia culmis tegitur p. 290. n. 305. Culmen acervus; cf. Is. Or. XV. 8. 4. Culmina dicta sunt, quia apud antiquos tecta culmo tegebantur, ut nunc rustica. Hinc tecti summitas culmen dicitur. G. Culmen, acervus, altitudo, fastigium, summitas tecti. Culmen aut a columine dictum est aut a calamo. Culmina, tecta, summa tectorum. Culmen tecti supertectum. Culmines pro divites poni puto. P. Culmina dicta, quia antiqui tecta culmo tegebant. Inde tecti summitas culmen dicitur. Culminare culmen agere vel accumulare activum est. Culmites pro divites ponitur. cf. du Cang.

509. Pl. p. 445. Culmus, calamus spicae, quia radicibus eius nascitur. VIII. p. 123. [a cumulo] hic culmus, mi. i. folliculus grani, quod glossema repetitur p. 145. A. p. 290. n. 304. culmum, arista. G. Culmus, arista, acus frumenticia. Calamus, quo spica continetur; calamus spicae. P. Culmus est ipse calamus cum spica, qui a radicibus nascitur. Dictus culmus quasi calamus. cf. Is. Or. XVII. 3. 16. Varr. de L. L. V. §. 37. ab spe spicae, ubi et culmi, quod in summo campo nascuntur et summum culmen. Ceterum non habeo, quo terminationem culmum neutro genere defendam. Lego igitur culmus.

510. L. culina, latrina, secessus ex I. p. 674. n. 15. *II*. p. 46. culina, λουτρὼν ἀποπατος, ἄφεδρος et p. 23. ἀπόπατος recessus [ubi lege secessus] culina et p. 32. ἄφεδρος culina, ἀφεδρὼν culina, forica, latrina.

511. L nota. G. Culpa, peccatum, dedecus, turpitudo, macula, sordes, labes, ferrumen (?) delictum, crimen, vitium, erratum, malefactum, facinus, scelus, flagitium, nefas, probrum. Culpatus, criminatus, accusatus, infamatus. Culpo, vitupero, inculpo.

513. G. Cultum, habitum, vestitum. Cultus est animi ac loci, ornamentum vestimenti, vestitus vel ornatus.

514. cf. Pl. p. 444. cymba Iovis (Isidis al.) navis, ubi ego emendo brevis navis, vel cumba, lintris, navis ut Gloss. Arab. Lat. Lembus, navicula brevis dicta et caupulus et Lintris. VIII. p. 143. Caupulus navis prora, puppis, myopara, scapha, lembus, linter, carina, liburnus, dromolegia, cymba, cauda, cumba. cf. Is. Or. XIX. 2. 1. G. Cumba, navis. locus navis. navicula brevis, quae alia appellatione lembus dicitur. P. Cumba, navicula, locus navis.

515. L. acervus. A. p. 290. n. 303. Cumulus aquarum multitudo, [cum] fluctus pendenti [l. ferventi] in mari eriguntur. G. Cumulus, collectio, plenitudo, acervus, strues, congeries, ager, (agger) moles, comportatum, consuetum, [l. confertum vel conlectum] collatum, congestum.

516. A. p. 287. n. 132. Cunabula cyana, ubi l. cuna et p. 290. n. 310. Cu-

Cunae, stratum infantium.
Cunctatur, duvitat, hesitat, tardat, moratur.
Cuneus, densus populus vel turba hominum vel crypta, cumba.

520. Cuppedo, cupiditas.
Cupidus, avarus vel desiderans.
Cupit, adamat.
Cupediosus, superbus.

nabula, nutrimentum vel cuna infantium; G. Cunabula, spargana, infantum nutrimentum vel incrementa, loca infantia, familiaria, rudimenta [ubi lege loca infantium vel infantiae familiaria]. Cunabula infantiae sunt; cf. Is. Or. XX. 11. §. 6. et Serv. ad Eclog. IV. 22. Nutrimenta explicationem sumptam puto ex Serv. ad Virg. Aen. III. 103. Cunabula gentis; nutrimenta; nam ubi iacent infantes, cunae vocantur. Et latenter dat gloriam Troianis dicens, eos a diis originem ducere. VIII. p. 95. et pluraliter cunae, arum, eo quod ab infantibus incolantur, unde hoc cunabulum, i. At confiteor, me singularem huius substantivi nondum invenisse, quamquam eum repetit P. cunabula lectuli in quibus infantes iacent. Dicta a κύειν gr. quod partui adhibeantur. Hoc cunabulum. Idem est et cuna. Cunabula, rudimenta nutrimenta, initia vel panni infantiae [quod nihil aliud est nisi interpretatio gr. voc. σπάργανα, qua ratione explicari vides in G.] cf. *II.* p. 46. Cuna et cunabulum βαβαλιστήριον, Cunabula, σπάργανα, Cunabulum λικνόν βαβαλιστήριον βαβάλιον. Cunabulum, singulare non habet σπάργανα. Quid vero pro insignis legerim, non habeo.

517. G. Cunae sunt panni, in quibus infantes obvolvuntur. *II.* p. 46. hae cunae singulare non habet [qua in re errat Gloss.; cf. Prudent. Dittoch. III. praesepe iacenti cuna erat] βαβαλιστήρια, βαβαλιστήριον, λίκνον κοιτίδες.

518. cf. VIII. p. 135. Cunctor, aris. verbum depon. .i. morari..... Cunctabundus, morosus, Cunctamen, moramentum et p. 148. Cunctari, morari, intricari. VI. p. 519. cunctatus, trepidatus. VII. p. 557. cunctare, causare. G. Cunctando, dubitando. i. differendo. Cunctante, dubitante, haesitante. Cunctantem, cogitantem, tractantem [ubi emenda tricantem] morantem. Cunctantem, mollem, flectentem se. Cunctanter, pedetemtim. Cunctabunde, timide, diffidenter, sensim, haesitanter, dubitanter. Cunctanti, dubitanti, immoranti. Cunctare, causare. Cunctare, desinere, dubitare, deliberare, tergiversari. Cunctatur, dubitat, cogitat, tardat, moratur, tergiversatur, procrastinat. Nota cunctare activa forma, quae apud priscos in usu fuit; cf. Priscian. VIII. 5. p. 377 Krehl. et Non. p. 469. Tum trepidatus passiva notione mutandum non esse probant lexica.

519. De posteriore glossematis parte egi supra ad n. 503. VIII. p. 143. Cuneus, agmen, turba, phalanx, phalanga, caterva, globus, chorus, coetus, turba, G. Cuneus, spissitudo populi, densus populus, turba minor; cf. Is. Or. IX. 3. 61. P. Cuneus cripta; collecta multitudo in unum; quasi cuneus dictus quod in unum omnes coëant.

520. cf. I. p. 675. n. 20. Cuppes, fastidiosus, cupidus. VIII. p. 129. (a cupio) haec cupedia, ae .i. cupiditas edendi .... item a cupio, cupediosus, a, um, i. cupidus. Et pluraliter cuppes, pium .i. cibi lautiores, unde potest oriri cupido ... Item a cupio cupidenarius, rii per compositionem .i. denariorum cupidus; unde Terentius in Eunucho: Concurrunt laeti obviam multi cupidenarii; et p. 147. Cupedia, cupiditas edendi vel bibendi; cupidenarius, denariorum cupidus. Cuppes, cibi lautiores. Cupidiosus, cupidus [cf. infra n. 534]. A. p. 290. n. 306. Cupedinari, voluptarius, ubi emenda cupedinarius. Fest. p. 87. Cuppes et cuppedia antiqui lautiores cibos nominabant; inde et macellum et forum cupedinis appellabant. Cupedia autem a cupiditate sunt dicta vel sicut Varro ait, quod ibi fuerit Cupedinis equitis domus, qui fuerat ob latrocinium damnatus; cf. Interp. ad h. l. p. 369. et Varr. L. L. V. §. 146. et Donat. ad Eunuch. II. 2. 25. Non. p. 85. Cuppedia, cupiditas. Cic. Tuscul. IV. [c. 11.] ambitio, mulierositas, pervicacia, ligurritio, vinulentia, cuppedia, ad q. l. vide Intt. G. Cupido, cura studium, labor, eupedo. P. Cupes, fastidiosus, superbus, cupidus. cf. infra n. 534. cupediosus, superbus. Ex his iam potest intelligi cuppedo et cuppedinarius cett. duplici papud vetere sscripta esse. Nec alienus sum a sententia Salmas. ad Lamprid. Heliog. 30. dicentis a cupa s. cuppa h. v. esse petendum. Certe cuppes scribendum est apud Plaut. Trin. II. I. 13., ubi vide Intt.

521. Cupidus, desiderans, avarus rapax, avidus, appetens aliena, intemperans, insatiabilis, inexplebilis.

Curari, sanari, medere.
525. Curat, apparat.
Curvum, flexum.
Curcilla, oppilago.
Curia, ubi ordo consilium init.
Curio, qui praenuntiat populo.
530. Curriculum, viridem, glaucum.
Curruli sella, a curru, quia et qui de curru currules dicuntur.
Curustus, magnus.
Cirites, romani.
Cusire, consuere.
535. Cuspis, spiculum, summa pars astae.
Custodit, servat.

524. L. mederi. Ceterum ne quid mutetur, monet locus Hieronym. ep. 22. n. 8. Vini potio concedatur, ut ex hoc stomachi dolor et frequens medeatur infirmitas et infra glossa mederi, curari, sanari.

527. Idem habent I. p. 674. n. 18. et P. Quid hoc vocabulum significet, dubitant Intt. Martinus ducit a curculio, quod guttur exerceat edendo; oppilago quasi oppilatio, quod corpus oppilet cibis et oppleat. Ego certius quid statuere nequeo. Repetitur idem glossema infra v. oppilago. VIII. 402. Oppilago quicquid in ore ponitur ad ipsum os obturandum, unde apparet voc. ab oppilare esse petendum.

529. VIII. p. 112. hinc a cura hic curo, nis .i. ille qui curam accipit de plebe. VI. p. 519. Curio, qui praenuntiat populo, quod glossema repetit A. p. 290. 304.; habet tamen pro praenuntiat: pronuntiat. cf. Intt. ad Fest. p. 392. v. curiales et Fest. p. 95. maximus curio, cuius auctoritate curiae omnesque curiones reguntur. Varr. de L. L. V. §.83. Curiones dicti a curiis, qui fiunt, ut in his sacra faciant; cf. VI. §. 46. G. Curio, qui praenuntiat populo, preco theatri. Curiones certae officia, ubi legerim curiae officiales. P. Curio, praeco theatri, qui praenuntiat populo, qui curam gerit officiorum. Mirifice in I. p. 672. n. 59. legitur: curio sanguis, ubi emendari placet curio agnus, ita ut explicatio desideretur, quam habes apud Fest. p. 46. Intt. p. 386. et Non. p. 86. v. curio; cf. Rost. Fercul. Plaut. T. I. p. 243. dict. mea ad Apul. Florid. I. 2. T. II. p. 10. Alii praeferunt Cruor, sanguis.

530. Quid hoc glossema sibi velit, non capio. Corruptum videtur ex glossemate caeruleum, quod viride glaucum significat. G. explicat: Curricula, initia infantium, temporum annorum; cursus vel spatia. spatium cursus.

531. L. curulis sella. VIII. p. 143. Curulis sella consulis; aliquando vero pro ipso consule. VI. p 519. curuli sella a corrigia; equi de cursu curules dicuntur. Curulis sella a curru, quia equi de curriculis dicuntur. A. p. 282. n. 155. Curulis sella a curru, quia et equi de curru curules dicuntur, velocissimi vero sellares dicuntur. cf. Gell. N. A. III. 18. §. 18. P. Curules sellae erant, in quibus magistratus sedentes iura populo dabant, sic dictae, quia apud veteres consules et praetores causa longinquitatis et dignitatis per forum vehebantur, Currus sellulis insedentes et iura dantes, quae sellae solitae erant deferri in curia.

532. Idem habet I. p. 674. n. 15. Pap. Curicius vetustus. Cum in Excerpt. Pithoean. legitur coruscus, Oehlerus l. d. p. 237. aliter legi posse perfracte negat. Primum tamen vellem nobis exposuisset, qui coruscus idem significare possit, quod magnus. Translata enim significatione dictum unquam esse equidem nego. Huc accedit Papiae auctoritas, qui Curicius habet et vetustus interpretatur. Forsitan a Cure petendum est. Quod Cerda in Adversar. voluit, pro corustus legi crossus vel crassus, item est improbabile. Auxilio vocari possit P. curis, virtus. Inde curitis i. potens regalis fortis. Hinc curitius magnus significare potest. Tum pro vetustus apud Pap. legendum videtur robustus. Infra magnus corustus.

533. L. curites aut quirites. cf. Fest. p. 37. Curis est Sabine hasta. Unde Romulus Quirinus, qui eam ferebat est dictus; et Romani a Quirino Quirites dicuntur. Quidam enim putant dictum a Curibus, quae fuit urbs opulentissima Sabinorum. Hanc formam Curitis non inusitatam fuisse, probat Curitis Iuno de qua vide Fest. p. 38. cf. Serv. ad Aen. I. 292.

534. Idem repetitur I. p. 674. n. 25. et supra v. consuere. cf. du Cang. T. II. p. 723. Henschel.

535. Hanc glossam habet A. p. 283. n. 224. P. Cuspis ima pars hastae a cespite dicitur, G. Cuspis generis feminini. Cuspide hasta. Cuspis ima pars hastae. Cuspes hastile amentum a cespite dictus, quod est virgultum. Virgil. et pastoralem praefixa cuspide mirtum. Proprie autem cuspis posterior pars hastae est.

# D.

1. Dabo, tribuam, dicabo.
Daemon, larba.
Damma, capra agrestis.
Damnaticus, dediticius.
5. Damnum, iactura, detrimentum, dispendium.
Damnum patitur, multatur.
Dabar, verbum.
Danus, fenerator vel feneratio
Dapes, aescae vel divitiae.

2. P. daemones a Graecis dictos aiunt, quasi demiones peritos et rerum scios. Daemon graece dicitur valde sciens per ae scribitur, ut Is. Or. VIII. 5. §. 11. habet: Daemonas a Graecis dictos aiunt quasi δαήμονας i. peritos ac rerum scios. Praesciunt enim futura multa, unde et solent responsa aliqua dare. Est posterioris latinitatis significatio, quae apud Ecclesiasticos scriptores in usu fuit ex Christianorum opinione. Recte igitur du Cang. T. II. p. 735. Henschel.: Constat apud Christianos hac voce semper intellectos spiritus immundos et malignos hominumque inimicos, vexatores et seductores et quicquid occursaculorum et terriculamentorum sive noctu sive interdiu, nobis obversatur, obsistit et perturbationi est; cf. quae fusius exposui ad Arnob. I. 18. quos daemonas appellat et **terrores**, et ad Apul. de Deo Socr. 15. p. 146.

3. VI. p. 519. dammula aut damma, capra agrestis. A. p. 295 n. 2. damna, capoli similis vel capra agrestis, [ubi l. damna, capreoli similis aut capelli sim. Agnoscit enim hanc diminutivi formationem Prisc. III. 7. T. I. p. 135. Capreolus quoque videtur a nominativo capreus esse, cuius femininum in usu est caprea. Nam capra a capro fit, ex quibus **capellus** et **capella** fiunt diminutiva] et ibid. p. 10. dammam, genus ferae capreo similis. Is. Or. XII. 1. 22. damula vocata, quod de manu effugiat; timidum animal et imbelle; de quo Martialis: . . . imbelles damae, quid nisi praeda sumus. Ex h. l. apud P. legendum est: damae animalium genus timidum et imbelle [pro imbecille, quod aliquot codd. habent] canes nimium fugiens.

4. L. damnaticius ex I. p. 677. n. 25. *Π*. p. 47. damnaticii *κατάδικοι*, damnaticium *κατάκριτον κατάδικον*, damnaticius *καταδίκος*. Ita emendo in Actis S. Caecil. Virg. et Mart. et aves stercorant, in quorum capitibus ciconiae solent nidos instruere, quas damnatici faciunt. Ibi enim aut damnaticii aut damnatív legendum est, ita ut damnaticus vocabulum esse latinum negem.

6. Damnum dici de mulcta, quam iudex damnato irrogat, docet du Cang. Gloss. T II. p. 739. Henschel., qui tamen nescire videatur, voc. etiam apud Ciceronem hac significatione dici; cf. Off. III. 5. quam qui dirimunt, eos morte, exilio, vinculis. **damno** coercent. cf. Forcell. Lexic. Ceterum nota dictionem damnum patitur, quam latinam esse negat Burm. ad Ovid. Fast. I. 60. Meliora docebunt lexica.

7. Hebraeum est.

8. cf. I. p. 676. n. 39. danus, faenerator, quod habet etiam VI. p. 519. et A. p. 295. n. 5. ubi pro danos l. danus et ibid. p. 295. n. 96. pro danuas, fenerator: danus. Vocabulum a vetere danere petendum puto, quod legitur apud Fest. p. 52. danunt, dant et ita apud eundem pro dasi legendum existimo dani, dari, praesertim cum sequatur danistae, feneratores; ad quos locos cf. Intt. p. 398. Danunt formam probat multis veterum exemplis Non. p. 97. voc. [Ita l. in A. p. 294. n. 90. pro duunt tribuunt, danunt aut duint tribuant et p. 295. n. 3. danite pro damte, date]. P. danise, fenerari graece, ubi lege *δανεῖσαι*. Danus, fenus, lucrum gr., quod rustice darnus sive fenerator vel fenus dicitur, feneratorium, feneratio. Nominabatur iste etiam danista, ut praeter Fest. probat VIII. p. 162. donista fenerator, quod corrige ex p. 173. danista, fenerator. Hoc voc. Plautinum est. *Π*. p. 43. *δάνειον δανός* versura.

9. P. Dapes dictae dantes opes. Priscianus haec dapes, huius dapis; nominativus in usu frequenti non est. Dapes regum, epulae vero privatorum sunt, quod ex Is. Or. XX. 2. §. 6. Pap. descripsit et repetit Serv. ad Virg. Aen. I. 706. et ad III. 224. Fusius Fest. p. 51. **Daps** apud antiquos dicebatur res divina, quae fiebat aut hiberna semente aut verna. Quod vocabulum ex graeco deducitur, apud quos id genus epularum *δαίς* dicitur. Itaque et **dapatice** se acceptos dicebant antiqui signifi-

10 **Dapsilis, largus, profusus.**
**Dapsilis, ab apibus, quia satis erogat aescas.**
**Dat, tribuit, persolvit, sacrificat.**
**Dat venum, vendit.**
**Dauci, pastinaculi.**

15. **Dauticius latinum non est, sed deditium id ē si barbar tradit se romanis deditius dicitur.**
**Dealbare, decalcare opus tectorium.**
**Deambulatorium, peribolum.**

cantes magnifice et **dapaticum** negotium amplum ac magnificum, ad q. l. vide Intt. p. 397. Non. p. 461. dapes non tantum opiparos apparatus aut religiosos, sicuti plerumque, significare, sed et vitabilis et infandos cibos, auctore Virgilio possumus dicere cett. Serv. Aen. VIII. 175. dapes deorum propriae, ut Iovis coena. cf. VIII. p. 162. (a do) dapis, dapem, a dape nomen triptotum; in plurali vero totum invenitur. His collectis non mirabere, me aliquoties in explicatione glossae offendisse et legisse dapes, escae, epulae divitum, quae notioni voc. optime conveniunt. At nunc scio, apud posterioris aevi scriptores dapes dici pro divitiis, ut apud Ermold. Nigel. de Gest. Ludov. Pii II. 485. divisitque **dapes** nec non partitur honorem, et eum glossarium aut eodem ipso tempore, quo hoc carmen, aut non ita multo post compositum esse probabile sit, nihil mutandum censeo.

10. et 11. L. a dapibus. P. Dapsilis, largus gr. vel quo satis erogat dapes. VIII. p. 162. (a daps) hic et haec dapsilis et hoc le .i. largus et inde dapsiliter adverbium et haec dapsilitas, tis et dapatice adv. .i. magnifice, et dapino, nas verb. activum .i. largiri et p. 179. dapsilis, largus, prodigus, munificus, donaticus [ubi lege aut donaticius aut donativus]. Dapatice, large, dapsiliter, munifice. Ex gloss. nostro emenda A. p. 295. n. 4. dapsilis, profusus qui satis erogat addendo escas et ibid. n. 11. pro dapsilae, copiosae, habundaer lege dapsiles (s ob seq. c litteram excidit] copiosae abundae, quam adiectivi formationem confirmat Non. p. 305. v. ferox neque tam abundis fortunis atrox et Gell. I. 2. Item corrupte legitur A. p. 294 n. 84. dapsile, cupiosae et p. 293. n. 9. daplisis, profusus. A. p. 295. n. 7. habet dapibus pinguis, ubi ego legerim dapticus et VIII. p. 180. pro dopimus, opiparus, opulentus idem emendaverim. Loco enim Fest., quem supra attuli, pro dapatice et dapaticum multi ex codd. legunt daptice et dapticum.

12. L. persolvit. Dare absolute pro sacrificare dici, mihi quidem notum non est.

13. Rarius disiunctim haec leguntur, saepius venumdare. cf. Claudian. Rufin. I. 178. **venum** cuncta **dari**. Quot ego novi veterum locos, si fides habenda est lexicis, semel tantum venum postpositum est verbo, cui est iunctum; est enim apud Lucan. IV. 206. et sua **tradita venum** Castra videt. De his similibusque dictionibus cf. Intt. ad Sall. Iug. c. 28. §. 1.

14. L. pastinaculae cf. Is. Or. XVII. 9. §. 65. Daucos foliis feniculi similibus thyrso bipatrius. Accuratius agit de Daucis eorumque figura ac generibus Plin. N. H. XXV. s 64. sqq. Hinc emenda apud Pap. pro dausti, pastinaculi: dauci pastinaculae [scriptum pastinacule]. Genere enim masculino legi ego non memini, nisi forte pastinaculus deminutivum ad ea referre velis, quae genus primitivi non sequuntur; ut rana, ranunculus, quae tamen pauca sunt.

15. L. deditius, daticius ex I. p. 677. n. 26. qui habet: Datitius latinum non est, sed deditius is est; si Barbarus dedat se Romanis; deditius is est, et A. p. 295. n. 6. daticius latinum non est, sed dedicius. P. daticius, deditícius pro filiis datus, qui victus hosti se tradit. Hinc emenda totam glossam: daticius latinum non est sed deditícius, id est (atque ita forsitan in Isidori quoque gloss. legendum sit), si barbarus tradit se Romanis, deditius dicitur. VI. p. 519. daticius, deditícius et pro filio datus; deditícius pro obside datus; deditícius si barbarus tradit se romanis. Deditícius omnibus in glossis restituendum esse, probat analogia, quae contra daticius non pugnat. Adversatur vero loquendi usus. *Π.* p. 49. Deditícii *οἱ μετὰ τὸ ληφθῆναι τῇ τῶν νικησάντων πολεμίων ἐξουσίᾳ ἑαυτοῖς ἐπιτρέψαντες* et *ἐκδότες εἰς κόλασιν, κατάκριτος, ἐκδεδομένος, ἑαυτὸν παραδοὺς ἐν πολέμῳ*, ut supra deditícius: damnaticius.

16. Opus tectorium intelligo de parietibus, ut apud Cic. de Legg. II. 26. sepulcrum **opere tectorio** ornare, i. quo teguntur parietes, ut Curius dixit apud Cic. Epist. ad Famil. VII. 29. §. 2. nec solere duo parietes de eadem fidelia **dealbare.** *Π.* p. 47. dealbat *λευκάνει*, dealbator *κονιατὴς λευκανθής*, dealbo *ἐκλευκαίνω*. Hinc minus recte Cuiacius Dig. de Exc. Artif. X. 64. dealbatores ab albinis ita distinguit, ut albini parietes dealbarint, dealbatores alia. Pap. non habet hanc glossam.

17. P. deambulatorium, peribolus. *Περίβολος* enim et *περίβολον* gr. in usu fuit. *Π.* p. 47. deambulatorium *περίβατος*. Ita emenda apud Ioan. de Ianua; deambu-

Debaccatur, pervaccatur.
Decalco, dealbo, decaligo.
20. Debilis, caducus, vaecors vel clauda.
Decalcare, dealbare.
Decidit, ruit, cadit vel decumbit.
Decens, pulcher, formosus, gratis.
Decernit, definit, ordinat, statuit.
25. Decidit, concidit, battuit.
Decidium, qui cito decidit.
Decipit, seducit, fallit, circumvenit.
Declinat, evitat, obtundit.
Declivia, incurba.
30. Decollat, decapitat.
Decor, decentia.
Declivis, inclinatus locus.
Decrepitus, valde senex.
Decretum pactum, iudicium ordinatum.
35. Decretum, reccius ordinem vel statutum.

latorium, quod proprie dicitur lobium, quod fit iuxta domos ad spatiandum, pro lobium: peribolum. Est Latinorum Chalcidicum; cf. I. p. 676. n. 29. Caldicum [ubi l. Chalcidicum] foris deambulatorium quod et petibulum dicitur (lege peribolum) et iterum (quod Salmasius correxit in pteron, πτερὸν enim est columnarum positio) ego tamen velim atrium. Pro deambulare deportare, quod P. habet, legere velim despatiari.

18. L. debacchatur, perbacchatur ut pervagatur quod P. habet. Prius praefero. De voc. bacchari supra egi.

19. cf. P. Pl. p. 453. Mai. decalcatis, de calce ablatis, ubi lege ex P. de calce albatis et I. p. 677. n. 29. decalco, dealbo. *Π*. p. 48. decalco κονιῶ. De calce vero, quod emendavi apud Placid., ex more scriptorum inferioris dictum est latinitatis, qui de pro instrumentali quem dicunt ablativo solent ponere; cf. quae fusius exposui ad Apul. Met. I. 4. T. I. p. 25. et XI. 2. p. 986. et ad Arnob. I. 39. p. 62. Pro decaligo, quod in Gloss. legitur, emenda decalico, quod firmat Fest. Gloss. p. 57. ubi extat decalicatum, calce litum, ad q. l. vide Intt. p. 408; cf. Fest. p. 36. Calicata, calce polita.

20. Debilis de vecorde dici, equidem non memini. Debilitatur vero de insano ac perturbato mente poni probat Cic. Catil. III. 5. §. 10. recitatis litteris **debilitatus** atque obiectus, conscientia convictus. Debilis de capto manibus vel brachiis homine atque infirmo usurpari, non est quod multis probem. Senec. Controv. V. 33. hic caecus est, hic **debilis**, hic mutus. Ita coniungit Apul. Met. III. 27. utrumque: Quin ego istum sacrilegum **debilem claudumque**, ubi vide dictata mea; p. 204. Burm. ad Anthol. Latin. T. I. p. 596.

23. L. gratus. De pulchritudine decens dici evincunt loci Horat. Od. I. 4. 6. et I. 18. 6.; cf. Intt. ad Ovid. Met. XII. 405. qua nulla **decentior** inter Semiferos altis habitavit femina silvis. De formositate tantum dicitur decus et decens, quae cum gratia ac pudore coniuncta est. Ita etiam de sereno coelo legitur apud Claud. Consol. Hon. VI. 537. solito **decentior** aër et ita legendum puto in A. p. 295. n. 21. pro degesto sereno vel praeclaro aut decente aut decoro.

25. cf. supra voc. battuit.

26. L. deciduum. A. p. 295. n. 20. deciduum, quod cito cadit P. deciduum, quod cito cadit, caducum a decidere .i. de aliquo cadere; cf. Non. p. 100. VIII. p. 79. deciduus, qui cito cadit, quod et reciduus et occiduus et cadabundus et inciduus dicitur.

28. P. declinare, vitare, peccare, delinquere, obtundere.

29. L. incurva. VIII. p. 179. declivus, lubricus, descensus vel inclinatus; et p. 181. declivium, vallis vel nimius descensus. P. declivus, incurvus vel inclinatus locus.

30. Non. p. 97. decollare, ex collo deponere. *Π*. p. 48. decollatio, τραχηλοκοπία, κεφαλῆς ἀποτομή. decollat, ἀποκεφαλίζει, ἐκτραχηλίζει. decollatus, ἐκτραχηλισμός. decollo. ἀποκεφαλίζω, τραχηλοκοπῶ, ἀποτέμνω κεφαλήν, ἀποτραχηλίζω, ἐκτραχηλίζω. Plura dabit du Cang. T. II. p. 764. ed. Henschel.

33. Pl. p. 454. Mai. decrepiti, non qui a senectute avulsi sint, sed qui crepare iam desierint i. loqui cessaverint. VIII. p. 93. (a crepo) per compositionem decrepitus, a, um, eo quod iam crepare .i. aperte loqui defecerit. Fest. p. 54. decrepitus est desperatus, crepera iam vita, ut crepusculum extremum dici tempus. Sive decrepitus dictus, quia propter senectutem nec movere se nec ullum facere potest crepitum ad q. l. vide Intt. p. 402. Is. Or. X. 74. decrepitus, quod morti sit propior et quasi ad mortis tenebras vertat, sicut crepusculum tempus noctis. Alii dicunt decrepitum, non qui senectute avulsus est, sed qui

Deber, mortem, pestilentiam.
Decrevit, ordinavit, statuit.
Deculatae, decurvatae.
Decumbit, infirmatur, decedit.
40. Decurvatae, deculatae.
Decurio, buleuta.
Dedecus, vitium, macula, nota.
Dedecus, turpe, inhonestum.
Dedicat, consecrat, perficit.
45. Dedicatum, devotatum, sacrosanctum.
Dedicationes, incaenia.
Dedita opera, valde data.
Dediticius, damnaticius.
Deditio, traditio spontanea.
50. Deditus, subiectus.

iam crepare desierit, i. loqui cessaverit. P. decrepitus dicitur senex, quod morti propior ad tenebras vergat, sicut crepusculum; alii dicunt, quod iam crepare desierit .i. loqui et Non. p. 18. Crepera res proprie dicitur dubia, unde et crepusculum dicitur lux dubia et senes decrepiti dicti, in dubio vitae constituti.

36 Quid hoc sibi velit, me quidem fugit nec coniectura quidem possum assequi.

38. L. deculatae, decurtatae ut etiam n. 40. ex P. deculare, decurtare, quasi culum abscindere; aut deculcatae, decurvatae. Deculcare est enim deprimere deorsum pingere et ita tamquam decurvare i. deorsum flectere. Decurvatur habet Non. p. 80. buris dicitur pars aratri decurvata; deculco non est, quod exemplis muniam.

39. L. decidit. P. Decumbere infirmari. Potissimum de aegrotantibus dicitur, qui in lectulo iacent et de pugnantibus, qui cadunt; cf. Lexica. Infra: infirmatur decumbit.

41. VIII. p. 167. (a decem) per compositionem hic decurio, onis .i. princeps super decem vel ut alii volunt, decurio dicitur, quasi de curia existens, qui etiam aliter et decures et decudes dicuntur et p. 175. decurio, qui decem militibus praeest et p. 179. decurius vel decurio qui decuria est; decuriatus, de curia honoratus. A. p. 295. n. 88. decuria, numerus X. hominum sed postea in usum venit, ut multorum hominum dicatur. Is. Or. IX. 4. 23. decuriones dicti, quod sint de ordine curiae. Officium enim curiae administrant. Unde decurio non est, qui summam non intulit vel curiam participavit. Varro L. L. V. §. 91. Turma terima . . quod ter deni equites ex tribus tribubus Titiensium Ramnium Lucerum fiebant. Itaque primi singularum decuriarum decuriones dicti; quos hi primo administros ipsi tibi adoptabant optiones vocari coepti, quos nunc propter ambitiones tribuni faciunt. *Π.* p. 49. decurio *βουλευτής δεκαδάρχης δεκάρχης λοχάρχης*. Singularis est glossa I p. 676. n. 58. decurio, occupatio, ubi Oehl. l. c. optio emendari iubet; at optiones et decuriones inter se distare, non solum probat locus Varronis quem adscripsi, sed etiam Fest. p. 112. v. optio. Ego malim decuriones, curiales, quos eosdem esse evincit Isidor. IX. 4. §. 24. Curiales iidem et decuriones, P. decurio, curialis a curando civilia iura.

44. Is. Or. VI. 19. 30. Omne quod datur deo aut dedicatur aut consecratur. Quod dedicatur, dicendo datur, unde et appellatur. Unde errant qui dedicationem consecrationem putant significare. Aliter Fest. p. 53. delicata dicebant diis consecrata, quae dedicata unde adhuc manet delicatus quasi lusui dicatus [unde ego eadem in A. p. 294. n. 60. pro delicatis, et quae rulosis urastum substituo] dedicare autem prope est dicendo deferre ad q. l. vide Iutt. p. 400. Nam dedicare proprie est dicere, ut notat Non. p. 280. Quodsi perficit explicatur, inde tantum potest sumi significatio, quod quae exstructa ac perfecta erant templa et aedificia, dedicabantur ab eo, cui populus ius dederat. cf. Brisson. de Formul. L. I. E contrario vero etiam incipere significat, inchoare s. encaeniare, quoniam omnino usum solemnis dedicatio inchoare et instituere solebat; cf. Suet. Ner. 31. Vespas. 19. itaque gloss. n. 46. legendum est encaenia cf. infra ad h. v. Nec minus dedicare significat devovere et dedicatus, devotus, ut n. 45. legendum est; cf. Gruter. Inscriptt. 274. 5. Gallieno clementissimo principi . . . . dedicatissimus; et sacrum reddere Cic. pro domo 46. aedes Caepionis essent dedicatae; P. dedicare deo dare, consecrare, deputare.

47. VI. p. 519. dedita opera, opera male data, ubi l. valde data. cf. Fest. p. 53. dedita intelligitur valde data. De dictione non est, quod fusius exponam.

48—50. VIII. p. 163. deditus, a, um et haec deditio, nis, quod et pro datione et pro traditione invenitur et p. 173. dedere, dare; deditor, dator vel traditor; dedicio, datio vel traditio. Is. Or. IX. 4. §. 49. dediticii primum a deditione sunt nuncupati. Deditio enim dicitur, quando se victi aut vincendi hostes victoribus tradunt, quibus haec origo nominis fuit. Dum quondam adversus populum Ro-

Deducit, defert.
Deductus, delatus, deiectus, deportatus.
Defecatum, liquidum, purum.
Defensio, vindicta, ultio.
55. Defert, deducit, deportat.
Defessus, fatigatus.
Deficit, inhebescit.
Defessio, deliquium.
Definit, decernit, destimat, determinat, decernit, separat.
60. Deflet, flet, plorat.
Defretum, sapa, passum.
Defunctus, mortuus.
Defungitur, moritur.
Deget, vivit, aget.
65. Degestio, egestio.
Degreditur, absistit.
Dehinc, hinc, deinde.
Dehonoratus, infimus.
Definitio, statum, finitum.
70. Deicit, mactat, delet, deruit.
Deiecta, conlapsa.

manum servi sumpti armis dimicassent, victi se dederunt comprehensique varia turpitudine affecti sunt. P. dediticii a deditione dicti; quondam dum adversum populum Romanum servi arma sumpsissent, comprehensi stigmatibus affecti sunt. Ex his post manumissi propter suppliciorum notas ad dignitatem civium Romanorum non pervenerunt. Hinc intellige damnaticii. A. p. 294. n. 66. deditio, hondgong.

51. P. deducere, dividere, deportare, tenuando producere. Ita lege A. p. 295. n. 14. et n. 15. pro defluxit deportavit et deluxit circumvenit: deduxit.

53. VIII. p. 173. defaecatus, deorsum a faece purus, illimis, effaecatus, purulentus. A. p. 294. n 78. defecatum, vinum purificatum et p. 295 n. 18. defficatum, purificatum et p. 37. defecatum, liquidum, purum, extensum, ubi l. extersum. P. defecare, decollare, a faece purgare. Inde defecatum, i sine faece vel sordibus, illimis; cf. Non. p. 454. Pl. p. 455. desecare [lege defecare] est decolare et res quondam mixtas a faecibus segregare.

57. P. deficere, cessare. Inde defetiscere, defatigare. Inde equidem lego A. p. 294. n. 37. pro defiget fatiget aut deficit, fatiscit aut deficit, fatigatur.

59. L. aestimat.

60. Deflere et activam et intransitivam habere significationem probat Lachm. ad Propert. I. 16. cf. dict. mea ad Apul. Met. IV. 35. T. I. p. 304.

61. cf. P. defrutum, vinum passum et coctum dicitur quod defraudatur, defruta, quod aruit, unde et defretum. Is. Or. XX. 3. §. 14. passum, quicquid ex uva passa compressum effluxerit. Dicitur autem passum a patiendo. Nam percutitur uva siccior et decoquitur et inde fit passum. §. 15. (Careno) contrario sapa est, quae fervendo ad tertiam redacta descenderit. cf. Serv. ad Virg. Georg. II. 93. Passum dicitur a patiendo. Nam decoquitur mustum et inde fit passum. Hinc defrutum dictum est, quod defraudatur et quasi fraudem patitur. cf. du Cang. T. II. p. 779. Henschel v. defretum.

62. 63 Is. Or. IX. 4. 20. Functi ab eo, quod fungantur officio et honore aliquo dicti. Hinc et defunctos dicimus mortuos, qui compleverunt vitae officia, nihil enim iam faciunt; cf. ibid. 5. §. 22. et XI. 2. §. 36. defunctus vocatus qui complevit vitae officium. Nam dicimus functos officio, qui officia debita compleverunt, unde est et honoribus functus. Hinc ergo defunctus quod ab officio sit vitae depositus sive quod sit die functus. cf. XVII. 19. §. 18. Non. p. 287. P. defunctus, consumptus, privatus spiritu .i. qui complevit vitae officia, quia defungi est ab officio cessare, ut Pl. p. 454. Mai. defungi finire significat, unde de morientibus dicimus. Plura protuli ad Apul. Met. VIII. 6. T. I. p. 657. et ad Arnob. II. 11. p. 131.

64. L. degit, vivit, agit. P. dego, degis degui compositum ex de et ago .i. vivo, consisto, neutrum est.

65. L. digestio, ut in seqq. digreditur; nam degreditur est *καταβαίνει*; cf. *Π.* p. 50.

67. Hinc est ab eo loco; cf. Tac. Ann. IV. 5. (Aegyptus). Dehinc ab initio ab Syria usque ad flumen Euphraten ... ambitur, de qua significatione vide Hand. Tursell. T. II. p. 230. De altera quae h. gl. affertur, huius particulae significatione, qua et in consecutione temporum designanda et in rebus enumerandis usurpatur cf. eundem l. d. p. 131. n. 7.

68. L. deh. infamus aut infamis. De adiectivo infamus cf. quae dixi ad v. Abaga fin.

70. Noli corrigere mactat; cf. Val. Flacc. I. 190. Glaucoque bovem Thetidique iuvencam Deicit Ancaeus, ad quem locum vide Burm. qui plura exempla

**Deierat, male iurat vel valde iurat.**
**Deierent, iurent.**
**Dein, deinde.**
75. **Deinceps, postea vel exinde.**
**Deinde, ex ordine, demum vel ab hodie.**
**Deinde, exinde, item, hinc.**
**Deiscere, immergere.**
**Delapsus, inpulsus.**
80. **Delaneo, delacero.**
**Delatio, perditio.**
**Delator, vilicus, actor.**
**Delatus, devectus, deductus.**
**Delectatio, iocunditas.**
85. **Delecter, gaudeo, iocundor.**
**Delectum, electum.**
**Delegit, probat, eligit.**

profert. De ceteris non est, cur fusius exponam; legas modo dirnit.

72. 73. VIII. p. 179. deierare, periurare. VI. p. 520. deieratis, sancte iuratis Pl. p. 453. deiero, deos iuro ut Apul. dixit Met. I. 5. deierabo istam solem videntem deum, de qua constructione egi ad h. l. p. 28. P. deierat, satis iurat, verum iurat, deiurium iusiurandum. Ceterum deierare etiam habere significationem periurii testatur *Π*. p. 23. ἀπομόω abiuro ἀπομόσαι infitiari, deierare. In A. p. 296. n. 106., ubi scriptum est duert~ iurent l. deierent.

74. Inter dein et deinde particulas nullum esse discrimen certe apud Ciceronem, mihi quidem probatur. Legitur dein apud Ciceronem de Rep. I. 10. dein Tubero; c. 12. dein cum essent; Tusc. I. 28. dein conversionis, ubi tamen codd. variant, ut III. 1. dein magistris, et IV. 5. dein Platonis; de Nat. Deor. II. 42. dein quae sequuntur, ubi eadem est lectionum diversitas et Academ. I 17. dein confugis. Epist. ad Divers. V. 20. §. 1. dein si, ubi nonnullae edd. habent deinde; ibid. IX. 26. §. 4. dein, ne ad Att. V. 14. dein confectae cum edd. discrepantia; ibid. V. 20. §. 1. dein Apamaeus ibid. X. 6. quod dein me mones. Att. XIV. 17. A. dein multa. XV. 9. dein si aliquam ad XV. 26. dein ἀνοπαίτατον, pro Coel. 26. dein temere, ubi alii codd. habent deinde; in Pison. Fragm. p. 334. Orell. dein Gallicanus et pro Milon. 13. dein subito, ubi tamen extat codd. varietas, ut de Invent. I. 37. dein bipertita et II. 13. dein coenarit et de Divin. I. 27. dein cum se collegisset. Orat. 63. §. 213. dein membratim. Haec loca qui accuratius inspexerit, iam poterit intelligere, ea quae de utriusque vocabuli discrimine proferuntur, meras esse alucinationes. In eundem errorem Handium inductum esse doleo. Papias ita discernit: Dehinc et dein et deinde et deinceps adverbia sunt temporis vel ordinis; sed dehinc proprie de praesenti tempore vel ordine, accipitur ut post hoc, ex hoc; deinde vero de quolibet alio tempore vel longinquo, ut postmodum; dein communiter aut de futuro, deinceps autem ab hodie in antea vel denuo vel alia vice quam hoc fecisti. Unde etiam numeri esse videtur.

75. De hac particulae significatione cf. Hand. Tursell. T. II. p. 235. n. 6. dict. mea ad Arnob. II. 51.

76. 77. De v. hinc significatione locali cf. Hand. l. d. p. 240. n. 1. 2. De ceteris vide eundem. Deinde vero demum significare me quidem fugit.

78. L. dehiscere. P. dehiscere, os aperire, rimis interpatere, dehiscens apertum hiatu, diffusum [ubi l. diffissum] valde hiscens. Qui immergere significare possit, non capio.

79. Ut delapsus in amorem libertae apud Tacit. Ann. XIII. 12. etc. saepius pro irretiri, impediri.

80. L. delanio, dilacero. Delaniare habet Fest. p. 56. Delaniare est discindere et quasi lanam trahere, unde lacinia et lanius dicitur, qui pecus discindit. Ceterum rectius utroque loco dilaniare forsitan legas.

81. Hoc glossema explicatur P. delator, accusator eo quod detegat, quod latebat aut facultates perdat alienas; cf. Is. Or. X. 77. A. p. 296. n. 47. delator excussator, ubi accusator legendum esse quisque videt. Tum in seqq. delator bene explicatur actor. Nominabantur enim actores, qui alios ad iudicium provocabant, et causam probabant s. alios accusabant; cf. Cic. Part. 32. Ita G. Actor, defensor, patronus, caussidicus, advocatus; ut etiam P. habet cf. Ulpian. Dig. XL. 12. 7. fin. Is qui dominum se dicit, actoris partes sustinebit et necesse habebit servum suum probare. Ex his intelliges, vilicus voc. ex mera glossographi ignorantia additum esse. Vilicus enim et actor idem est sed alia quidem significatione, de qua infra agam ad voc. vilicus.

85. L. delector, gaudeo, iocundor. Iucundare vocabulum est sequioris latinitatis. *Π*. p. 101. iocundor ηδίομαι. Iocundus in veteribus libris ac monumentis legi, neminem qui codd. tractabat effugit. P. delector, aris deponens i. iocundari, gaudere, placere.

Delet, mactat, deruit.
Delibato, refloratio, immolatio.
90. Delibor, immolor.
Delibutus, perfusus vel be ne unctus.
Delicat, delirat.
Deliciatur, epulatur.
Deliciosus, nutricius.
95. Delictum, peccatum.
Delictus, depulsus vel bessudatu quod dicitur.

88. Mactat nego idem esse ac delet quod de rebus et hominibus, ut de exercitu, dicitur. Huc translatum puto ex priore glossemate n. 70. deicit, mactat, delet.

89. L. defloratio, immolatio. VI. p. 520. delibat, sanguinem detrahit. Deflorare potissimum dicitur de virginitate maculata ac laesa, qua significatione etiam delibatus in usu fuit cf. Cic. Brut. 68. delibata pudicitia. Flor. II. 6. aliquid de virginitatis delibasse saltem oculis videretur. Notione immolandi delibare apud veteres legi, uti libare cf. Intt. ad Cic. de Legg. II. 8. equidem nescio, licet alia glossaria id testentur. cf. P. delibatio immolatio, parva gustatio, refloratio: delibor immolor, delibare, sacrificare a libo tractum unde sacrificabant. *II.* p. 51. delibo ἀπολείβω ἀπάρχομαι, et p. 18. ἀπαρχαί hae primitiae, delibatio; ἀπαρχή libamen, primitiae, delibatus, delibatio. ἀπάρχεται auspicatur, delibat, libat. Hinc defendo apud Val. Max. II. 6. 8. tum defusis delibamentis.

90. VIII. p. 177. delibutus, inunctus, balanatus balsamatus. Pl. Mai. p. 454. delibutus, unctus, contactus et ibid. delibutum dicimus hominem unctum, ut athletae solent vel in ceromate pueros exerceri dicimus: et delibutum gaudio id perfusum vel plenum, Is. Or. X. 42. delibutus de oleo unctus, ut athletae solent vel in certamine pueri, ubi lege ex optt. codd. pro certamine: ceromate, ut apud Placid est. P. delibutus, contactus, delicatus, oleo unctus.

92. Idem glossema habet cod. Reg. 1013. In VIII. p. 174. extat delitare, deludere vel insanire. P. habet delerus, mente defectus propter aetatem apotoyleram [lege ἀπὸ τοῦ ληρεῖν] vel quod a recto ordine quasi a lira aberret; delerat, errat, delirat vero vanum significat. Haec indicare videntur extitisse aliquando verbum delero, as, quod testari video *II.* p. 50. delerat ἀποκόπτει ληρεῖ, ubi delirat legendum non esse, non solum litterarum probat consequentia, sed etiam quod delirare paulo post suo loco explicatur. Ita etiam delerus habet idem gloss. explicans ληρῶν παράληρος παραλήρημα παραγήραμα, et delirus λῆρος παραπλήξ et p. 115. ληρεῖ delerat ληρεῖς deleras λῆρος delirus nugae ληρῶν delerus. Hinc n. 92. et n. 101. legendum puto pro delicat: delerat, et ita etiam in A. p. 296. n. 74. dissipiscit [l. desipiscit] delerat.

93. cf. P. delicatus dicitur, quod deliciis pastus vivat in epulis et in nitore corporis. Ita Ruric. dicit ep. 2. 42. volatilia deliciari .i. cum summa delectatione comedere. *II.* p. 51. delicior, glorior ἁβρύνομαι. cf. du Cang. Gloss. T. II. p. 788. ed H.

94. P. deliciosus puer in deliciis nutritus matris Gloss. Reg. 1416. nutritius, deliciosus, vernaculus. P. Mss. aliquot habent delicius, quibuscum consentire G. dicit du Cang. et A. p. 295. n. 40. delicius puer, in deliciis amatus, unde supra pro nutritus matris, lego nutritus, amatus et VIII. p. 180. delicius, deliciosus. Deliciosus fuit minister ac servus dilectus, id quod compluribus exemplis probat du Cang. l. d. p. 788. cf. infra nutricius, deliciosus, vernaculus. Sunt enim qui in domo enutriti sunt; cf. infra v. nutricius.

95. P. delictum, peccatum a delinquo, quia derelinquit officium suum, qui peccat. Delictum dicitur quasi derelictum et fit in cogitatione, peccatum vero in operatione et delictum, quando dei mandatum non impletur, peccatum, quando fit prohibitum, sed indifferenter ponuntur.

96. L. delictus, depulsus, pessum datus. Ita Enn. ap. Merul. p. 327. at Romanus homo; tamen, etsi res bene gesta est, corde suo trepidat, delicto Coclite. Ita emenda apud Tertull. de Cultu Fem. II. 13. ex optimo cod. Agobard. pro: Si lucernam tuam sub modium abstruseris in tenebris derelicta, a multis incurseris necesse est: Si l. t. sub modio abstr., in tenebras delicta a multis incurseris nec. est. P. habet delictus, verruculatus et VI. 520 verucelatus quem dicunt. Utroque loco pessum datus legendum esse, mihi quidem improbabile non est; nec enim verruculatus nec verucelatus habet quo explicari possit. Qui hoc monstrum vocabuli oriri potuerit, nostrum gloss. aperte indicat; b enim abiit in v, s ut saepissime in r, m per virgulam supra scriptum fuit, celatus facile ex datus corrumpi potuisse, nemo erit qui neget.

Delimat, praecerpit.
Deliniti, placati.
Delinquit, peccat.
100. Deliquium, defessio.
Delirat, delicat.
Delitiscere, diu latere.
Delituit, latuit.
Delubrum, templum, pulvinar vel quicquid in idolum colitur.
105. Deliverat, cogitat.
Deluit, deruit.
Demersit, correpsit.
Demere, tollere.
Demolitur, destruit.
110. Demptio, separatio.
Demum, postea, deinde vel iterum.

97. L. delibat, praecerpit. Cic. pro Sext. 56. at omnes undique flosculos carpam atque delibem. Delimare plane aliud est. cf. P. delimat, acuit, accendit, polit, stimulat. Cod. Reg. 7641. habet delimat, praecepit, ubi l. delibat, praecerpit.

98. P. delenire, placare. Non. p. 278. delenitus ad nostram consuetudinem placatus. VIII. p. 178. delenire mitescere, mitem efficere. Accuratius egi de hoc vocabulo eiusque orthographia, ad Apul. Met. III. 11. p. 169. et ad Arnob. I. 50.

100. L. defectio. P. deliquium, defectus, defectio. Ita deliquium solis est eius defectio Plin. Nat. Hist. II. 19. 4. cf. Fest. p. 55. deliquium solis a delinquendo dictum, quod delinquat in cursu suo. A. p. 294. n. 80. deliquum defectio ubi l. deliquium.

102. 3. P. deliteo, delites, delitui, quod est latere. Inde delitescens. VIII. p. 180. delitere, oblitere, abscondere, recondere, clanculare, subascellare. A. p. 295. n. 22. delitescere. De scriptura delitiscere cf. quae dixi ad Apul. Met. IX. 41. p. 865.

104. VIII. p. 177. delubrum, locus in quo deus stat, sicut locus, in quo est candela, ubi ante locus interponendum esse caudelabrum, quisque videbit; VI. p. 520. delubrum, simulacrum vel tympanum. A. p. 205. n. 42. delubra, templa et ideoque [l. ideo, quae] ingressu ipso lacus aquae fiebat, ubi se sacerdotes sacrificaturi purificabant et adaluenda lavando, ubi emenda aut et abluenda lavabant aut pur. abluenda lavando cf. Is. Or. XV. 4. 9. Delubra veteres dicebant templa habentia fontes, quibus ante ingressum diluebantur, et appellari delubra a diluendo. Ipsa sunt nunc aedes cum sacris fontibus, in quibus fideles regenerati purificantur et bene quodam praesagio delubra appellata sunt. Sunt enim in ablutionem peccatorum. Fest. p. 55. delubrum dicebant fustem delibratum, hoc est decorticatum, quem venerabantur pro deo. P. delubra veteres dicebant templa fontes habentia, quibus ante ingressum diluebantur. Inde delubrum a diluendo dictum: Ipsa sunt nunc aedes cum sacris fontibus, in quibus fide et aqua homines generantur. Delubra a lubro i. rasili ligno vel diluendis tectis, quia sub uno tecto multa sacella erant. Omnia haec complexus est Serv. ad Virg. Aen. II. 225. quem totum locum describere longum est. Haec tantum promere libet: Massurius Sabinus: „Delubrum effigies a delibratione corticis; nam veteres felicium arborum ramos cortice detracto, in effigies deorum formabant, unde Graeci ξόανον dicunt." Alii delubrum dicunt templum ab eo, quod nulli iunctum aedificio pluvia diluatur cf. IV. 56.

105. L. deliberat cf. VIII. p. 180. deliberare, cogitare, censere, diiudicare. P. deliberare, praemeditari, cogitare, retractare. Ita l. A. p. 294. n. 29. pro delimatum, conclusum, complexum: deliberatum

106. L. diruit. Fest. p. 56. deluït, solvit a graeco διαλύειν cf. Intt. p. 405.

107. Quid haec glossa sibi velit non capio. Forsitan legendum sit dempsit e P. dempsit, deducit, imminuit [i. correpsit].

109. VIII. p. 176. demoliri, terere, exterminare, demetere. VI. p. 520. demolire, dissipare; demolitur, exterminatur et A. p. 296. n. 76. demolitur, exterminatur. Non. p. 95. demoliri, diruere. Priscian. VI. 4. T. I. p. 361. Krehl. Ex his multa antiqui tam activa quam passiva significatione protulisse inveniuntur, ut . . . demolior et p. 371. Curio pater: nusquam demolitur, nusquam exoneratur pecunia, demolitur passive dixit. P. demoliri, dissipare. Demolior iris. commune antiquitus.

111. Pl. p. 453. Demum, tum, deinceps. VI. p. 520. demum, consequen-

13

**Cunae, stratum infantium.**
**Cunctatur, duvitat, hesitat, tardat, moratur.**
**Cuneus, densus populus vel turba hominum vel crypta, cumba.**

**520. Cuppedo, cupiditas.**
**Cupidus, avarus vel desiderans.**
**Cupit, adamat.**
**Cupediosus, superbus.**

nabula, nutrimentum vel cuna infantium; G. Cunabula, spargana, infantum nutrimentum vel incrementa, loca infantia, familiaria, rudimenta [ubi lege loca infantium vel infantiae familiaria]. Cunabula infantiae sunt; cf. Is. Or. XX. 11. §. 6. et Serv. ad Eclog. IV. 22. Nutrimenta explicationem sumptam puto ex Serv. ad Virg. Aen. III. 103. Cunabula gentis; nutrimenta; nam ubi iacent infantes, cunae vocantur. Et latenter dat gloriam Troianis dicens, eos a diis originem ducere. VIII. p. 95. et pluraliter cunae, arum, eo quod ab infantibus incolantur, unde hoc cunabulum, i. At confiteor, me singularem huius substantivi nondum invenisse, quamquam eum repetit P. cunabula lectuli in quibus infantes iacent. Dicta a κύειν gr. quod partui adhibeantur. Hoc cunabulum. Idem est et cuna. Cunabula, rudimenta nutrimenta, initia vel panni infantiae [quod nihil aliud est nisi interpretatio gr. voc. σπάργανα, qua ratione explicari vides in G.] cf. *II*. p. 46. Cuna et cunabulum βαβαλιστήριον, Cunabula, σπάργανα, Cunabulum λικνόν βαβαλιστήριον βαβάλιον. Cunabulum, singulare non habet σπάργανα. Quid vero pro insignis legerim, non habeo.

517. G. Cunae sunt panni, in quibus infantes obvolvuntur. *II*. p. 46. hae cunae singulare non habet [qua in re errat Gloss.; cf. Prudent. Dittoch. III. praesepe iacenti cuna erat] βαβαλιστήρια, βαβαλιστήριον, λίκνον κοιτίδες.

518. cf. VIII. p. 135. Cunctor, aris. verbum depon. .i. morari..... Cunctabundus, morosus, Cunctamen, moramentum et p. 148. Cunctari, morari, intricari. VI. p. 519. cunctatus, trepidatus. VII. p. 557. cunctare, causare. G. Cunctando, dubitando. i. differendo. Cunctante, dubitante, haesitante. Cunctantem, cogitantem, tractantem [ubi emenda tricantem] morantem. Cunctantem, mollem, flectentem se. Cunctanter, pedetemtim. Cunctabunde, timide, diffidenter, sensim, haesitanter, dubitanter. Cunctanti, dubitanti, immoranti. Cunctare, causare. Cunctare, desinere, dubitare. deliberare, tergiversari. Cunctatur, dubitat, cogitat, tardat, moratur, tergiversatur, procrastinat. Nota cunctare activa forma, quae apud priscos in usu fuit; cf. Priscian. VIII. 5. p. 377 Krehl. et Non, p. 469. Tum trepidatus passiva notione mutandum non esse probant lexica.

519. De posteriore glossematis parte egi supra ad n. 503. VIII. p. 143. Cuneus, agmen, turba, phalanx, phalanga, caterva, globus, chorus, coetus, turba, G. Cuneus, spissitudo populi, densus populus, turba minor; cf. Is. Or. IX. 3, 61. P. Cuneus cripta; collecta multitudo in unum; quasi cuneus dictus quod in unum omnes coëant.

520. cf. I. p. 675. n. 20. Cuppes, fastidiosus, cupidus. VIII. p. 129. (a cupio) haec cupedia, ae .i. cupiditas edendi .... item a cupio, cupediosus, a, um, i. cupidus. Et pluraliter cuppes, pium .i. cibi lautiores, unde potest oriri cupido ... Item a cupio cupidenarius, rii per compositionem .i. denariorum cupidus; unde Terentius in Eunucho: Concurrunt laeti obviam multi cupidenarii; et p. 147. Cupedia, cupiditas edendi vel bibendi; cupidenarius, denariorum cupidus. Cuppes, cibi lautiores. Cupidiosus, cupidus [cf. infra n. 534]. A. p. 290. n. 306. Cupedinari, voluptarius, ubi emenda cupedinarius. Fest. p. 37. Cuppes et cuppedia antiqui lautiores cibos nominabant; inde et macellum et forum cupedinis appellabant. Cupedia autem a cupiditate sunt dicta vel sicut Varro aut, quod ibi fuerit Cupedinis equitis domus, qui fuerat ob latrocinium damnatus; cf. Interp. ad h. l. p. 369. et Varr. L. L. V. §. 146. et Donat. ad Eunuch. II. 2. 25. Non. p. 85. Cuppedia, cupiditas. Cic. Tuscul. IV. [c. 11.] ambitio, mulierositas, pervicacia, ligurritio, vinulentia, cuppedia, ad q. l. vide Intt. G. Cupido, cura studium, labor, cupedo. P. Cupes, fastidiosus, superbus, cupidus. cf. infra n. 534. cupediosus, superbus. Ex his iam potest intelligi cuppedo et cuppedinarius cett. duplici papud vetere sscripta esse. Nec alienus sum a sententia Salmas. ad Lamprid. Heliog. 30. dicentis a cupa s. cuppa h. v. esse petendum. Certe cuppes scribendum est apud Plaut. Trin. II. I. 13., ubi vide Intt.

521. Cupidus, desiderans, avarus rapax, avidus, appetens aliena, intemperans, insatiabilis, inexplebilis.

Curari, sanari, medere.
525. Curat, apparat.
Curvum, flexum.
Curcilla, oppilago.
Curia, ubi ordo consilium init.
Curio, qui praenuntiat populo.
530. Curriculum, viridem, glaucum.
Curruli sella, a curru, quia et qui de curru currules dicuntur.
Curustus, magnus.
Cirites, romani.
Cusire, consuere.
535. Cuspis, spiculum, summa pars astae.
Custodit, servat.

524. L. mederi. Ceterum ne quid mutetur, monet locus Hieronym. ep. 22. n. 8. Vini potio concedatur, ut ex hoc stomachi dolor et frequens medeatur infirmitas et infra glossa mederi, curari, sanari.

527. Idem habent I. p. 674. n. 18. et P. Quid hoc vocabulum significet, dubitant Intt. Martinus ducit a curculio, quod guttur exerceat edendo; oppilago quasi oppilatio, quod corpus oppilet cibis et oppleat. Ego certius quid statuere nequeo. Repetitur idem glossema infra v. oppilago. VIII. 402. Oppilago quicquid in ore ponitur ad ipsum os obturandum, unde apparet voc. ab oppilare esse petendum.

529. VIII. p. 112. hinc a cura hic curo, nis .i. ille qui curam accipit de plebe. VI. p. 519. Curio, qui praenuntiat populo, quod glossema repetit A. p. 290. 304.; habet tamen pro praenuntiat: pronuntiat. cf. Intt. ad Fest. p. 392. v. curiales et Fest. p. 95. maximus curio, cuius auctoritate curiae omnesque curiones reguntur. Varr. de L. L. V. §. 83. Curiones dicti a curiis, qui fiunt, ut in his sacra faciant; cf. VI. §. 46. G. Curio, qui praenuntiat populo, preco theatri. Curiones certae officia, ubi legerim curiae officiales. P. Curio, praeco theatri, qui praenuntiat populo, qui curam gerit officiorum. Mirifice in I. p. 672. n. 59. legitur: curio sanguis, ubi emendari placet curio agnus, ita ut explicatio desideretur, quam habes apud Fest. p. 46. Intt. p. 386. et Non. p. 86. v. curio; cf. Rost. Fercul. Plaut. T. I. p. 243. dict. mea ad Apul. Florid. I. 2. T. II. p. 10. Alii praeferunt Cruor, sanguis.

530. Quid hoc glossema sibi velit, non capio. Corruptum videtur ex glossemate caeruleum, quod viride glaucum significat. G. explicat: Curricula, initia infantium, temporum annorum; cursus vel spatia. spatium cursus.

531. L. curulis sella. VIII. p. 143. Curulis sella consulis; aliquando vero pro ipso consule. VI. p 519. curuli sella a corrigia; equi de cursu curules dicuntur. Curulis sella a curru, quia equi de curriculis dicuntur. A. p. 282. n. 155. Curulis sella a curru, quia et equi de curru curules dicuntur, velocissimi vero sellares dicuntur. cf. Gell. N. A. III. 18. §. 18. P. Curules sellae erant, in quibus magistratus sedentes iura populo dabant, sic dictae, quia apud veteres consules et praetores causa longinquitatis et dignitatis per forum vehebantur, Currus sellulis insedentes et iura dantes, quae sellae solitae erant deferri in curia.

532. Idem habet I. p. 674. n. 15. Pap. Curicius vetustus. Cum in Excerpt. Pithoean. legitur coruscus, Oehlerus l. d. p. 237. aliter legi posse perfracte negat. Primum tamen vellem nobis exposuisset, qui coruscus idem significare possit, quod magnus. Translata enim significatione dictum unquam esse equidem nego. Huc accedit Papiae auctoritas, qui Curicius habet et vetustus interpretatur. Forsitan a Curepetendum est. Quod Cerda in Adversar. voluit, pro corustus legi crossus vel crassus, item est improbabile. Auxilio vocari possit P. curis, virtus. Inde curitis i. potens regalis fortis. Hinc curitius magnus significare potest. Tum pro vetustus apud Pap. legendum videtur robustus. Infra magnus corustus.

533. L. curites aut quirites. cf. Fest. p. 37. Curis est Sabine hasta. Unde Romulus Quirinus, qui eam ferebat est dictus; et Romani a Quirino Quirites dicuntur. Quidam enim putant dictum a Curibus, quae fuit urbs opulentissima Sabinorum. Hanc formam Curitis non inusitatam fuisse, probat Curitis Iuno de qua vide Fest. p. 38. cf. Serv. ad Aen. I. 292.

534. Idem repetitur I. p. 674. n. 25. et supra v. consuere. cf. du Cang. T. II. p. 723. Henschel.

535. Hanc glossam habet A. p. 283. n. 224. P. Cuspis ima pars hastae a cespite dicitur, G. Cuspis generis feminini. Cuspide hasta. Cuspis ima pars hastae. Cuspes hastile amentum a cespite dictus, quod est virgultum. Virgil. et pastoralem praefixa cuspide mirtum. Proprie autem cuspis posterior pars hastae est.

# D.

1. Dabo, tribuam, dicabo.
Daemon, larba.
Damma, capra agrestis.
Damnaticus, deditícius.
5. Damnum, iactura, detrimentum, dispendium.
Damnum patitur, multatur.
Dabar, verbum.
Danus, fenerator vel feneratio
Dapes, aescae vel divitiae.

2. P. daemones a Graecis dictos aiunt, quasi demiones peritos et rerum scios. Daemon graece dicitur valde sciens per ae scribitur, ut Is. Or. VIII. 5. §. 11. habet: Daemonas a Graecis dictos aiunt quasi δαήμονας i. peritos ac rerum scios. Praesciunt enim futura multa, unde et solent responsa aliqua dare. Est posterioris latinitatis significatio, quae apud Ecclesiasticos scriptores in usu fuit ex Christianorum opinione. Recte igitur du Cang. T. II. p. 735. Henschel.: Constat apud Christianos hac voce semper intellectos spiritus immundos et malignos hominumque inimicos, vexatores et seductores et quicquid occursaculorum et terriculamentorum sive noctu sive interdiu, nobis obversatur, obsistit et perturbationi est; cf. quae fusius exposui ad Arnob. I. 18. quos daemonas appellat et **terrores**, et ad Apul. de Deo Socr. 15. p. 146.

3. VI. p. 519. dammula aut damma, capra agrestis. A. p. 295 n. 2. damna, capoli similis vel capra agrestis, [ubi l. damna, capreoli similis aut capelli sim. Agnoscit enim hanc diminutivi formationem Prisc. III. 7. T. I. p. 135. Capreolus quoque videtur a nominativo capreus esse, cuius femininum in usu est caprea. Nam capra a capro fit, ex quibus **capellus** et **capella** fiunt diminutiva] et ibid. p. 10. dammam, genus ferae capreo similis. Is. Or. XII. 1. 22. damula vocata, quod de manu effugiat; timidum animal et imbelle; de quo Martialis: . . . imbelles damae, quid nisi praeda sumus. Ex h. l. apud P. legendum est: damae animalium genus timidum et imbelle [pro imbecille, quod aliquot codd. habent] canes nimium fugiens.

4. L. damnaticius ex I. p. 677. n. 25. *Π*. p. 47. damnaticii *κατάδικοι*, damnaticium *κατάκριτον κατάδικον*, damnaticius *καταδίκος*. Ita emendo in Actis S. Caecil. Virg. et Mart. et aves stercorant, in quorum capitibus ciconiae solent nidos instruere, quas damnatici faciunt. Ibi enim aut damnaticii aut damnativ legendum est, ita ut damnaticus vocabulum esse latinum negem.

6. Damnum dici de mulcta, quam iudex damnato irrogat, docet du Cang. Gloss. T II. p. 739. Henschel., qui tamen nescire videatur, voc. etiam apud Ciceronem hac significatione dici; cf. Off. III. 5. quam qui dirimunt, eos morte, exilio, vinculis. **damno** coercent. cf. Forcell. Lexic. Ceterum nota dictionem damnum patitur, quam latinam esse negat Burm. ad Ovid. Fast. I. 60. Meliora docebunt lexica.

7. Hebraeum est.

8. cf. I. p. 676. n. 39. danus, faenerator, quod habet etiam VI. p. 519. et A. p. 295. n. 5. ubi pro danos l. danus et ibid. p. 295. n. 96. pro danuas, fenerator: danus. Vocabulum a vetere danere petendum puto, quod legitur apud Fest. p. 52. danunt, dant et ita apud eundem pro dasi legendum existimo dani, dari, praesertim cum sequatur danistae, feneratores; ad quos locos cf. Intt. p. 398. Danunt formam probat multis veterum exemplis Non. p. 97. voc. [Ita l. in A. p. 294. n. 90. pro duunt tribuunt, danunt aut duint tribuant et p. 295. n. 3. danite pro damte, date]. P. danise, fenerari graece, ubi lege *δανείσαι*. Danus, fenus, lucrum gr., quod rustice darnus sive fenerator vel fenus dicitur, feneratorium, feneratio. Nominabatur iste etiam danista, ut praeter Fest. probat VIII. p. 162. donista fenerator, quod corrige ex p. 173. danista, fenerator. Hoc voc. Plautinum est. *Π*. p. 43. *δάνειον δανός* versura.

9. P. Dapes dictae dantes opes. Priscianus haec dapes, huius dapis; nominativus in usu frequenti non est. Dapes regum, epulae vero privatorum sunt, quod ex Is. Or. XX. 2. §. 6. Pap. descripsit et repetit Serv. ad Virg. Aen. I. 706. et ad III. 224. Fusius Fest. p. 51. **Daps** apud antiquos dicebatur res divina, quae fiebat aut hiberna semente aut verna. Quod vocabulum ex graeco deducitur, apud quos id genus epularum *δαίς* dicitur. Itaque et **dapatice** se acceptos dicebant antiqui signifi-

10 **Dapsilis, largus, profusus.**
**Dapsilis, ab apibus, quia satis erogat aescas.**
**Dat, tribuit, persolvit, sacrificat.**
**Dat venum, vendit.**
**Dauci, pastinaculi.**

15. **Danticius latinum non est, sed deditium id ē si barbar tradit se romanis deditius dicitur.**
**Dealbare, decalcare opus tectorium.**
**Deambulatorium, peribolum.**

cantes magnifice et **dapaticum** negotium amplum ac magnificum, ad q. l. vide Intt. p. 397. Non. p. 461. dapes non tantum opiparos apparatus aut religiosos, sicuti plerumque, significare, sed et vitabilis et infandos cibos, auctore Virgilio possumus dicere cett. Serv. Aen. VIII. 175. dapes deorum propriae, ut Iovis coena. cf. VIII. p. 162. (a do) dapis, dapem, a dape nomen triptotum; in plurali vero totum invenitur. His collectis non mirabere, me aliquoties in explicatione glossae offendisse et legisse dapes, escae, epulae divitum, quae notioni voc. optime conveniunt. At nunc scio, apud posterioris aevi scriptores dapes dici pro divitiis, ut apud Ermold. Nigel. de Gest. Ludov. Pii II. 485. divisitque **dapes** nec non partitur honorem, et cum glossarium aut eodem ipso tempore, quo hoc carmen, aut non ita multo post compositum esse probabile sit, nihil mutandum censeo.

10. et 11. L. a dapibus. P. Dapsilis, largus gr. vel quo satis erogat dapes. VIII. p. 162. (a daps) hic et haec dapsilis et hoc le .i. largus et inde dapsiliter adverbium et haec dapsilitas, tis et dapatice adv. .i. magnifice, et dapino, nas verb. activum .i. largiri et p. 173. dapsilis, largus, prodigus, munificus, donaticus [ubi lege aut donaticius aut donativus]. Dapatice, large, dapsiliter, munifice. Ex gloss. nostro emenda A. p. 295. n. 4. dapsilis, profusus qui satis erogat addendo escas et ibid. n. 11. pro dapsilae, copiosae, habundaer lege dapsiles (s ob seq. c litteram excidit] copiosae abundae, quam adiectivi formationem confirmat Non. p. 305. v. ferox neque tam abundis fortunis atrox et Gell. I. 2. Item corrupte legitur A. p. 294 n. 84. dapsile, cupiosae et p. 293. n. 9. daplisis, profusus. A. p. 295. n. 7. habet dapibus pinguis, ubi ego legerim dapticus et VIII. p. 180. pro dopimus, opiparus, opulentus idem emendaverim. Loco enim Fest., quem supra attuli, pro dapatice et dapaticum multi ex codd. legunt daptice et dapticum.

12. L. persolvit. Dare absolute pro sacrificare dici, mihi quidem notum non est.

13. Rarius disiunctim haec leguntur, saepius venumdare. cf. Claudian. Rufin. I. 178. **venum** cuncta **dari**. Quot ego novi veterum locos, si fides habenda est lexicis, semel tantum venum postpositum est verbo, cui est iunctum; est enim apud Lucan. IV. 206. et sua **tradita venum** Castra videt. De his similibusque dictionibus cf. Intt. ad Sall. Iug. c. 28. §. 1.

14. L. pastinaculae cf. Is. Or. XVII. 9. §. 65. Daucos foliis feniculi similibus thyrso bipatrius. Accuratius agit de Daucis eorumque figura ac generibus Plin. N. H. XXV. s 64. sqq. Hinc emenda apud Pap. pro dausti, pastinaculi: dauci pastinaculae [scriptum pastinacule]. Genere enim masculino legi ego non memini, nisi forte pastinaculus deminutivum ad ea referre velis, quae genus primitivi non sequuntur; ut rana, ranunculus, quae tamen pauca sunt.

15. L. deditius, daticius ex I. p. 677. n. 26. qui habet: Datitius latinum non est, sed deditius is est; si Barbarus dedat se Romanis; deditius is est, et A. p. 295. n. 6. daticius latinum non est, sed dedicius. P. daticius, deditieius pro filiis datus, qui victus hosti se tradit. Hinc emenda totam glossam: daticius latinum non est sed dediticius, id est (atque ita forsitan in Isidori quoque gloss. legendum sit), si barbarus tradit se Romanis, deditius dicitur. VI. p. 519. daticius, dediticius et pro filio datus; dediticius pro obside datus; dediticius si barbarus tradit se romanis. Dediticius omnibus in glossis restituendum esse, probat analogia, quae contra daticius non pugnat. Adversatur vero loquendi usus. *Π.* p. 49. Dediticii *οἱ μετὰ τὸ ληφθῆναι τῇ τῶν νικησάντων πολεμίων ἐξουσίᾳ ἑαυτοὺς ἐπιτρέψαντες* et *ἐκδότες εἰς κόλασιν, κατάκριτος, ἐκδεδομένος, ἑαυτὸν παραδοὺς ἐν πολέμῳ*, ut supra dediticius: damnaticius.

16. Opus tectorium intelligo de parietibus, ut apud Cic. de Legg. II. 26. sepulcrum **opere tectorio** ornare, i. quo teguntur parietes, ut Curius dixit apud Cic. Epist. ad Famil. VII. 29. §. 2. nec solere duo parietes de eadem fidelia **dealbare.** *Π.* p. 47. dealbat *λευκάνει*, dealbator *κονιατής λευκανθής*, dealbo *ἐκλευκαίνω*. Hinc minus recte Cuiacius Dig. de Exc. Artif. X. 64. dealbatores ab albinis ita distinguit, ut albini parietes dealbarint, dealbatores alia. Pap. non habet hanc glossam.

17. P. deambulatorium, peribolus. *Περίβολος* enim et *περίβολον* gr. in usu fuit. *Π.* p. 47. deambulatorium *περίβατος*. Ita emenda apud Ioan. de Ianua; deambu-

Debaccatur, pervaccatur.
Decalco, dealbo, decaligo.
20. Debilis, caducus, vaecors vel clauda.
Decalcare, dealbare.
Decidit, ruit, cadit vel decumbit.
Decens, pulcher, formosus, gratis.
Decernit, definit, ordinat, statuit.
25. Decidit, concidit, battuit.
Decidium, qui cito decidit.
Decipit, seducit, fallit, circumvenit.
Declinat, evitat, obtundit.
Declivia, incurba.
30. Decollat, decapitat.
Decor, decentia.
Declivis, inclinatus locus.
Decrepitus, valde senex.
Decretum pactum, iudicium ordinatum.
35. Decretum, reccius ordinem vel statutum.

latorium, quod proprie dicitur lobium, quod fit iuxta domos ad spatiandum, pro lobium: peribolum. Est Latinorum Chalcidicum; cf. I. p. 676. n. 29. Caldicum [ubi l. Chalcidicum] foris deambulatorium quod et petibulum dicitur (lege peribolum) et iterum (quod Salmasius correxit in pteron, πτερὸν enim est columnarum positio) ego tamen velim atrium. Pro deambulare deportare, quod P. habet, legere velim despatiari.

18. L. debacchatur, perbacchatur ut pervagatur quod P. habet. Prius praefero. De voc. bacchari supra egi.

19. cf. P. Pl. p. 453. Mai. decalcatis, de calce ablatis, ubi lege ex P. de calce albatis et l. p. 677. n. 29. decalco, dealbo. *Π*. p. 48. decalco κονιῶ. De calce vero, quod emendavi apud Placid., ex more scriptorum inferioris dictum est latinitatis, qui de pro instrumentali quem dicunt ablativo solent ponere; cf. quae fusius exposui ad Apul. Met. I. 4. T. I. p. 25. et XI. 2. p. 986. et ad Arnob. I. 39. p. 62. Pro decaligo, quod in Gloss. legitur, emenda decalico, quod firmat Fest. Gloss. p. 57. ubi extat decalicatum, calce litum, ad q. l. vide Intt. p. 408; cf. Fest. p. 36. Calicata, calce polita.

20. Debilis de vecorde dici, equidem non memini. Debilitatur vero de insano ac perturbato mente poni probat Cic. Catil. III. 5. §. 10. recitatis litteris **debilitatus** atque obiectus, conscientia convictus. Debilis de capto manibus vel brachiis homine atque infirmo usurpari, non est quod multis probem. Senec. Controv. V. 33. hic caecus est, hic **debilis**, hic mutus. Ita coniungit Apul. Met. III. 27. utrumque: Quin ego istum sacrilegum **debilem claudumque**, ubi vide dictata mea; p. 204. Burm. ad Anthol. Latin. T. I. p. 596.

23. L. gratus. De pulchritudine decens dici evincunt loci Horat. Od. I. 4. 6. et I. 18. 6.; cf. Intt. ad Ovid. Met. XII. 405. qua nulla **decentior** inter Semiferos altis habitavit femina silvis. De formositate tantum dicitur decus et decens, quae cum gratia ac pudore coniuncta est. Ita etiam de sereno coelo legitur apud Claud. Consol. Hon. VI. 537. solito **decentior** aër et ita legendum puto in A. p. 295. n. 21. pro degesto sereno vel praeclaro aut decente aut decoro.

25. cf. supra voc. battuit.

26. L. deciduum. A. p. 295. n. 20. deciduum, quod cito cadit P. deciduum, quod cito cadit, caducum a decidere .i. de aliquo cadere; cf. Non. p. 100. VIII. p. 79. deciduus, qui cito cadit, quod et reciduus et occiduus et cadabundus et inciduus dicitur.

28. P. declinare, vitare, peccare, delinquere, obtundere.

29. L. incurva. VIII. p. 179. declivus, lubricus, descensus vel inclinatus; et p. 181. declivium, vallis vel nimius descensus. P. declivus, incurvus vel inclinatus locus.

30. Non. p. 97. decollare, ex collo deponere. *Π*. p. 48. decollatio, τραχηλοκοπία, κεφαλῆς ἀποτομή. decollat, ἀποκεφαλίζει, ἐκτραχηλίζει. decollatus, ἐκτραχηλισμός. decollo. ἀποκεφαλίζω, τραχηλοκοπῶ, ἀποτέμνω κεφαλήν, ἀποτραχηλίζω, ἐκτραχηλίζω. Plura dabit du Cang. T. II. p. 764. ed. Henschel.

33. Pl. p. 454. Mai. decrepiti, non qui a senectute avulsi sint, sed qui crepare iam desierint i. loqui cessaverint. VIII. p. 93. (a crepo) per compositionem decrepitus, a, um, eo quod iam crepare .i. aperte loqui defecerit. Fest. p. 54. decrepitus est desperatus, crepera iam vita, ut crepusculum extremum dici tempus. Sive decrepitus dictus, quia propter senectutem nec movere se nec ullum facere potest crepitum ad q. l. vide Intt. p. 402. Is. Or. X, 74. decrepitus, quod morti sit propior et quasi ad mortis tenebras vertat, sicut crepusculum tempus noctis. Alii dicunt decrepitum, non qui senectute avulsus est, sed qui

**Deber, mortem, pestilentiam.**
**Decrevit, ordinavit, statuit.**
**Deculatae, decurvatae.**
**Decumbit, infirmatur, decedit.**
40. **Decurvatae, deculatae.**
**Decurio, buleuta.**
**Dedecus, vitium, macula, nota.**
**Dedecus, turpe, inhonestum.**
**Dedicat, consecrat, perficit.**
45. **Dedicatum, devotatum, sacrosanctum.**
**Dedicationes, incaenia.**
**Dedita opera, valde data.**
**Dediticius, damnaticius.**
**Deditio, traditio spontanea.**
50. **Deditus, subiectus.**

iam crepare desierit, i. loqui cessaverit. P. decrepitus dicitur senex, quod morti propior ad tenebras vergat, sicut crepusculum; alii dicunt, quod iam crepare desierit .i. loqui et Non. p. 18. Crepera res proprie dicitur dubia, unde et crepusculum dicitur lux dubia et senes **decrepiti** dicti, in dubio vitae constituti.

36 Quid hoc sibi velit, me quidem fugit nec coniectura quidem possum assequi.

38. L. deculatae, decurtatae ut etiam n. 40. ex P. deculare, decurtare, quasi culum abscindere; aut deculcatae, decurvatae. Deculcare est enim deprimere deorsum pingere et ita tamquam decurvare i. deorsum flectere. Decurvatur habet Non. p. 80. buris dicitur pars aratri **decurvata**; deculco non est, quod exemplis muniam.

39. L. decidit. P. Decumbere infirmari. Potissimum de aegrotantibus dicitur, qui in lectulo iacent et de pugnantibus, qui cadunt; cf. Lexica. Infra: infirmatur decumbit.

41. VIII. p. 167. (a decem) per compositionem hic decurio, onis .i. princeps super decem vel ut alii volunt, decurio dicitur, quasi de curia existens, qui etiam aliter et decures et decudes dicuntur et p. 175. decurio, qui decem militibus praeest et p. 179. decurius vel decurio qui decuria est; decuriatus, decuria honoratus. A. p. 295. n. 38. decuria, numerus X. hominum sed postea in usum venit, ut multorum hominum dicatur. Is. Or. IX. 4. 23. decuriones dicti, quod sint de ordine curiae. Officium enim curiae administrant. Unde decurio non est, qui summam non intulit vel curiam participavit. Varro L. L. V. §. 91. Turma terima . . quod ter deni equites ex tribus tribubus Titiensium Ramnium Lucerum fiebant. Itaque primi singularum decuriarum decuriones dicti; quos hi primo administros ipsi tibi adoptabant **optiones** vocari coepti, quos nunc propter ambitiones tribuni faciunt. *Π*. p. 49. decurio *βουλευτής δεκαδάρχης δεκάρχης λοχάρχης*. Singularis est glossa I p. 676. n. 58. decurio, occupatio, ubi Oehl. l. c. optio emendari iubet; at optiones et decuriones inter se distare, non solum probat locus Varronis quem adscripsi, sed etiam Fest. p. 112. v. optio. Ego malim decuriones, curiales, quos eosdem esse evincit Isidor. IX. 4. §. 24. Curiales iidem et decuriones, P. decurio, curialis a curando civilia iura.

44. Is. Or. VI. 19. 30. Omne quod datur deo aut dedicatur aut consecratur. Quod dedicatur, dicendo datur, unde et appellatur. Unde errant qui dedicationem consecrationem putant significare. Aliter Fest. p. 53. delicata dicebant diis consecrata, quae dedicata unde adhuc manet delicatus quasi lusui dicatus [unde ego eadem in A. p. 294. n. 60. pro delicatis, et quae rulosis urastum substituo] dedicare autem prope est dicendo deferre ad q. l. vide Iutt. p. 400. Nam dedicare proprie est dicere, ut notat Non. p. 280. Quodsi perficit explicatur, inde tantum potest sumi significatio, quod quae exstructa ac perfecta erant templa et aedificia, dedicabantur ab eo, cui populus ius dederat. cf. Brisson. de Formul. L. I. E contrario vero etiam incipere significat, inchoare s. encaeniare, quoniam omnino usum solemnis dedicatio inchoare et instituere solebat; cf. Suet. Ner. 31. Vespas. 19. itaque gloss. n. 46. legendum est encaenia cf. infra ad h. v. Nec minus dedicare significat devovere et dedicatus, devotus, ut n. 45. legendum est; cf. Gruter. Inscriptt. 274. 5. Gallieno clementissimo principi . . . . **dedicatissimus**; et sacrum reddere Cic. pro domo 46. aedes Caepionis essent **dedicatae**; P. dedicare deo dare, consecrare, deputare.

47. VI. p. 519. dedita opera, opera male data, ubi l. valde data. cf. Fest. p. 53. dedita intelligitur valde data. De dictione non est, quod fusius exponam.

48—50. VIII. p. 163. deditus, a, um et haec deditio, nis, quod et pro datione et pro traditione invenitur et p. 173. dedere, dare; deditor, dator vel traditor; dedicio, datio vel traditio. Is. Or. IX. 4. §. 49. dediticii primum a deditione sunt nuncupati. Deditio enim dicitur, quando se victi aut vincendi hostes victoribus tradunt, quibus haec origo nominis fuit. Dum quondam adversus populum Ro-

Deducit, defert.
Deductus, delatus, deiectus, deportatus.
Defecatum, liquidum, purum.
Defensio, vindicta, ultio.
Defert, deducit, deportat.
Defessus, fatigatus.
Deficit, inhebescit.
Defessio, deliquium.
Definit, decernit, destimat, determinat, decernit, separat.
Deflet, flet, plorat.
Defretum, sapa, passum.
Defunctus, mortuus.
Defungitur, moritur.
Deget, vivit, aget.
Degestio, egestio.
Degreditur, absistit.
Dehinc, hinc, deinde.
Dehonoratus, infimus.
Definitio, statum, finitum.
Deicit, mactat, delet, deruit.
Deiecta, conlapsa.

manum servi sumpti armis dimicassent, victi se dederunt comprehensique varia turpitudine affecti sunt. P. dediticii a deditione dicti; quondam dum adversum populum Romanum servi arma sumpsissent, comprehensi stigmatibus affecti sunt. Ex his post manumissi propter suppliciorum notas ad dignitatem civium Romanorum non pervenerunt. Hinc intellige damnaticii. A. p. 294. n. 66. deditio, hondgong.

51. P. deducere, dividere, deportare, tenuando producere. Ita lege A. p. 295. n. 14. et n. 15. pro defluxit deportavit et deluxit circumvenit: deduxit.

53. VIII. p. 173. defaecatus, deorsum a faece purus, illimis, effaecatus, purulentus. A. p. 294. n 78. defecatum, vinum purificatum et p. 295 n. 18. deffficatum, purificatum et p. 37. defecatum, liquidum, purum, extensum, ubi l. extersum. P. defecare, decollare, a faece purgare. Inde defecatum, i sine faece vel sordibus, illimis; cf. Non. p. 454. Pl. p. 455. desecare [lege defecare] est decolare et res quondam mixtas a faecibus segregare.

57. P. deficere, cessare. Inde defetiscere, defatigare. Inde equidem lego A. p. 294. n. 87. pro defiget fatiget aut deficit, fatiscit aut deficit, fatigatur.

59. L. aestimat.

60. Deflere et activam et intransitivam habere significationem probat Lachm. ad Propert. I. 16. cf. dict. mea ad Apul. Met. IV. 35. T. I. p. 304.

61. cf. P. defrutum, vinum passum et coctum dicitur quod defraudatur, defruta, quod aruit, unde et defretum. Is. Or. XX. 3. §. 14. passum, quicquid ex uva passa compressum effluxerit. Dicitur autem passum a patiendo. Nam percutitur uva siccior et decoquitur et inde fit passum. §. 15. (Careno) contrario sapa est, quae fervendo ad tertiam redacta descenderit. cf. Serv. ad Virg. Georg. II. 93. Passum dicitur a patiendo. Nam decoquitur mustum et inde fit passum. Hinc defrutum dictum est, quod defraudatur et quasi fraudem patitur. cf. du Cang. T. II. p. 779. Henschel v. defretum.

62. 63 Is. Or. IX. 4. 20. Functi ab eo, quod fungantur officio et honore aliquo dicti. Hinc et defunctos dicimus mortuos, qui compleverunt vitae officia, nihil enim iam faciunt; cf. ibid. 5. §. 22. et XI. 2. §. 36. defunctus vocatus qui complevit vitae officium. Nam dicimus functos officio, qui officia debita compleverunt, unde est et honoribus functus. Hinc ergo defunctus quod ab officio sit vitae depositus sive quod sit die functus. cf. XVII. 19. §. 18. Non. p. 287. P. defunctus, consumptus, privatus spiritu .i. qui complevit vitae officia, quia defungi est ab officio cessare, ut Pl. p. 454. Mai. defungi finire significat, unde de morientibus dicimus. Plura protuli ad Apul. Met. VIII. 6. T. I. p. 657. et ad Arnob. II. 11. p. 131.

64. L. degit, vivit, agit. P. dego, degis degui compositum ex de et ago .i. vivo, consisto, neutrum est.

65. L. digestio, ut in seqq. digreditur; nam degreditur est καταβαίνει; cf. *II.* p. 50.

67. Hinc est ab eo loco; cf. Tac. Ann. IV. 5. (Aegyptus). Dehinc ab initio ab Syria usque ad flumen Euphraten ... ambitur, de qua significatione vide Hand. Tursell. T. II. p. 230. De altera quae h. gl. affertur, huius particulae significatione, qua et in consecutione temporum designanda et in rebus enumerandis usurpatur cf. eundem l. d. p. 131. n. 7.

68. L. deh. infamus aut infamis. De adiectivo infamus cf. quae dixi ad v. Abaga fin.

70. Noli corrigere mactat; cf. Val. Flacc. I. 190. Glaucoque bovem Thetidique iuvencam Deicit Ancaeus, ad quem locum vide Burm. qui plura exempla

**Deierat, male iurat vel valde iurat.**
**Deierent, iurent.**
**Dein, deinde.**
75. **Deinceps, postea vel exinde.**
**Deinde, ex ordine, demum vel ab hodie.**
**Deinde, exinde, item, hinc.**
**Deiscere, immergere.**
**Delapsus, inpulsus.**
80. **Delaneo, delacero.**
**Delatio, perditio.**
**Delator, vilicus, actor.**
**Delatus, devectus, deductus.**
**Delectatio, iocunditas.**
85. **Delecter, gaudeo, iocundor.**
**Delectum, electum.**
**Delegit, probat, eligit.**

profert. De ceteris non est, cur fusius exponam; legas modo diruit.

72. 73. VIII. p. 179. deierare, periurare. VI. p. 520. deieratis, sancte iuratis Pl. p. 453. deiero, deos iuro ut Apul. dixit Met. I. 5. deierabo istam solem videntem deum, de qua constructione egi ad h. l. p. 28. P. deierat, satis iurat, verum iurat, deiurium iusiurandum. Ceterum deierare etiam habere significationem periurii testatur *Π*. p. 23. *ἀπομόω* abiuro *ἀπομόσαι* infitiari, deierare. In A. p. 296. n. 106., ubi scriptum est duert~ iurent l. deierent.

74. Inter dein et deinde particulas nullum esse discrimen certe apud Ciceronem, mihi quidem probatur. Legitur dein apud Ciceronem de Rep. I. 10. dein Tubero; c. 12. dein cum essent; Tusc. I. 28. dein conversionis, ubi tamen codd. variant, ut III. 1. dein magistris, et IV. 5. dein Platonis; de Nat. Deor. II. 42. dein quae sequuntur, ubi eadem est lectionum diversitas et Academ. I 17. dein confugis. Epist. ad Divers. V. 20. §. 1. dein si, ubi nonnullae edd. habent deinde; ibid. IX. 26. §. 4. dein, ne ad Att. V. 14. dein confectae cum edd. discrepantia; ibid. V. 20. §. 1. dein Apamaeus ibid. X. 6. quod dein me mones. Att. XIV. 17. A. dein multa. XV. 9. dein si aliquam ad XV. 26. dein *ἀτοπώτατον*, pro Coel. 26. dein temere, ubi alii codd. habent deinde; in Pison. Fragm. p. 334. Orell. dein Gallicanus et pro Milon. 13. dein subito, ubi tamen extat codd. varietas, ut de Invent. I. 37. dein bipertita et II. 13. dein coenarit et de Divin. I. 27. dein cum se collegisset. Orat. 63. §. 213. dein membratim. Haec loca qui accuratius inspexerit, iam poterit intelligere, ea quae de utriusque vocabuli discrimine proferuntur, meras esse alucinationes. In eundem errorem Handium inductum esse doleo. Papias ita discernit: Dehinc et dein et deinde et deinceps adverbia sunt temporis vel ordinis; sed dehinc proprie de praesenti tempore vel ordine, accipitur ut post hoc, ex hoc; deinde vero de quolibet alio tempore vel longinquo, ut postmodum; dein communiter aut de futuro, deinceps autem ab hodie in antea vel denuo vel alia vice quam hoc fecisti. Unde etiam numeri esse videtur.

75. De hac particulae significatione cf. Hand. Tursell. T. II. p. 235. n. 6. dict. mea ad Arnob. II. 51.

76. 77. De v. hinc significatione locali cf. Hand. l. d. p. 240. n. 1. 2. De ceteris vide eundem. Deinde vero demum significare me quidem fugit.

78. L. dehiscere. P. dehiscere, os aperire, rimis interpatere, dehiscens apertum hiatu, diffusum [ubi l. diffissum] valde hiscens. Qui immergere significare possit, non capio.

79. Ut delapsus in amorem libertae apud Tacit. Ann. XIII. 12. etc. saepius pro irretiri, impediri.

80. L. delanio, dilacero. Delaniare habet Fest. p. 56. Delaniare est discindere et quasi lanam trahere, unde lacinia et lanius dicitur, qui pecus discindit. Ceterum rectius utroque loco dilaniare forsitan legas.

81. Hoc glossema explicatur P. delator, accusator eo quod detegat, quod latebat aut facultates perdat alienas; cf. Is. Or. X. 77. A. p. 296. n. 47. delator excussator, ubi accusator legendum esse quisque videt. Tum in seqq. delator bene explicatur actor. Nominabantur enim actores, qui alios ad iudicium provocabant, et causam probabant s. alios accusabant; cf. Cic. Part. 32. Ita G. Actor, defensor, patronus, caussidicus, advocatus; ut etiam P. habet cf. Ulpian. Dig. XL. 12. 7. fin. Is qui dominum se dicit, actoris partes sustinebit et necesse habebit servum suum probare. Ex his intelliges, vilicus voc. ex mera glossographi ignorantia additum esse. Vilicus enim et actor idem est sed alia quidem significatione, de qua infra agam ad voc. vilicus.

85. L. delector, gaudeo, iocundor. Iucundare vocabulum est sequioris latinitatis. *Π*. p. 101. iocundor *ἡδίομαι*. Iocundus in veteribus libris ac monumentis legi, neminem qui codd. tractabat effugit. P. delector, aris deponens i. iocundari, gaudere, placere.

Delet, mactat, deruit.
Delibato, reflóratio, immolatio.
90. Delibor, immolor.
Delibutus, perfusus vel be ne unctus.
Delicat, delirat.
Delieiatur, epulatur.
Deliciosus, nutricius.
95. Delictum, peccatum.
Delictus, depulsus vel bessudatu quod dicitur.

88. Mactat nego idem esse ac delet quod de rebus et hominibus, ut de exercitu, dicitur. Huc translatum puto ex priore glossemate n. 70. deicit, mactat, delet.

89. L. defloratio, immolatio. VI. p. 520. delibat, sanguinem detrahit. Deflorare potissimum dicitur de virginitate maculata ac laesa, qua significatione etiam delibatus in usu fuit cf. Cic. Brut. 68. delibata pudicitia. Flor. II. 6. aliquid de virginitatis delibasse saltem oculis videretur. Notione immolandi delibare apud veteres legi, uti libare cf. Intt. ad Cic. de Legg. II. 8. equidem nescio, licet alia glossaria id testentur. cf. P. delibatio immolatio, parva gustatio, refloratio: delibor immolor, delibare, sacrificare a libo tractum unde sacrificabant. *II.* p. 51. delibo ἀπολείβω ἀπάρχομαι, et p. 18. ἀπαρχαί hae primitiae, delibatio; ἀπαρχή libamen, primitiae, delibatus, delibatio. ἀπάρχεται auspicatur, delibat, libat. Hinc defendo apud Val. Max. II. 6. 8. tum defusis delibamentis.

90. VIII. p. 177. delibutus, inunctus, balanatus balsamatus. Pl. Mai. p. 454. delibutus, unctus, contactus et ibid. delibutum dicimus hominem unctum, ut athletae solent vel in ceromate pueros exerceri dicimus: et delibutum gaudio id perfusum vel plenum, Is. Or. X. 42. delibutus de oleo unctus, ut athletae solent vel in certamine pueri, ubi lege ex optt. codd. pro certamine: ceromate, ut apud Placid est. P. delibutus, contactus, delicatus, oleo unctus.

92. Idem glossema habet cod. Reg. 1013. In VIII. p. 174. extat delitare, deludere vel insanire. P. habet delerus, mente defectus propter aetatem apotoyleram [lege ἀπὸ τοῦ ληρεῖν] vel quod a recto ordine quasi a lira aberret; delerat, errat, delirat vero vanum significat. Haec indicare videntur extitisse aliquando verbum delero, as, quod testari video *II.* p. 50. delerat ἀποκόπτει ληρεῖ, ubi delirat legendum non esse, non solum litterarum probat consequentia, sed etiam quod delirare paulo post suo loco explicatur. Ita etiam delerus habet idem gloss. explicans ληρῶν παράληρος παραλήρημα παραγήραμα, et delirus λῆρος παραπλήξ et p. 115. ληρεῖ delerat ληρεῖς deleras λῆρος delirus nugae ληρῶν delerus. Hinc n. 92. et n. 101. legendum puto pro delicat: delerat, et ita etiam in A. p. 296. n. 74. dissipiscit [l. desipiscit] delerat.

93. cf. P. delicatus dicitur, quod deliciis pastus vivat in epulis et in nitore corporis. Ita Ruric. dicit ep. 2. 42. volatilia deliciari .i. cum summa delectatione comedere. *II.* p. 51. delicior, glorior ἁβρύνομαι. cf. du Cang. Gloss. T. II. p. 788. ed H.

94. P. deliciosus puer in deliciis nutritus matris Gloss. Reg. 1416. nutritius, deliciosus, vernaculus. P. Mss. aliquot habent delicius, quibuscum consentire G. dicit du Cang. et A. p. 295. n. 40. delicius puer, in deliciis amatus, unde supra pro nutritus matris, lego nutritus, amatus et VIII. p. 180. delicius, deliciosus. Deliciosus fuit minister ac servus dilectus, id quod compluribus exemplis probat du Cang. l. d. p. 788. cf. infra nutricius, deliciosus, vernaculus. Sunt enim qui in domo enutriti sunt; cf. infra v. nutricius.

95. P. delictum, peccatum a delinquo, quia derelinquit officium suum, qui peccat. Delictum dicitur quasi derelictum et fit in cogitatione, peccatum vero in operatione et delictum, quando dei mandatum non impletur, peccatum, quando fit prohibitum, sed indifferenter ponuntur.

96. L. delictus, depulsus, pessum datus. Ita Enn. ap. Merul. p. 327. at Romanus homo; tamen, etsi res bene gesta est, corde suo trepidat, delicto Coclite. Ita emenda apud Tertull. de Cultu Fem. II. 13. ex optimo cod. Agobard. pro: Si lucernam tuam sub modium abstruseris in tenebris derelicta, a multis incurseris necesse est: Si l. t. sub modio abstr., in tenebras delicta a multis incurseris nec. est. P. habet delictus, verruculatus et VI. 520 verucelatus quem dicunt. Utroque loco pessum datus legendum esse, mihi quidem improbabile non est; nec enim verruculatus nec verucelatus habet quo explicari possit. Qui hoc monstrum vocabuli oriri potuerit, nostrum gloss. aperte indicat; b enim abiit in v, s ut saepissime in r, m per virgulam supra scriptum fuit, celatus facile ex datus corrumpi potuisse, nemo erit qui neget.

Delimat, praecerpit.
Deliniti, placati.
Delinquit, peccat.
100. Deliquium, defessio.
Delirat, delicat.
Delitiscere, diu latere.
Delituit, latuit.
Delubrum, templum, pulvinar vel quicquid in idolum colitur.
105. Deliverat, cogitat.
Deluit, deruit.
Demersit, correpsit.
Demere, tollere.
Demolitur, destruit.
110. Demptio, separatio.
Demum, postea, deinde vel iterum.

97. L. delibat, praecerpit. Cic. pro Sext. 56. at omnes undique flosculos carpam atque delibem. Delimare plane aliud est. cf. P. delimat, acuit, accendit, polit, stimulat. Cod. Reg. 7641. habet delimat, praecepit, ubi l. delibat, praecerpit.

98. P. delenire, placare. Non. p. 278. delenitus ad nostram consuetudinem placatus. VIII. p. 178. delenire mitescere, mitem efficere. Accuratius egi de hoc vocabulo eiusque orthographia, ad Apul. Met. III. 11. p. 169. et ad Arnob. I. 50.

100. L. defectio. P. deliquium, defectus, defectio. Ita deliquium solis est eius defectio Plin. Nat. Hist. II. 19. 4. cf. Fest. p. 55. deliquium solis a delinquendo dictum, quod delinquat in cursu suo. A. p. 294. n. 80. deliquum defectio ubi l. deliquium.

102. 3. P. deliteo, delites, delitui, quod est latere. Inde delitescens. VIII. p. 180. delitere, oblitere, abscondere, recondere, clanculare, subascellare. A. p. 295. n. 22. delitescere. De scriptura delitiscere cf. quae dixi ad Apul. Met. IX. 41. p. 865.

104. VIII. p. 177. delubrum, locus in quo deus stat, sicut locus, in quo est candela, ubi ante locus interponendum esse candelabrum, quisque videbit; VI. p. 520. delubrum, simulacrum vel tympanum. A. p. 205. n. 42. delubra, templa et ideoque [l. ideo, quae] ingressu ipso lacus aquae fiebat, ubi se sacerdotes sacrificaturi purificabant et adulenda lavando, ubi emenda aut et abluenda lavabant aut pur. abluenda lavando cf. Is. Or. XV. 4. 9. Delubra veteres dicebant templa habentia fontes, quibus ante ingressum diluebantur, et appellari delubra a diluendo. Ipsa sunt nunc aedes cum sacris fontibus, in quibus fideles regenerati purificantur et bene quodam praesagio delubra appellata sunt. Sunt enim in ablutionem peccatorum. Fest. p. 55. delubrum dicebant fustem delibratum, hoc est decorticatum, quem venerabantur pro deo. P. delubra veteres dicebant templa fontes habentia, quibus ante ingressum diluebantur. Inde delubrum a diluendo dictum: Ipsa sunt nunc aedes cum sacris fontibus, in quibus fide et aqua homines generantur. Delubra a lubro i. rasili ligno vel diluendis tectis, quia sub uno tecto multa sacella erant. Omnia haec complexus est Serv. ad Virg. Aen. II. 225. quem totum locum describere longum est. Haec tantum promere libet: Massurius Sabinus: „Delubrum effigies a delibratione corticis; nam veteres felicium arborum ramos cortice detracto, in effigies deorum formabant, unde Graeci ξόανον dicunt." Alii delubrum dicunt templum ab eo, quod nulli iunctum aedificio pluvia diluatur cf. IV. 56.

105. L. deliberat cf. VIII. p. 180. deliberare, cogitare, censere, diiudicare. P. deliberare, praemeditari, cogitare, retractare. Ita l. A. p. 294. n. 29. pro delimatum, conclusum, complexum: deliberatum

106. L. diruit. Fest. p. 56. deluit, solvit a graeco διαλύειν cf. Intt. p. 405.

107. Quid haec glossa sibi velit non capio. Forsitan legendum sit dempsit e P. dempsit, deducit, imminuit [i. correpsit].

109. VIII. p. 176. demoliri, terere, exterminare, demetere. VI. p. 520. demolire, dissipare; demolitur, exterminatur et A. p. 296. n. 76. demolitur, exterminatur. Non. p. 95. demoliri, diruere. Priscian. VI. 4. T. I. p. 361. Krehl. Ex his multa antiqui tam activa quam passiva significatione protulisse inveniuntur, ut . . . demolior et p. 371. Curio pater: nusquam demolitur, nusquam exoneratur pecunia, demolitur passive dixit. P. demoliri, dissipare. Demolior iris. commune antiquitus.

111. Pl. p. 453. Demum, tum, deinceps. VI. p. 520. demum, consequen-

Deniquae, ordinatum est.
Denuntiat, nuncium fert, praedicat.
Densum, spissum.
115. Denuo, in futurum, posterum, rursus.
Depeculatus, depraedatus.
Depegit, contempnit, aspernatur.
Depellunt, detrudunt.
Denpendere, pro alio solvere.
120. Deplere, deplenum deducere.
Deponit, condit, reponit, collocat.
Depopulat, vastat, spoliat, praedat.
Deportat, devehit.
Deportavit, elicuit.
125. Deposcit, valde rogat.
Depositio, obductio vel collocatio.
Depravatus, deornatus.
Depraeces, genus serpentium.
Depraedatus, depeculatus.
130. Depraessus, devexus, convexus, incurvatus.
Depromit, profert.
Depulsus, delictus.
Dereptum, praedatum, separatum.

ter. Fest. p. 58. demum, quod significat post, apud Livium demus legitur. Alii demum pro dumtaxat posuerunt, ad q. l. cf. Intt. p. 400. Serv. ad Aen. VI. 154. demum ad postremum i. novissime. Demum esse deinde, postea probat Hand. Tursell. T. II. p. 259 n. III. l. cf. dict. mea ad Apul. de Dogm. Plat. II. 24. T. II. p. 253. Demum idem esse quod iterum, exemplo probare non queo. Sed habet idem P.: demum, postmodum, novissime, maxime, vere.

112. Hoc quid sit nescio, repetitur tamen infra; Pap. habet denique, postmodum postremo, novissime. Denique componitur ex denuo et que.

113. I. p. 677. n. 16. demundinat, omnibus notum facit, ubi denundinare legendum esse, cum aliis etiam Oehler. l. d. p. 240. probat, quamquam in P. exstat: denunciare, omnibus notum facere; ita ut hic in Gloss. Isidor. denuntiat invenisse videatur. Legitur tamen denundinare etiam in Gloss. Arab. p. 704. e. VI. p. 520., quod totam litem dirimit: denundinat, omnibus notum facit aut divulgat; denuntiat, detestatur praedicit, ubi lege praedicat. Itaque etiam apud Papiam denundinare legendum esse suspicor. VIII. p. 180. denundinare, vendere vel publicare.

116. VIII. p. 177. depeculatio, spoliatio, rapina. VII. p. 558 depeculatum, furtatum; depeculatus est inciviliter vel hostiliter fecit. A. p. 295. n. 19. depeculatus, depraedatus et p. 296. depeculatio, despoliatio Fest. p. 57. depeculatus a pecore dicitur. Qui enim populum fraudat, peculatus poena tenetur. cf. Intt. p. 407. P. depeculari commune antiquitus [cf. Prisc. VIII. 4. T. I. p. 367. et p. 372. Lucius Coelius: Ubi senatus intellexit populum depeculari ἀποουλοῦσθαι] devastare. Inde depeculatus, a, um. pecora depraedatus, furatus. Depeculatus est, praedas exegit, vastavit.

117. Legendum esse despicit supra iam dixi ad voc. aspernatur.

119. L. dependere. VIII. p. 180. Dependere, donare, impendere, dare, tribuere, praebere, compensare, dependere, datare, dedere, repensare, T. VI. p. 520. dependit pro alio reddit aut solvit. P. dependere, reddere pro alio, satisfacere, solvere.

120. L. de pleno reducere. VI. p. 520. deplere, evacuare, quae repetit VII. p. 558. P. deplet, evacuat.

122. VI. p. 520. depopulatio, definatio, ubi l. dissipatio; cf. infra depraedari. P. depopulari, devastari, depotat [l. depopulat] dispoliat, detrahit, sed propria ad purum redigit. Et activam et deponentialem formam in usu fuisse apud veteres probant lexica II. p. 54. depopulo ἐκπορθῶ, depopulor καταλυμαίνομαι.

124. L. deportavit, eduxit.

125. VII. p. 558. depravatum, prave factum, vel qui de pollicatione [?] recesserit, depravatus dicitur Pap.: depravare pravefacere vel de pollicitate recedere

128. Quid pro depraeces substituam nescio. Unum, mihi quidem notum serpentium genus, quod d littera incipit, est dipsas, de qua tamen infra sermo est. Frustra et Isidor. XII. 4. et Glossaria contuli.

129. cf. supra n. 116. P. depraedari, praedas facere, dissipare. Depraedator, praedo, grassator, de quo voc. infra agam suo loco.

130. P. deprimi, humiliari, tribulari. A. p. 296. n. 60. depressus defessus, ubi l. aut defessus aut detrusus.

131. L. profert.

132. cf. n. 96.

133. In hoc glossemate duo vocabula conjuncta sunt, dereptus et direptus, prius

Derigit, rectum facit.
135. Derimit, dividit, intercidit, separat.
Derogat, detrahit.
Deruit, eluit.
Descat, os aperiat.
Desciscat, recedat.
140. Deiciscit, separat, disiungit vel recedit.
Descit, fatescit.
Desecto, inciso.
Desertum, incelebrae, desolatum.
Desaevit, ab iracundia lenitur.
145. Deses, desidiosus.
Desideratus, necessarius.
Desidescere, negligenter agere.
Desidia, negligentia.
Desidiosus, desidens vel negligens.
150. Desiduus, ignavus.
Designat, dat, dicat, tribuit.

est detractus, avulsus, separatus, alterum praedatum raptum.

134. Derigo in nonnullis codd. legitur; cf. Eichst. ad Lucret. VI. 823. Ita discernit P. inter derigo et dirigo: derigo quae orta sunt, dirigo, cum aliquid ostendo. In aliis iisque optimis codd. legi derigere pro dirigere, probavi ad Apul. Met. VI. 16. T. I. p. 449., ubi praestantissimi libri habent ad Inferos . . . te derige.

135. L. dirimit.

136. VIII. p. 178. derogare, detrahere. P. derogare, detrahere, vituperare. Non addita re, cui quid derogatur, constructum derogare invenies Auson. Grat. Act. p. 346. ed. Manhem. senatoribus . . . si quis me conferre velit, seponat opulentiam, non derogaturus industriam. Apud optimos scriptores verbum aut cum dativo rei, aut ablativo adiuncta ex vel de praepositione construitur, de qua construtione fusius egi ad Apul. Florid. T. II. p. 21. ad Arnob. I. 57. et III. 42.

137. L. deluit. cf. supra n. 106.

138. L. dehiscat.

139—141. VIII. p. 178. desciscere, vocare, calare, nuncupari, percunctari et p. 180. desciscere, ignorare, deserere; Pl. p. 454. deciscere, desentire [l. desciscere, dissentire] a praeposito alienari vel seiungi. A. p. 295. n. 106. descivit, recidit; ubi lege desciscit, recedit et 296. n. 45. desciscit, quod scivit, oblitus est vel definit [l. desinit]. P. descio, fatisco, minus sapio, descivi, facit praeteritum, inde descisco, desipio; descivit, separavit, aperuit, deseruit. Vides duo vocabula hic inter se esse commutata, descio et descisco. Descire enim est nescire, oblivioni tradere, ut explicat Ioannes de Ianua et ex aliis Glossariis du Cang. probat. Itaque pro fatiscit quod in Gloss. legitur, emendandum censeo fatuescit i. minus sapit, ut explicat Pap. Hinc factum est, ut Pap. descivit explicet perperam aperuit, quod fatisco interpretatus est, id significans. Alterum est desciscere, a re proposita recedere, deficere ab aliquo, deserere, quod verbum hoc loco activa significatione dictum miror, quia alibi nunquam ita legitur. Tertium denique videtur fuisse verbum desciscere, compositum ex scisco i. sciscitari percontari unde VIII. desciscere ita explicat. Alio, quod sciam, glossario hoc tertium, quod posui vocabulum, non confirmatur.

142. P. desecari, occidi, ubi l. abscidi et A. p. 295. n. 28. desectum, decolatum, ubi l. dedolatum, quod pro secare, abscindere dici lexica probant.

143. P. desertus, desolatus, egens auxiliis. Incelebris vox est Gelliana; cf. s. v. incelebris.

144. Idem habet A. p. 295. n. 34. et VI. p. 520. Apud Lucanum legitur; cf. Intt. ad Lucan. V. 303. Apud ceteros poetas est valde saevire, unde P. desaivit, pedem retraxit ab iracundia, lenitus est valde saevit vel quievit.

145. VIII. p. 78. deses, piger et A. p. 295. n. 102. deses desidis qui adversatur ubi lego qui otiatur. P. deses, desidis .i. desidiosus, cessans ab inchoato proposito. Inde desidia, quae a sedendo dicitur.

147—150. VIII. p. 179. desidescere, torpescere, pigritari, relaxare, p. 179. desidescere, pigrescere. VI. p. 520. desidescere, negligenter agere, quod repetitur A. p. 295. n. 31. Hoc voc. frustra in Gloss. du Cang. antea editis requires. Or. X. 77. 4. desidiosus, tardus, piger a desidendo vocatus i. valde sedendo. Idem et residens a residendo: de enim hic augentis est. VIII. p. 180. desiduus, ignavus, piger, deses, socors, plumbeus, silicernus, somnolentus, iners, inerticus (?). VI. p. 520. desiduus, desidiosus et VII. p. 558. deciduus, desidiosus, ignavus, ubi l. desiduus et I. p. 676. n. 41. desiduus, ignavus, impiger, ubi piger legendum esse quisque videt. Quod in aliquot gloss. legitur

Desiluit, desiliit.
Desipit, sapere desinit.
Desistere, discedere, recedere.
155. Desistere, pati, non posse, cessare.
Desitiscere, contemnere.
Despondere, valde promittit.
Destinata, devota, definita.
Destitudo, detruccio.
160. Destitutus, relictus, desolatus.
Destringit, detinet.
Desuaetus, inconsuetus.
Desuper, super, superne.
Desurgit, exurgit.
165. Detectus, publicatus.
Deterior, inferior, minor, peius.

desidius, quodque male recepit du Cang., in desiduus corrigendum est. Idem perperam scribit desiduus a Pap. explicari diuturnus. In omnibus enim, quos ego contuli codd. Pap. optimis, hoc tantum legitur: desidescere, negligenter agere: desidia, ignavia, pigritia corporis a valde sedendo dicta; nec desiduus nec desidiosus ille habet. Si tamen extat uspiam haec glossa, pro diuturnus legere malim silicernius, ut antea quoque legendum est. Silicernius enim explicat Fulgent. Expos. Serm. ant. p 560. Merc. ita: Silicernios dici voluerunt senes iam incurvos, quasi iam sepulchrorum suorum silices cernentes et Mart. Capell. VIII. §. 805. ed. Kopp. habet: Siliceriumque nutans tentat celerare cursum, ubi silicernius aperte lentum, pigrum gressum significat.

152. De duplici huius verbi perfecto cf. Garat. ad Cic. Milon. p. 101. ed. Bonon.

153. P. desipere, de sapientia exire, delirare unde desipisco, ut A. p. 296. n. 46. desipiscit, sensum amisit. Is. Or. X. 79. desipiens, eo quod minus sapere incipit, quam solebat.

156. Equidem existimo, originem huius inchoativi esse sitire i. vehementer cupere, avere; qui igitur desitire coepit i. cuius sitis expleri coepta est, contemnere despicere quod antea cupiebat, incipit. Ita Gloss. Arab. Lat. p. 704. 2. desitiscere, contemnere habet, quod repetitur VI. p. 520. A. p. 295. n. 33. et P. Mirifice habet Gloss. Mai l. d. desiste, temtui habens et A. 295. n. 97. desistere, contemnere; in utroque emendandum est: desitisce contemtui habe et desitiscere, contemnere.

157. L. despondere, valde promittere ex P. qui ita habet; VI. p. 520. despondit, in depectionem dedit. cf. Varro de L. L. VI. §. 71., ubi despondisse perfectum legitur.

158. Destinatus significare definitus, multis exemplis probat Duker. ad Liv. XXVIII. 24.

159. L. destructio ex I. p. 677. n. 30.; ubi Graev. male putat destitudo desertio corrigendum esse. Ego contra malim legere, si quid emendandum sit, desitudo i. cessatio, quod retinendum censeo apud Sulp. Sever. Praef. de Vit. B. Mart. totum id desitudine tanti temporis perdidissem, ubi codd. et edd. desuetudine praeferunt, quod tamen sententiae repugnare videatur. At non reniterer, si hoc quoque loco destitudine legeretur, quod glossarium antea desistere explicat cessare. Quod enim destructum est, desinit i. cessat esse. Habet Pap. voc. desto destas desisti, quod est cessare.

161. Pl. p. 453. destrictus sine n. scribimus; non destrinctus. Est autem destrictus, attentus vel severus ac non solutus et lenis et p. 455. destricti enses, evaginati i. e vagina ducti. Gloss. Arab. Lat. p. 704. n. 5 ed. Vulc. destringo, per severitatem attendo. Plurimi viri docti hac significatione distringi et districtus legere malunt. Tum pro detinere legendum esse distineo, multi erunt qui putent. cf. Intt. ad Liv. XXXV. 18. Sed eadem ratione et detentus negotiis dicitur qui negotiis est districtus. cf. Intt. ad Auct. ad Herenn. III. 24. Pluribus egi de verborum destringo et distringo discrimine ad Apul. Met. III. 3. T. I. p. 157.

162. P. desueta non assueta, usu tracta [usu intacta]. Ita l. A. p. 296. n. 97. desuetus inconsuetus pro dissuetus, inconsuetus.

163. Desuper idem esse, quod super insuper probat Hand. Tursell. T. II. p. 284. n. 2.

165. P. Detego, gis, detexi, detectus apertus, publicatus.

166. L. peior. P. Deterior a bono detractor, a malo peior. Hic malus ille peior. Inde deterioro, deterioravi, quo cum glossemate cf. Serv. ad Georg. IV. 89. deterior, qui visus: peior a malo dicitur; deteriora meliore [itaque lego pro detractor: detractior aut detrahitur]. Idem habet Non. p. 432. Peius et deterius his sensibus discernuntur, quod peius fit a malo, quod in usu est et creberrime frequentatur: deterius vero a bono ut minoris sit meriti, quam id quod placet.

Determinat, definit, destinet, segregat.

Deterret, abterret.

Detersit, lavit.

170. Detestabilis, execrabilis, maledictus.

Detestatio, malediccio, abominatio.

Detestatus, exaccratus.

Detinet, distrinxit.

Detrectare, recusare vel valde tractare.

175. Detractat, contemnit, derogat.

Detractatio, blasphemia vel reprehensio.

Detrait, derogat, abdicat, deducit.

Detrait, abdicat vel male exaestimat.

Detribuit, adtribuit.

180. Detrimentum, damnum, dispendium.

Detruit, repellit vel excludit.

Detrusus, immissus, impulsus, inclusus.

Devectum, adportatum, deductum.

Devehit, deportat.

185. Denit, advenit.

Devertens, consentiens vel avertens.

Deverticulum, in altera via deflexio.

Devertor, revertor.

167. L. distinere. Qui enim rei fines et modum accurate describit, separat coniuncta et inter se consuta.

170—172. VI. p. 520. Detestabilis extra testimonium bonum qui est. Fest. p. 112. Obtestatio est, cum deus testis in meliorem partem vocatur, detestatio cum in deteriorem. Detestari passiva notione apud veteres dici, firmat Prisc. VIII. 4. p. 367. et p. 371. Horatius in primo Carminum: Bellaque matribus detestata. cf. Eckst. ad Voss. Arist. T. II. p. 753.

173. L. Detinet, destringit.

174. 175. L. male tractare VIII. p. 179. detrectare, detrahere. VI. p. 520. de tractat, retractat, recusat. A. p. 294. n. 68. detractavit, forsoc. n. 72. detractasset, retussasset [l. rec.] et p. 296. n. 56. detractat, resultat [l. recusat] et provocat; Fest. p. 56. detrectare [l. detractare ex optt. codd.] est male tractare. Hinc recte emendavi in Gloss. meo: male tractare pro valde. Ceterum valde tractare non insulsum est; nam Front. ad M. Caes. ep. 3. 8. dicit: non inutile erit, eadem nos denuo detractare et ita apud Tertull. de Spect. 3. ex optimo cod. Agob. legendum est: convertamus magis ad nostrorum detractatus pro retractatus. Detrectare vero esse recusare, renuere non est quod pluribus explicem. Ex derogandi et detrahendi significatione orta est contemtionis et reprehensionis, quae tamen per se in ipso vocabulo non inest. Pap. habet detractare, derogare, dedignari. Quid tamen in prioribus sibi velit provocare nescio. Forsitan legendum sit pernegare.

177. 178. Propria verbi detrahere significatio est deducere; tum obtrectare existimationem minuere, ut apud Cic. de Off. I. 37. ubi vide Intt. Abdicare vero, quod hoc loco positum est, mihi significare videtur aut abiicere aut negare; cf. Non. p. 450. Abdicare non solum de patris faeto potest dici, quod est familia abiicere sed rem quamlibet negare.

179. Nota hoc vocabulum, quod nec in lexicis nec in Gloss. du Cang. legitur. *Π.* p. 55. habet detributus, *ἀφοϱισμός*.

181. L. detrudit cf. P. detrudere, excludere, propellere. Detrusus, exclusus, expulsus. Ita emenda in A. p. 295. n. 85. detrusus, inclusus pro detorsus, inclusus, nam qui in carcerem detruduntur, includuntur cf. infra v. inclusus. De notione impulsus cf. Intt. ad Tac. Ann. XIII. 43.

183. cf. VIII. p. 181. devectus, deportatus, baiulatus, delatus.

184. L. devenit, advenit.

185—187. Ego malim legere convertens vel conveniens [cf. infra Isid. Origg.] vel avertens. Consentiens enim non habet, quo defendi possit. In sequentibus scribe in alteram viam defl. et deverte, devertor. Nunc audiamus glossaria. Pl. p. 453. Devertit, qui a via et ratione deflexit. Tamen cum devertit dicatur, diversorium magis, quam devertorium usus obtinuit. Ergo utrumque usu et ratione dicimus. VIII. p. 178. diverticulum, ubi de via una vertitur in aliam et p. 181. divertere, deflectere, declinare, et diversiclinium, diverticulum, heteroclitum, diversiculum, [l. diversorium] compitum, diversitas viarum; VI. p. 520. deverticulum, flexio. A.

Devexum, depraessum.
190. Deverginem corrumpit.
Debitat, aspernit.
Devium, absque via.
Deuncem, decem uncias.
Devocatum, dedicatum.
195. Devotat, maledicit.
Devolatores, ambrones.
Devota, destinata, determinata.
Diaeadema, vitta capitis.

p. 295. n. 30. deverticulum ubi comisatur vel ubi devertit, ab aliquibus libet domiculum domus [lege: libet dici domicula, domus] et p. 296. n. 91. diversorium catagogium gr. pandochium, domum hospitalem. Serv. ad Aen. IX. 379. Diverticula sunt semitae transversae, quae sunt a latere viae militaris, ut plenius habet Is. Or. XV. 16. 11. diverticula sunt, hoc est diversae ac divisae viae, sive transversae semitae, quae sunt a latere viae et XV. 3. §. 10. diversorium, dictum eo quod ex diversis viis ibi conveniatur. P. Deverticula semitae perversae a devertendo; deflexio de via in alteram viam vel dies vertentes. Deverticulum igitur de deflexione et de pandocheo, de hospitio dicitur. Quam ego ad Apol. c. 80 T. II. p. 599. exposui sensentiam, diverticulum esse locum, ubi duae viae a se recedant, deverticulum esse deversorium, eam hodieque probo; cf. Dr. ad Liv. XLIV. 43. §. 2. Burm. Anth. Lat. V. 14. Heyn. ad Virg. Georg. III. 293. Devertor pro deverto in usu fuisse apud veteres, probat locus Fest. p. 206. ed. Lind. cum Romam veniebant, prorsus devertebantur pro hospitibus ad amicos suos cf. infra p. 349.

189. VIII. p. 181. devexus, declivus, inclinatus, humilis; cf. supra depressus.

190. L. divirginat corr. ex I. p. 677. n. 31. cf. quae supra ad voc. corrumpit, dixi et du Cang. v. devirginare. T. II. p. 828 ed. Henschel.

191. L. devitat, aspernit. VIII p. 558. devitat, spernit.

192. Is. or. XIV. 8. 32. Devia sunt loca secreta et abdita, quasi extra viam. Ipsa sunt et invia. P. Devia loca, secreta, quae sine via.

193. VIII. p. 178. Deunces, decem unciae Persius: gravidos, factura deunces A. p. 296. n. 67. deunce [l. deunciae]. X. untiae sunt. cf. Varr L. L. V. §. 172. At non sunt decem sed sunt undecim, ut in omnibus gloss. corrigendum est. P.: deunx deuncis qui et iambus dicitur, quod de asse uncia minuitur. Idem undecim. Schol. Iuven. ad I. 40. p. 578. Cramer.: deuncem undecim unciae partes. Deunx dicitur quasi uncia dempta de asse. cf. infra n. 355.

194. 195. L. devotatum. VIII. p. 181. devotare, iurare vel voto se astringere. VII. p. 558. devotatio, per furorem maledictio, devotat, exprobat aut detrahit devolet, accuso, ubi ego legerim denoto, accuso aut devoco ut VI. p. 520. devoco, accuso; cf. Val. Maxim. II. 7. n. 8. coactus rem ad populum devocare. Ita etiam denotare, magis placet, ubi exprobare explicatur et detrahere, si quidem est reprehendere, ut in praegressis exponitur. Sin vero est detrahere, elicere lege devocare, ut apud Plin. Nat. Hist. XXX. 12. 43. Vermes terreni lac devocant, atque in I. p. 677. n. 15, lego denoto vel devoco accuso pro devoto, idque glossarium esse corrupteae fontem existimo. Devotare est dedicare, ut apud Minuc. Felic. c. 28. Rigalt. legere maluit: Epone consecratis et eosdem eum Iside religiose devotatis, pro devoratis quod ex cod. Paris. retinendum est; cf. Intt. ad Cic. Parad. I. 2. Esse vero devotare idem quod male dicere, probavi ad Apul. Met. IX. 21. p. 806. *II.* p. 33. ἀφοσιῶ, scelero, devoveo, devoto ἀφοσιοῖ dicat, dedicat, destinat; ἀφοσιοῦμαι dicare. P. devoco, accuso, desuper voco dedico, ubi vides devocare aut denotare et devotare inter se esse commutata.

196. L. devoratores ex I. p. 677. n. 44. cf. supra A. n. 89.

197. Serv. ad Aen. I. p. 709. devota vero de oratione Augusti translata est locutio, quam habuit in laudatione funeris Marcelli, cum diceret, illum immaturae morti devotum fuisse. P. devovere, destinare, maledicere. Inde frequentativum devotare per furorem maledicere, exprobare. Devoveo, devoves, devovi devotum debitum, destinatum. VI. p. 520. devota, absolvens debita etiamsi non promissa. Gloss. Arab. Lat. p. 704. n. 10. devotus, indebitor, officiosus, ubi indebitor corruptum esse apparet; ego lego voto debitus.

198. Is. Or. XIX. 31. 1. diadema est ornamentum capitis matronarum ex auro et gemmis contextum, quod in se circumactis extremitatibus retro astringitur et exinde graece dictum, quod praeligetur, quae repetit Pap., addens diadema, vita capitis regis, specialiter est gestamen regium. A. p 294. n. 85. corrupte habet: Deadema vitta capitis regalis.

**Dialogus, disputatio vel liber disputationis.**
**200. Dialus, liber.**
**Diaria, cotidianaria salaria.**
**Diathecae, testamenta.**
**Dimon, silentium.**
**Dicabo, dabo, tribuam.**
**205. Dicacitas, brevis et acuta dictio ad hominem risum.**
**Dicat, designat, dedicat, conservat vel dat.**
**Dacio, consecratio.**
**Dicendum, fandum.**
**Dicit, adserit, ait.**

199. VIII. p. 175. Dialogus, locutio duorum. Is. Or. VI. 8. 3. Tertium genus tomi, quos nos libros vel volumina nuncupamus. . . . . Dialogus est collatio duorum vel plurimorum, quem Latini sermonem dicunt. Nam quos Graeci dialogos vocant, nos sermones vocamus. Dialogos vel dialexis graece interpretatur disputatio. Dialogus duorum disputatio. Nam dia duo (?), logos sermo. Dialógus capituli dictio deiectabilis, ubi lego delectabilis. Singularis est glossa VII. p. 559. dialogus disputator. Hinc Graeci appellant Gregorium magnum P.P. DIALOGUM nempe dialogorum auctorem.

200. Quid dialus liber sibi velit non capio, licet liber dialus non solum infra, sed etiam in cod. Par. 7641. repetatur. Sine dubio legendum est dialogus, quem a Romanis inter libros referri, probat locus Is. Or. VI. 8. 3. quem supra descripsi. Ita mendum videtur esse librarii. Pap. Gloss. nihil habet, unde suspicari quidquam liceat nec in ceteris huic glossae quid simile extat. Iacchus enim quod cognomine Liber significatur mihi quidem non probatur.

201. I. p. 671. n. 21. Diaria cibus unius diei quae repetunt VI. p. 520. et Pap. et *Π.* 32. diaria, quotidiannaria salaria. VI. p. 172. diarium, diei pretium. Plura dabit de h. v. du Cang. v. diarium. Ceterum nota voc. cotidiarius, quod in lexicis non extat.

202. A. p. 293. n. 12. diathece testamentum. Hoc vocabulum apud Martialem Epigr. XII. 71. legi volunt, ubi tamen alii diatreta praeferunt; cf. de h. v. Gloss. du Cang. T. II. p. 840.

203 Hanc glossam omnium esse corruptissimam quisque videt. Invenire non potui vocabulum, quod substitui posse mihi persuaserim. Non tamen improbabile est, diaulon, bisulcum auctorem glossarii scribere voluisse. Primum enim elucet, voc. interponendum esse, quod syllaba diau aut dib aut dic incipiat, quia litterarum ordo aperte id postulat. Non ita multum hoc, quod posui voc., a litterarum ductu recedit. Pro bisulcum etiam stabulum forsitan coniici queat: *Π.* p. 22. bisulcum, *δίαυλον.* Aliter explicatur diaulium in Gloss. du Cang.: atrium domus ex Fridegodo in S. Wilfrido c. 12.: Praeterea Andreae germana **Diaulia** sancti Ingressus. Apud Vitruv. est diaulos duorum stadiorum spatium.

205. L. ad hominum risum. Propria haec est huius voc. significatio. cf. Cic. de Orat. II. 54. §. 218. Et enim cum duo genera sint facetiarum, alterum aequabiliter in omni sermone fusum, alterum peracute et breve; illa a veteribus superior cavillatio, haec altera **dicacitas** nominata est. Plura dabit Quintil. VI. 3. §. 42. VIII. p. 172. dicax, loquax facundus verbosus disertus.— Dicacitas loquacitas, disertitudo, facundia. A. p. 296. n. 89. dicax, qui bene verbis iocatur. *Π.* p. 56. dicacitas *φιλολοιδορία*; dicacitus *εὐστομία* dicax *σκώπτης καὶ εὔστομας, λεκτικός, στωμύλος, φιλοσκώμμων.*

206. L. consecrat pro conservat. P. habet: dico, dicas, dicavi penultima brevi ad dedicationem pertinet, diis dono confero, deo consecro. Quod tamen ante posuit dibulatio designatio corruptum puto aut ex dicatio aut ex dedicatio, ut cod. Reg. Par. 7644. perverse habet dilatio designatio, ubi corrige dicatio designatio.

207. L. dicatio, consecratio.

208. Idem habet I p. 677. n. 3. Haec significatio, quantum scio, nullo potest firmari exemplo; sed habet analogiam, qua defendi potest. Nam ut censorius est censura defunctus, ita dictatorius esse potest exdictatore. Necessarium enim non est, cum Vulcanio legi exdictator. Magna enim est inter viros doctos de hac compositione dubitatio. Ego puto et exconsul et exconsule eadem ratione postea in usu fuisse, ut apud priscos proconsul et proconsule, ex tamen cum abl. iunctum, longe frequentius fuit, ut exempla probant quae protulit Wagn. Ind. II. ad Amm. Marcell T. III. p. 460. v. ex; cf. Salm. ad Lamprid. Commod. I. p. 493. et qui omnium accuratissime de his formationibus egit Schneider. Formenl. T. II. p. 562. Longum sed haud ineptum esset, si cui otium esset, haec omnia ex Inscriptionibus et libris colligendi. Nam non idem in omnibus observasse veteres mihi videntur, ut quamquam v. c. exdispensator probari possit, exdux et exconsul certa non habeant exempla, nisi huc refers

**210. Dictatorius, exdictatore.**
**Dictatum, edictum.**
**Dictaturia, honorem super consolatum.**
**Dictat, frequenter dictat.**
**Dibon, duens.**
**215. Dicto audiens, praecepto oboediens.**
**Diditum, divulgatum, percrebratum.**
**Diducere, distrahere.**
**Ditatim, divisim.**
**Diennium, biennium.**
**220. Dies festi, liberalia.**
**Diffamatur, publicatur, detegitur.**
**Differentia, distantia vel diversa.**
**Difficile, rarum, arduum.**
**Difficultae, tarde.**
**225. Diffidentia, distantia, differentia.**
**Diffidere, inspicere.**

locum Is. Or. IX. 3. 9. **exconsules** autem dicti eorumque glossatorum, qui ex eo hauserunt. Ceterum id apparet, exdictatore defendi posse.

211. Dictata esse omnino praecepta, nec solum quae pueris in ludo addiscenda a magistris traduntur, multis exemplis probari posset, quae tamen enumerare longum est, cf. Intt. ad Iuvenal. V. 122. *II.* habet p. 56. dictatum *ἅμιλλαν ἅμιλλα καὶ ἀναδεδομέναι καιμαθῆναι, ὑπηγορία ὑπαγόρευσις,* quae verba du Cang. ita corrigit: *ἅμιλλα καὶ ἀναδεδομένον τοῖς μαθηταῖς,* quod tamen mihi non probatur. Persuadere enim mihi nequeo dictatum idem esse quod *ἅμιλλα* Graecorum. *Ἅμιλλα* enim aut est concertatio ac certamen aut res ipsa de qua certatur. Forsitan legas *εἰς ἅμιλλαν ἁμιλλήταις ἀναδεδομένα καὶ μάθημα,* ut Suet. Caes. c. 26. dicit: Tironibus neque in ludo neque per lanistas . . . erudiebat: precibus enitens . . . ut disciplinam singulorum susciperent ipsisque **dictata** exercentibus darent.

212. L. aut dictaturam, honorem super consulatum aut quod probabilius est, dictatura honor est (ẽ) super consulatum. VIII. p. 172. dictatura, quasi praefectura. A. p. 293. n. 15. dictator princeps vel praeceptor quinque annis (annos?) tenens potentiam, quae ex Pap. excerpta sunt, ubi extat: dictatores quinto anno post reges expulsos Romani adversus generum Tarquinii creaverunt. Hi quinquennii temporibus imperio utebantur, dictatores dicti quasi principes et praeceptores, unde et edicta dicuntur. Locus ex quo Papias glossam repetiit, exstat Is. Or. IX. 3. §. 10. 11.

213. Ego legere malim aut dictitat, frequenter dictat, aut dictat, frequenter dicit.

214. Dibon, duens quid sibi velit, non capio. Erat quum dictum cluens emendarem. Cluere enim est dici, nominari. Sed ingenue fateor, me mihi ipsi non satisfacere.

216. Pl. p. 454. dididit, dispersit, divulgavit, ut: tua terris didita fama. Glossam repetit I. p. 677. n. 33. diditum, percrebratum, divulgatum. A. p. 294. n. 81. diditur devulgatur [l. divulgatur]. Locus, quem Placidus affert, est Virg. Aen. VIII. 132. ad q. l. cf. de didere v. antiquitati usitatissimo Intt. Drak. addit I. 186. et ad Liv. VII. 31. §. 4. Ceterum nota voc. percrebrare, quod alibi a me nondum inventum est. P. habet: diditur, divulgatur, diffamatur.

217. VIII. p. 178. diducere, indiversum ducere, distrahere. Diductus, distractus, quod in Iuvenali reperies. P. diducere, dividere, disiungere, separare.

218. Eandem glossam habet I. p. 676. n. 45. et 677. n. 34. In cett. glossariis eam frustra quaesivi.

219. Haec glossa extat apud I. p. 676. n. 46. et apud P. scriptoris latini exemplum afferri non licet.

220. Hanc glossam non intelligo. Dubito enim dies festos ea significatione unquam a veteribus dictos esse, ut tantum Liberi s. Bacchii sint festi. Nec etiam in ceteris glossariis reperi, quo haec explicatio comprobari possit.

223. P. difficile, asperum, arduum, rarum.

224. L. difficulter ex P.: difficulter, raro, tarde. Forsitan utroque loco legendum sit ardue, nisi putas, glossographum ante oculos habuisse explicationem Servii ad Georg. II. 126. qui tardum saporem explicat, qui vix intelligitur, cum Non. p. 44. interpretatur diuturnum, perseverantem.

225. L. dissidentia et cf. infra n. 327. Ceterum nota apud Arnob. III. 34. cod. Par. eandem esse lectionis corruptelam: ut sunt trinae dissimilitudines, nominum personarum **diffidentias** tres esse, ubi emendavi dissidentias.

226. L. diffindere, inspicare; de quo voc. plura dicam infra ad inspicare. Ceterum mihi quidem probabile est pro findere veteres dixisse fidere, quod aliter explicari non potest compositio multifidus et perfectum fidi. Idem de scindere contenderim. At diffidĕre pro diffindere

Diffidit, disperat.
Diffisus, non praesumens.
Diffitetur, negat.
230. Diffundit, perfundit.
Diffusis, apertis, extensis.
Diffusus, dispersus.
Digitabulum, digitum.
Dignitas, fasces, auctoritas.
235. Dignus, meritus.
Dignus iudicatur, dignus exaestimatur.
Dilabor, immemor.
Dilargitur, valde largitur.
Dilargus, multum donans.
240. Dilatare, amplificare.

veteres scripsisse non audeo defendere; cf. n. 229.

227. L. desperat.

228. Noli quicquam emendare. Praesumere enim apud scriptores posterioris aetatis ponitur significatione sperandi et exspectandi, addita tamen notione temeritatis ac levitatis. Ita Tertullianus dicit adv. Nat. I. 19. mortuorum enim praesumimus resurrectionem. Spes resurrectionis fastidium est mortis. Potissimum praesumere de eo dicitur, qui sine ratione ac temere aliquid exspectat, ut Tertull. de Cultu Fem. II. c. 2.: debemus quidem ita sancte et tota fidei substantia incedere, ut confisae (ita legendum est pro confessae ex cod. Agob.) et securae simus de conscientia nostra, optantes perseverare id in nobis, non tamen praesumentes. Namque qui praesumit, minus iam veretur; qui minus veretur, minus praecavet; qui non praecavet, plus periclitatur. Timor fundamentum salutis est; praesumptio impedimentum timoris. Utilius ergo, si speremus, nos posse delinquere, quam si praesumamus, non posse, sperando enim timebimus, timendo cavebimus, cavendo salvi erimus; contra si praesumamus, neque timendo neque precavendo (Agob. habet precando) non salvi erimus. Ita hunc totum locum turpiter corruptum ex cod. optimo Agobardi et legendum et emendandum existimo. Atque ita saepius praesumere hac significatione legitur cum apud posterioris aevi scriptores tum apud theologos. *Π*. p. 245. praesumo προανκλίσκω, προλαμβάνω, αὐταδίξομαι (ubi emenda αὐθαδίζομαι); praesumptio, πρόληψις, τόλμα, αὐθάδεια et *Π*. p. 31. αὐθάδεια, praesumptio, contumacia, temeritas, insolentia.

229. VI. p. 521. diffitent, negant, ubi lege diffitentur. P. diffitetur, negat, abnuit, contradicit, reclamat, deficit, dirumpit, ubi puto duas glossas corruptas esse, pro deficit enim legendum est diffidit aut diffindit, de qua priore forma dixi ad n. 226.

230. Haereo, num rectius pro perfundit legendum sit profundit, quod vocabuli significationi sit aptius. At sunt, qui defendant apud Ulp. Dig. IX. 2. 5. fin. ita percussit, ut oculus perfunderetur, ubi tamen alii profunderetur praeferunt. P. habet diffundere, dilacerare, dispergere, impertire, alloqui, quae postrema ad hanc glossam non pertinere, nemo est quin intelligat, nec scio quomodo huic loco succurrendum sit.

231. Ita Martial. III. 31. diffusum campum appellat apertum, latum, late extensum et Colum. I. 4. §. 7. diffusiora consepta, apertiora et latiora.

233. Idem vocabulum habet P. digitabulum, digitum et VIII. p. 173. ubi tamen corrupte legitur digrabulum pro digitabulum, digitus, quia sunt digiti per duos gradus digesti; p. 167. digitus a decem. Ego ex perversa lectione digrabulum istam interpretationem sibi confixisse glossatorem existimo. Magna lis est apud interpretes de loco Varr. de R. R. I. 55. §. 1. quae manu stricta, melior ea, quae digitis nudis legitur, quam illa, quae cum digitalibus, ubi Pol. habet digitabulis, teste etiam Victorio et assentiente Popma, qui decepti videntur explicatione Ioan. de Ianua dicentis: digitabulum instrumentum, in quo digitus intromittitur, quod et digitale dicitur. Explicant enim instrumentum perticae impositum, dentibus cinctum. *Π*. p. 43. δακτυλήθρα digitale et digitabulum. Itaque puto utroque loco pro digitabulum, digitum legendum esse digitabulum, digitale aut digital, quam formationem agnoscunt Not. Tir. p. 162. Corruptus est etiam locus A. p. 295. n. 99. digitalium, munusculorum, ubi lego digitalium maniculorum. Manica enim esse digitorum tegumentum probant lexica, unde manicula deminutive. Meam coniecturam apertissime firmat *Π*. p. 203. χειρίς maniculum manulea, manica, χειρίδες, manicae et p. 111. manica χειρόδεσμος, χειρίς; manicillium χειρίδιον; manicium χειρίς; manicula χείριον, unde apparet, maniculorum in manicularum mutandum non esse.

234. cf. infra v. fasces.

236. L. dignus existimatur.

237. cf. infra ad v. immemor, dilabor.

239. Eadem glossa extat in I. p. 677. n. 18. A. p. 296. n. 79. VI. p. 521. et VII. p. 558., ubi exstat: dilargus, multa donans. VIII. p. 180. dilargus valde largus. Gloss. Arab. p. 704. n. 13. dilargus,

Diligentius, impense, enixe, ἐκ TeNeCTATA.
Dilubrum, templi locus, ubi est simulacrum.
Dilucide, aperte.
Dilucidum, perlucidum, limpidum.
245. Diluculo, ante mane, albescente luce.
Dilui, fraus.
Dilutum, gelidum.
Diluvium, inundatio.
Diluit, diligit, crevit vel relaxat.
250. Dimense, separate.
Dimensio, largitio, distributio.
Dimicat, pugnat.
Diminuit, confregit.
Dimus, vimus.
255. Dimissus, humilis, abiectus, abominatus.
Dinoscitur, cognoscitur.
Dinumerare, dirivare.
Dinumerat, diligenter numerat.
Dioutinum, diuturnum, qui diu aliquid operatur.

cultu dignus, superfluus, copiosus, quod glossema praeter voc. cultu dignus defendo. Nam largus non solum copiosum et abundantem significat sed etiam liberalem ac profusum. In cultu dignus duo latere vocabula mihi quidem probabile est; itaque pro dignus ego lego prodigus quod ꝓdigus scriptum neglecta ꝓ littera, in dignus facile abire potuit. Cultu corruptum esse ex gulo vel heluo verisimile est. In Pap. lexico hoc adiectivum non extat.

241. Diligentius, impense, enixe, ἐκτενέστατα, quamquam per se recte habent, tamen in eo offendo, quod singuli gradus comparationis inter se confusi sunt. cf. *Π.* p. 62. ἐκτενής prolixus; ἐντενέστερον enixius. ἐντενῶς enixe satis, abundeque, prolixe.

242. cf. ad n. 104. Dilubrum pro delubrum dixisse veteres nullo loco potest affirmari. Non tamen ita improbabile est, quia sunt grammatici, qui voc. a diluere petunt cf. quae dixi ad n. 104.

243. VIII. p. 180. **dilucidus, valde clarus** et dilucide, clare, aperte, perspicue, luculenter, limpide. P. dilucide, diserte, plano sermone, evidenter.

244. P. diluculo dictum, quasi iam incipiens parva diei lux, i. aurora, adverbium temporis. Diluculum vero nomen est i. aurora; quae explicatio maximam partem ex Is. Or. V. 31. §. 13. deprompta est.

246. Dilui sine dubio est corruptela voc. doli, quamquam item peccatum est etiam infra v. fraus.

247. Haec glossa quid sibi velit non capio. VIII. p. 178. habet dilutus, ablutus vel madidus.

248. P. diluvium gr. cataclysmos, lat. tempestas. Hinc VI. p. 521. diluvium, tempestas. *Π.* p. 99. κατακλυσμός dilubies, dilubium, inundatio, diluvium, deluvium; quae postrema explicatio perversa est.

249. Hanc glossam omnium esse perversissimam, quisque intelligit. Mendum exstirpari potest ex *Π.* qui habet: diluere, permiscere, unde et diluvium; diluere diligenter purgare et multum lavare, temperare. Hinc pro diligit, crevit legendum coniicio diligenter luit, quam significationem non est, cur pluribus exemplis confirmem. Sic infra dinumerat explicatur diligenter numerat. Diluere etiam relaxare, minuere esse loca probant Ovid. Amor. I. 238. Heroid. XIX. 14. al.

250. 251. Dimetiri esse metiendo separare ac describere, demonstrat notissimus ille Ciceronis locus de Senect. 17. a quo essent illa **dimensa** atque descripta. At largitio interpretamentum solo errore additum existimo. Cum enim sit dimensio, distributio, glossographus confusione vocabulorum et significationum addidit largitio, quae per se est distributio pecuniae ac bonorum. Idem vitium reperies in P. dimensus, separatus mensuratus; dimensio, distributio, largitio; dimetiri, largiri, diversis mensuram tribuere, dividere, separare. Certe apud veteres exemplum afferri nequit, quo pro largiri dictum esse dimetiri confirmetur. VIII. p. 180. dimensio, numeratio; cf. infra v. largitio.

254. L. dimus, bimus. Eandem glossam habet I. p. 677. n. 40. et P.

257. 58. Hanc glossam suspectam habeo. Primum enim non extat voc. dirivare, quantum scio, dein ad significationem ineptissimum est. Ego emendo: dinumerare, diribere [ex I. p. 678. n. 41. diribere, dinumerare, quae repetit VII. p. 559. A. p. 296. n. 72. dirivere, dinumerare habet et VII. p. 521. diribere denumerare [l. din.] aut dirimere, de quorum vocabulorum in iudiciis ac suffragiis discrimine egregie agit Wunder. Varr. Lectt. p. CXXVI—CLVIII. Idem vitium esse in aliis glossis mihi quidem probabile est apud Pap. dirimitores, divisores et dirivata, digesta, separata et dirivatorium, locus contubernii, ubi emenda: diribitores, diribita et diribitorium. De voc. diribere infra accuratius dicam.

**260. Diploidem, duplicem.**
**Diplomum, duplicatum.**
**Dipsas, serpens intollerabilis.**

**Directus, rigidus.**

**Dirriat, ad suo convertit curso.**

260. Diploidem unquam duplicem significare posse, mihi quidem persuaderi nequit, etsi non ignoro, etiam in aliis glossariis ita legi. Fragm. Gloss. Port., quae eaedem sunt, gloss. Sangerm., ita habent: diplo, duplico; diploides, duplices, diploidem, duplicem, emundatum vel clamides omñem indumentumque duplicatum, ubi emendo duplicem lenam, mantum vel chlamidem [omñem non intelligo] . . . dyplois duplex pallium est; dyplois dupla graece; dyplois, sagum graece; dyplois graecum nomen ubi [l. ab] eo, quod sit duplex amictus etc.] quae leguntur in Isidor. Orig. XIX. 24. 11. 12. In cett. gloss. haec extant: Gl. Arab. Lat. p. 704. n. 14. diplois, sagum, mantum. VIII. p. 175. diplois, duplex vestimentum P. dyplois, gr. dupla vestis dicitur, sagum. Equidem puto diplois aut falsam glossae scripturam esse pro diplus gr. duplex, atque ita diploidem corruptum esse a glossatoribus et explicatum duplicem, aut glossatores tantum significare voluisse, unde diplois nomen acceperit. Attamen non infitior, apud posterioris aevi scriptores diploidus pro duplicatus in usu fuisse; cf. du Caug. s. v. Hoc certe constat, diplois pro duplex apud veteres nunquam in usu fuisse. Infra v. haec dipluma I. H. n. 77. explicatur duplicatio.

261. I. p. 676. n. 47. habet perverse diplomum, gubernatum, quod corrige in geminatum nec in duplicatum, uti Henschel. voluit in ed. du Cang. v. Oehl. ex cod. Voss. defendit diplomum, gubernaculum et citat du Cang. v. duploma. Quî tamen serio dicere potuerit, in locis a du Cang. allatis duploma esse gubernaculum, vix capere possum. Primum enim demonstret nobis, quomodo δίπλωμα graece gubernaculum per originationem significare unquam possit? Tum videat velim loca Cic. ad Div. VI. 12. ad Att. X. 17. ad Suet. Neron. 12. alia, ex quibus aperte intelligitur quid diploma significet. Denique in loco Petr. Blesens. Ep. 52. dominus rex in Gasconiam tendat, ego autem duplomate utens eum sequor, duploma explicari non potest gubernaculum; nam quis unquam dicat gubernaculo uti pro navi vehi, ut solum explicari liceat. Diplomum posteriore aetate duplex, duplicatum significasse multa probant. Huc primum facit A. p. 293 n. 11. diploma duplicatio et Pap. duplenaso gr. duplico, dyplomosarius, duplicator [ubi lego duplasiazo [i. διπλασιάζω] gr. duplico et diplomatarius] sed etiam quod diplomata postea duplicatae appellabantur; cf. du Cang. v. duplicata idem quod duploma. Raimund. de Capua in vit. S. Agnetis de Montepolit. n. 48.: sicut publicae etiam duplicatae, quas ego pluries vidi usque hodie, manifestant. Hinc geminatum apud Isidor. recte a me emendatum esse mihi quidem persuasum est. P. perverse habet dyplonium duplicatum pro diplomum. In VIII. p. 176. extat diploma duplex locutio, ubi emendaverim duplex, duplicatio.

262. Isid. Orig. XII. 4. 13. Dipsas genus est aspidis, quae latine situla dicitur, quia quem mordet, siti perit, cum quo loco cf. n. 32. Gloss. Port. dipsa, serpens intolerabilis; dipsa, genus aspidis, qui latine situla dicitur, quia, quem momorderit, siti perit. Dipsa serpens tantae exiguitatis esse fertur, ut dum calcatur non videtur [-eatur] ut facies praeventa morte nec tristitiam induat morturi [-ris]de qua poeta: signiverum iuvenem terrene sanguinis allum torco caput retro dipser calcata momordit vix do lor aut sensus dentibus fuit, quem locum emenda ex libr. Lucan. IX. 738. sq. Glossam, quam A. p. 296. n. 87. repetit, explicat Pap.: Dypsas, serpens, exiguus, intolerabilis. Haec dipsas siti interficitur, quae postrema ex Isidoro corrupta esse, probabile est. At cur dipsas potissimum intolerabilis nominetur, equidem non capio. Si vera est Pap. glossa, equidem legendum existimo dipsas serpens, sitis intolerabilis, quae sitim tolerare nequit. At huic lectioni adversari videatur Lucan. IX. 610. ubi haec leguntur: in modiis sitiebant dipsades undis. Ex hoc enim loco patientes eas fuisse sitis, aperte intelligitur, quia semper siti laborant. Hinc legendum puto dipsas, serpens sitis tolerabilis .i. sitis tolerans, ut tolerabilis significatione activa dictum sit. Ita etiam cur latine situla appellata sit, recte possit explicari, quod semper sitit. VIII. p. 175. dipsa [l. dipsas] vel dipsis, genus serpentis.

263. Hanc glossam omnium optime explicat locus Cic. pro Rosc. Comoed. 4. quid est in iudicio directum, asperum, simplex? quid est in arbitrio moderatum mite, ubi directum est rigidum; cf. Intt. ad Cic. pro Coel. 16. huic tristi ac directo seni et Ernest. Clav. Cic. s. v. Directus est is, quem nostrates appellant: der grade zu geht. cf. infra v. rigidus, directus.

264. L. dirigit, ad suum convertit

265. Diruere, dinumerare.
Dirigit, transmittit, mandat.
Dirimit, digerit, dividit, separat.
Diripiebat, vastabat.
Dirivitorium, locus contuberni.
270. Diruit, deicit.
Dirunt, convellunt.
Dirus, crudelis, terribilis, pessimus.
Dirutus, deiectus.
Discedit, abscedit, recedit.
275. Discernere, separare vel iudicare
Disceptat, deffutat, dividit.
Disceptatio, rixta, contentio.
Disceptator, disportator.
Disceptos, divisos.
280. Discerniculum, ornamentum capitis.
Discerpere, membra lacerare.
Discessit, recessit, ambulavit.
Discidium, repudium, separatio.

cursum. ut dirigere navem, aciem al. Est: facit ut in suo cursu res permaneat.

265. L. diribere, dinumerare; cf. supra n. 257.

266. Dirigere apud posterioris aevi scriptores esse mittere transmittere probant lexica; sed dubito, mandat stare posse et ex solo interpretamento additum existimo, ut saepe in glossis; transmittere enim mandare, committere esse infra docebo v. mandat, transmittit. Hac in sententia eo magis confirmor, quod v. transmittit in hoc glossario solum dirigit explicatur.

267. Digerit hac significatione potissimum apud medicos in usu est.

269. L. diribitorium, locus contubernii, qua in lectione consentiunt I. p. 677. n. 19., VI. p. 521. VII. p. 559. [ubi sine dubio typothetarum errore extat conturbernii] A. p. 296. n. 80. Commemorat diribitorium Plin. N. H. XVI. 76., ubi de arbore amplissima agit: Fuit memoria nostra et in porticibus septorum a M. Agrippa relicta, aeque miraculi caussa, quae **diribitorio** superfuerat et Cass. Dio V. 8. *Καὶ ὁ Διριβιτώριον αὐτὸς ὁ Αὔγουστος ἐδημοσίευσε. Τοῦτο μὲν γὰρ (ἦν δὲ οἶκος μέγιστος τῶν πώποτε μίαν ὀροφὴν σχόντων. νῦν γὰρ δὴ πάσης τῆς στέγης αὐτοῦ καταιρεθείσης, ὅτι οὐκ ἠδυνήθη αὖθις συστῆναι, ἀχάνης ἐστὶν) ὅτε Ἀγρίππας οἰκοδομούμενον κατέλιπε καὶ τότε διετελέσθη.* Hoc aedificium dinumerandis ad comitia tabulis, stipendiis et donativis militum, nonnunquam etiam spectaculis dedicatum fuit. Hinc non male Oehl. pro contubernii coniecit locus campi Martii; (nam utrumque fuit in nona Urbis regione) sed minus probatur per litterarum ductus. Ego quid eius scripturae loco substituam, non habeo. Male scripsit Pap.: dirimitores [scr. diribitores] erant qui suffragia populi in tabulis scripta reparabant [l. separ.] cf. supra. Eodem errore scribit Placid. derivatio dicitur aquarum digestio vel separatio; unde dirivatores dicuntur, qui populum per centurias et tribus dividunt, ubi vides, derivare et diribere a glossatore esse confusa.

271. L. diruunt, convertunt.

276—78. L. diffutat . . . . rixa . . . disputator. De voc. diffutat cf. infra n. 295. diffutare, disputare et Pap. diffutat, disceptat. De voc. dividit equidem haereo. Magis permoveor, ut credam, dividere ex priore glossa, ubi suo loco positum est, falso huc esse tractum, aut utrumque confusum, quod discernere et disceptare de iudicibus ponitur; cf. VI. p. 521. disceptatores, iudices et A. p. 296. n. 94. disceptator, inquisitor vel examinator. cf. Duk. ad Liv. XXXVIII. 35 1. Disceptare esse contendere non est, quod multis probem, quoniam omnibus notissima est dicendi formula disceptare armis; item neminem fugit esse disputare. Pap. disceptat, contendit, disputat, usurpat, iudicat. VIII. p. 176. disceptare, contendere, cavillare, usurpare

279. L. disseptus, divisus cf. VIII. p. 178. disseptus, dissutus, Homerus (?) et modo disseptos humera et p. 181. dissepire, distrahere et A. p. 296. n. 81. disseptus, divisus.

280. cf. VI. p. 521. discerniculum, ornamentum capitis virginalis. VIII. p. 173. discerniculum, ornamentum muliebris capitis. A. p. 296. n. 78. discerniculum, ornamentum capitis virginalis ex auro, quod extat etiam in Pap. cf. Varr. de L. L. V. §. 129. discerniculum, quo discernitur capillus; Intt. ad Fest. p. 310. v. Acus ed. Lindem.

281. Pap. discerpere, dissipare, membra lacerare, divellere ex dis et carpere. VIII. p. 172 discerptim, carptim, membratim.

283. Priusquam de glossa ipsa dicam, liceat pauca de formatione discidium et dissidium, quae posterior hodie in multis edd. fertur, post Madvigium Excurs. II. ad Cic. de Finn. p. 812. sqq. addere. Licet mihi nihil testetur, quod hic vir doctus profert, dissidium fere non habere ad formationem sui simile, quia obsidium a Cicerone ac eius aequalibus non proferatur, quoniam ille subsidium, praesidium vocc. plane oblitus est, tamen in eo cum Madv.

consentio dissidium a glossatoribus et librariis esse formatum. Hoc alia ratione, quam sola codicum auctoritate comprobari posse, mihi quidem probabile est. Quot ego cognovi ac perlustravi melioris notae glossaria, tot dissidium non agnoscunt. Hoc vero eo magis est mirandum, quod cum Gloss. Mai. VIII. in parte etymologica cum maxima, qua fieri possit, diligentia ceterarum radicum recenseat et derivata et composita, nec raro iusto plura enumeret, dissidium non habet, discidium vero agnoscit; cf. p. 541. dissideo, es. i. discordare, unde dissidenter adverb. et haec dissidentia et p. 547. discindo, is, disscissus a. um discissio, nis et hoc discidium. Ita etiam in Glossario extat dissidentia, discordia, discidium discordia. Ad hanc auctoritatem accedit Pap., in quo legitur: discidium, aversio, separatio, divortium, dictum, cum quis a pacto discedit, dissidium autem frustra quaeritur, quemadmodum etiam in nostro gloss. vetustissimo, et quod maximi momenti est, in Gloss. S. Germ.; ut nunc egregia Hasii liberalitate compertum habeo. In Gloss. Mai. T. VI. et VII. et Gloss. Ampl. neutrum invenitur, ut ex iis coniici quicquam nequeat. Legitur tamen in *II.* ed Lab. p. 58. discidium διαχωρισμός, χωρισμός, dissidium, divortium διάλυσις γάμου, χωρισμός, διαιρεσις, διαχωρισμός διάζευξις γάμου, διχόνοια; dissidium διάστασις, ac v. διάστασις idem repetitur: διάστασις distantia, divortium dissortium interstitium dissidium intervallum, ubi propter explicationem divortium hic quoque dissidium scribendum esse probatur et glossa διάστασις dissidium aut errore glossatoris aut credulitate exorta est. Ne quid praeteream, in vetustissimo Gloss. Graeco-Lat. quod Lugdun. reservatur, legitur διάστασις discidium. Ne tamen quis credat, cum de optimis scriptoribus iam contrarium demonstraverit Madvigius, in posterioris aevi scriptoribus hoc voc. inveniri, comparet auctoritatem codd. Taciti, Apuleii, Arnobii et Tertulliani. Apud Tacitum unicus codex Mediceus per se iam praestantissimus ubique habet discidium. Ann. II. 86. III. 34. XI. 28. 30. XII. 2. c. 40. XIV. 1. et 60. Apud Apul. codd. Florentini et quique sunt praestantissimi Met. X. 29. p. 960. et de Mund. p. 422. ed. meae legunt discidium; in cod. Arnob. Paris. V. 6. scribitur discidium partium nec aliter in Tertull. optimis codd. Agobard. Lugdun-Batav., ut de Praescr. Heret. c. 30. Alia ex Solino exempla protulit Oud. ad l. Apul. cit. Ita ego censeo dissidium voc. posteriore aetate aut ab librariis aut a glossatoribus esse inventum; et quae utriusque vocabuli affertur discrepantia, ea plane arbitraria est, quamquam post Giffanium et Gronov. ab omnibus fere nostri aevi editoribus decantata. Glossatores certe hoc discrimen non statuisse, probat glossa Philox. διάστασις divortium, dissidium intervallum, ubi ad spatium refertur dissidium et Gloss. Mai. in quo discidium discordia explicatur, quod alii in dissidium mutarunt. Doleo, me antea in glossaria tam accurate inquirere non potuisse, ut hoc vocabulum et quae profertur utriusque significationis discrepantiam in adnot. ad Apul. et Arnob. repudiarem. Discidium potissimum de divortio dici probant multa loca, quorum copiam enumeravit Oud. ad Suet. Tiber. 7. De voce repudium infra agam.

284. Pap. disciplina est quaecumque rerum scientia. Inde disciplino, as, avi — disciplinatus doctus. Plura dabunt lexica.

285. L. diribitum vel diribitum, ut etiam in seq. Diu haesitavi, quid hoc loco substituam, quod alia sunt in glossariis vocabula, quae huc referri possint. Pl. p. 454. deciscere [l. desciscere] desentire [l. dissentire] vel a proposito abalienari vel seiungi et P. disciscere, disiungere, dissentire, destituere, discedere, discrepare. Discivit, dissensit. Disclusum, divisum, dimotum, ubi aut participium aliquod ante disclusum omissum est aut disclusum novam glossam incipit. VIII. p. 174. discire, dissentire, disiungere et p. 181. discire, dediscere vel dissentire, ubi pro dediscere legendum existimo desciscere aut pro discire, descire. Intelligo discire componi potuisse ex dis et cieo, sed non capio formationem discivitum, quoniam, quantum scio, cio et cieo participium semper in citum formant, nunquam cietum aut civitum, quod postremum ne per analogiam quidem ferri potest. Ceterum ciere prisco tempore dividere significasse, formula herctum ciere probat; unde placuit coniici disercitum s. diserctum, ab hercisco s. ercisco. i. divido, disiungo, quamquam scio, nullam huius verbi formam praeter partic. fut. pass. apud veteres in usu fuisse, sed cf. infra ad v. hereditatem consequitur. Idem vero, quod de cire, valet de sciscere, cuius participium sci scitum aut scivitum fuisse, nemini in mentem venire potest. Disiectum et dispescitum a litteris nimium recedunt, etsi disertis verbis dispescitum Prisc. probat X. 3. T. I. p. 486. Krehl. Compesco, compescui et dispesco dispescui .... faciunt supinum mutatione o in i correptum et additione tum: compesco

Disclusum, divisum, dicivitum.
Discolor, varius.
Discordantes, controversiam inter se habentes.
Discordat, dissentit, discidit.
290. Discrevit, separavit.
Discrepat, dissonat, non consentit.
Discrimen, periculum.
Discursor, exsaminator.
Discus, vasculum, fasculum.
295. Diffutat, disceptat.
Diiecit, dispersit, dissipavit, dispuit.
Disiungit, separat, dividit.
Dispar, disparile, dissimile.

compescitum cett. Ita emendo in Pl. p. 454. dispercite, separate vel seiungite in dispescite et in A. p. 296. n. 82. dispectit, secernit in dispescit. Diutissime immoratus sum vocc. discapire et discepere, quorum prius du Cang. probat ex Chart. Recogn. ann. 801. Probat. nov. Histor. Occit. T. I. c. 33. et dividere explicat, alterum citat ex Pap. Gloss. discepit, divisit, disceptus divisus, scrutatus expertus. At utrumque dubium est; nam priore loco de voc. ipso ambigitur; in altero optimi Pap. Gloss. codd. habent discerpsit et discerptus, atque in duobus tantum Pariss. codd. illud margini adscriptum inveni. Pro expertus l. exsertus pro scrutatus: separatus. Itaque non ausus sum disceptus pro discevitus latinitati vindicare. Denique incidi in emendationem disribitum vel diribitum, quae omnium facillima est. Num vero disribere pro diribere revera dixerint veteres, cum nec exemplis veterum nec glossariis aliis comprobare possim, in medio relinquo. Forsitan librarii est error, quem glossae se excipientes discivitum et dicivitum probabilem reddunt. At in seqq. disribere semper scriptum videatur, ut n. 296. et 311.

286. L. divulsum . . . . . . VIII. p. 181. disclusus, exclusus.

288. 289. VIII. p. 179. dissentire, discordare. A. p. 296. n. 69. dissensor, discordator. P. discordare, diversum cor habere, dissentire. Discordia, dissensio, divortium. In ipsa glossa haereo, qui discidit defendam. Nam licet pro discindit .i. dirimit possit dici, ita ut sententia, quam prius protuli, sustentetur, veteres pro scindere etiam scidere dixisse, tamen discidit probare non queo, quod, cum discordare verbum sit neutrum, discindo activa tantum, quod sciam, significatione usurpatur. Ita magis probo discedit, quod discrepare esse, glossa Pap., quam supra n. 285. descripsi, ostenditur, nec raro discedere ab aliquo pro deficere ponit Livius.

291. VI. p. 521. discrepat, dissipat, ubi l. aut dissonat aut dissidet.

292. VIII. p. 177. discrimen, dampnum, iactura, superstitio [quod nullo modo retineri potest, ego emendo interstitio ut Serv. ad Aen. V. 154. explicat discrimine, interstitio; nam et interstitio et interstitium latinum est et pro discrimine legitur interstitio apud Arnob. VI. 12. interstitio fieri quae poterit?] dispendium; et p. 280. discrimen periculum separatio. VI. p. 521. discrimen, laboris pericula, ubi corrige labores. Pl. p. 455. discrimen aliquando duarum rerum separationem ostendit, quae coniunctae esse possunt, ut est in ornamentis mulierum; aliquando periculum vitae et capitis, unde Pap. pro more confuse: discrimen, periculum, distantia labor a discernendo, quando aliquando . . . . . . mulierum, unde discriminalia dicuntur; cf. Varro de L. L. VI. §. 81. cf. de voc. signific. dict. mea ad Arnob. V. 7. p. 422.

291. L. discussor, examinator ex I. p. 677. n. 42. et VIII. p. 181. discussor, inquisitor, interpretator. P. discutere, examinare, disiungere, perquirere, compos. ex dis et quatio. Discissum, [l. discussum] iudicatum, divisum cf. du Cang. v.

294. De voc. fasculum cf. infra voc. P. discus antea scus a specie scuti, unde et scutella, post discus vocatus est, quod de eo escas apponant, a quo et discumbentes dicti sint. Discus dicitur dans escas. i. ferculum missorium; vasculum. Gloss. Vulp. p. 704. n. 17. discum missorium (aut messorium, ut Isid. Orig. XX. 4. 1. habet). Discus pro lance in usu fuit apud posterioris aevi scriptores; cf. Apul. Met. II. c. 24. cocnarumque reliquiis discus ornatus. Fons Papiae est Isidor. Origg. XX. 4. 9. Discus ante iscus vocabatur ab specie scuti, unde et scutella. Postea discus vocatus quod det escas .i. apponat. A quo et discumbentes vocati sunt sive ἀπὸ τοῦ δισκεῖν. i. quod iaceant cf. du Cang. v. p. 875.

295. cf. supra n. 277. disceptat diffutat. VIII. p. 174. diffutare, disceptare; P. diffutat, disceptat.

296. L. disiecit . . . distruit vel rectius destruxit, si sequi velis P. v. dissipare, distruere, evellere et ita emenda etiam in seqq. 311. et 320. Nam distruere veteres dixisse, probat praeter alios Tertullian. de Carne Christ. c. 1., ubi l. ex optimo

Dispensatio, distributio.
300. Dispendium, damnum, detrimentum.
Disperabilis, irevocabis
Disperat, diffidit.
Dispersi, diffusi, dissipati, disruiti.
Dispertit, partitur.
305. Disperat, secernit.
Displacidus, morosus.
Dispoliat, nudat.
Disputatio, dissentatio.
Disputator, disceptator.
310. Disrectum, divisum.
Disruit, dispersit, dissipavit.
Dissentationes, disputationes, discordationes.
Dissentit, discordat.

cod. Agobard.: merito Christi quoque carnem quaestionibus distruunt pro merito quoque carnem Christi q. distrahunt cf. infra distructum. Ex his Glossar. du Cang. supplendum est. Apud Suet. Cal. 41. legendum non esse distructis et instructis compluribus cellis, mihi quidem iam ex repetitione eiusdam primitivi colligi videtur posse. Ego malim distributis i. e. diversis Palatini locis, ne lupanaria eodem loco essent omnia. Magis tamen placet emendatio disribuit vel diribuit. cf. supra ad n. 286.

299. 300. VIII. p. 178. dispensare, largiri, dispensans, dapaticus, daticius, munificentissimus et P. dispensare, distribuere, regere et dispendium, damnum, detrimentum Gloss. cit. dispendium, dampnum vel nimia largitas; cf. Varr. de L. L. V. §. 183. dispendium ideo, quod in dispensando solet minus fieri et p. 176. dispendium, dampnum, superstitio, iactura, discrimen, ubi interstitio emendandum esse iam supra ad n. 292. vidimus. Nam etsi significatio minime apta est voc. dispendium, tamen glossatorum est, synonyma repetere. Quia enim discrimen est damnum et interstitio, damnum quoque interstitio a glossatore explicatum est. Fragm. Gloss. Port.: dispendia, detrimenta, dampna vel impedimenta [l. interimenta] dispendio, dampno — dispendio dimutio [l. diminutio] dampnum, detrimentum, iactura, incommodum, interimentum.

301. Haereo quid emendari possit. Primum enim disperabilis poni potuerit pro desperabilis i. e.; quod desperari potest, et pro disparabilis, quod parari non potest. Corruptela irevocabis mihi quidem indicare videatur, desperabilis s. disperibilis, irrevocabilis legendum quod revocari nequit, quia omnes res, quae revocari restitui nequeunt, desperandae sunt. Unum voc. desperabilis exemplum profert lexicon. In Pap. lexico non legitur; at extat in T. VIII. p. 547. spero componitur despero, as; unde desperatus, desperatio **desperabilis.** Huc accedit quod disparabilis adiectivi exemplum invenire nequeo; cf. VIII. p. 440. disparo. as. i. separare unde disparato et disparatio. Desperabiliter adverb. legitur in Mirac. Sanct. Bert. tom. 9. Collect. Histor. Franc. p. 119. **Desperabiliter** ruperunt ad orientalem plagam. Denique desperabilis et desperat in seq. legendum est; nam dispero voc. quamquam exemplum afferri potest ex vit. Gall. apud Pertz. Script. T. II. p. 10. lin. 25., tamen per compositionis regulas probari nequit. Idem vitium supra correxi n. 227.

303. L. dissipati, disribiti v. diribiti n. 286.

305. L. disparat. Certe disperare nec in glossis nec in locis veterum invenitur.

306. Glossa est ex I. p. 677. n. 43. deprompta. P. displacidus, morosus, inconveniens.

307. Defendo dispoliare, quod aliquot veterum locis in dispoliare corrigere interpretes volebant, cf. Drak. ad Liv. XLV. 36. §. 7. Accuratius egit de hoc voc. Zumpt. ad Verr. IV. 20. §. 43. Vol. II. p. 695., mihi tamen non probans, despoliare ubique praeferendum esse. Nam similitudo verbi denudare nihil probat, quod disnudare ne dici quidem potest. Hoc voc. extat etiam in A. p. 294. n. 95. dispoliatum, diffugatum, ubi tamen explicatio cogit scribere dispalatum ut p. 296. n. 86. dispalatum diffugatum. cf. Non p 101. v. disparare qui separare explicat.

308. L. dissertatio, ut n. 312. dissertiones pro dissentationes.

310. L. disreptum ut VI. p. 521. disreptum, separatum. Ita lectio variat apud Apul. de D. S. c. 21. ubi codd. et edd. habent aut dirapimur aut disrapimus. Nec aliena est a loco coniectura disiectum aut disseptum. cf. Drak. ad Liv. IX. 8. §. 12. Fragm. Port.: dispersum, disiunctum, seiunctum, directum (?) dimotum, disclusum, disiectum.

312. Nota formam disruere pro diruere, cuius exemplum apud vett. invenire nequeo.

313. L. dissertationes. Si discordationes vera est lectio, haec glossa non ad dissertationes sed ad disputationes, quae contentiones et rixae sunt, est referenda ex more glossatorum, quem saepius commemoravi, aut quia male scripserat dis-

**Disserte, eleganter, eloquenter.**
315. **Dissertus, doctus, eloquens.**
**Dissicae, separa, divide.**
**Dissidet, dissentit, discordat.**
**Dissimile, dispar, disparilae.**
**Dissiminator, divulgator.**
320. **Dissipa, disrue, disperge.**
**Dissire, desuere.**
**Dissolvit, exsolvit.**

sentatio et hoc voc a dissentire petendum glossator putavit, prave addidit discordationes, ut in seq. glossa dissentit, discordat, et VIII. p. 179. dissentire, discordare habet. Idem vitium est in P. dissentire, discordare, disconvenire, inde dissentatio, discordatio, disputatio. Dissentatio enim a dissentire petere vetant regulae grammaticae.

314. 315. P. disertus, eloquens, facundus, doctus. Diserte, lucide, distincte.

316. L. disice *Π*. p. 58. disicio, *διαρίπτω, διασκορπίζω, διασπῶ* et disiicio, *διαῤῥίπτω*. VIII. p. 179. dissicere, dissecare. P. dissitio, dissicis, disiecci, disiectum; disperdere, dissipare, divellere. More glossatorum duplici s littera fere ubique scriptum invenies; unde erant etiam viri docti qui dissicere pro dissicare veteres dixisse putabant; cf. Colv. ad Apul. Met. VIII. p. 581. Oud. et quae ego dixi ad h. l. ed. m. p. 735. Dissicere scripturam inter posterioris aevi auctores usitatissimam fuisse, probant praeter alia loca exempla, quae du Cang. protulit T. II. p. 884 sq. At eorum sententiae accedere non possum, qui dissieere idem esse, quod dissecare dicunt, quamquam scio inter viros doctos hanc sententiam diu percrebuisse; cf. quos citat Drak. ad Sil. IX. 588.; Burm. ad Anth. Lat. I. p. 154. et ad Val. Flacc. III. 161. Primum enim in omnibus iis exemplis, quae Pareus profert Lex. crit., meliores codd. aut recte disiicere scribunt aut aliter legendum est, ut apud Virg. Aen. VII. 739. et XII. 308. optimus et vetustissimus codex Medic. habet disicere superscripta s altera, I. 70. tantum dissice; sic etiam apud Liv. v. c. II. 35. 5., ubi praestantissimus codex Leid. 1. habet disicere, ex quo corruptum est in Leid. 2. discere ac ceteri variant inter dissecere et dissicere. Apud Val. Flacc. III. 161. cod. Carr. habuit dissicit, quod Voss. perperam defendit, Heins. recte removet. Tum dissicere, qui pro dissecare defendi possit, non capio, cum cetera, quae sunt verbi secare composita primam tantum coniugationem sequantur. Deinde significatio dissecandi, quam in voc. dissicere critici inesse putant, plane arbitraria est, quod, si omnia exempla recte perpenderis, disiiciendi notionem in omnibus locis sufficere invenies, ita ut ad novi vocabuli monstrum refugiendum non sit. Denique intelliges, dissicere scripturam potissimum in codd. poetarum inveniri, cuius rei caussam doctissime explanavit Heins. ad Val. Flacc. l. d. Eius verba, quamquam non addito nomine Heinsii, Wagner. ad Virg. Aen. XII. 308. repetiit. Cum enim veteres pro obiicere, reiicere scribere mallent obicere, reicere, etiam pro disiicere scribere in usu erat disicere, quod quia breve esse poetae posteriores opinabantur, mutabant duplicata s in dissicere. Hoc constanter scriptum esse a poetis deterioris aevi probant loca, quae du Cang. protulit; cf. Savar. ad Sidon. Carm. 5.; atque tum propter usitatum morem scribendi etiam in alios codices abiit. Unus est locus Prisc. XIV. c. 6. T. I. p. 611. Krehl. ubi dissicere contra librorum auctoritatem legendum esse, ex ipsa serie videatur apparere. Verba Prisciani haec sunt: Et sciendum, quod tunc dis praeponitur, quando sequitur c vel f vel p vel s vel t vel i loco consonantis, ut discumbo, discutio . . . . displiceo disputo, disperdo, disiicio, distraho, disturbo, distorqueo, disiectus, disiungo. Cum enim exempla recenseat Priscianus eorum verborum quae cum dis composita litteris, quas supra posuit, incipiunt, omisit solum exemplum voc. quod s incipit et hoc ipso ordine necessario sequi debebat. Hinc Pareus iam dissicere legendum existimavit, quod non improbo, putans Priscianum auctoritate librorum ac poetarum deceptum esse, ut dissicere pro dissecare dictum opinaretur, nisi dissicare legere mavis. Dissicare et dissecare vett. scripsisse probavi ad Apul. Met. l. c.

319. L. disseminator, divulgator. Nota utrumque vocab., quod, quantum scio, in nullo lexico et glossario adhuc legitur.

320. L. disrue cf. supra n. 311. aut distrue.

321. Reperi hanc glossam etiam in cod. Reg. 7641. Falsam eam esse, certe eius interpretationem, existimo. Desuere uno tantum, si lexicis fides habenda est, veterum loco extat Cat. R. R. 21. Cupam . . utrimque secus imbricibus ferreis quatuor desues, ubi aperte colligandi et constringendi significationem habet, cum dissire, ut obsoletum illud Francogallorum voc. dessir, significet avellere, diruere. Certe pro desuere legendum dissuere est, quod dissolvere, discindere notat. Unde dissire compositum sit equidem nescio. Forsitan cum situs, dissitus cohaereat, quod a sinere proficisci mihi quidem nunquam persuaderi potest, quia sino et situs significatione toto coelo inter se distant. Ab hoc voc. inusitato proficiscitur perf. et supin.

Dissoltores, singulares.
Dissoluta, infecta, fracta.
325. Dissonat, non consentit.
Dispectio, fastidium, superbia.
Distantia, differentia.
Distat, difert, interest.
Distentus, satus cibus plenus pinguis corpulentus.
330. Distinctio, sensus separatio.
Distinctum, separatum, distructum.
Distituta, sola, sine marito.
Distituit, desedit.
Distrahere, deducere.
335. Distraxit, vendidit.
Distributio, dispensatio.
Distribuit, dividit.
Distructus, artatus, distentus.
Distruere, deducere.
340. Dites pater, pluton.
Ditavit, locupletavit, divitem fecit.
Diu, diutius.

verbi pono; posui et positum, quorum prius apud veteres posivit formatum est; quae formatio me in sententia proposita confirmat; cf. Priscian. X. 7. T. I. p. 499. et dict. mea ad Apul. Fragm. 7. T. II. p. 637. Ex forma posivi factum est posii, quod contractum aut corruptum in posi in multis lapidibus invenitur; cf. Grut. Inscr. 541, 8. 571, 9. saep. Maff. Mus. Veron. 154, 2. Ita factum est, ut positus etiam de situ naturali dicatur; cf. Heins. et Burm. ad Ovid. Amor. III. 6. 7. dict. mea ad Apul. Met. IV. 1. T. I. p. 224. sq. Ex hac radice explicari possit sinus, quod ab endu petit Doederl. ac situs .i. scabies, illuvies. Posui Doederl. Syn. T. V. repetit a Graecorum ἔπεσα, ut pono a πίτνειν, qua in re mihi non probatur.

323. Haec glossa ex I. p. 676. n. 49. descripta est sed, uti hodie legitur, improbanda; nec magis placet Graev. et Nans. emendatio desultores, explicantium, ita singulares nominari, quia ex uno equo in alterum desiliant. Ego malim dissoluta, res singulares vel dissolata, res singularis; cf. Gloss. Cod. 7641. dissolavit, dissipavit.

325 Hic errorem intactum nolo, quem Graevius commisit, opinatus, pro disdonat in I. p. 677. 2. diversa donat legendum esse ex Constantiensi dissonat per diversa sonat, auctore Pap. dissonat, non consentit, dissimulat, per diversa sonat, quod in perversa sonat corrigi vult ex eodem Pap. qui habeat: dissonum, perverse sonans, dissimile. Primum glossam priorem in Pap. nec Mss. nec editis invenio: extat tantum dissonare, dissentire. Deinde non video, cur disdonare probari nequeat, cum dicatur dilargiri, dislocare, dislaudare, disligare alia. Huc accedit, quod Glossaria, quantum scio, omnia in hoc verbo consentiunt; cf. VIII. p. 181.: disdonare, diversa donare et A. p. 294. n. 92. disdonat, diversa donat.

326. L. despectio.

329. L. satur, cibis plenus, pingu. Ita de uberibus dixit Virgil. Ecl. IV. 21. ad q. l. vide Interp. cf. Apul. Met. I. 18. p. 55. cibo et crapula distentos; II. c. 31. crapula distentus; cf. dict. mea ad Met. p. 147. P. distentus, plenus, pinguis.

330. Noli corrigere hanc glossam, quae ex Pap. bene explicatur, ubi legitur: distinctio, finem sensus facit. De distinctionibus agit fusius Isidor. Orig. I. 19. Distinctus pro distinctio veteres dixisse, probant lexica. Attamen praefero legi distinctio.

331. L. distinctum.

332. L. destituta; destituere enim est deserere.

333. L. destituit, deserit.

334. 35. L. diducere. De distrahere pro vendere cf. du Cang. Gloss. voc. P. distracta, elonguta aut vendita [l. elongata]. Π. p. 64. elongo, μακρύνω; elongo, as ἀφίστημι. Ita corrigo VI. p. 521. distractat, elongat a vino in distraeta, elongata, vendita; distrahere, diducere, vendere. A. p. 294. n. 70. distraxit vendidit divisit (divisit).

338. L. districtus, artatus, distentus. Districtus enim non solum est, qui comprimitur et colligatur, sed etiam qui negotiis distinetur; occupatus, de qua significatione non est, cur pluribus agam.

339. L. diducere. cf. supra n. 217.

340. Ditis. VIII. p. 176. Ditis Pluto, quod et pro divite dicitur. Varr. de L. L. V. §. 66. Idem hic Dis pater infimus qua est coniunctus terrae, ubi omnia ut oriuntur, ita aboriuntur. Isid. Origg. VIII. 11. §. 42. Pluton graece, Latine diespiter vel Ditis pater. Serv. ad Georg. I. 43. Februus autem est Ditis pater, cui eo mense sacrificabatur. Π. p. 77. Ditis pater Πλούτων. Excerpt. ex vet. lex. Lat. p. 316. Ditis pater Πλούτων. P. Ditis i. dives singulari numero ditis qui et pluton, quem poetae regem inferni fuisse fingunt. Plura dixi de hac forma ad Apul. Met. VI. 18. T. I. p.

**Divaricat, praevaricat.**
**Diversa, differentia, distantia.**
345. **Diversati, in loco positi.**
**Diversitas, separatio.**
**Diversum, non consentiens.**
**Divertat, disiungit vel invenit.**
**Diverticulum, brevis locus, in quo diverticulum est, hoc est diversurium.**
350. **Diverberat, disiungit, separat.**
**Dives, opimus, locuples.**
**Dividit, segregat, intercedit, scindit.**
**Divinatio, praesagium, quod antenuntiat.**
**Divinties, inligatus, affectu.**
355. **Divini, vates, praesagi.**
**Divinitus, ex divinitate.**
**Diuncem, undecim uncias.**
**Divorcium, deflexio ad divertendum.**
**Divortium, discidium, separatio, vellis.**

457. nec Charon ille et **Ditis pater** tantus deus.

343. De forma activa praevaricat infra dicam ad h. v. VIII. 178. divaricare, diversum facere (?) A. p. 296. n. 100. divaricatum, depravatum, extensum in diversa. P. Divaricare, disturbare, diffundere, dilacerare: *Π.* p. 59. divaricat διασκελίζει καὶ ὑπερβαίνει. cf. Non. p. 34.

345. Ego hoc voc. in nullo glossario repetitum inveni. Potest esse deversati i. qui deversantur .s. diversantur; at adversatur interpretatio. Tum diversare in postrema latinitate dictum pro versare, circum agere probat du Cang. v., ubi potius est ita in diversas partes versare, ne coeant. Fabas saepius cum cochleari **diversant**, ne . . . sapiant ignis odorem cf. VIII. p. 179. diversare, variare. Hinc diversati esse possunt in diversa acti Itaque corrigo: diversati, in loco sepositi, ut Pap. habet: diversus non solum pro vario sed etiam pro separato et discreto accipitur. Inde diversitas dicitur (quae ea de caussa in hoc gloss. explicatur separatio).

348. Ego lego divertit. disiungit, vel invertit [i. in contrariam partem vertit] atque ita emenda glossam, quae infra v. invenit legitur: invenit, devestit in: invertit, devertit. Forsitan etiam diversat retineri possit, frequentativum voc. divertere, quod tamen alibi non invenitur. Pap.: devertere, ad diversa vertere.

349. cf. supra ad n. 185 — 187. v. deverticulum. Et deverticulum et diverticulum, ut deversorium et diversorium dixisse vett. probat P. quod et deverticulum et diverticulum explicat: Diverto, divertis, inde diverticulum, diversorium .i. locus in quo divertitur de via; domus hospitalis. Diversores, hospites. Diversorium, receptorium hospitale, dictum, quod ex diversis locis ibi conveniatur. Diverticulum, diversae ac divisae viae; locus ad quem secedimus de itinere. Quomodo glossa nostra legenda sit, mihi non satis patet. Pro in quo diverticulum est scribe aut in quo divortium est [cf. infra] aut in quo divertuntur, de qua forma dixi n. 187.; et est adiectum tum puto, cum diverticulum corruptum fuit. Brevis tamen quid sibi velit, nescio.

350. VI. p. 521. diverberat, diungit i. diiungit, de qua forma cf. Drak. ad Liv. XLII. 52. 4., etsi diunge etiam in lapidibus invenitur; ut Inscriptt. apud Marin. Fratr. Arv. p. 712. neque ullus unquam nos **diunxisset.** Diverberare potissimum de navibus ac sagittis dicitur, quae aquam et aera dissecant volando; cf. Burm. ad Nemes. Cyneg. 265. et Intt. ad Virg. Aen. V. 503.

352. L. intercidit.

354. L. devinctus, inligatus, affixus; atque ita emendandam censeo glossam A. p. 296. n. 108. divincians, inligans, effectum in devinciens, illigans, affigens aut devinciens, illigans; devinctum affixum et VIII. p. 179. devincere, litigare in devincire, illigare.

*355. A. p. 296. n. 107. divinus, areolus. Is. Or. VIII. 7. §. 3. vates . . . **Divini** eodem erant nomine, quia et ipsi quoque pleraque versibus efferebant; et VIII. 9. §. 14. divini dicti, quasi deo pleni: divinitate enim se plenos assimilant et astutia quadam fraudulenta hominibus futura coniectant. P. divini dicti, quasi deo pleni, augures, divinarii, augurarii [ubi l. divinari, augurari ita ut ab his voce nova glossa incipiat]. Plura dixi de hoc voc. ad Apul. Met. I. 8. T. I. p. 38. et ad Arnob. III. 20.

357. cf. supra n. 193.

358. 359. VIII. p 178. divortium, ubi divisae sunt viae et p. 181. divortium, diversitas viarum. Is. Or. IX. 7. 25. Divortium est, quoties-

**360. Diurnum, divale.**
**Diutinum, uberrimum.**
**Diutius, dudum vel diu, quod longum tempus sit.**
**Diuturnum, dioutinum, quod habet temporis longinquitatem.**
**Divulgatum, diditum, percrebratum.**

**365. Divulgator, dissiminator.**
**Divus, deus vel imperator, quod post mortem quasi deus factus.**
**Docilis, docibilis.**
**Docimentum, alterius exemplum.**

cumque dissoluto matrimonio alter eorum alteras sequitur. Divortium autem dictum a flexu viarum, hoc est vias in diversa tendentes, et XV. 16. §. 11. Divortia sunt flexus viarum; hoc est viae in diversa tendentes; idem diverticula sunt, hoc est diversae ac divisae viae sive transversae semitae, quae sunt a latere viae. P. Divortium separatio coniugii, repudium, flexus viarum. Non. p. 458. Divortia non coniugii distractionem solum sed etiam omnium inflexionum, quae a recto detorquentur. Serv. ad Aen. III. 379. ad divortia [vias in diversa tendentes hoc est] ad diverticula viae militaris, ad q. l. cf. Intt. et dict. mea ad Apul. de Mund. c. 19. T. II. p. 390. Pro vellis, quod extat in glossemate, lege connubii, ita ut con aut priore syllaba io absorptum aut c˜ scriptum postea neglegentia quadam librariorum omissum sit.

360. Duplici modo huic glossae mederi possis emendando aut diurnum diale aut divinum divale. Utrumque glossaria firmant. Nec glossarium Isidor., quod alibi glossae nostrae accuratissime reddunt, hanc litem dirimere queat, quia utraque glossa in eo invenitur; p. 676. n. 50. diale, diurnum, meridionale et p. 677. n. 8. divale, divinum. Cum tamen prius per litteras facilius emendari possit, id legere malo VI. p. 521. divale, divinum; VIII. p. 181. divalis, dius, divinus; A. 294. n. 86. divale, diva divino ubi lege divum, divinum. A Pap. divalis non explicatur et diurnum hanc glossam habet: ut diurna merces i. unius diei, in diem. Atque dialis hoc ipsum est. Hoc voc. hac significatione invenitur, quantum scio, tantum apud Macrob. II. 2. Marcus, inquit Othacilius Pitholaus, cum Caninius Revilius uno tantum die consul fuisset, dixit: Ante flamines, nunc consules **diales** fiunt et VII. 3. ut Tullius in consulem, qui uno tantum die consulatum peregit: solent, inquit, esse flamines diales; modo consules **diales** habemus. Alia pauca exempla extant in Inscriptt. Inde colligi possit, cur dialis a glossatore corruptum sit in divalis.

361. Haec glossa quamquam singulare quid habet, cave tamen, ne corrigas; cf. VI. p. 521. diutinum, cotidianum; **diuturnum habundantissimum**, cui voc. respondet h. l. uberrimum. P.: diuturna dicta a perpetuitate, quasi aeterna. Qui tamen diutinus et diuturnus esse possit uberrimus, mihi quidem non constat. Nisi divitissimum nimium abesset a litteris, ego hoc reponere non dubitarem. Ex ceteris glossariis auxilii quidquam repetere non potui; unde corruptum esse diutinum et diuturnum existimo.

364. VIII. p. 179. diblaterare, divulgare, quod prius voc. nota, cum in nullo adhuc glossario et lexico invenerim. Deblaterare, quod aliquoties legitur, est stulte loqui. VI. p. 521. divulgatio, designatio; divulgato, designato atque ita corrige glossam P. dibulatio, designatio in divulgatio, nec in dilatio, ut Henschel. voluit ex Gloss. cod. Par. 7644.: dilatio, designatio. At ingenue fateor designatio mihi non probari, quod significationi, quam voc. divulgatio habet, neutiquam respondet. Ita erat cum dissipatio et dissipato corrigerem; cf. Cic. pro Flacc. c. 6. sermo est **dissipatus**; vel disseminatio, ut in seq. glossa, quod propter soni similitudinem in designatio facilius abire potuit. De diditum cf. supra p. 216.

366. I. p. 677. n. 9. divus imperator, qui post mortem dei nomen accepit. VI. p. 521. divus imperator, qui post mortem, ut deus, habetur. P. divus dicitur deus vel imperator, qui post mortem velut deus habebatur. cf. Serv. ad Aen. V. 45. unde **divos** etiam imperatores vocamus.

367. Docilis et docibilis in usu erant; cf. Pl. p. 453. docilis et docibilis utrumque dicimus. Fragm. Port.: docibilis discipulus — docibiles pro dociles creditum(?) dicimus enim utrumque et docibilis et docilis. Docibilis ingeniosus doctor qui docet — docilis sequax eruditus, qui cito docetur. VII. p. 559. docibilis, discipulus. VI. p. 521. docilis qui docet vel ingeniosus. P. docilis qui facile docetur, docibilis vero, qui facile discit.

**Docte, fabrae, ingeniose, scienter.**
370. **Doctior, scientior, ingeniosior.**
**Doctor, praeceptor, magister.**
**Doctrina, eruditio, disciplina.**
**Doctus, ingeniosus, peritus.**
**Doctus, dissertus, eruditus, sciens.**
375. **Documentum, fanifestum, probatum vel exemplum.**
**Dolabra, securis lapidaria.**
**Dolicis, ingeniosus et qui cito potest discere.**
**Dolones, telae absconditae.**
**Dolor, tristitia, molestia.**
380. **Dolumen, bellabrum.**

[cf. Prisc. XVIII. c. 2. T. II. p. 117. Krehl.] Docibilis, qui doceri potest. Est enim ingeniosus ad discendum, ex quo apparet in seqq. n. 377. legendum esse pro dolicis: docilis vel docibilis. cf. Is. Or. X. 66. docilis dicitur, non quod sit doctus, sed quod doceri potest: est enim ingeniosus et ad discendum aptus et ibid. n. 274. Ex his quas protuli glossis apertissime elucet in VI. scribendum esse docilis qui docetur. De discrimine quod facit Prisc. l. c. cf quae disputavi ad Apul. de Dogm. Plat. II. 3. T. II. p. 216.

369. L. fabre cf. infra ad h. v.

375. Utrumque et documentum, quod supra extat, et documentum in usu fuisse analogia probatur vocc., ut monimentum et monumentum. Hanc glossam non sine aliqua puto esse auctoritate ad eam litem dirimendam, quae de vocc. monimentum et monumentum exorta est. Erant enim, qui tantum monumentum probarent ob analogiam voc. documentum, quod nuspiam docimentum scribi putabant. At puto rem sola librorum fide dirimi posse. Apud Virg. enim vetustissimus cod. Medic. monimentum habet V. 538. VI. 26. VIII. 312. 356. monumentum Aen. III. 102. 486. IV. 498. VI. 512. Ita Apul. Met. IV. 18. codd. optim Guelf. 2. Or. et ed. Iunt. 2. habet **monimentum** quoddam nec dubito quin eadem scriptura etiam in Florent. inveniatur, quod in rebus, quae sibi videbantur minutae, codd. collatores non ita accurati sunt, ut notare operae pretium iudicent. Met. VIII. 13. monimentum habet optim cod Florent., Apol. 36. omnes codd. in lectione monumentum consentiunt; item c. 55. Nec aliter cod. optim. Flor., ad orthographiam fere optimus, habet monimentum Tac. Ann. III. 23. 57. 72. IV. 7., ac nisi egregie fallor, in cett. quoque locis ceteri melioris notae codd. Itaque sententiae eorum accedere nequeo, qui monimentum ubique reiiciunt, et ex auctoritate codd., ut dixi, alterutram lectionem eligendam existimo. Velim in eam rem accuratius inquirant vetustissimorum codd. collatores. In aliis glossariis, quae mihi ad manus sunt, forma documentum sola extat; tantum in Not. Tiron. p. 88. docimentum legitur; Apud Terent. Maur. demetr. p. 2524. legitur tale docimen. apud Lucret. VI. 392. documen, quae utraque forma et documentum et docimentum formationi patrocinantur. Ex his locis corrige, quae reperiuntur in VIII. p. 169. Dicimus etiam . . . et hoc **documen, nis, quod non est in usu,** sed inde extractum est documentum, ti.

376. VI. p. 521. dolabra, ascia lapidaria; VIII. p. 173. dolabra, ferrum unde dolatur. A. p. 296. n. 10. dolabra, ascia lapidaria ac nota. n. 12. dolabrum est dolatura, dolabellum, demiu. Dolubrum aliis in glossariis extat ut VIII. p. 166. Invenimus quoque hoc dolabrum, ri. *II.* p. 60. dolabra, ἀξίνη τεκτονική. ἀξίνη. ὄρυξ. πτύον, πέλεκυς. et dolabrum πτύον ἀξίνη. Ceterum pro dolatura, quod in A. perperam legitur, corrige dolatoria s. dolaturia cf. Capitul. 2. ann. 813. c. 10. molas, dolatorias, secures; et du Cang. s. vocc. Henschel T. II. p. 899.

377. L. docilis; cf. supra n. 367.

378. L. tela abscondita ut A. p. 296. n. 109. VIII. p. 173. dolones tela, quae absconduntur propter dolum in vaginis. Is. Or. XVIII. 9. §. 4. Dolones sunt vaginae ligneae, inter quas latet pugio sub baculi specie. Dolones autem a dolo dicti sunt, quod fallant et decipiant ferro, cum speciem praeferant ligni. Hos vulgus Graeco nomine oxos vocant .i. acutos, unde Papias: dolones vagina (vaginae l.) in quibus latet pugio sub baculi specie; dolones tela abscondita gr. ozos [l. oxos] dicuntur .i. acuta: dolo a fallendo dictus; habet enim in se latentem pugionem; cf. Serv. ad Aen. VII. 664.

379. Dolor, tristitia, moestitia(?)

380. Idem glossema est in I. p. 677. n. 44. ac pro eo dolamen, dolabrum legi malunt, quam coniecturam firmare videtur VIII. p. 178. dolumen, ascia, securis, asciculus. Dolamen vero pro dolabrum dici posse, mihi quidem non persuadetur, quod cetera, quae in men desinunt, derivata nuspiam significant instrumenta. Huc accedit quod Apul. Florid. I. n. I. habet: truncus dolamine effigiatus i. e. dolatu levigatus: unde apertissime, quae

**Domesticus**, agaso, cliens vel proximus.
**Dominatio**, dominatum.
**Dominavit**, subiecit, submisit.
**Dominus**, eruus, vir magnus.
385. **Dumus**, familia.
**Domus**, penatae, lares.
**Dorcades**, genus quadrupedum.

**Duces**, ductores.
**Ducit**, trahit.
390. **Ducto**, auspitio ex divina requisitione quod potest duci vel nuntiari.
**Ductor**, dux.
**Dudum**, diu, diutius.
**Duella**, bellum, pugna.

sit voc. dolamen significatio, efficitur, nisi ponere mavis, glossatorem, qui hunc locum male intellexit, quia hic etiam instrumentum quo truncus effigiatus est, significare potest, dolamen pro dolabro dici finxisse. Dolaria, quod voc. a posterioris aetatis scriptoribus pro dolabrum dictum esse du Cang. probat, nimium a litterarum formis recedit, quam ut corrigi queat. Ego plane aliud voc., quod litteris magis convenit, in hac glossa latere existimo, corrigens dolonem velabrum aut velarium; cf. Is. Or. XIX. 3. §. 3. dolon minimum velum et ad proram defixum. Velabra et velaria pro velis dici, quae in theatris superne affiguntur, probant lexica. Glossatorem quod sit inter velum nauticum et velabrum et velarium discriminis, neglexisse, non est quod in his explicationibus mirere. Restat glossa Maii, quam fictam esse pono a stolido glossatore. Corrigas in ea voc. ascicolus quod per etymologiae regulas probari nequit in asciola ex Isid. XIX. 19. 15. et Not. Tiron. p. 193.

381. cf. supra dict. ad v. agaso et cliens.

382. L. aut dominatus aut dominium; cf. Non. p. 203. et du Cang.

383. Activam huius verbi motionem probat Priscian. VIII. 4. T. I. p. 367. Krehl.: Ex his multa antiqui activa quam passiva significatione protulisse videntur . . . . dominor et p. 371. Nigidius: omne pecus indomitum habet quiddam in se ferum sed tamen ea natura est, ut et curari et **dominari** possit, δεσπόζεσθαι dominari passive. Alia exempla dabunt Intt. ad Cic. Off. I. 39. Ita edominari passiva significatione positum esse probavi ad Arnob. V. 11. p. 430. P. dominor, aris commune antiquitus. cf. infra humiliavit — dominavit et subdidit dominavit.

384. L. herus.

385. Ita l. in A. p. 294. n. 38. domus liberos pro domus libros, ut recte vidit Oehler. Significatio haec voc. notissima est. P. domus unius familiae habitaculum est, sicut unius populi urbs. Est autem domus familia genus (?) sive coniunctio viri et uxoris, et incipit a duobus, quem locum corrige ex Isidor. Origg. IX. 4. §. 4. Fragm. Port. domum, familiam, aedem, larem — domus, familia genus (?) stirps, origo, suboles, progenies, propago, sang(uis).

386. L. penates. VIII. p. 175. domal [ubi emendo aut doma aut domata ut A. p. 296. n. 11. dommata [i. domata] quae moenia latina dicuntur vel superiores domus et VII. p. 559. domata, moenia vel superiores domus. P. doma, tectum vel atrium, quod non tegitur. Domata Graeci dicunt tecta, moenia vel superiores domos, quae postrema etiam in Fragm. Port. leguntur], domus, penetral, penates, lar, (?) aedes, casa, recessus.

387. Is. Or. XII. 1. 15. agrestes caprae, quas Graeci pro eo, quod acutissime videant, ἀπὸ τοῦ ὀξυδερκέστερον dorcadas appellaverunt. Morantur enim in excelsis montibus et quamvis de longinquo, vident tamen omnes qui veniunt. Hinc explica Pap. dorcas gr. capreola, praescium animale est dictum a dorco verbo graeco .i. video quod acute videat.

390. Ego malim legere ductu auspicio, cogitans de formula ductu auspiciisque, imperio auspicioque. Plaut. Amph. I. 1. 41. gessit rempublicam ductu imperio auspicio suo. Ducere auspicium veteres dixisse me quidem fugit.

393. VIII. Bellum componitur hoc duellum li et duellium, lii .i. duorum bellum, unde hic duellator, ris .i. ille qui duellum peregit, unde Plautus in Captivis: domi bellique duellatores optimi et hic duellio, onis .i. pugil, quod etiam hic duellis invenitur et p. 175. duellator, pugnae victor p. 177. duellum, duorum bellum, quod et duellium dicitur. A. p. 294. n. 79. duellium, bellum. Fest. p. 51. Duellum bellum videlicet, quod duabus partibus de victoria contendentibus dimicatur. Varr. de L. L. VII. 49. **duellum** id postea **bellum**. Ab eadem caussa facta **Duellona** Bellona Prisc. de XII. Vers. Aen. c. 9. T. II. p. 335. duellum dicebant antiqui pro bellum. Primum nego ex glossis, quas descripsi,

**Duellio, pugnator, belligerator, quod docet.**

**395. Duent, dentribuant.**

**Dumis, spinis.**

**Duplices, diploides vel vilices.**

**Duplicare, geminare.**

**Durabilis, longanimis.**

duellum s. duellium unquam pro singulari duorum pugna dictum atque hanc posterioris aetatis mere fictam significationem eo exortam existimo, quod duellum ex duo et bellum compositum et veteres et recentiores opinabantur. Nam si omnia, quae extant, veterum loca inter se comparaveris, duellum pro bellum eos dixisse invenies; tum quod duellus pro bellus .i. pulcher posuisse antiquos notum est, iam intelliges, eadem ratione duellum pro bellum dictum esse, qua duonum pro bonum, duis pro bis; cf. Fest. p. 61.; Intt. ad Cic. Orat. 61. et ad Quint. I. 4. §. 15. et dict. mea ad Apul. Met. X. 30. T. I. p. 964.; denique etiam posterioris aetatis scriptores sua significatione duellum posuerunt, ut Mart. Capell. VI. §. 568. Kopp. quod dux sanguineo praesulque corusca **duello**. Pap. eundem errorem habet: duellum ante bellum dicebatur, quod duae sint partes dimicantium. Post mutata et detracta littera bellum dicitur, et Ioann. de Ianua: duellium quasi dubellum vel dubellium i. **duorum bellum.** Media tandem aetate fere semper de singulari certamine dictum esse duellum et pro eo etiam tum duellium dictum esse probant loca, quae du Cang. profert v. T. II. p. 949. Discrimen inter duellium et duellum sibi finxit sine dubio V. D. qui glossas scripsit ad Panegyr. Bereng. lib. 2. v. 40. in Pertz. Script. T. III. p. 197: distat autem **duellium** et **duellum**; nam duellium est spatium quo bellum praeparatur, duellum dicitur ipse conflictus; nam usus dicendi adversatur. Ceterum apparet, in hoc glossemate pro duella legendum esse duellum, quod nota duellū scriptum, facile in duella corrumpi potuit. Est enim duella mensura quaedam; cf. Isid. Orig. XV. 25. §. 15. Uti bellum non raro pro pugna dicitur, ita ut utrumque significet cf. dict. mea ad Apul. Met. II. c. 16. p. 113., ita etiam duellum et bellum et proelium notat; cf. Intt. ad Horat. Epist II. 2. 97.

394. I. p. 677. n. 33. duellio, rebellis ut repetit Gloss. Mai. T. VI. p. 297. n. 117. VIII. p. 177. duellio, duelli victor qui et **duellator** dicitur et duellans. P. duellio, rebellio, perditus, belligerator. VI. p. 521. duellio, perditio. Apparet ex his glossis, duellio duas habere significationes abstracti et concreti, quae notandae sunt, cum, quantum scio, praeterea in uno coniungatur vocabulo optio. Cetera, quae in io desinunt derivata et a praesenti verborum formantur, ut pugio, suspicio, internecio, contagio, abstractam magis praeferunt notionem. Ita etiam rebellio utramque habet significationem; cf. *Π*. p. 155. rebellio ἀποστάτης ἀπόστασις ἀντάρτης et Intt. ad Trebell. Poll. Salon. Gallien. 1. Ioann. de Ianua: duellio pugil, qui etiam duellius dicitur et inde duellis, ubi legerim qui etiam duellans dicitur et inde duellis aut qui etiam duellis dicitur et inde perduellis. Formam duellis non solum VIII. p. 64. firmat, sed etiam locus Arnob. I. 16. cur **duelles** cum pereunt et analogia vocc. rebellis et imbellis. Quid vocc. quod docet sibi velint, ne coniectura quidem assequi possum.

395. L. dent, tribuant ex VI. p. 559. duent (?) et duint dent, tribuant; duere, vincere; duit, dedit. VII. p. 521. dunt [l. duunt] dant tribuunt. A. p. 297. n. 116. duint, dent, tribuant. P. duere, dare, vincere; duit dedit; duent dabunt. *Π*. p. 61. duint δοῖεν δώσωσιν; duit δοίη, ubi lego duint δοῖεν duent δώσουσιν. Fuisse antiquitus verbum duere non est negandum, quod tamen tantum in coniunctivorum formis veterum exemplis probari possit; ut creduis, perduim, adduis; cf. Fest. p. 23. et Intt. ad h. l. p. 339. et p. 51. Intt. At explicari vix possit, quî duere significare possit vincere, ut glossae aliquot volunt. Ego hanc notionem ex falsa lectione fictam existimo. In *Π*. p. 202. legitur χαίρω gaudeo, duo letor, gallesco, gaudeo gaviso, ubi sine dubio legendum est χαίρω gaudeo, **ovo** [ut supra χαίρει ovatur gratatur] laetor, gavesco, gaudeo gavisor ut Pap. habet: gaudeo inde dicitur gavisus ... a quo componitur **gavisor gavisaris** et *Π*. p. 80. gavescite, χαίρετε. Ovo cum in duo corruptum esset, postea in glossas omnes perverse abiit et vincere explicatum est. Aliter res mihi quidem non liquet.

397. cf. supra n. 259.

399. In meis glossariis hoc voc. non inveni. Philox. habet durabile διαρκές et ita apud veteres de iis dicitur, quae diu durant. Longanimis explicant glossae μακρόθυμος, κροθυμῶ duro, μακροθυμεῖ durant, unde apparet, nihil mutandum esse. Ita Fulgent. Epist. ad Venant. dixit: pressuras **longanimiter** tolerare.

400. Divina fama, opinio.
Divitator, confida.
Duvium, clanculum, ambiguum.
Duvius, anceps, incertus.
Discolus, difficilis.
405. Duxi, aestimavi, arbitravi.

400. L. dubia fama, ut infra v. opinio.
401. cf. supra v. confida.
402. L. dubium, clanculum, ambiguum. Primum nota neutrum adiect. clanculus, quod adverbii locum habere hic non potest ut A. p. 281. n. 126. clanculum, occultum. Hoc iam restituere ex optim. codd. Tertulliani voluit Salmas. de Pall. c. 4. clanculus fructus. Exemplum profertur in du Cang. Gloss. Add. ex vit. S. Dunstani tom. 4. Maii p. 354. nonnulli eorum clanculi persecutores illius extiterunt. Tum nota significationem, ad quam convenire videtur glossa S. Germ. clangulum mane, ubi lux dubia est. Praeterea notandum est, adverb. clanculo latenter, quod bis legitur in VI. p. 555. et VII. p. 516.

404. L. dyscolus VI. p. 522. et A. p. 294. n. 93.; cf. VIII. p. 175. discolus difficilis vel alienus vel deorsum a schola ineruditus. P. discolus difficilis aut moralis, indisciplinatus a scholis dicitur a colere et dis. Pro moralis lege morosus. Quid deorsum a schola sibi velit, non video.

405. De activa voc. arbitror forma vide Non. p. 470. v. arbitrabunt; Priscian. VIII 4. T. I. p. 367. Krehl.: ex his multa antiqui tam activa quam passiva significatione protulisse inveniuntur ..... arbitror ... p. 370. Coelius ex scriptis eorum qui veri arbitrantur; ὑπολαμβάνονται cf. Voss. Arist. T. II. p. 750. ibiq. Eckst. Zumpt. ad Cic Verr. II. 5. 41. §. 106. p. 920.

# E.

1. Eatenus, usque hic.
Eboreum, eburneum.
Ebrietas, crapula vel nausia.
Ebriosus, vinolentus.
5. Ecatae, tribi, aenocticula.
Ecce, en, est, instat.
Ecudit, producit, excudit.
Ecui, elicui.
Eculeus, genus tormentorum in quo extans extenditur homo.

3. 4. L. nausea. VIII. p. 73. Bria .i. quaedam mensura, teste Isidoro; et componitur ebrius .i. extra mensuram bibens, unde ebriosus et ebriose adv. et haec ebrietas, quae repetuntur p. 190. De significatione dixi supra v. crapula.

5. L. Hecate, Trivia, Nocticula. Fest. Hecate Diana eadem putabatur et Luna et Proserpina; Serv. ad Virg. Aen. IV. 5. 10. sed sonat tertio centum numina Hecates, unde Hecate dicta est ἑκατὸν .i. centum potestates habens ... Quidam Hecaten dictam esse tradunt, quod eadem et Diana sit et Proserpina ἀπὸ τῶν ἑκατέρων vel quod Apollinis soror sit, qui est ἑκατηβόλος sqq. ad 609. Sacra Hecatae in triviis frequentantur per noctem. P. Hecate Proserpina trivia apo toy hecaton aut quod centum victimis Menelaus eum placaverit aut quod insepultos per centum annos ad inferos recipere nolit. Huc pertinet locus Varr. de L. L. V. 68. Luna vel quod sola lucet noctu, itaque ea dicta Noctiluca in Palatio et VII. §. 16. Titanis Trivia Diana est, ab eo dicta Trivia, quod in trivio ponitur fere in oppidis Graecis vel quod luna dicitur esse quae in coelo tribus viis movetur cett.

7. Confirmat hoc voc. gloss. P. ecudere, fabricare, excutere. In aliis gloss. hanc formationem non inveni.

8. Duplex est quam de hac glossa habeo, coniectura; aut legas: ecivi [excivi] elicui aut ecudi elicui. Prius defendo ex seq. gloss., ubi extat elicuit, exclusit. Notum enim est, excudere pro excludere dici de ovis, cuius significationis exempla lexica dabunt. Ceterum etiam eclosa et eclusa pro exclusa apud posterioris aevi scriptores in usu fuisse probat du Cang. v. Hensch. T. III. p. 9, ut ecludi et ecivi probari queant.

9. Exstans mihi non satis probatur. VIII. p. 185. hic equuleus pro quodam tormento et p. 192. equuleus, tormentum quoddam. Is. Or. V. 27. 21. eculeus autem dictus, quod extendat. P. equuleus parvus equus vel tormentum quoddam dictum, quod extendat. Fusius egi de hoc tormento et de duplici scri-

**10. Edacitas, multae comestiones.**
**Edent, manducabunt, comedent.**
**Edentat, dentes, excludit.**
**Edentes, comedentes, manducantes.**
**Edicit, foras dicit, unde edicta quasi foras dicta.**
**15. Edictum, dictatum.**
**Edilicius qui ex aedile est, scriba.**
**Edidit, prodixit, partum, genuit.**
**Edito, producto, creato, genito.**
**Edocet, benedocet**
**20. Educat, nutrit, alit.**
**Educator, nutritor, alitor.**
**Educatrix, nutrix, altrix.**
**Edulia, alimonia apta ad manducandum.**
**Edurus, satis durus.**
**25. Effabilis, in omnibus expeditus.**
**Effatui, vaniloqui, sine affectu.**
**Effatur, eloquitur.**

ptura eculeus et equuleus ad Apul. Met. X. 10. T. I. p. 899. sq.

10. Nota voc. comestio; cf. VIII. p. 184. unde hic comestor, oris et comestus, a, um et haec **comestio, onis** et VIII. p. 522. edacio, ab ara **comestio** pro quo legerim edacia, avida comestio, ut edacia ab edax formatum sit, quemadmodum tenacia a tenax; cf. Non. p. 407. cf. du Cang. ed. Hensch. T. II. p. 463.

12. L. dentes excutit VIII. p. 197. edentare, dentes excutere et edentatus, edentulus, dentifragus et VI. p. 522. edentat, dentes excludit [l. excutit], quod vitium ex I. p. 678. n. 29. repetitum est. A. p. 328 n. 4. edentatus, dentibus abdicatus [?] P. edentare, dentes excutere, edentulus sine dentibus; cf. dict. ad Arnob. III. 14. p. 274.

16. Haec est I. glossa 677. n. 59., quam repetit Pap. qui tamen pro aedile habet aedili. Aliter explicat VIII. p. 183. et p. 192. aedilicius .i. res pertinens ad aedilem; Graev. ad Isid. Gloss. legi vult aut aedilitius, exaedilis aut aedilitius scriba, quod prius probat Oehler., non addita Graevii auctoritate. Ex aedile miror quî Graevius mutare potuerit. Notissima est forma ablativi aedile, quae sine dubio alteri praeferenda est; cf. Schneider Gramm. II. 1. p. 221. Ex aedile dictum est ut ex consule. Dein ex aedilis vellem et Graev. et Oehl. ex uno veterum scriptore aut glossario comprobassent. Quid scriba sibi velit, equidem non capio, quamquam sine ulla cunctatione id retinendum Oehler. censuit, et Graev. coniecturam nemini satisfacturam esse mihi persuadetur.

17. L. produxit partum. Non nego, me invitum partum scripsisse, quod produxit iam solum habet gignendi significationem; cf. Non. p. 372. Lucil. libr. XXVI.: ducunt uxores, **producunt,** quibus haec faciant **liberos**; cf. Intt. ad Sil. I. 112. Itaque pro partum erat, cum pariit legerem, quod legi volunt apud Cat. R. R. 89., ut prius iam emendavi apud Arnob. II. 18. p. 146.

20—22. VIII. p. 193. educare, nutrire, fovere, nutricare, alere, alumnare; p. 199. educamen, nutrimen, fomen, nutrimentum, alimonia, nutricamen; educatorius, nutricator confotor. Formationem alitor, quam Intt. aliquot vindicant loco Cic de N. D. II. 34., extat quantum scio, in nullo alio glossario.

23. VIII. p. 183. hoc edulium .i. cibus; et p. 194. edulium, cibus, epulum, cibarium, dapis. Ita lego in A. p. 326. n. 66. edulia, victualia pro eudolla vict. cf. p. 328. n 1. edulium, esus. Accuratius explicat Is. Or. XII. 1. § 13. Varr. de L. L. VI. §. 84. edo a Graeco ἔδω. Hinc esculentum et escae, edulia. P. **edulium** ab edendo quasi praegustativa comestio [cf. Fulg. Expos. Serm. p. 779. Munker.]; edulia, cibi, alimenta, apta ad manducandum. Formam edulium singul. num. me legisse apud scriptorem ullum non memini; nam apud Varr. VII. §. 61. lectio est dubia; cf. dict. mea ad Apul. V. 3. T. I. p. 315.

24. VIII. p. 198. edurus, valde durus, praedurus, quam durus, ubi lego perquam durus. A. p. 328. n. 2. edurum, satis durum. P. edurus, satis durus.

25. Pro effabilis l. ex seq. efficabilis. Effabilis enim significat, quod dici potest cf. Apul. Apol. c. 64. T. II. p. 578. ed. m. eoque paucis cogitabilis nemini **effabilis.**

26. L. sine effectu ex I. 678. n. 49.: effatui vaniloqui; sine effectu. Aliter exstat in VI. p. 522. effutare, mentire vel diffamare et effute, vaniloque, sine effectu et in A. p. 328. n. 7. effutae, vaniloquio, sine affectu [ubi l. vaniloque, sine effectu]. P. effatuus non agnoscit, sed habet: effutire, foras mittere, sicut garruli, inepte loqui; effutio, tis, foras aliquid effundere sine effectu, unde apparet Pap. aliam glossam ante oculos habuisse. Ita etiam Pl. extat: effutire, foras aliquid effundere vel producere cum garrulitate. Dicimus enim futiles homines vanos, superfluos et loquaces et est meta-

**Effecacia, perfectio.**
**Effecabilis, in omnibus expeditus.**
30. **Effecax, perdoctus, effabilis, agilis.**
**Effecax, impiger, in omnibus expeditus.**

**Efficit, permisit, dedit, eze ipsaca.**
**Effecta, languida, inherbata.**
**Effeminatus, eviratus, immoderatus, abrutus.**

phora a vasis, quia vasa rimosa non tenent, quae inieceris. Atque ita emendanda est glossa VIII. p. 198. effontire, venenose loqui vel foras emittere, in effutire verbose loqui aut vane, verbose loqui. Non. p. 103. effutire, cum mendacio dicere. Hinc vides et effatuus, compositum ex e praepositione et fatuus ut edurus, egelidus et effutuus posse comprobari. Mihi posterius ob analogiam magis probatur. Omnia enim quae in uus desinunt adiectiva, quantum scio, a pura verbi radice derivantur, ut viduus, caeduus, arduus, riguus, mutuus, occiduus, innocuus, perpetuus. Ita etiam fatuus non a fari formatum est, ut viri docti putant, sed a verbo fatari, quod habet Fest. p. 66. fatantur, multa fantur, unde apertum est, apud Sallust. Cat. c. 47. legendum esse, cui fatum foret nec cum Venet. 2. fatatum erat, quia significatio adversatur. Fatui vero dicti sunt, quod multa fantur et ut loquaces facere solent, vane, stulte ac sine effectu. Quia vero effatari, unde effatuus dici possit, non extat, et effari tantum de rebus aperte pronuntiatis et oraculo praedictis dictum invenitur, quia denique cetera glossaria, praeter Isid., ex quo glossator noster descripsit, formationem in u praeferunt, ego effutuus ubique legerim. Futio agnoscit Prisc. IV. 5. T. I. p 156. Krehl.; de effutire cf. dict. mea ad Apul. Apol. c. 3. ubi extat: mercenaria loquacitate effutierunt; T. II. p. 442. Ne tamen quid occultem, Du Cang. citat verbum effatuare .i. fatuum reddere.

28. 29. Etiam P. efficacia, perfectio, agilitas habet, at mihi perfectio perversa videtur huius voc. interpretatio, etsi scio, perfectus et effectus idem esse; cf. dict. ad Arnob. II. 39. Sed in subst., quae in acia desinunt, vis tantum inest eius rei agendae, quae verbo primitivo indicatur. Efficabilis glossa descripta est ex I. p. 678. n. 1.

30. VIII. p 196. efficaciter, fortiter; p. 198. efficax, fortis, vehemens, virilis, virtuosus, lacertosus, agilis, promptus. P. efficax, effector, velox dictus, quod nullam difficultatem habeat in qualibet re facienda [cf. Is. Or. X. 83.]. Itaque perdoctus non corrigo. Effabilis in efficabilis emendandum esse, iam supra dictum est.

32. L. efficit, perficit, dedit ἐξειργάσατο. Certe permisit et dedit ferri non possunt. Notum est apud optimum quemque scriptorem efficere ad adiectiva poni pro reddere, facere.

33. L. effeta, languida, enervata [innervata emendare non audeo, etsi innervis extat pro enervis apud Sidon. Epist. I. 6.]. VIII. p. 199. effoetus, laxus. VI. p. 552. effeta, languinia herba ubi l.: languida, enerva [quam formationem pro enervis apud veteres in usu fuisse probavi ad Apul. I. c. 4. enervam et exossam saltationem; cf. *II.* p. 65. enervus, ἄνευρος]. A. p. 328. n. 6. effeta, senex vel languidine enervata; et p. 326. n. 62. effecta [l. effeta] mulier frequenti partu fatigata. P. effeta, quod est adaperire, evacuare; effeta sine fetu, sterilis, longaeva dicta, quod sit frequenti partu excussa [l. vacuus cf. Intt. ad Horat. Sat. II. 3. 19. Virg. Aen. VI. 353.] effetus, exhaustus vacuatus, ubi nota, Pap. duas glossas perperam miscuisse; nam epheta est vox hebraica et significat adaperire; cf. du Cang. Lexic.; unde evacuare errore additum ab eo iudico. Dein in cod. Gloss. emenda effectus, lassatus, fatigatus, languidus, fractus sine affectu in: effetus .... sine effectu. cf. Serv. ad Virg. Georg. I. 81. Aen. V. 396. Effetus, ut fetus, rectius scribi probat Wagn. in Virg. Orthogr. p. 437. sq.

34. VIII. p. 194. effeminare, debilitare vel devirginare et p. 198. eviratus, effeminatus, debilitatus, imbecillatus, delumbis, elumbis, enervis, enervatus; A. p. 325. n. 20. effeminati, molles. Pap. effeminare, emollire quasi feminam facere, effeminatus quasi femina factus. Primum est effeminare instar feminae reddere, atque emollire, debilitare; ac potissimum de iis dicitur qui muliebri usu enervantur, ita ut effeminatorium lupercal significet; cf. I. p. 679. n. 44. effeminatorium, domus meretricum, et VIII. p. 198, ubi idem extat. Eviratus aut primaria significatione (castratus) aut translata (debilitatus) accipere poteris; nam effeminare pro castrare dici probant Gloss. Ison. ad Prudent. Perist. Hym. 14. v. 190. Immoderatus, quod per se huc pertinere non videatur, corrigere non ausim. In seqq. enim immoderatus explicatur abrutus, immodestus; et immodestus, effeminatus, unde immoderatus significare videa-

35. **Efferus, ferox, inmansuetus.**
**Effertur, funis ducitur EICILOMIZEI.**
**Effecit, sufficit, apiLe*ιαπο*XPH.**
**Effigies, imago, et t'mentarium, simulacra.**
**Efflagitat, petit vel poscit.**
40. **Effligit, elidit.**
**Effluit, exaluit.**
**Effoevi, adulescentes, inbarbes.**
**Effoemeris, cottidianis diariis.**

tur eum, qui modum in libidinibus excedit. Nec minus abrutum probum est, quod apud aliquot posterioris aevi scriptores legitur, ut in Privil. Agiradi Episcop. Carnot. ann. 696. apud Felibian. in Hist. Monast. S. Dionys. p. XVII., abrutis palearum sordibus, quem locum citat du Cang. v. Est abrutus idem, quod excussus, vacuus, quam significationem voc. effeminatus respondere elucet. Significatione devirginandi nuspiam inveni effeminare dictum.

35. VIII. p. 202. efferus, saevus. P. effera, ferinae mentis, aspera; efferor, aris, efferatus, mente ferina affectus, sine ratione, immissus [remissus?] Efferri enim est superbire, ut explicat P.: effero, fero, lacero, superbio, ubi lacero quid sibi velit non capio, unde erat ut emendarem iacto vel tumeo. VIII. p. 194. efferre, effervere, calefacere, ebullire [de rebus ad quas magno impetu commovemur ac trahimur].

36. L. funus ducitur ἐκκομίζεται. Graece enim ἐκκομίζειν de mortuis dici probat praeter multos vett. locos voc. ἐκκομιδαί exsequiae. *Il.* p. 61. De efferre voc. significatione cf. Serv. ad Aen. XI. 183. ibiq. Intt., quos vide etiam ad Petron. c. 111.

37. Haec glossa qui explicari possit, non habeo. In seqq. legendum est ἀρκεῖ, ἀποχρῇ, quod efficit neutiquam significare posse, cuique patet. Coniicio, corrigendum esse inficit, sufficit, ita ut per glossatorem temerarium addita sint graeca vocabula, qui quid sufficit hic significet, non intellexerit. Infectus et suffectus de rebus dici colore cinctis, demonstrant Intt. ad Aen. II. 210. et ad Val. Flacc. II. 105. cf. Non. p. 386. Ceterum nota etiam infra sufficit explicari efficit.

38. In hac glossa me vexant voc. et t'mentarium. Primum enim contra morem est glossatoris, quod hic inter singulas glossas et particula posita est. Hinc lego exemplarium, quo vocabulo utitur Arnob. VI. c. 13. **exemplarium** fuisse perhibetur vel lineamenta, sed tum unde rium additum sit non video; pro simulacra l. aut simulacri aut simulacrum.

40. A. p. 328. n. 5. affligit, allidit [ubi l.: elidit, quae duo vocab. saepius a librariis commutantur; cf. Schneider. ad Colum. R. R. IV 20. §. 2.]

41. L. efflavit, exalavit i. exhalavit, ut etiam infra corrupte legitur exaluit, effluit. P. efflare, spirare; effluere, largiter fluere, atque ita emendo in VI. p. 522. effuit, larguit aut in effluit, large fluit aut effluit, fluit largiter. Forsitan etiam corrigere possis effudit — largiit, ut largii Perf. sit voc. antiqui largio cf. Non. p. 470. v. largi.

42. L. ephebi. VIII. p. 190. Ephoebus, hi .i. iuvenis imberbis; et p. 198. ephoebus, iuvenis, impubes, pubeta, investiceps, nephrendines, imberbis, primipilus, adolescens, puellus, iuvenculus (ubi nota primum voc. pubeta; cf. I. p. 692. n. 24. pubeta vel pubeda, adolescens. VIII. p. 408. hic pubeta, ae, .i. iuvenis, quod etiam hic pubeda, ae dicitur, unde Martianus Capella: pubeda vixdum vel paterna contremens, et p. 467. pubeda, iuvenis, pubes, adolescens, ephoebus, pubeta, pubeda, iuvenis, puellus. Apertum est ex Fest. p. 27. v. bulima legendum esse ubique bupeda: **bulimam** Graeci magnam famam dicunt, assueti magis et amplis rebus praeponere *βου* a magnitudine scilicet bovis. Hinc est quod grandes pueri **bupedas** appellant, quo accedit, quod in optimis Capell. I. §. 31. et IX. §. 908. Kopp. bupeda invenitur. Dein pubeta s. pubeda non habet, quantum scio, analogiam. De terminatione da Latinorum ex graecis vocc. formata cf. Kopp. ad Mart. Cap. p. 72. Inde formarunt bupedare .i. pubescere cf. VIII. p. 467. pubescere, crescere .... pubetare. Pro nephrendines legendum est nefrendes, quod tamen hic non aptum est; cf. Fest. p. 106. et p. 176. Tum nota primipilus, quod errore glossatoris hic positum est quia ex pilus i. capillus et primus compositum perperam existimavit.) A. p. 327. n. 132. ephebus, adolescens, qui non habet barbam, ut Pl. p. 458. ephebi, imberbis et I. p. 678. 10. ephebion, locus constuprationis puerorum imberbium [unde emenda VIII. p. 199. ephoebian locus, ubi iuvenes prostituebantur]. P. ephebus, adolescens, imberbis, a phoebo dictus .i. sine colore [cf. Is. Or. VIII. 11. §. 54.] Hanc etymologiam veteribus in usu fuisse, docet allusio Martian. Cap. I. §. 31. ubi Apollo se ipse imberbem dicit. Formam imbarbus, quae hic legitur, quamquam altero exemplo confirmare non possum, defendi possit ex voc. imbarbescere, quod habet Fest. p. 81.

Effugium, locus, qui fugientem recepit.
45. Egerimus, tollimus.
Egestas, penuria, inopia.
Egestio, degestio.
Egit, gessit.
Egone, ego ergo, numquid ego.
50. Ego quidem, equidem.
Egredi, evitare.
Egreditur, exit, proficiscitur.
Egregiae, extantiae.
Egregius, magnus, summus, nobilis.
55. Egressus, profectus.
Egressio, exortus.

44. VIII. p. 193. ephemeris, tabula manualis, Iuvenalis: in cuius manibus quasi pinguia sucina cernis ephemerides; A. p. 326. n. 74. effimere, cotidianares, ubi Oehler. recte correxit ephemeris, cotidiana res; et p. 327. n. 31. epemeris, quod habent mathematici, unde litigant dies singulis [ubi emendo unde eligunt dies singulos cf. Plin. Nat. Hist. XXIX. 1.] et n. 125. epimeri, adbreviatio rerum n. 141. enphemerides, duplex res et p. 328. n. 36. ephemercis, quam habent mathematici, et inde colligunt singulum diem. VI. 523. Ephemerides, rationes; ephemeris, abbreviatio rerum in breve. effemeris gr. unius diei gestio, hoc apud nos diarium vel diurnum vocatur; effemerides libri, quibus coditiani actus scribi solent. In nostro glossario emendari nequit, etsi ephemeris nominativus non respondet sequenti dativo, quod errore glossatoris fieri potuit, qui is terminationem latinam esse putavit. Quid in gloss. Ampl. interpretatio duplex res sibi velit, doctiores videant.

45. et n. 47., ubi pro degestio l. digestio. Priorem glossam habet VI. p. 522., ubi corrupte scribitur egerimcus tolincus; cf. Ovid. Trist. IV. 3. 38. egeriturque dolor. Deinde et foras mittere, emittere potissimum dicitur de vomitu et excrementis; Pap. egerere, vomere vel per anum emittere. cf. VIII. p. 193. egerere, foras emittere vel evacuare; egestus, foras emissus vel vacuatus. Statius Thebaidos: egestas alternis mortibus urbes p. 198. egestare, egerere, foras emittere; et p. 199. egestuare, fluctuare, egerere ubi l. egestare, eructare, egerere. Huc refero I. p. 678. n. 2. et p. 679. n. 4. egeria, noxia et egestio, nocens, qua in explicatione vomens vel simile quid inesse puto, quamquam quid corrigendum sit, nescio. Certe mihi Reines. Varr. L. I. c. 8. nunquam persuadebit, Nixia esse legendum, quod Egeria sit nympha, quae praesit puerperiis. Item egerare, quod in P. legitur et explicatur spernere, detestari et execrare et VI. p. 522. egerare, dispernere [l. desp.] detestare et egerate, execrate, aut in egerere aut egestare emendandum est. Glossam despernere, detestare certam puto ex corrupto voc. execrare, quod prius fuit excreare s. exscreare, unde factum, ut activa forma execro hic appareat pro deponentiali.

51. Legendum aut ebitere aut eviare esse, antea censui, quam lectionem confitendum est leviter tractanti primo aspectu arridere posse. Nunc vero egredi, evitare retineo, quia evitare est declinare, recedere atque ita aliquot locis egredi usurpatum esse video; cf. Cic. Brut. 21. §. 82. ut egrederetur a proposito ubi de hoc voc. accuratius egit Ellendt., qui Graecorum παρέκβασις comparat. Quamquam largior, declinare et evitare hac quidem significatione non plane eadem esse, tamen ex more est glossatorum, ita singulas vocc. notiones inter se confundere; cuius moris plura adhuc iam protuli exempla. Ita etiam in seqq. explicatur evitare, egredi, declinare, obtundere. In Fragm. Port. extat: (eg) reditur exit, iter facit, iter initiabit (vit), egreditur, proficiscitur, iter tendit; egreditur, iter agit, peragit, gressum dirigit.

53. De hac glossa ad n. 316. accuratius agam.

54. Fragm. Port.: (egre) gia, modesta, honesta, bene morata, probata. taciturna, casta, faceta, venusta, admirabilis. [Egr] egia, decens, recta, amabilis, nobilis — festiva, gravis, grata. elegans — nobilia, praecipua, magna, — [Eg] regium, gloriosum, magnum. — [Eg] regium (am?) laudem, praeclaram gloriam. — [Egr] egie, excellenter, mirae, magnifice — insigniter, mirifice, granditer — cordate, nobiliter, pulcherrime — perfecte, noviter [l. naviter] honestissime, divine — maxime, praecipue, eximie — praesertim, unice, singulariter [sum] me, prime [apprime?] — [Eg] regium, optimum, magnum, primum — gloriosum aut praecipuum, graece [l. grave] [Egr] egius, erectus, evigil [quod etiam in Pl. p. 461. extat, ubi evigil ex malo glossatoris interpretamento adsutum existimo. qui quid hic erectus sibi velit non intellexit] Egregius, altus vel magnus — summus, magnus.

Eiecitat, eructuat, emittit.
Eierat, iurat.
Elanguit, inherbavit.
60. Elabitur, lubricat.
Elatum, superbum vel elevatum.
Elatus, ambitiosus, superbus, αλαζων.
Electio, optio.
Electum, delectum.
65. Electrum, aurum mixtum.
Elegit, diligit, probat.
Elementa, caelum, terra, aqua, aer, sol, ignis.
Elicit, provocat, evocat, excitat.
Elicuit, exclusit, expraesit, elimavit.
70. Elicuit, deportavit, promeruit.
Elidit, effregit, exprimit.
Eliditur, frangitur.

57. L. eiectat, eructat, emittit; cf. VIII. p. 196. eiectare, foras emittere — p. 199. eiectare, eicere, foras proicere. VII. p. 522. eiectat, eminuit [ubi l. emittit] et A. p. 528. n. 8. eiectat, emittit, eructat. Fragm. Port. eiectantem atque ita emendo postea in h. fragm. electat, rutat in eiectat ructat, uti peccatum est etiam in Pap. Gloss. Eiectat, emittet, eructuat. De significatione vomendi cf. Burm. ad Quint. XI. 3. p. 1008.

58. Haec glossa aperte falsa est. Aut legendum existimo eierat, eiurat, ita ut glossator significare voluerit pro eiurare etiam dici eierare, quod rarissime invenitur; cf. Cic. Orat. II. 70. ibique Intt., aut eierat, abiurat, ut postrema voc. eierat syllaba propter litterarum similitudinem exciderit. Nullo enim veterum loco et glossario confirmari potest, quantum equidem scio, eierare pro simplici iurare unquam dictum esse.

59. L. elanguit, enervavit vel innervavit. Supra iam dixi, constanti errore scribi in hoc gloss. inberbatus, inherbavit, unde colligere possis, ubique innervavit scribendum esse, cum innervis aperte reperiatur, atque etiam Salm. ad Spart. Ver. I. ita scribendum a'iquot locis ex codd. existimat. Ceterum ad coniecturam ne refugias, etsi notum est elanguere activa notione nunquam inveniri, quod in his rebus glossatores non ita accurati sunt; multo minus ex tali interpretamento colligere velis, elanguere activa significatione dictum esse. Ita etiam in seqq. lubricat non recte explicatum est, quia semper est lubricum reddere et exaruit, siccavit; cf. Fragm. Port. elanguit, exspiravit, desivit, abilitus est [abolitus], cessit, absorta est [absorpta].

61 Fragm. Port. elactio [l. elatio] lactatio [iact.] obstinatio — venulatio [l. ventilatio] audacia; temeritas, confidentia, improbitas, nequitia. Pap. elatio, iactatio, confidentia. Hinc emendo VI. p. 522. pro ellum — multum confidens — elatum m. c.

65. A. p. 327. n. 142. electrum, aurum et argentum mixtum; et p 328. n. 9. electrum et argentum incoctum et ignis aera, qua terra, ubi vides duo glossemata errore aperto conflata esse et legendum elementa coelum et ignis, aer, aqua, terra. Pap. electrum guma (?) arborum (gummi) succina; electrum dictum, quod ad radium solis clarius auro resplendeat. Sol enim a poetis electrum dicitur; huius metalli natura est, ut ad lumina clarius cunctis metallis fulgeat et venenum prodat. Nam si illud infundas veneno, stridorem edit et colores varios emittit [cf. Is. Or. XVI. 24. §. 1—3. et ibid. 8. §. 6.]. Electri tria sunt genera: unum quod fit permixtis tribus partibus auri et una argenti. Hoc pretiosius auro. Alterum est succinum, quod sudat de arboribus pini, quae electrinae dicuntur. Fertur quoque naturale electrum. Vulgo vero asinaltum dicitur (ubi lege aurichalcum s. oricbalcum. cf. Intt. ad Fest. p. 310.).

66. L. eligit.

68. VIII. p. 194. elicere, foras emittere, ubi rectius scribi puto eiicere (cf. supra ad n. 57.) et electare, elicere (unde elices fontes quae (?) ex se aquam eliciunt cf. p. 193.) A. 327. n. 134. eliceretur, extorqueretur. P. elicere, producere, extrahere, sollicitare, evocare, elices sulci in maribus, per quos aquae eliciuntur. Peculiare est voc. de sacrificiis et evocationibus manium deorumque; cf. dict. mea ad Arnob. V. 1. p. 409. et ad Apul. Met. XI. 21. p. 1066.

69. L. extrusit, expressit, eliminavit. Elimare enim voc. significatione stare nequit, est enim purgare, erudcrare, ut explicatur VIII. 195., ut corruptum puto in loco, quem du Cang. citat v. eliminare, quod pro elimare dictum esse prave putat. De extrusit et expressit non est quod dubites, cum latine dicatur lacrimas elicere is, qui nolenti lacrimas extorquet s. exprimit; cf. Intt. ad Plaut. Trin. II. 2. 13. De coniectura eliminavit disceptatio fieri possit, cum sit extra limen eiicere, efferre, uti Pap. explicat; at omnino significat extrudere, unde defendo.

**Eligenter, faetiè, iucunditer.**
**Elinguus, mutus.**
75. **Elisios, campos beatos.**
**Elisit, exprimit.**
**Elito, alto.**
**Elogium, textum malorum gestorum quod notariam dicunt.**
**Elogium, vituperatio vel exhereditatio vel titulum cuius libere.**

80. **Eloquens, facundus.**
**Eloquentia, facundia.**
**Eloquitur, bene loquitur, effatur.**
**Elubio, dilubium.**
**Eluciens, producens.**
85. **Eluvies, lycor.**
**Eluit, deluit, delavat.**

Quid vero sequens glossa deportavit, promeruit sibi velit, per se non constat, cum elicere hac significatione nunquam dicatur. Puto per glossatoris inscitiam deportavit additum esse, quia eliminavit praecessit, quod utrumque voc. ad significationem sibi respondet. Pro promeruit ego lego promovit, quod sua notione voc. elicere convenire queat.

73. L. eliganter, facete. Notum est, in antiquis libris etiam eligantia, eligans, eliganter scriptum inveniri. Eligenter pro eliganter probare, etsi Cic. ipse Cic. de Nat. de II. 26. ita explicat, minus audeo. VIII. p. 199. eleganter, electe, elegantissime, electissime. A. p. 328. n. 13. elegatus, speciosus, ubi lege aut elegantes, speciosos aut elegantius, speciosius. De voc. eligans cf. du Cang. Lex. T. III. p. 28. Henschel. Ita infra v. facete, eliganter. Ceterum nota adv. formationem iucunditer, quam inveni tantum in Iansson. Auctar. Gloss. Isidor. ubi extat: eligantes, urbani; eliganter, facete, ioconditer.

75. P. Elisii campi apud inferos esse dicuntur, ubi piorum animae post corporis animaeque discretionem habitant, unde dicti apo tes liseries .i. interius (ubi l. ἀπὸ τῆς λύσεως i. e. interitus) quasi post (l. positi) inter animam et corpus. Quod secundum poetas in medio est inferiorum suis felicitatibus plenum: Secundum philosophos insulae fortunatae, secundum theologos iuxta lunarem circulum, ubi iam purior est aer. (Hoc glossema compilavit P. ex Serv. ad Virg. Aen. V. 735.).

76. Ita emendo A. p. 328. n. 15. elisum expressum, pro elixum, exversum.

77. Hanc glossam errore hic positam iudico. Lege enim edito alto.

78. 79. Pl. p. 457. Elogium, elogia, laudes electae, ut puta, si quis in basi statuae alicuius laudes scribat aut in titulo imaginis elogia dicuntur. I. p. 678. n. 36. eligiis, criminibus vel carminibus malis, ubi, nisi duo hic glossemata inter se confusa sunt, certe in priore legendum est elogiis et 50. elogium, textum malorum dictorum, quod notoriam dicunt p. 679. n. 19. elogium, narratio, numerantis [ubi lege criminantis] vel ordo criminum et: elogium, responsum aliquod, ubi ratio redditur, tanquam si dicat aliquis de quoquam: exheredabo eum, quare? quia mihi insolens fuit. VIII. p. 193. elogium, ordo criminum vel vitiorum. VI. p. 522. elogiis, carminibus vel criminibus malis et elogium, ordo criminum vel vitiorum. A. p 326. n. 64. elogium, testimonium [ubi VIII. p. 193. habet eulogium, testimonium, cantus] p. 327. n. 185. elogiis verbis (?) p. 328. n. 14.: elogium, responsum aliquod, ubi ratio redditur, tamquam si dicat aliquis de quopiam, exeredabo eum, quare? quod mihi frequenter insolens fuit, quod pie me non tractavit; et elogium, textus malorum, notariam quod dicuntur (l. dicunt). P. elogia, laudes enucleatae summatimque collectae sive archana vel mysteria dei (ut Pl. p. 460.) vel carmina vel criminalia mala. Elogium hereditatis in malo (ubi l. hereditas in malo ex Fulgent. Exp. Serm. p. 566. M. elogium est hereditas in malo. Tac. L. Tacit.: Caesi itaque morum elogio in filiis derelicto) ordo criminum, titulus cuiuslibet rei (ut l. in nostro gloss.) proverbium, prosapia. Hereditatis et exheredit atio, quod apud Pap. et in h. gl. ex Fulgentio legitur, intrusum esse apparet. Ceterum Fulg. Taciti locum male intellexisse quisque videt. De hoc v. cf. dict. mea ad Apul. Apol. c. 90. T. II. p. 628. sq. et ad Arnob. IV. 36. p. 403.

83. L. eluvio, diluvium, ut est in A. p. 328. n. 11. et in P. cf. Non. p. 105.

84. L. eliciens prod.

85. Emenda eluvies, liquor ut infra v. licor et A. p. 326. n. 84. et p. 328. n. 10. eluvies, liquor, quo aliquid eluitur. P. eluvies vorago, liquor, lasciviae, fossae, sordes a luo,

**Eluxit, delavat.**
**Em luctum deposuit.**
**Emanat, increpatio vel admiratio.**
**90. Emanat, erumpit.**
**Emanet, excubat.**
**Emax, tenuis, macer vel qui emere amat, emptor.**
**Ementitur, valde mentitur.**
**Emergere, exsurgere.**
**95. Emersit, exurrexit.**
**Emersiones, labbes.**
**Emit, mercatur, nudit.**
**Emicat, subtio, splendet vel apparet.**
**Emicuit, fulsit, splenduit.**
**100. Eminens, praecellens, altus.**
**Eminiscitur, in memoriam revocatur.**
**Eminus, longe, procul vel non longe.**
**Emitatio, aemulatio.**
**Emittit, exstat, eructuat.**
**105. Emolumentum, fructum laboris vel luorum.**
**Emporium, locus super mare.**
**Emprodere, excludere.**
**Emuniles, modice aeminentes.**
**En, ecce, est, instat.**
**110. Enarrat, edisserit, explanat.**

luis ubi emendo colluvia cloacae. VIII. p. 194. eluvies; macula, sordes, colluvia, piaculum, colluvium, colluvies, labes.

87 — 90. Errore glossatoris delavat bis scriptum est atque effectum, ut perverso loco glossemata sint posita. Eluxit est luctum deposuit, ut constat. VI. p. 522. em est admirantis.

91. Emanere est extra manere cf. Stat. Theb. VII 650.

92. ut habet VI. p. 522. VIII. p. 192. emax, quod cito emitur VII. p. 559. Emacitas, emendi aviditas vel macitudo [l. macritudo ut habet P.] et VI. p. 522. Emacitas, emendi aviditas. Emacitas, macritudo. A. p. 326. n. 76. emax, empor [l. emptor] (P. habet emor) n. 81. emax, macer, tenuis; 328 n. 20. Emacitas, emendi aviditas, ut habet I. p. 678. n. 27. Persuadere mihi non possum, emacem esse macrum et errorem existimo esse glossatorum, qui, quod voc. emacitas duplicem habere significationem videbant, easdem etiam in emax inesse opinabantur. Per analogiam ceterorum verborum in ax desinentium emacax formandum fuit a maceo. Altera tantum emendi notione emax apud priscos legitur.

93. ut habet A. p. 328. n. 21.

94. A. p. 325. n. 33. emergit, exsurgit. Ceterum nota voc. emersiones, quod alibi non legitur praeter gloss. infer. labes, emersiones, quae tamen explicatio mihi probari nequit.

97. L. emit m. vendit. cf. A. p. 328. n. 18. empta, vendita; emit enim qui vendit, ut P. emere est ex alieno meum facere .i. dare meum et accipere alienum.

98. L. subito splendet. VIII. p. 199. emicare, fulgere, splendere, coruscare, radiare, cluere, nitere, gliscere fulgurare, P. emicare, praefulgere, exilire, exultare, unde l. VIII. p. 200. pro eminare, emicare, erumpere, effluere, decurrere, emanare cett.

101. I. p. 678. n. 31. et A. p. 328. n. 19. E. in memoriam revocat; VI. p. 522. et P. em. in memoriam reducit. Itaque pro revocatur lego h. gl. revocat. cf. Intt. ad Varr. de L. L. VI. §. 44.

102. A. p. 327. n. 135. Eminus, prope vel longe. P. eminus, procul, ex intervallo .i. longius cominus proxime, non longe, prope, ex qua glossa vides, quî exorta sit perversa voc. prope explicatio, quam eminus habere nequit. Nota VIII. p. 200. extare eminus, in promptu, in aperto, palam, in propatulo, coram, sub divo, quae significatio nullo veterum loco probari potest.

103. L. imitatio.

104. L. eiectat, eructat.

105. L. vel lucrum. A. p. 326. n. 65. Em. mercis laboris (l. merces).

106. P. emporium, locus supra mare, locus ubi negotiatores exercentur (ubi l. negotiationes, ut habet VI. 522., ubi male scribitur emptorium). VIII. p. 192. empurium, emtorium (l. emporium) ubi aliquid emitur. A. p. 327. n. 23. emporium, supremare locus, ubi homines negotiantur.

107. Idem extat in Reg. n. 7641. Est exprodita cf. infra ad n. 310.

108. L. eminulae, modice eminentes. cf. VIII. p. 191. eminulus .i. aliquantum eminens VII. p. 559. eminulus, modice eminens. VI. 522. eminulis, eminentibus modice, ut habet etiam A. p. 329. n. 16.

**Eucenia, initia vel dedicationes.**
**Enervavit, elanguit.**
**Enerbis, sine virtute.**
**Enica, adultera.**
115. **Enigma, similitudo vel obscuriloquium.**
**Enitescit, splendescit.**
**Enitor, conor.**
**Enituit, splendit, effulsit.**

111. i. ἐγκαίνια. cf. VIII. p. 193. encaenia, dedicationes, et p. 200. encaeniare, sollempnizare (l. solemniare) celebrare, dedicare; inde encaęnia, dedicationes; cf. du C. v. encaenia et encaeniare.

112. 113. cf. supra 59. VIII. p. 191. enervare, denodare vel debilem facere et en., deflorare, enodare p. 195. enervis, effeminatus; p. 200. en. debilis, quasi extra nervos; enervatio, pigritia, exinanitio, evacuatio (ubi enervatio et eviratio confusa apparet) et p. 202. enervis, debilis, sine virtute, A. p. 328 n. 25. enervis, sine virtute et p 23. enervum, emortuum. (De terminatione enervus cf. dict. mea ad Apul. p. 26.). P. enervare, debilitare; enervatus. sine fortitudine, exulceratus (?) enervis, sine nervis .i. virtute.

114. Mirifice in hoc voc. Gl. consentiunt ut I. p. 679. n. 32. [ubi additur moecha] p. 679. n. 2. A. p. 326. n. 82. 328. n. 27. (ubi scribitur enicha) et P. Nans. voluit ethnica, probatum Oehlero p. 241. Ego malim eunica i. cubicularia εὐνική, quod (nomen proprium) extat in Inscr. Murat. 933, 11., et idem est atque eunuchus. De significatione quidem non dubito.

115. I. p. 679, 8. aen., obscuriloquium. VIII. p. 200. aen. obscura locutio similitudo. A. 326. n. 61. en. obscura pars et p. 379. en. similitudo (et ita lege p. 328. n. 86. pro emblemma, obscuritas: enigma). VIII. p. 198. extat aenigmaticus, expositivus, ad exponendum obscurus. Noli emendare expositivus, quia idem est quod exponendus. P. enigma, obscuriloquium, obscura. De voc. signif.: similitudo vel imago cf. Intt. ad Prudent. Cath. X. 143.

117. P. eniti, conari, elaborare generis deponentis. VIII. p. 202. eniti, cogere, parere pro quo legendum est conari, parere, de qua posteriore notione infra dicam. VI. p. 522. enisus est, perambulavit, quae interpretatio probari possit, quod eniti dicitur de locis, quae transscendimus et regionibus, quas magna cum difficultate peragramus; cf. lex.

118. L. splenduit.

**Enixa, partu lebata.**
120. **Enixe, sedule, impense**
**Enixus, generatus, creatus.**
**Enodabile, quod solvi non potest.**
**Enormis, ingens vel supra modum vel sine mensura.**
**Ensis, gladius.**

119—121. Pl. p. 457. enixa, duas res significat et conata ad efficiendum aliquid et quae partu laborata est mulier [l. liberata]. Niti enim vel eniti, conari vel efficere est. P. enixa, conata ad eff. aliquid vel partu liberata. Enixius, distinctius, manifestius. cf. Non. p. 57. et p. 297.: enixa dicitur partu levata cett. et p. 458. enixas non in partu solum possumus dicere sed etiam omni labore exercitas. Serv. ad Virg. Georg. IV. 199. cf. Schneider. ad Colum. VI. 22. §. 1. Enixus etiam passiva notione dici pro generatus, probat locus Iustin. XLIII. 2 §. 7. in luco Martis enixi sunt; ibique Beneck. p. 482. Eckst. ad Voss. Arist. T. II. p. 753. et du C. T. III. p. 51. H. Unde vero P. significationem manifestius habuerit, equidem nescio.

122. L. quod s. potest. VIII. p. 200. enodabilis, solubilis, extricabilis, explicabilis, deflorabilis [declarabilis?] interpretabilis, intelligibilis, advertibilis, scibilis, cognoscibilis. P. enodare, de nodo tollere, declarare, planum facere; cf. Non. p. 15.

123. Pl. p. 459. enormia, grandia vel ingentia. A. p. 327. n. 124. enormis, sine mensura. P. enormis, ingens, sine mensura vel forma, vel cui nihil addi minuive potest, quae postrema habet VI. p. 522. et I. p. 679. n. 27., v. enormate, ubi tamen corrupte extat: cui addi minus nihil potest. Huc trahi possunt glossae I. p. 678. n. 8 et 679. n 14. exornis, immanis, pro quo cod. Voss. teste Oehl. habet exorius. Oehl. praefert enormis, quod iam Vulc. emendavit, exhorris praeterea coniiciens. Hanc coniecturam falsam esse probat Pap., qui non solum distinguit inter enormis et exorius sed etiam addit immanis, insipiens, unde apparet enormis non aptum esse. Excors, quod per significationem probari possit, per formationem displicet; erat cum ego emendarem aut excordius (formatum ut expertius, (VIII. 201.) expers, extorris, immunis) aut excordis (formatum ut exossis) aut exorbis (formatum ut exos, exsanguis. exsors, exlex) quod extra orbem va-

125. Enucleavit, exposuit.
Enuntiat, denuntiat.
Enutritor, alitor.
Eoes, horientalibus.
Eo magis, ideo magis.
130. Eominus, valde minus.
Ephemeris, quam habent mathemaci, unde nomina colligunt.
Epilogium, novissima pars controversiae, quae praeces tantum habet.
Epimenia, xenia quae dantur per singulos menses.
Epithalamigium, nuptialis locus.
135. Epotata, austa.
Epotebus, puer inbarbis.
Epulatur, vescitur.
Epulantur, conbibunt, diliciantur.
Equando, aliquando vel aliquando ex tempore.
140. Equat, equiperat.
Equidem, ego quidem.
Equiperat, equitem facit, equat.
Equus, sonipes.
Earadicat, vieneat, eruncat.
145. Eranus, stirps.
Erectus, avulsa.
Ereptoria, admanda icat reddenda.
Erevum, profundum, infernum.

gatur, atque ita viam certam superat; exhorris nec per analogiam nec per notionem probari queat. De voc. enormate cum aliis (cf. du C. et Oehl., qui enormale coniicit) non haereo. Nam ut similis facit similare et levis — levare, non video, cur enormis non enormare faciat. Ita formatur edulcare elinguare enervare enodare. Certe enormitare frequentativum in usu fuisse docet du C. T. III. p. 51. H. Enormale quod Oehl. maluit, compositionis regulae adversatur, quod derivata adiectiva Romani cum e praepositione non componunt. Triplex enim est classis eorum adiectivorum, quae cum ex praepositione iunguntur: 1, cum adiectivis, in us desinentibus: edurus, egelidus, exalbidus, eiuncidus, elanguidus, evanidus, axaridus, expallidus, expavidus, exsuccidus, extrilidus (?) 2, cum substantivis: effrons, elinguis, elumbis, enervis, egrex (quod Gloss. habent) exanimalis, exanimis, excornis, excors, exlex, exos, expers, exsanguis, exsomnis, exsensus, exsors, exspes, exsuccus, exunguis, 3, quae a verbis cum e compositis derivantur in bilis ut eluctabilis, emendabilis al. Restant duo deminutiva edentulus et eminulus. Unum, quod superest adiectivum, quod ad coniecturam comprobandam Oehl. afferri possit, est emortualis a Plauto usurpatum, cuius primitivum est mortualis. Sed habet intensivam, non privativam significationem.

125. Pl. enucleo, perpendo. VIII. p. 192. enucleare, declarare, exponere, reserare, propalare. VI. p. 522. enucleatum, sculptum, elimatum, politum. P. enucleare, aperire, extra nucleum ponere. cf. Non. p. 60.

128. L. eois, or. Pl. p. 456. eous est homo de oriente. ἕως aurora vel lucifer, quae repetit P.

131. cf. ad 43.

132. ut P. cf. Cic. Orat. II. 69. cum in epilogo misericordiam se movisse putaret. A. p. 328. n. 33. Epilogus et epilogium novissima pars controversiae flebilis ad misericordiam iudicum commovendam.

133. Ita habet I. p. 679. n. 28. VI. p. 523. A. p. 328. n. 35., nisi quod scribunt senia et P.; ubi male extat exenia.

134. L. epithalamium. VIII. p. 201. epithalamium, nuptiale carmen; A. p. 326. n. 116. ep. carmen nubentium et p. 327. n. 176. epithelamium, laus thalami [unde corrige h. l. nuptialis laus aut n. iocus]. P. Epithalamia sunt carmina nuptiarum, quae decantantur a scholasticis in honorem sponsi et sponsae.

135. L. hausta. VI. p. 523. ebotata, ebibita.

136. L. ephoebus. Nota scripturam inbarbis ut supra n. 42. et infra v. puer imbarbis.

137. Ego legerim convivant i. convivantur (cf. Non. p. 474. convivant pro convivantur cett.) deliciantur ut supra D. n. 93.

144. L. eradicat. Pro vieneat lego runcinat vel eruncinat cf. Arnob. V. 28. Not. Tiron. runcinat, eruncinat, aut quod mihi magis probatur vellicat.

145. L. eranus, stips. cf. Intt. ad Cic. Epist. ad Att. XV. 5. et ad Plin. Epist. X. 93. du C. v. Cantarium.

146. 147. L. erepta av. et er. adimenda, reddenda ex I. p. 678. n. 52., sed utroque loco corrige aut recidenda, ut Exc. Pith. habent, aut redimenda. Aliter explicat du C. T. III. p. 71. H.

148. L. erebum (infra herevum).

Erga, circa vel iuxta.
150. Ergastulis, auris operibus.
Ergastulum, carcer, ubi servi includuntur.
Ergastulum, metallum.
Ergata, operator.
Ergo, erigit, igitur vel deinde.
155. Erupit, adtollite.
Eripuit, abtulit.
Errogat, planum facit.
Eros, dominus.
Error, vaticinatio.
160. Errores, contionatiores.
Eructuat, a corde emittit.
Eruditio, disciplina, doctrina.
Eruditus, doctus.
Eruli, domini.
165. Eruit, egerit.
Erumna, pestilentia, calamitas.
Erumpit, emanat.
Eruncare, eradicare.
Escudit, excudit, frabricat.
170. Essedum, vehiculum.
Esse, manducare.
Esitat, minatur, dubitat, vel trepidat.
Esentia, extantia, natura, substantia.
Este, imperativus modus tempore praesenti.

Pl. p. 456. erebus per b non per v. Est autem maritus noctis paterque furiarum et socius chaos. A. p. 327. n. 127. erebum profundum. cf. Serv. ad Virg. Aen. VI. 404.

149. Hinc emenda I. 678. n. 24. ergat, circat. cf. P. erga gr. peri significat, sed aliquando affectum demonstrat, quae extant in Prisc. XIV. 3. T. I. p. 598. Kr. cf. Hand. Turs. T. II. p. 438. Hinc VI. p. 523. erga aput, quod corrige etiam Pl. p. 461. erga caussa vel aperta, ubi praeterea ergo et erga confusa sunt.

150. 151. Pl. p. 457. ergastula dicuntur a graeco, ubi damnantur noxii ad aliquod opus faciendum, ut solent gladiatores et qui, puta exules, marmora secant et tamen custodiis alligati sunt. I. p. 678. n. 19. erg. carcer vel locus ubi damnati marmora secant vel aliquid operantur, quod Latine talentum (l. Tullianum Oehl. emendat taberna?) sub privata custodia, ubi non sunt tenebrae. VIII. p. 200. ergastulum locus damnatorum carcer. VI. p. 523. ergastulum, metallum. A. p. 327. n. 117. ergastula, ubi damnati aut marmora secant aut aliquid operantur. Si P. sequi velis habentem: ergastulum, durum opus aliquid, fere nulla litera mutata corrigere possis ergastulis duris operibus aut lege: ergastulus servus operarius, de quo v. Non. p. 447., contra quem disputat Lips. Elect. II. 15.

152. VI. p. 527. et P. ergata, vicinus aut operator et A. p. 326. n. 90. ergata, vicinus.

155. Erigit ego ex insulsa repetitione particulae igitur exortum puto. De signif. deinde vide, quae disputat Hand. Turs. T. II. p. 464.

156. 157. L. eripite, attollite. cf. Non. p. 246. attollere, auferre cett. et eripuit, abstulit; abtulit enim nullo exemplo confirmare possum.

158. L. erugat ex I. p. 678. n. 43. et A. 328. n. 43.

159. [et n. 164.]. L. herus. I. p. 678. n. 41. eruli, domini, quibus addunt Exc. Pyth. dominuli. Idem extat in VI. p. 560. et A. p. 327. n. 127. De scriptura erus pro herus vide Intt. ad Fest. p. 420.

160. L. errores, vaticinationes. Prius extat in I. p. 678. n. 53. Ne uno quidem scriptoris loco hanc significationem probare queo.

161. L. eructat. P. eructuare, vomere, elaxare [cod. 7619. exhalare] vel ex corde mittere.

165. L. erugit, egerit. Egerere potissimum de vomentibus dici, lexica multis locis comprobant. De voc. erugere cf. Fest. p. 62. erugere semel factum significat, quod eructare saepius. Illud enim perfectae formae est, hoc frequentativae, ad q. l. vid. Intt. p. 420.

168. VIII. p. 199. eruncare, evellere, vellicare. VII. p. 560. er., eradicare. VI. p. 523. er. eradicare, radicitus evellere, unde corrig. P., ubi extat: eruncare, radicitus evertere, eradicare A. p. 328. n. 42. eruncare, eruere. eradicare.

169. L. excudit, excutit, fabricat. cf. supra n. 8. et n. 237.

170. Hoc emendo in I. p. 679. n. 6., ubi extat emedium, vehiculum [ubi Graev. coni. epirhedium]; VIII. p. 196. esedum, genus curruum. Horat. eseda festinant. VI. p. 523. esseda, basterna (l. nae). P. esseda sunt Gallorum vehicula; essedum basterna, vehiculum; cf. Serv. ad Virg. Georg. III. 204. du C. v.

172. L. haesitat. Quid minatur sibi velit, equidem non capio; ego malim

10. **Edacitas, multae comestiones.**
**Edent, manducabunt, comedent.**
**Edentat, dentes, excludit.**
**Edentes, comedentes, manducantes.**
**Edicit, foras dicit, unde edicta quasi foras dicta.**
15. **Edictum, dictatum.**
**Edilicius qui ex aedile est, scriba.**
**Edidit, prodixit, partum, genuit.**
**Edito, producto, creato, genito.**
**Edocet, benedocet**
20. **Educat, nutrit, alit.**
**Educator, nutritor, alitor.**
**Educatrix, nutrix, altrix.**
**Edulia, alimonia apta ad manducandum.**
**Edurus, satis durus.**
25. **Effabilis, in omnibus expeditus.**
**Effatui, vaniloqui, sine affectu.**
**Effatur, eloquitur.**

ptura eculeus et equuleus ad Apul. Met. X. 10. T. I. p. 899. sq.

10. Nota voc. comestio; cf. VIII. p. 184. unde hic comestor, oris et comestus, a, um et haec **comestio, onis** et VIII. p. 522. edacio, ab ara **comestio** pro quo legerim edacia, avida comestio, ut edacia ab edax formatum sit, quemadmodum tenacia a tenax; cf. Non. p. 407. cf. du Cang. ed. Hensch. T. II. p. 463.

12. L. dentes excutit VIII. p. 197. edentare, dentes excutere et edentatus, edentulus, dentifragus et VI. p. 522. edentat, dentes excludit [l. excutit], quod vitium ex I. p. 678. n. 29. repetitum est. A. p. 328 n. 4. edentatus, dentibus abdicatus [?] P. edentare, dentes excutere, edentulus sine dentibus; cf. dict. ad Arnob. III. 14. p. 274.

16. Haec est I. glossa 677. n. 59., quam repetit Pap. qui tamen pro aedile habet aedili. Aliter explicat VIII. p. 183. et p. 192. aedilicius .i. res pertinens ad aedilem; Graev. ad Isid. Gloss. legi vult aut aedilitius, exaedilis aut aedilitius scriba, quod prius probat Oehler., non addita Graevii auctoritate. Ex aedile miror quî Graevius mutare potuerit. Notissima est forma ablativi aedile, quae sine dubio alteri praeferenda est; cf. Schneider Gramm. II. 1. p. 221. Ex aedile dictum est ut ex consule. Dein ex aedilis vellem et Graev. et Oehl. ex uno veterum scriptore aut glossario comprobassent. Quid scriba sibi velit, equidem non capio, quamquam sine ulla cunctatione id retinendum Oehler. censuit, et Graev. coniecturam nemini satisfacturam esse mihi persuadetur.

17. L. produxit partum. Non nego, me invitum partum scripsisse, quod produxit iam solum habet gignendi significationem; cf. Non. p. 372. Lucil. libr. XXVI.: ducunt uxores, **producunt,** quibus haec faciant **liberos**; cf. Intt. ad Sil. I. 112. Itaque pro partum erat, cum pariit legerem, quod legi volunt apud Cat. R. R. 89., ut prius iam emendavi apud Arnob. II. 18. p. 146.

20—22. VIII. p. 193. educare, nutrire, fovere, nutricare, alere, alumnare; p. 199. educamen, nutrimen, fomen, nutrimentum, alimonia, nutricamen; educatorius, nutricator confotor. Formationem alitor, quam Intt. aliquot vindicant loco Cic de N. D. II. 34., extat quantum scio, in nullo alio glossario.

23. VIII. p. 183. hoc edulium .i. cibus; et p. 194. edulium, cibus, epulum, cibarium, dapis. Ita lego in A. p. 326. n. 66. edulia, victualia pro eudolla vict. cf. p. 328. n 1. edulium, esus. Accuratius explicat Is. Or. XII. 1. § 13. Varr. de L. L. VI. §. 84. edo a Graeco ἔδω. Hinc esculentum et escae, edulia. P. **edulium** ab edendo quasi praegustativa comestio [cf. Fulg. Expos. Serm. p. 779. Munker.]; edulia, cibi, alimenta, apta ad manducandum. Formam edulium singul. num. me legisse apud scriptorem ullum non memini; nam apud Varr. VII. §. 61. lectio est dubia; cf. dict. mea ad Apul. V. 3. T. I. p. 315.

24. VIII. p. 198. edurus, valde durus, praedurus, quam durus, ubi lego perquam durus. A. p. 328. n. 2. edurum, satis durum. P. edurus, satis durus.

25. Pro effabilis l. ex seq. efficabilis. Effabilis enim significat, quod dici potest cf. Apul. Apol. c. 64. T. II. p. 573. ed. m. eoque paucis cogitabilis nemini **effabilis.**

26. L. sine effectu ex I. 678. n. 49.: effatui vaniloqui; sine effectu. Aliter exstat in VI. p. 522. effutare, mentire vel diffamare et effute, vaniloque, sine effectu et in A. p. 328. n. 7. effutae, vaniloquio, sine affectu [ubi l. vaniloque, sine effectu]. P. effatuus non agnoscit, sed habet: effutire, foras mittere, sicut garruli, inepte loqui; effutio, tis, foras aliquid effundere sine effectu, unde apparet Pap. aliam glossam ante oculos habuisse. Ita etiam Pl. extat: effutire, foras aliquid effundere vel producere cum garrulitate. Dicimus enim futiles homines vanos, superfluos et loquaces et est meta-

**Effecacia, perfectio.**
**Effecabilis, in omnibus expeditus.**
30. **Effecax, perdoctus, effabilis, agilis.**
**Effecax, impiger, in omnibus expeditus.**

**Efficit, permisit, dedit, eze ipsaca.**
**Effecta, languida, inherbata.**
**Effeminatus, eviratus, immoderatus, abrutus.**

phora a vasis, quia vasa rimosa non tenent, quae inieceris. Atque ita emendanda est glossa VIII. p. 198. effontire, venenose loqui vel foras emittere, in effutire verbose loqui aut vane, verbose loqui. Non. p. 103. effutire, cum mendacio dicere. Hinc vides et effatuus, compositum ex e praepositione et fatuus ut edurus, egelidus et effutuus posse comprobari. Mihi posterius ob analogiam magis probatur. Omnia enim quae in uus desinunt adiectiva, quantum scio, a pura verbi radice derivantur, ut viduus, caeduus, arduus, riguus, mutuus, occiduus, innocuus, perpetuus. Ita etiam fatuus non a fari formatum est, ut viri docti putant, sed a verbo fatari, quod habet Fest. p. 66. fatantur, multa fantur, unde apertum est, apud Sallust. Cat. c. 47. legendum esse, cui fatum foret nec cum Venet. 2. fatatum erat, quia significatio adversatur. Fatui vero dicti sunt, quod multa fantur et ut loquaces facere solent, vane, stulte ac sine effectu. Quia vero effatari, unde effatuus dici possit, non extat, et effari tantum de rebus aperte pronuntiatis et oraculo praedictis dictum invenitur, quia denique cetera glossaria, praeter Isid., ex quo glossator noster descripsit, formationem in u praeferunt, ego effutuus ubique legerim. Futio agnoscit Prisc. IV. 5. T. I. p 156. Krehl.; de effutire cf. dict. mea ad Apul. Apol. c. 3. ubi extat: mercenaria loquacitate effutierunt; T. II. p. 442. Ne tamen quid occultem, Du Cang. citat verbum effatuare .i. fatuum reddere.

28. 29. Etiam P. efficacia, perfectio, agilitas habet, at mihi perfectio perversa videtur huius voc. interpretatio, etsi scio, perfectus et effectus idem esse; cf. dict. ad Arnob. II. 39. Sed in subst., quae in acia desinunt, vis tantum inest eius rei agendae, quae verbo primitivo indicatur. Efficabilis glossa descripta est ex I. p. 678. n. 1.

30. VIII. p 196. efficaciter, fortiter; p. 198. efficax, fortis, vehemens, virilis, virtuosus, lacertosus, agilis, promptus. P. efficax, effector, velox dictus, quod nullam difficultatem habeat in qualibet re facienda [cf. Is. Or. X. 83.]. Itaque perdoctus non corrigo. Effabilis in efficabilis emendandum esse, iam supra dictum est.

32. L. efficit, perficit, dedit ἐξειργάσατο. Certe permisit et dedit ferri non possunt. Notum est apud optimum quemque scriptorem efficere ad adiectiva poni pro reddere, facere.

33. L. effeta, languida, enervata [innervata emendare non audeo, etsi innervis extat pro enervis apud Sidon. Epist. I. 6.]. VIII. p. 199. effoetus, laxus. VI. p. 552. effeta, languinia herba ubi l.: languida, enerva [quam formationem pro enervis apud veteres in usu fuisse probavi ad Apul. I. c. 4. enervam et exossam saltationem; cf. II. p. 65. enervus, ἔκνευρος]. A. p. 328. n. 6. effeta, senex vel languidine enervata; et p. 326. n. 62. effecta [l. effeta] mulier frequenti partu fatigata. P. effeta, quod est adaperire, evacuare; effeta sine fetu, sterilis, longaeva dicta, quod sit frequenti partu excussa [l. vacuus cf. Intt. ad Horat. Sat. II. 3. 19. Virg. Aen. VI. 353.] effetus, exhaustus vacuatus, ubi nota, Pap. duas glossas perperam miscuisse; nam epheta est vox hebraica et significat adaperire; cf. du Cang. Lexic.; unde evacuare errore additum ab eo indico. Dein in cod. Gloss. emenda effectus, lassatus, fatigatus, languidus, fractus sine affectu in: effetus .... sine effectu. cf. Serv. ad Virg. Georg. I. 81. Aen. V. 396. Effetus, ut fetus, rectius scribi probat Wagn. in Virg. Orthogr. p. 437. sq.

34. VIII. p. 194. effeminare, debilitare vel devirginare et p. 198. eviratus, effeminatus, debilitatus, imbecillatus, delumbis, elumbis, enervis, enervatus; A. p. 325. n. 20. effeminati, molles. Pap. effeminare, emollire quasi feminam facere, effeminatus quasi femina factus. Primum est effeminare instar feminae reddere, atque emollire, debilitare; ac potissimum de iis dicitur qui muliebri usu enervantur, ita ut effeminatorium lupercal significet; cf. I. p. 679. n. 44. effeminatorium, domus meretricum, et VIII. p. 198, ubi idem extat. Eviratus aut primaria significatione (castratus) aut translata (debilitatus) accipere poteris; nam effeminare pro castrare dici probant Gloss. Ison. ad Prudent. Perist. Hym. 14. v. 190. Immoderatus, quod per se huc pertinere non videatur, corrigere non ausim. In seqq. enim immoderatus explicatur abrutus, immodestus; et immodestus, effeminatus, unde immoderatus significare videa-

35. **Efferus, ferox, inmansuetus.**
**Effertur, funis ducitur EICILOMIZEI.**
**Effecit, sufficit, apiLeιαποXPH.**
**Effigies, imago, et t̃mentarium, simulacra.**
**Efflagitat, petit vel poscit.**
40. **Effligit, elidit.**
**Effluit, exaluit.**
**Effoevi, adulescentes, inbarbes.**
**Effoemeris, cottidianis diariis.**

tur eum, qui modum in libidinibus excedit. Nec minus abrutum probum est, quod apud aliquot posterioris aevi scriptores legitur, ut in Privil. Agiradi Episcop. Carnot. ann. 696. apud Felibian. in Hist. Monast. S. Dionys. p. XVII., **abrutis** palearum sordibus, quem locum citat du Cang. v. Est abrutus idem, quod excussus, vacuus, quam significationem voc. effeminatus respondere elucet. Significatione devirginandi nuspiam inveni effeminare dictum.

35. VIII. p. 202. efferus, saevus. P. effera, ferinae mentis, aspera; efferor, aris, efferatus, mente ferina affectus, sine ratione, immissus [remissus?] Efferri enim est superbire, ut explicat P.: effero, fero, lacero, superbio, ubi lacero quid sibi velit non capio, unde erat ut emendarem iacto vel tumeo. VIII. p. 194. efferre, effervere, calefacere, ebullire [de rebus ad quas magno impetu commovemur ac trahimur].

36. L. funus ducitur ἐκκομίζεται. Graece enim ἐκκομίζειν de mortuis dici probat praeter multos vett. locos voc. ἐκκομιδαὶ exsequiae. *II.* p. 61. De efferre voc. significatione cf. Serv. ad Aen. XI. 183. ibiq. Intt., quos vide etiam ad Petron. c. 111.

37. Haec glossa quî explicari possit, non habeo. In seqq. legendum est ἀρκεῖ, ὑποχρῆ, quod efficit neutiquam significare posse, cuique patet. Coniicio, corrigendum esse inficit, sufficit, ita ut per glossatorem temerarium addita sint graeca vocabula, qui quid sufficit hic significet, non intellexerit. Infectus et suffectus de rebus dici colore cinctis, demonstrant Intt. ad Aen. II. 210. et ad Val. Flacc. II. 105. cf. Non. p. 386. Ceterum nota etiam infra sufficit explicari efficit.

38. In hac glossa me vexant voc. et t̃mentarium. Primum enim contra morem est glossatoris, quod hic inter singulas glossas et particula posita est. Hinc lego exemplarium, quo vocabulo utitur Arnob. VI. c. 13. **exemplarium** fuisse perhibetur vel lineamenta, sed tum unde rium additum sit non video; pro simulacra l. aut simulacri aut simulacrum.

40. A. p. 328. n. 5. affligit, allidit [ubi l.: elidit, quae duo vocab. saepius a librariis commutantur; cf. Schneider. ad Colum. R. R. IV 20. §. 2.]

41. L. efflavit, exalavit i. exhalavit, ut etiam infra corrupte legitur exaluit, effluit. P. efflare, spirare; effluere, largiter fluere, atque ita emendo in VI. p. 522. effuit, larguit aut in effluit, large fluit aut effluit, fluit largiter. Forsitan etiam corrigere possis effudit — largiit, ut largii Perf. sit voc. antiqui largio cf. Non. p. 470. v. largi.

42. L. ephebi. VIII. p. 190. Ephoebus, bi .i. iuvenis imberbis; et p. 193. ephoebus, iuvenis, impubes, pubeta, investiceps, nephrendines, imberbis, primipilus, adolescens, puellus, iuvenculus (ubi nota primum voc. pubeta; cf. I. p. 692. n. 24. pubeta vel pubeda, adolescens. VIII. p. 408. hic pubeta, ae, .i. iuvenis, quod etiam hic pubeda, ae dicitur, unde Martianus Capella: pubeda vixdum vel paterna contremens, et p. 467. pubeda, iuvenis, pubes, adolescens, ephoebus, pubeta, pubeda, iuvenis, puellus. Apertum est ex Fest. p. 27. v. bulima legendum esse ubique bupeda: **bulimam** Graeci magnam famam dicunt, assueti magis et amplis rebus praeponere βου magnitudine scilicet bovis. Hinc est quod grandes pueri **bupedas** appellant, quo accedit, quod in optimis Capell. I. §. 31. et IX. §. 908. Kopp. bupeda invenitur. Dein pubeta s. pubeda non habet, quantum scio, analogiam. De terminatione da Latinorum ex graecis vocc. formata cf. Kopp. ad Mart. Cap. p. 72. Inde formarunt bupedare .i. pubescere cf. VIII. p. 467. pubescere, erescere .... pubetare. Pro nephrendines legendum est nefrendes, quod tamen hic non aptum est; cf. Fest. p. 106. et p. 176. Tum nota primipilus, quod errore glossatoris hic positum est quia ex pilus i. capillus et primus compositum perperam existimavit.) A. p. 327. n. 132. ephebus, adolescens, qui non habet barbam, ut Pl. p. 458. ephebi, imberbis et I. p. 678. 10. ephebion, locus constuprationis puerorum imberbium [unde emenda VIII. p. 199. ephoebian locus, ubi iuvenes prostituebantur]. P. ephebus, adolescens, imberbis, a phoebo dictus .i. sine colore [cf. Is. Or. VIII. 11. §. 54.] Hanc etymologiam veteribus in usu fuisse, docet allusio Martian. Cap. I. §. 31. ubi Apollo se ipse imberbem dicit. Formam imbarbus, quae hic legitur, quamquam altero exemplo confirmare non possum, defendi possit ex voc. imbarbescere, quod habet Fest. p. 81.

Effugium, locus, qui fugientem recepit.
45. Egerimus, tollimus.
Egestas, penuria, inopia.
Egestio, degestio.
Egit, gessit.
Egone, ego ergo, numquid ego.
50. Ego quidem, equidem.
Egredi, evitare.
Egreditur, exit, proficiscitur.
Egregiae, extantiae.
Egregius, magnus, summus, nobilis.
55. Egressus, profectus.
Egressio, exortus.

44. VIII. p. 193. ephemeris, tabula manualis, Iuvenalis: in cuius manibus quasi pinguia sucina cernis ephemerides; A. p. 326. n. 74. effimere, cotidianares, ubi Oehler. recte correxit ephemeris, cotidiana res; et p. 327. n. 31. epemeris, quod habent mathematici, unde litigant dies singulis [ubi emendo unde eligunt dies singulos cf. Plin. Nat. Hist. XXIX. 1.] et n. 125. epimeri, adbreviatio rerum n. 141. enphemerides, duplex res et p. 328. n. 36. ephemercis, quam habent mathematici, et inde colligunt singulum diem. VI. 523. Ephemerides, rationes; ephemeris, abbreviatio rerum in breve. effemeris gr. unius diei gestio, hoc apud nos diarium vel diurnum vocatur; effemerides libri, quibus coditiani actus scribi solent. In nostro glossario emendari nequit, etsi ephemeris nominativus non respondet sequenti dativo, quod errore glossatoris fieri potuit, qui is terminationem latinam esse putavit. Quid in gloss. Ampl. interpretatio duplex res sibi velit, doctiores videant.

45. et n. 47., ubi pro degestio l. digestio. Priorem glossam habet VI. p. 522., ubi corrupte scribitur egerimcus tolincus; cf. Ovid. Trist. IV. 3. 38. egeriturque dolor. Deinde et foras mittere, emittere potissimum dicitur de vomitu et excrementis; Pap. egerere, vomere vel per anum emittere. cf. VIII. p. 193. egerere, foras emittere vel evacuare; egestus, foras emissus vel vacuatus. Statius Thebaidos: egestas alternis mortibus urbes p. 198. egestare, egerere, foras emittere; et p. 199. egestuare, fluctuare, egerere ubi l. egestare, eructare, egerere. Huc refero I. p. 678. n. 2. et p. 679. n. 4. egeria, noxia et egestio, nocens, qua in explicatione vomens vel simile quid inesse puto, quamquam quid corrigendum sit, nescio. Certe mihi Reines. Varr. L. I. c. 8. nunquam persuadebit, Nixia esse legendum, quod Egeria sit nympha, quae praesit puerperiis. Item egerare, quod in P. legitur et explicatur spernere, detestari et execrare et VI. p. 522. egerare, dispernere [l. desp.] detestare et egerate, execrate, aut in egerere aut egestare emendandum est. Glossam despernere, detestare ortam puto ex corrupto voc. execrare, quod prius fuit excreare s. exscreare, unde factum, ut activa forma execro hic appareat pro deponentiali.

51. Legendum aut ebitere aut eviare esse, antea censui, quam lectionem confitendum est leviter tractanti primo aspectu arridere posse. Nunc vero egredi, evitare retineo, quia evitare est declinare, recedere atque ita aliquot locis egredi usurpatum esse video; cf. Cic. Brut. 21. §. 82. ut egrederetur a proposito ubi de hoc voc. accuratius egit Ellendt., qui Graecorum παρέκβασις comparat. Quamquam largior, declinare et evitare hac quidem significatione non plane eadem esse, tamen ex more est glossatorum, ita singulas vocc. notiones inter se confundere; cuius moris plura adhuc iam protuli exempla. Ita etiam in seqq. explicatur evitare, egredi, declinare, obtundere. In Fragm. Port. extat: (eg) reditur exit, iter facit, iter initiabit (vit), egreditur, proficiscitur, iter tendit; egreditur, iter agit, peragit, gressum dirigit.

53. De hac glossa ad n. 316. accuratius agam.

54. Fragm. Port.: (egre) gia, modesta, honesta, bene morata, probata. taciturna, casta, faceta, venusta, admirabilis. [Egr] egia, decens, recta, amabilis, nobilis — festiva, gravis, grata. elegans — nobilia, praecipua, magna, — [Eg] regium, gloriosum, magnum. — [Eg] regium (am?) laudem, praeclaram gloriam. — [Egr] egie, excellenter, mirae, magnifice — insigniter, mirifice, granditer — cordate, nobiliter, pulcherrime — perfecte, noviter [l. naviter] honestissime, divine — maxime, praecipue, eximie — praesertim, unice, singulariter [sum] me, prime [apprime?] — [Eg] regium, optimum, magnum, primum — gloriosum aut praecipuum, graece [l. grave] [Egr] egius, erectus, evigil [quod etiam in Pl. p. 461. extat, ubi evigil ex malo glossatoris interpretamento adsutum existimo. qui quid hic erectus sibi velit non intellexit] Egregius, altus vel magnus — summus, magnus.

Eiecitat, eructuat, emittit.
Eierat, iurat.
Elanguit, inherbavit.
60. Elabitur, lubricat.
Elatum, superbum vel elevatum.
Elatus, ambitiosus, superbus, αλαζων.
Electio, optio.
Electum, delectum.
65. Electrum, aurum mixtum.
Elegit, diligit, probat.
Elementa, caelum, terra, aqua, aer, sol, ignis.
Elicit, provocat, evocat, excitat.
Elicuit, exclusit, expraesit, elimavit.
70. Elicuit, deportavit, promeruit.
Elidit, effregit, exprimit.
Eliditur, frangitur.

57. L. eiectat, eructat, emittit; cf. VIII. p. 196. eiectare, foras emittere — p. 199. eiectare, eicere, foras proicere. VII. p. 522. eiectat, eminuit [ubi l. emittit] et A. p. 528. n. 8. eiectat, emittit, eructat. Fragm. Port. eiectantem atque ita emendo postea in h. fragm. electat, rutat in eiectat ructat, uti peccatum est etiam in Pap. Gloss. Eiectat, emittet, eructuat. De significatione vomendi cf. Burm. ad Quint. XI. 3. p. 1003.

58. Haec glossa aperte falsa est. Aut legendum existimo eierat, eiurat, ita ut glossator significare voluerit pro eiurare etiam dici eierare, quod rarissime invenitur; cf. Cic. Orat. II. 70. ibique Intt., aut eierat, abiurat, ut postrema voc. eierat syllaba propter litterarum similitudinem exciderit. Nullo enim veterum loco et glossario confirmari potest, quantum equidem scio, eierare pro simplici iurare unquam dictum esse.

59. L. elanguit, enervavit vel innervavit. Supra iam dixi, constanti errore scribi in hoc gloss. inherbatus, inherbavit, unde colligere possis, ubique innervavit scribendum esse, cum innervis aperte reperiatur, atque etiam Salm. ad Spart. Ver. I. ita scribendum aliquot locis ex codd. existimat. Ceterum ad coniecturam ne refugias, etsi notum est elanguere activa notione nunquam inveniri, quod in his rebus glossatores non ita accurati sunt; multo minus ex tali interpretamento colligere velis, elanguere activa significatione dictum esse. Ita etiam in seqq. lubricat non recte explicatum est, quia semper est lubricum reddere et exaruit, siccavit; cf. Fragm. Port. elanguit, exspiravit, desivit, abilitus est [abolitus], cessit, absorta est [absorpta].

61. Fragm. Port. elactio [l. elatio] lactatio [iact.] obstinatio — venulatio [l. ventilatio] audacia; temeritas, confidentia, improbitas, nequitia. Pap. elatio, iactatio, confidentia. Hinc emendo VI. p. 522. pro ellum — multum confidens — elatum m. c.

65. A. p. 327. n. 142. electrum, aurum et argentum mixtum; et p 328. n. 9. electrum et argentum incoctum et ignis aera, qua terra, ubi vides duo glossemata errore aperto conflata esse et legendum elementa coelum et ignis, aer, aqua, terra. Pap. electrum guma (?) arborum (gummi) succina; electrum dictum, quod ad radium solis clarius auro resplendeat. Sol enim a poetis electrum dicitur; huius metalli natura est, ut ad lumina clarius cunctis metallis fulgeat et venenum prodat. Nam si illud infundas veneno, stridorem edit et colores varios emittit [cf. Is. Or. XVI. 24. §. 1—3. et ibid. 8. §. 6.]. Electri tria sunt genera: unum quod fit permixtis tribus partibus auri et una argenti. Hoc pretiosius auro. Alterum est succinum, quod sudat de arboribus pini, quae electrinae dicuntur. Fertur quoque naturale electrum. Vulgo vero asinaltum dicitur (ubi lege aurichalcum s. orichalcum. cf. Intt. ad Fest. p. 310.).

66. L. eligit.

68. VIII. p. 194. elicere, foras emittere, ubi rectius scribi puto eiicere (cf. supra ad n. 57.) et electare, elicere (unde elices fontes quae (?) ex se aquam eliciunt cf. p. 193.) A. 327. n. 134. eliceretur, extorqueretur. P. elicere, producere, extrahere, sollicitare, evocare, elices sulci in maribus, per quos aquae eliciuntur. Peculiare est voc. de sacrificiis et evocationibus manium deorumque; cf. dict. mea ad Arnob. V. 1. p. 409. et ad Apul. Met. XI. 21. p. 1066.

69. L. extrusit, expressit, eliminavit. Elimare enim voc. significatione stare nequit, est enim purgare, eruderare, ut explicatur VIII. 195., ut corruptum puto in loco, quem du Cang. citat v. eliminare, quod pro elimare dictum esse prave putat. De extrusit et expressit non est quod dubites, cum latine dicatur lacrimas elicere is, qui nolenti lacrimas extorquet s. exprimit; cf. Intt. ad Plaut. Trin. II. 2. 13. De coniectura eliminavit disceptatio fieri possit, cum sit extra limen eiicere, efferre, uti Pap. explicat; at omnino significat extrudere, unde defendo.

Eligenter, facetie, iucunditer.
Elinguus, mutus.
75. Elisios, campos beatos.
Elisit, exprimit.
Elito, alto.
Elogium, textum malorum gestorum quod notariam dicunt.
Elogium, vituperatio vel exhereditatio vel titulum cuius libere.
80. Eloquens, facundus.
Eloquentia, facundia.
Eloquitur, bene loquitur, effatur.
Elubio, dilubium.
Eluciens, producens.
85. Eluvies, lycor.
Eluit, deluit, delavat.

Quid vero sequens glossa deportavit, promeruit sibi velit, per se non constat, cum elicere hac significatione nunquam dicatur. Puto per glossatoris inscitiam deportavit additum esse, quia eliminavit praecessit, quod utrumque voc. ad significationem sibi respondet. Pro promeruit ego lego promovit, quod sua notione voc. elicere convenire queat.

73. L. eliganter, facete. Notum est, in antiquis libris etiam eligantia, eligans, eliganter scriptum inveniri. Eligenter pro eliganter probare, etsi Cic. ipse Cic. de Nat. de II. 26. ita explicat, minus audeo. VIII. p. 199. eleganter, electe, elegantissime, electissime. A. p. 328. n. 13. elegatus, speciosus, ubi lege aut elegantes, speciosos aut elegantius, speciosius. De voc. eligans cf. du Cang. Lex. T. III. p. 28. Henschel. Ita infra v. facete, eliganter. Ceterum nota adv. formationem iucunditer, quam inveni tantum in Iansson. Auctar. Gloss. Isidor. ubi extat: eligantes, urbani; eliganter, facete, ioconditer.

75. P. Elisii campi apud inferos esse dicuntur, ubi piorum animae post corporis animaeque discretionem habitant, unde dicti apo tes liseries .i. interius (ubi l. ἀπὸ τῆς λύσεως i. e. interitus) quasi post (l. positi) inter animam et corpus. Quod secundum poetas in medio est inferiorum suis felicitatibus plenum: Secundum philosophos insulae fortunatae, secundum theologos iuxta lunarem circulum, ubi iam purior est aer. (Hoc glossema compilavit P. ex Serv. ad Virg. Aen. V. 735.).

76. Ita emendo A. p. 328. n. 15. elisum expressum, pro elixum, exversum.

77. Hanc glossam errore hic positam iudico. Lege enim edito alto.

78. 79. Pl. p. 457. Elogium, elogia, laudes electae, ut puta, si quis in basi statuae alicuius laudes scribat aut in titulo imaginis elogia dicuntur. I. p. 678. n. 36. eligiis, criminibus vel carminibus malis, ubi, nisi duo hic glossemata inter se confusa sunt, certe in priore legendum est elogiis et 50. elogium, textum malorum dictorum, quod notoriam dicunt p. 679. n. 19. elogium, narratio, numerantis [ubi lege criminantis] vel ordo criminum et: elogium, responsum aliquod, ubi ratio redditur, tanquam si dicat aliquis de quoquam: exheredabo eum, quare? quia mihi insolens fuit. VIII. p. 193. elogium, ordo criminum vel vitiorum. VI. p. 522. elogiis, carminibus vel criminibus malis et elogium, ordo criminum vel vitiorum. A. p. 326. n. 64. elogium, testimonium [ubi VIII. p. 193. habet eulogium, testimonium, cantus] p. 327. n. 185. elogiis verbis (?) p. 328. n. 14.: elogium, responsum aliquod, ubi ratio redditur, tamquam si dicat aliquis de quopiam, exeredabo eum, quare? quod mihi frequenter insolens fuit, quod pie me non tractavit; et elogium, textus malorum, notariam quod dicuntur (l. dicunt). P. elogia, laudes enucleatae summatimque collectae sive archana vel mysteria dei (ut Pl. p. 460.) vel carmina vel criminalia mala. Elogium hereditatis in malo (ubi l. hereditas in malo ex Fulgent. Exp. Serm. p. 566. M. elogium est hereditas in malo. Tac. L. Tacit.: Caesi itaque morum elogio in filiis derelicto) ordo criminum, titulus cuiuslibet rei (ut l. in nostro gloss.) proverbium, prosapia. Hereditatis et exheredítatio, quod apud Pap. et in h. gl. ex Fulgentio legitur, intrusum esse apparet. Ceterum Fulg. Taciti locum male intellexisse quisque videt. De hoc v. cf. dict. mea ad Apul. Apol. c. 90. T. II. p. 628. sq. et ad Arnob. IV. 36. p. 403.

83. L. eluvio, diluvium, ut est in A. p. 328. n. 11. et in P. cf. Non. p. 105.

84. L. eliciens prod.

85. Emenda eluvies, liquor ut infra v. licor et A. p. 326. n. 84. et p. 328. n. 10. eluvies, liquor, quo aliquid eluitur. P. eluvies vorago, liquor, lasciviae, fossae, sordes a luo,

Eluxit, delavat.
Em luctum deposuit.
Emanat, increpatio vel admiratio.
90. Emanat, erumpit.
Emanet, excubat.
Emax, tenuis, macer vel qui emere amat, emptor.
Ementitur, valde mentitur.
Emergere, exsurgere.
95. Emersit, exurrexit.
Emersiones, labbes.
Emit, mercatur, nudit.
Emicat, subtio, splendet vel apparet.
Emicuit, fulsit, splenduit.
100. Eminens, praecelleus, altus.
Eminiscitur, in memoriam revocatur.
Eminus, longe, procul vel non longe.
Emitatio, aemulatio.
Emittit, exstat, eructuat.
105. Emolumentum, fructum laboris vel luorum.
Emporium, locus super mare.
Emprodere, excludere.
Emuniles, modice aeminentes.
En, ecce, est, instat.
110. Enarrat, edisserit, explanat.

luis ubi emendo colluvia cloacae. VIII. p. 194. eluvies, macula, sordes, colluvia, piaculum, colluvium, colluvies, labes.

87 — 90. Errore glossatoris delavat bis scriptum est atque effectum, ut perverso loco glossemata sint posita. Eluxit est luctum deposuit, ut constat. VI. p. 522. em est admirantis.

91. Emanere est extra manere cf. Stat. Theb. VII 650.

92. ut habet VI. p. 522. VIII. p. 192. emax, quod cito emitur VII. p. 559. Emacitas, emeudi aviditas vel macitudo [l. macritudo ut habet P.] et VI. p. 522. Emacitas, emendi aviditas. Emacitas, macritudo. A. p. 326. n. 76. emax, empor [l. emptor] (P. habet emor) n. 81. emax, macer, tenuis; 328 n. 20. Emacitas, emendi aviditas, ut habet I. p. 678. n. 27. Persuadere mihi non possum, emacem esse macrum et errorem existimo esse glossatorum, qui, quod voc. emacitas duplicem habere significationem videbant, easdem etiam in emax inesse opinabantur. Per analogiam ceterorum verborum in ax desinentium emacax formandum fuit a maceo. Altera tantum emendi notione emax apud priscos legitur.

93. ut habet A. p. 328. n. 21.

94. A. p. 325. n. 33. emergit, exsurgit. Ceterum nota voc. emersiones, quod alibi non legitur praeter gloss. infer. labes, emersiones, quae tamen explicatio mihi probari nequit.

97. L. emit m. vendit. cf. A. p. 328. n. 18. empta, vendita; emit enim qui vendit, ut P. emere est ex alieno meum facere .i. dare meum et accipere alienum.

98. L. subito splendet. VIII. p. 199. emicare, fulgere, splendere, coruscare, radiare, cluere, nitere, gliscere fulgurare, P. emicare, praefulgere, exilire, exultare, unde l. VIII. p. 200. pro eminare, emicare, erumpere, effluere, decurrere, emanare cett.

101. I. p. 678. n. 31. et A. p. 328. n. 19. E. in memoriam revocat; VI. p. 522. et P. em. in memoriam reducit. Itaque pro revocatur lego h. gl. revocat. cf. Intt. ad Varr. de L. L. VI. §. 44.

102. A. p. 327. n. 135. Eminus, prope vel longe. P. eminus, procul, ex intervallo .i. longius cominus proxime, non longe, prope, ex qua glossa vides, quî exorta sit perversa voc. prope explicatio, quam eminus habere nequit. Nota VIII. p. 200. extare eminus, in promptu, in aperto, palam, in propatulo, coram, sub divo, quae significatio nullo veterum loco probari potest.

103. L. imitatio.

104. L. eiectat, eructat.

105. L. vel lucrum. A. p. 326. n. 65. Em. mercis laboris (l. merces).

106. P. emporium, locus supra mare, locus ubi negotiatores exercentur (ubi l. negotiationes, ut habet VI. 522., ubi male scribitur emptorium). VIII. p. 192. empurium, emtorium (l. emporium) ubi aliquid emitur. A. p. 327. n. 23. emporium, supremare locus, ubi homines negotiantur.

107. Idem extat in Reg. n. 7641. Est exprodita cf. infra ad n. 310.

108. L. eminulae, modice eminentes. cf. VIII. p. 191. eminulus .i. aliquantum eminens VII. p. 559. eminulus, modice eminens. VI. 522. eminulis, eminentibus modice, ut habet etiam A. p. 329. n. 16.

Eucenia, initia vel dedicationes.
Enervavit, elanguit.
Enerbis, sine virtute.
Enica, adultera.
115. Enigma, similitudo vel obscuriloquium.
Enitescit, splendescit.
Enitor, conor.
Enituit, splendit, effulsit.
Enixa, partu lebata.
120. Enixe, sedule, impense
Enixus, generatus, creatus.
Enodabile, quod solvi non potest.
Enormis, ingens vel supra modum vel sine mensura.
Ensis, gladius.

111. i. ἐγκαίνια. cf. VIII. p. 193. encaenia, dedicationes, et p. 200. encaeniare, sollempnizare (l. solemniare) celebrare, dedicare; inde encaenia, dedicationes; cf. du C. v. encaenia et encaeniare.

112. 113. cf. supra 59. VIII. p. 191. enervare, denodare vel debilem facere et en., deflorare, enodare p. 195. enervis, effeminatus; p. 200. en. debilis, quasi extra nervos; enervatio, pigritia, exinanitio, evacuatio (ubi enervatio et eviratio confusa apparet) et p. 202. enervis, debilis, sine virtute. A. p. 328 n. 25. enervis, sine virtute et p 23. enervum, emortuum. (De terminatione enervus cf. dict. mea ad Apul. p. 26.). P. enervare, debilitare; enervatus, sine fortitudine, exulceratus (?) enervis, sine nervis .i. virtute.

114. Mirifice in hoc voc. Gl. consentiunt ut I. p. 679. n. 32. [ubi additur moecha] p. 679. n. 2. A. p. 326. n. 82. 328. n. 27. (ubi scribitur enicha) et P. Nans. voluit ethnica, probatum Oehlero p. 241. Ego malim eunica i. cubicularia εὐνική, quod (nomen proprium) extat in Inscr. Murat. 933, 11., et idem est atque eunuchus. De significatione quidem non dubito.

115. I. p. 679, 8. aen., obscuriloquium. VIII. p. 200. aen. obscura locutio similitudo. A. 326. n. 61. en. obscura pars et p. 379. en. similitudo (et ita lege p. 328. n. 86. pro emblemma, obscuritas: enigma). VIII. p. 198. extat aenigmaticus, expositivus, ad exponendum obscurus. Noli emendare expositivus, quia idem est quod exponendus. P. enigma, obscuriloquium, obscura. De voc. signif.: similitudo vel imago cf. Intt. ad Prudent. Cath. X. 143.

117. P. eniti, conari, elaborare generis deponentis. VIII. p. 202. eniti, cogere, parere pro quo legendum est conari, parere, de qua posteriore notione infra dicam. VI. p. 522. enisus est, perambulavit, quae interpretatio probari possit, quod eniti dicitur de locis, quae transscendimus et regionibus, quas magna cum difficultate peragramus; cf. lex.

118. L. splenduit.

119—121. Pl. p. 457. enixa, duas res significat et conata ad efficiendum aliquid et quae partu laborata est mulier [l. liberata]. Niti enim vel eniti, conari vel efficere est. P. enixa, conata ad eff. aliquid vel partu liberata. Enixius, distinctius, manifestius. cf. Non. p. 57. et p. 297.: enixa dicitur partu levata cett. et p. 458. enixas non in partu solum possumus dicere sed etiam omni labore exercitas. Serv. ad Virg. Georg. IV. 199. cf. Schneider. ad Colum. VI. 22. §. 1. Enixus etiam passiva notione dici pro generatus, probat locus Iustin. XLIII. 2 §. 7. in luco Martis enixi sunt; ibique Beneck. p. 482. Eckst. ad Voss. Arist. T. II. p. 753. et du C. T. III. p. 51. H. Unde vero P. significationem manifestius habuerit, equidem nescio.

122. L. quod s. potest. VIII. p. 200. enodabilis, solubilis, extricabilis, explicabilis, deflorabilis [declarabilis?] interpretabilis, intelligibilis, advertibilis, scibilis, cognoscibilis. P. enodare, de nodo tollere, declarare, planum facere; cf. Non. p. 15.

123. Pl. p. 459. enormia, grandia vel ingentia. A. p. 327. n. 124. enormis, sine mensura. P. enormis, ingens, sine mensura vel forma, vel cui nihil addi minuive potest, quae postrema habet VI. p. 522. et I. p. 679. n. 27., v. enormate, ubi tamen corrupte extat: cui addi minus nihil potest. Huc trahi possunt glossae I. p. 678. n. 8 et 679. n 14. exornis, immanis, pro quo cod. Voss. teste Oehl. habet exorius. Oehl. praefert enormis, quod iam Vulc. emendavit, exhorris praeterea coniicicus. Hanc coniecturam falsam esse probat Pap., qui non solum distinguit inter enormis et exorius sed etiam addit immanis, insipiens, unde apparet enormis non aptum esse. Excors, quod per significationem probari possit, per formationem displicet; erat cum ego emendarem aut excordius (formatum ut expertius, (VIII. 201.) expers, extorris, immunis) aut excordis (formatum ut exossis) aut exorbis (formatum ut exos, exsanguis, exsors, exlex) quod extra orbem va-

125. Enucleavit, exposuit.
Enuntiat, denuntiat.
Enutritor, alitor.
Eoes, horientalibus.
Eo magis, ideo magis.
130. Eominus, valde minus.
Ephemeris, quam habent mathemaci, unde nomina colligunt.
Epilogium, novissima pars controversiae, quae praeces tantum habet.
Epimenia, xenia quae dantur per singulos menses.
Epithalamigium, nuptialis locus.
135. Epotata, austa.
Epotebus, puer inbarbis.
Epulatur, vescitur.
Epulantur, conbibunt, diliciantur.
Equando, aliquando vel aliquando ex tempore.
140. Equat, equiperat.
Equidem, ego quidem.
Equiperat, equitem facit, equat.
Equus, sonipes.
Earadicat, viencat, eruncat.
145. Eranus, stirps.
Erectus, avulsa.
Ereptoria, admanda icat reddenda.
Erevum, profundum, infernum.

gatur, atque ita viam certam superat; exhorris nec per analogiam nec per notionem probari queat. De voc. enormate cum aliis (cf. du C. et Oehl., qui enormale coniicit) non haereo. Nam ut similis facit similare et levis — levare, non video, cur enormis non enormare faciat. Ita formatur edulcare elinguare enervare enodare. Certe enormitare frequentativum in usu fuisse docet du C. T. III. p. 51. H. Enormale quod Oehl. maluit, compositionis regulae adversatur, quod derivata adiectiva Romani cum e praepositione non componunt. Triplex enim est classis eorum adiectivorum, quae cum ex praepositione iunguntur: 1, cum adiectivis, in us desinentibus: edurus, egelidus, exalbidus, eiuncidus, elanguidus, evanidus, axaridus, expallidus, expavidus, exsuccidus, extrilidus (?) 2, cum substantivis: effrons, elinguis, elumbis, enervis, egrex (quod Gloss. habent) exanimalis, exanimis, excornis, excors, exlex, exos, expers, exsanguis, exsomnis, exsensus, exsors, exspes, exsuccus, exunguis, 3, quae a verbis cum e compositis derivantur in bilis ut eluctabilis, emendabilis al. Restant duo deminutiva edentulus et eminulus. Unum, quod superest adiectivum, quod ad coniecturam comprobandam Oehl. afferri possit, est emortualis a Plauto usurpatum, cuius primitivum est mortualis. Sed habet intensivam, non privativam significationem.

125. Pl. enucleo, perpendo. VIII. p. 192. enucleare, declarare, exponere, reserare, propalare. VI. p. 522. enucleatum, sculptum, elimatum, politum. P. enucleare, aperire, extra nucleum ponere. cf. Non. p. 60.

128. L. eois, or. Pl. p. 456. eous est homo de oriente. ἕως aurora vel lucifer, quae repetit P.

131. cf. ad 43.

132. ut P. cf. Cic. Orat. II. 69. cum in epilogo misericordiam se movisse putaret. A. p. 328. n. 33. Epilogus et epilogium novissima pars controversiae flebilis ad misericordiam iudicum commovendam.

133. Ita habet I. p. 679. n. 28. VI. p. 523. A. p. 328. n. 35., nisi quod scribunt senia et P.; ubi male extat exenia.

134. L. epithalamium. VIII. p. 201. epithalamium, nuptiale carmen; A. p. 326. n. 116. ep. carmen nubentium et p. 327. n. 176. epithelamium, laus thalami [unde corrige h. l. nuptialis laus aut n. iocus]. P. Epithalamia sunt carmina nuptiarum, quae decantantur a scholasticis in honorem sponsi et sponsae.

135. L. hausta. VI. p. 523. ebotata, ebibita.

136. L. ephoebus. Nota scripturam inbarbis ut supra n. 42. et infra v. puer imbarbis.

137. Ego legerim convivant i. convivantur (cf. Non. p. 474. convivant pro convivantur cett.) deliciantur ut supra D. n. 93.

144. L. eradicat. Pro viencat lego runcinat vel eruncinat cf. Arnob. V. 28. Not. Tiron. runcinat, eruncinat, aut quod mihi magis probatur vellicat.

145. L. eranus, stips. cf. Intt. ad Cic. Epist. ad Att. XV. 5. et ad Plin. Epist. X. 93. du C. v. Cantarium.

146. 147. L. erepta av. et er. adimenda, reddenda ex I. p. 678. n. 52., sed utroque loco corrige aut recidenda, ut Exc. Pith. habent, aut redimenda. Aliter explicat du C. T. III. p. 71. H.

148. L. erebum (infra herevum).

Erga, circa vel iuxta.
150. Ergastulis, auris operibus.
Ergastulum, carcer, ubi servi includuntur.
Ergastulum, metallum.
Ergata, operator.
Ergo, erigit, igitur vel deinde.
155. Erupit, adtollite.
Eripuit, abtulit.
Errogat, planum facit.
Eros, dominus.
Error, vaticinatio.
160. Errores, contionatiores.
Eructuat, a corde emittit.
Eruditio, disciplina, doctrina.
Eruditus, doctus.
Eruli, domini.
165. Eruit, egerit.
Erumna, pestilentia, calamitas.
Erumpit, emanat.
Eruncare, eradicare.
Escudit, excudit, frabricat.
170. Essedum, vehiculum.
Esse, manducare.
Esitat, minatur, dubitat, vel trepidat.
Esentia, extantia, natura, substantia.
Este, imperativus modus tempore praesenti.

Pl. p. 456. erebus per b non per v. Est autem maritus noctis paterque furiarum et socius chaos. A. p. 327. n. 127. erebum profundum. cf. Serv. ad Virg. Aen. VI. 404.

149. Hinc emenda I. 678. n. 24. ergat, circat. cf. P. erga gr. peri significat, sed aliquando affectum demonstrat, quae extant in Prisc. XIV. 3. T. I. p. 598. Kr. cf. Hand. Turs. T. II. p. 488. Hinc VI. p. 523. erga aput, quod corrige etiam Pl. p. 461. erga caussa vel aperta, ubi praeterea ergo et erga confusa sunt.

150. 151. Pl. p. 457. ergastula dicuntur a graeco, ubi damnantur noxii ad aliquod opus faciendum, ut solent gladiatores et qui, puta exules, marmora secant et tamen custodiis alligati sunt. I. p. 678. n. 19. erg. carcer vel locus ubi damnati marmora secant vel aliquid operantur, quod Latine talentum (l. Tullianum Oehl. emendat taberna?) sub privata custodia, ubi non sunt tenebrae. VIII. p. 200. ergastulum locus damnatorum carcer. VI. p. 523. ergastulum, metallum. A. p. 327. n. 117. ergastula, ubi damnati aut marmora secant aut aliquid operantur. Si P. sequi velis habentem: ergastulum, durum opus aliquid, fere nulla litera mutata corrigere possis ergastulis duris operibus aut lege: ergastulus servus operarius, de quo v. Non. p. 447., contra quem disputat Lips. Elect. II. 15.

152. VI. p. 527. et P. ergata, vicinus aut operator et A. p. 326. n. 90. ergata, vicinus.

155. Erigit ego ex insulsa repetitione particulae igitur exortum puto. De signif. deinde vide, quae disputat Hand. Turs. T. II. p. 464.

156. 157. L. eripite, attollite. cf. Non. p. 246. attollere, auferre cett. et eripuit, abstulit; abtulit enim nullo exemplo confirmare possum.

158. L. erugat ex I. p. 678. n. 43. et A. 328. n. 43.

159. [et n. 164.]. L. herus. I. p. 678. n. 41. eruli, domini, quibus addunt Exc. Pyth. dominuli. Idem extat in VI. p. 560. et A. p. 327. n. 127. De scriptura erus pro herus vide Intt. ad Fest. p. 420.

160. L. errores, vaticinationes. Prius extat in I. p. 678. n. 53. Ne uno quidem scriptoris loco hanc significationem probare queo.

161. L. eructat. P. eructuare, vomere, elaxare [cod. 7619. exhalare] vel ex corde mittere.

165. L. erugit, egerit. Egerere potissimum de vomentibus dici, lexica multis locis comprobant. De voc. erugere cf. Fest. p. 62. erugere semel factum significat, quod eructare saepius. Illud enim perfectae formae est, hoc frequentativae, ad q. l. vid. Intt. p. 420.

168. VIII. p. 199. eruncare, evellere, vellicare. VII. p. 560. er., eradicare. VI. p. 523. er. eradicare, radicitus evellere, unde corrig. P., ubi extat: eruncare, radicitus evertere, eradicare A. p. 328. n. 42. eruncare, eruere, eradicare.

169. L. excudit, excutit, fabricat. cf. supra n. 8. et n. 237.

170. Hoc emendo in I. p. 679. n. 6., ubi extat emedium, vehiculum [ubi Graev. coni. epirhedium]; VIII. p. 196. esedum, genus curruum. Horat. eseda festinant. VI. p. 523. esseda, basterna (l. nae). P. esseda sunt Gallorum vehicula; essedum basterna, vehiculum; cf. Serv. ad Virg. Georg. III. 204. du C. v.

172. L. haesitat. Quid minatur sibi velit, equidem non capio; ego malim

10. Edacitas, multae comestiones.
Edent, manducabunt, comedent.
Edentat, dentes excludit.
Edentes, comedentes, manducantes.
Edicit, foras dicit, unde edicta quasi foras dicta.
15. Edictum, dictatum.
Edilicius qui ex aedile est, scriba.
Edidit, prodixit, partum, genuit.
Edito, producto, creato, genito.
Edocet, benedocet
20. Educat, nutrit, alit.
Educator, nutritor, alitor.
Educatrix, nutrix, altrix.
Edulia, alimonia apta ad manducandum.
Edurus, satis durus.
25. Effabilis, in omnibus expeditus.
Effatui, vaniloqui, sine affectu.
Effatur, eloquitur.

ptura eculeus et equuleus ad Apul. Met. X. 10. T. I. p. 899. sq.

10. Nota voc. comestio; cf. VIII. p. 184. unde hic comestor, oris et comestus, a, um et haec **comestio, onis** et VIII. p. 522. edacio, ab ara **comestio** pro quo legerim edacia, avida comestio, ut edacia ab edax formatum sit, quemadmodum tenacia a tenax; cf. Non. p. 407. cf. du Cang. ed. Hensch. T. II. p. 463.

12. L. dentes excutit VIII. p. 197. edentare, dentes excutere et edentatus, edentulus, dentifragus et VI. p. 522. edentat, dentes excludit [l. excutit], quod vitium ex I. p. 678. n. 29. repetitum est. A. p. 328 n. 4. edentatus, dentibus abdicatus [?] P. edentare, dentes excutere, edentulus sine dentibus; cf. dict. ad Arnob. III. 14. p. 274.

16. Haec est I. glossa 677. n. 59., quam repetit Pap. qui tamen pro aedile habet aedili. Aliter explicat VIII. p. 183. et p. 192. aedilicius .i. res pertinens ad aedilem; Graev. ad Isid. Gloss. legi vult aut aedilitius, exaedilis aut aedilitius scriba, quod prius probat Oehler., non addita Graevii auctoritate. Ex aedile miror quî Graevius mutare potuerit. Notissima est forma ablativi aedile, quae sine dubio alteri praeferenda est; cf. Schneider Gramm. II. 1. p. 221. Ex aedile dictum est ut ex consule. Dein ex aedilis vellem et Graev. et Oehl. ex uno veterum scriptore aut glossario comprobassent. Quid scriba sibi velit, equidem non capio, quamquam sine ulla cunctatione id retinendum Oehler. censuit, et Graev. coniecturam nemini satisfacturam esse mihi persuadetur.

17. L. produxit partum. Non nego, me invitum partum scripsisse, quod produxit iam solum habet gignendi significationem; cf. Non. p. 372. Lucil. libr. XXVI.: ducunt uxores, **producunt,** quibus haec faciant **liberos**; cf. Intt. ad Sil. I. 112. Itaque pro partum erat, cum pariit legerem, quod legi volunt apud Cat. R. R. 89., ut prius iam emendavi apud Arnob. II. 18. p. 146.

20—22. VIII. p. 193. educare, nutrire, fovere, nutricare, alere, alumnare; p. 199. educamen, nutrimen, fomen, nutrimentum, alimonia, nutricamen; educatorius, nutricator confotor. Formationem alitor, quam Intt. aliquot vindicant loco Cic de N. D. II. 34., extat quantum scio, in nullo alio glossario.

23. VIII. p. 183. hoc edulium .i. cibus; et p. 194. edulium, cibus, epulum, cibarium, dapis. Ita lego in A. p. 326. n. 66. edulia, victualia pro eudolla vict. cf. p. 328. n 1. edulium, esus. Accuratius explicat Is. Or. XII. 1. § 13. Varr. de L. L. VI. §. 84. edo a Graeco ἔδω. Hinc esculentum et escae, edulia. P. **edulium** ab edendo quasi praegustativa comestio [cf. Fulg. Expos. Serm. p. 779. Munker.]; edulia, cibi, alimenta, apta ad manducandum. Formam edulium singul. num. me legisse apud scriptorem ullum non memini; nam apud Varr. VII. §. 61. lectio est dubia; cf. dict. mea ad Apul. V. 3. T. I. p. 315.

24. VIII. p. 198. edurus, valde durus, praedurus, quam durus, ubi lego perquam durus. A. p. 328. n. 2. edurum, satis durum. P. edurus, satis durus.

25. Pro effabilis l. ex seq. efficabilis. Effabilis enim significat, quod dici potest cf. Apul. Apol. c. 64. T. II. p. 578. ed. m. eoque paucis cogitabilis nemini **effabilis.**

26. L. sine effectu ex I. 678. n. 49.: effatui vaniloqui; sine effectu. Aliter exstat in VI. p. 522. effutare, mentire vel diffamare et effute, vaniloque, sine effectu et in A. p. 328. n. 7. effutae, vaniloquio, sine affectu [ubi l. vaniloque, sine effectu]. P. effatuus non agnoscit, sed habet: effutire, foras mittere, sicut garruli, inepte loqui; effutio, tis, foras aliquid effundere sine effectu, unde apparet Pap. aliam glossam ante oculos habuisse. Ita etiam Pl. extat: effutire, foras aliquid effundere vel producere cum garrulitate. Dicimus enim futiles homines vanos, superfluos et loquaces et est meta-

**Effecacia, perfectio.**
**Effecabilis, in omnibus expeditus.**
30. **Effecax, perdoctus, effabilis, agilis.**
**Effecax, impiger, in omnibus expeditus.**

**Efficit, permisit, dedit, eze ipsaca.**
**Effecta, languida, inherbata.**
**Effeminatus, eviratus, immoderatus, abrutus.**

phora a vasis, quia vasa rimosa non tenent, quae inieceris. Atque ita emendanda est glossa VIII. p. 198. effontire, venenose loqui vel foras emittere, in effutire verbose loqui aut vane, verbose loqui. Non. p. 103. effutire, cum mendacio dicere. Hinc vides et effatuus, compositum ex e praepositione et fatuus ut edurus, egelidus et effutuus posse comprobari. Mihi posterius ob analogiam magis probatur. Omnia enim quae in uus desinunt adiectiva, quantum scio, a pura verbi radice derivantur, ut viduus, caeduus, arduus, riguus, mutuus, occiduus, innocuus, perpetuus. Ita etiam fatuus non a fari formatum est, ut viri docti putant, sed a verbo fatari, quod habet Fest. p. 66. fatantur, multa fantur, unde apertum est, apud Sallust. Cat. c. 47. legendum esse, cui fatum foret nec cum Venet. 2. fatatum erat, quia significatio adversatur. Fatui vero dicti sunt, quod multa fantur et ut loquaces facere solent, vane, stulte ac sine effectu. Quia vero effatari, unde effatuus dici possit, non extat, et effari tantum de rebus aperte pronuntiatis et oraculo praedictis dictum invenitur, quia denique cetera glossaria, praeter Isid., ex quo glossator noster descripsit, formationem in u praeferunt, ego effutuus ubique legerim. Futio agnoscit Prisc. IV. 5. T. I. p 156. Krehl.; de effutire cf. dict. mea ad Apul. Apol. c. 3. ubi extat: mercenaria loquacitate effutierunt; T. II. p. 442. Ne tamen quid occultem, Du Cang. citat verbum effatuare .i. fatuum reddere.

28. 29. Etiam P. efficacia, perfectio, agilitas habet, at mihi perfectio perversa videtur huius voc. interpretatio, etsi scio, perfectus et effectus idem esse; cf. dict. ad Arnob. II. 39. Sed in subst., quae in acia desinunt, vis tantum inest eius rei agendae, quae verbo primitivo indicatur. Efficabilis glossa descripta est ex I. p. 678. n. 1.

30. VHI. p 196. efficaciter, fortiter; p. 198. efficax, fortis, vehemens, virilis, virtuosus, lacertosus, agilis, promptus. P. efficax, effector, velox dictus, quod nullam difficultatem habeat in qualibet re facienda [cf. Is. Or. X. 83.]. Itaque perdoctus non corrigo. Effabilis in efficabilis emendandum esse, iam supra dictum est.

32. L. efficit, perficit, dedit ἐξειργάσατο. Certe permisit et dedit ferri non possunt. Notum est apud optimum quemque scriptorem efficere ad adiectiva poni pro reddere, facere.

33. L. effeta, languida, enervata [innervata emendare non audeo, etsi innervis extat pro enervis apud Sidon. Epist. I. 6.]. VIII. p. 199. effoetus, laxus. VI. p. 552. effeta, languinia herba ubi l.: languida, enerva [quam formationem pro enervis apud veteres in usu fuisse probavi ad Apul. I. c. 4. enervam et exossam saltationem; cf. *II*. p. 65. enervus, ἔκνευρος]. A. p. 328. n. 6. effeta, senex vel languidine enervata; et p. 326. n. 62. effecta [l. effeta] mulier frequenti partu fatigata. P. effeta, quod est adaperire, evacuare; effeta sine fetu, sterilis, longaeva dicta, quod sit frequenti partu excussa [l. vacuus cf. Intt. ad Horat. Sat. II. 3. 19. Virg. Aen. VI. 353.] effetus, exhaustus vacuatus, ubi nota, Pap. duas glossas perperam miscuisse; nam epheta est vox hebraica et significat adaperire; cf. du Cang. Lexic.; unde evacuare errore additum ab eo iudico. Dein in cod. Gloss. emenda effectus, lassatus, fatigatus, languidus, fractus sine affectu in: effetus . . . . sine effectu. cf. Serv. ad Virg. Georg. I. 81. Aen. V. 396. Effetus, ut fetus, rectius scribi probat Wagn. in Virg. Orthogr. p. 437. sq.

34. VIII. p. 194. effeminare, debilitare vel devirginare et p. 198. eviratus, effeminatus, debilitatus, imbecillatus, delumbis, elumbis, enervis, enervatus; A. p. 325. n. 20. effeminati, molles. Pap. effeminare, emollire quasi feminam facere, effeminatus quasi femina factus. Primum est effeminare instar feminae reddere, atque emollire, debilitare; ac potissimum de iis dicitur qui muliebri usu enervantur, ita ut effeminatorium lupercal significet; cf. I. p. 679. n. 44. effeminatorium, domus meretricum, et VIII. p. 198, ubi idem extat. Eviratus aut primaria significatione (castratus) aut translata (debilitatus) accipere poteris; nam effeminare pro castrare dici probant Gloss. Ison. ad Prudent. Perist. Hym. 14. v. 190. Immoderatus, quod per se huc pertinere non videatur, corrigere non ausim. In seqq. enim immoderatus explicatur abrutus, immodestus; et immodestus, effeminatus, unde immoderatus significare videa-

35. **Efferus, ferox, inmansuetus.**
**Effertur, funis ducitur EICILOMIZEI.**
**Effecit, sufficit, apiLeιαποXPH.**
**Effigies, imago, et t͠mentarium, simulacra.**
**Efflagitat, petit vel poscit.**
40. **Effligit, elidit.**
**Effluit, exaluit.**
**Effoevi, adulescentes, inbarbes.**
**Effoemeris, cottidianis diariis.**

tur eum, qui modum in libidinibus excedit. Nec minus abrutum probum est, quod apud aliquot posterioris aevi scriptores legitur, ut in Privil. Agiradi Episcop. Carnot. ann. 696. apud Felibian. in Hist. Monast. S. Dionys. p. XVII., **abrutis** palearum sordibus, quem locum citat du Cang. v. Est abrutus idem, quod excussus, vacuus, quam significationem voc. effeminatus respondere elucet. Significatione devirginaudi nuspiam inveni effeminare dictum.

35. VIII. p. 202. efferus, saevus. P. effera, ferinae mentis, aspera; efferor, aris, efferatus, mente ferina affectus, sine ratione, immissus [remissus?] Efferri enim est superbire, ut explicat P.: effero, fero, lacero, superbio, ubi lacero quid sibi velit non capio, unde erat ut emendarem iacto vel tumeo. VIII. p. 194. efferre, effervere, calefacere, ebullire [de rebus ad quas magno impetu commovemur ac trahimur].

36. L. funus ducitur ἐκκομίζεται. Graece enim ἐκκομίζειν de mortuis dici probat praeter multos vett. locos voc. ἐκκομιδιαί exsequiae. *II*. p. 61. De efferre voc. significatione cf. Serv. ad Aen. XI. 183. ibiq. Intt., quos vide etiam ad Petron. c. 111.

37. Haec glossa quî explicari possit, non habeo. In seqq. legendum est ἀρκεῖ, ὑποχρῆ, quod efficit neutiquam significare posse, cuique patet. Coniicio, corrigendum esse inficit, sufficit, ita ut per glossatorem temerarium addita sint graeca vocabula, qui quid sufficit hic significet, non intellexerit. Infectus et suffectus de rebus dici colore cinctis, demonstrant Intt. ad Aen. II. 210. et ad Val. Flacc. II. 105. cf. Non. p. 386. Ceterum nota etiam infra sufficit explicari efficit.

38. In hac glossa me vexant voc. et t͠mentarium. Primum enim contra morem est glossatoris, quod hic inter singulas glossas et particula posita est. Hinc lego exemplarium, quo vocabulo utitur Arnob. VI. c. 13. **exemplarium** fuisse perhibetur vel lineamenta, sed tum unde rium additum sit non video; pro simulacra l. aut simulacri aut simulacrum.

40. A. p. 328. n. 5. affligit, allidit [ubi l.: elidit, quae duo vocab. saepius a librariis commutantur; cf. Schneider. ad Colum. R. R. IV 20. §. 2.]

41. L. efflavit, exalavit i. exhalavit, ut etiam infra corrupte legitur exaluit, effluit. P. efflare, spirare; effluere, largiter fluere, atque ita emendo in VI. p. 522. effuit, larguit aut in effluit, large fluit aut effluit, fluit largiter. Forsitan etiam corrigere possis effudit — largiit, ut largii Perf. sit voc. antiqui largio cf. Non. p. 470. v. largi.

42. L. ephebi. VIII. p. 190. Ephoebus, hi .i. iuvenis imberbis; et p. 193. ephoebus, iuvenis, impubes, pubeta, investiceps, nephrendines, imberbis, primipilus, adolescens, puellus, iuvenculus (ubi nota primum voc. pubeta; cf. I. p. 692. n. 24. pubeta vel pubeda, adolescens. VIII. p. 408. hic pubeta, ae, .i. iuvenis, quod etiam hic pubeda, ae dicitur, unde Martianus Capella: pubeda vixdum vel paterna contremens, et p. 467. pubeda, iuvenis, pubes, adolescens, ephoebus, pubeta, pubeda, iuvenis, puellus. Apertum est ex Fest. p. 27. v. bulima legendum esse ubique bupeda: **bulimam** Graeci magnam famam dicunt, assueti magis et amplis rebus praeponere βου a magnitudine scilicet bovis. Hinc est quod grandes pueri **bupedas** appellant, quo accedit, quod in optimis Capell. I. §. 31. et IX. §. 908. Kopp. bupeda invenitur. Dein pubeta s. pubeda non habet, quantum scio, analogiam. De terminatione da Latinorum ex graecis vocc. formata cf. Kopp. ad Mart. Cap. p. 72. Inde formarunt bupedare .i. pubescere cf. VIII. p. 467. pubescere, erescere .... pubetare. Pro nephrendines legendum est nefrendes, quod tamen hic non aptum est; cf. Fest. p. 106. et p. 176. Tum nota primipilus, quod errore glossatoris hic positum est quia ex pilus i. capillus et primus compositum perperam existimavit.) A. p. 327. n. 132. ephebus, adolescens, qui non habet barbam, ut Pl. p. 458. ephebi, imberbis et I. p. 678. 10. ephebion, locus constuprationis puerorum imberbium [unde emenda VIII. p. 199. ephoebian locus, ubi iuvenes prostituebantur]. P. ephebus, adolescens, imberbis, a phoebo dictus .i. sine colore [cf. Is. Or. VIII. 11. §. 54.] Hanc etymologiam veteribus in usu fuisse, docet allusio Martian. Cap. I. §. 31. ubi Apollo se ipse imberbem dicit. Formam imbarbus, quae hic legitur, quamquam altero exemplo confirmare non possum, defendi possit ex voc. imbarbescere, quod habet Fest. p. 81.

**Effugium, locus, qui fugientem recepit.**
45. **Egerimus, tollimus.**
**Egestas, penuria, inopia.**
**Egestio, degestio.**
**Egit, gessit.**
**Egone, ego ergo, numquid ego.**
50. **Ego quidem, equidem.**
**Egredi, evitare.**
**Egreditur, exit, proficiscitur.**
**Egregiae, extantiae.**
**Egregius, magnus, summus, nobilis.**
55. **Egressus, profectus.**
**Egressio, exortus.**

44. VIII. p. 193. ephemeris, tabula manualis, Iuvenalis: in cuius manibus quasi pinguia sucina cernis ephemerides; A. p. 326. n. 74. effimere, cotidianares, ubi Oehler. recte correxit ephemeris, cotidiana res; et p. 327. n. 31. epemeris, quod habent mathematici, unde litigant dies singulis [ubi emendo unde eligunt dies singulos cf. Plin. Nat. Hist. XXIX. 1.] et n. 125. epimeri, adbreviatio rerum n. 141. enphemerides, duplex res et p. 328. n. 36. ephemercis, quam habent mathematici, et inde colligunt singulum diem. VI. 523. Ephemcrides, rationes; ephemeris, abbreviatio rerum in breve. effemeris gr. unius diei gestio, hoc apud nos diarium vel diurnum vocatur; effemerides libri, quibus coditiani actus scribi solent. In nostro glossario emendari nequit, etsi ephemeris nominativus non respondet sequenti dativo, quod errore glossatoris fieri potuit, qui is terminationem latinam esse putavit. Quid in gloss. Ampl. interpretatio duplex res sibi velit, doctiores videant.

45. et n. 47., ubi pro degestio l. digestio. Priorem glossam habet VI. p. 522., ubi corrupte scribitur egerimcus tolincus; cf. Ovid. Trist. IV. 3. 38. **egeriturque** dolor. Deinde et foras mittere, emittere potissimum dicitur de vomitu et excrementis; Pap. egerere, vomere vel per anum emittere. cf. VIII. p. 193. egerere, foras emittere vel evacuare; egestus, foras emissus vel vacuatus. Statius Thebaidos: egestas alternis mortibus urbes p. 198. egestare, egerere, foras emittere; et p. 199. egestuare, fluctuare, egerere ubi l. egestare, eructare, egerere. Huc refero I. p. 678. n. 2. et p. 679. n. 4. egeria, noxia et egestio, nocens, qua in explicatione vomens vel simile quid inesse puto, quamquam quid corrigendum sit, nescio. Certe mihi Reines. Varr. L. I. c. 8. nunquam persuadebit, Nixia esse legendum, quod Egeria sit nympha, quae praesit puerperiis. Item egerare, quod in P. legitur et explicatur spernere, detestari et execrare et VI. p. 522. egerare, dispernere [l. desp.] detestare et egerate, execrate, aut in egerere aut egestare emendandum est. Glossam despernere, detestare ortam puto ex corrupto voc. execrare, quod prius fuit excreare s. exscreare, unde factum, ut activa forma execro hic appareat pro deponentiali.

51. Legendum aut ebitere aut eviare esse, antea censui, quam lectionem confitendum est leviter tractanti primo aspectu arridere posse. Nunc vero egredi, evitare retineo, quia evitare est declinare, recedere atque ita aliquot locis egredi usurpatum esse video; cf. Cic. Brut. 21. §. 82. ut **egrederetur** a proposito ubi de hoc voc. accuratius egit Ellendt., qui Graecorum παρέκβασις comparat. Quamquam largior, declinare et evitare hac quidem significatione non plane eadem esse, tamen ex more est glossatorum, ita singulas vocc. notiones inter se confundere; cuius moris plura adhuc iam protuli exempla. Ita etiam in seqq. explicatur evitare, egredi, declinare, obtundere. In Fragm. Port. extat: (eg) reditur exit, iter facit, iter initiabit (vit), egreditur, proficiscitur, iter tendit; egreditur, iter agit, peragit, gressum dirigit.

53. De hac glossa ad n. 316. accuratius agam.

54. Fragm. Port.: (egre) gia, modesta, honesta, bene morata, probata. taciturna, casta, faceta, venusta, admirabilis. [Egr] egia, decens, recta, amabilis, nobilis — festiva, gravis, grata. elegans — nobilia, praecipua, magna, — [Eg] regium, gloriosum, magnum. — [Eg] regium (am?) laudem, praeclaram gloriam. — [Egr] egie, excellenter, mirae, magnifice — insigniter, mirifice, granditer — cordate, nobiliter, pulcherrime — perfecte, noviter [l. naviter] honestissime, divine — maxime, praecipue, eximie — praesertim, unice, singulariter [sum] me, prime [apprime?] — [Eg] regium, optimum, magnum, primum — gloriosum aut praecipuum, graece [l. grave] [Egr] egius, erectus, evigil [quod etiam in Pl. p. 461. extat, ubi evigil ex malo glossatoris interpretamento adsutum existimo. qui quid hic erectus sibi velit non intellexit] Egregius, altus vel magnus — summus, magnus.

**Divaricat, praevaricat.**
**Diversa, differentia, distantia.**
345. **Diversati, in loco positi.**
**Diversitas, separatio.**
**Diversum, non consentiens.**
**Divertat, disiungit vel invenit.**
**Diverticulum, brevis locus, in quo diverticulum est, hoc est diversurium.**
350. **Diverberat, disiungit, separat.**
**Dives, opimus, locuples.**
**Dividit, segregat, intercedit, scindit.**
**Divinatio, praesagium, quod antenuntiat.**
**Divinties, inligatus, affectu.**
355. **Divini, vates, praesagi.**
**Divinitus, ex divinitate.**
**Diuncem, undecim uncias.**
**Divorcium, deflexio ad divertendum.**
**Divortium, discidium, separatio, vellis.**

457. nec Charon ille et **Ditis pater** tantus deus.

348. De forma activa praevaricat infra dicam ad h. v. VIII. 178. divaricare, diversum facere (?) A. p. 296. n. 100. divaricatum, depravatum, extensum in diversa. P. Divaricare, disturbare, diffundere, dilacerare: *Π.* p. 59. divaricat διασχελίζει καὶ ὑπερβαίνει. cf. Non. p. 34.

345. Ego hoc voc. in nullo glossario repetitum inveni. Potest esse deversati i. qui deversantur .s. diversantur; at adversatur interpretatio. Tum diversare in postrema latinitate dictum pro versare, circum agere probat du Cang. v., ubi potius est ita in diversas partes versare, ne coeant. Fabas saepius cum cochleari **diversant**, ne . . . sapiant ignis odorem cf. VIII. p. 179. diversare, variare. Hinc diversati esse possunt in diversa acti Itaque corrigo: diversati, in loco sepositi, ut Pap. habet: diversus non solum pro vario sed etiam pro separato et discreto accipitur. Inde diversitas dicitur (quae ea de caussa in hoc gloss. explicatur separatio).

348. Ego lego divertit. disiungit, vel invertit [i. in contrariam partem vertit] atque ita emenda glossam, quae infra v. invenit legitur: invenit, devestit in: invertit, devertit. Forsitan etiam diversat retineri possit, frequentativum voc. divertere, quod tamen alibi non invenitur. Pap.: devertere, ad diversa vertere.

349. cf. supra ad n. 185 — 187. v. deverticulum. Et deverticulum et diverticulum, ut deversorium et diversorium dixisse vett. probat P. quod et deverticulum et diverticulum explicat: Diverto, divertis, inde diverticulum, diversorium .i. locus in quo divertitur de via; domus hospitalis. Diversores, hospites. Diversorium, receptorium hospitale, dictum, quod ex diversis locis sibi conveniatur. Diverticulum, diversae ac divisae viae; locus ad quem secedimus de itinere. Quomodo glossa nostra legenda sit, mihi non satis patet. Pro in quo diverticulum est scribe aut in quo divortium est [cf. infra] aut in quo divertuntur, de qua forma dixi n. 187.; et est adiectum tum puto, cum diverticulum corruptum fuit. Brevis tamen quid sibi velit, nescio.

350. VI. p. 521. diverberat, diungit i. diiungit, de qua forma cf. Drak. ad Liv. XLII. 52. 4., etsi diunge etiam in lapidibus invenitur; ut Inscriptt. apud Marin. Fratr. Arv. p. 712. neque ullus unquam nos **diunxisset**. Diverberare potissimum de navibus ac sagittis dicitur, quae aquam et aera dissecant volando; cf. Burm. ad Nemes. Cyneg. 265. et Intt. ad Virg. Aen. V. 503.

352. L. intercidit.

354. L. devinctus, inligatus, affixus; atque ita emendandam censeo glossam A. p. 296. n. 108. divincians, inligans, effectum in devinciens, illigans, affigens aut devinciens, illigans; devinctum affixum et VIII. p. 179. devincere, litigare in devincire, illigare.

*355. A. p. 296. n. 107. divinus, areolus. Is. Or. VIII. 7. §. 3. vates . . . **Divini** eodem erant nomine, quia et ipsi quoque pleraque versibus efferebant; et VIII. 9. §. 14. divini dicti, quasi deo pleni: divinitate enim se plenos assimilant et astutia quadam fraudulenta hominibus futura coniectant. P. divini dicti, quasi deo pleni, augures, divinarii, augurarii [ubi l. divinari, augurari ita ut ab his voce nova glossa incipiat]. Plura dixi de hoc voc. ad Apul. Met. I. 8. T. I. p. 38. et ad Arnob. III. 20.

357. cf. supra n. 193.

358. 359. VIII. p 178. divortium, ubi divisae sunt viae et p. 181. divortium, diversitas viarum. Is. Or. IX. 7. 25. Divortium est, quoties-

**360. Diurnum, divale.**
**Diutinum, uberrimum.**
**Diutius, dudum vel diu, quod longum tempus sit.**
**Diuturnum, dioutinum, quod habet temporis longinquitatem.**
**Divulgatum, diditum, percrebratum.**

**365. Divulgator, dissiminator.**
**Divus, deus vel imperator, quod post mortem quasi deus factus.**
**Docilis, docibilis.**
**Documentum, alterius exemplum.**

cumque dissoluto matrimonio alter eorum alteras sequitur. Divortium autem dictum a flexu viarum, hoc est vias in diversa tendentes, et XV. 16. §. 11. Divortia sunt flexus viarum; hoc est viae in diversa tendentes; idem diverticula sunt, hoc est diversae ac divisae viae sive transversae semitae, quae sunt a latere viae. P. Divortium separatio coniugii, repudium, flexus viarum. Non. p. 458. Divortia non coniugii distractionem solum sed etiam omnium inflexionum, quae a recto detorquentur. Serv. ad Aen. III. 379. ad divortia [vias in diversa tendentes hoc est] ad diverticula viae militaris, ad q. l. cf. Intt. et dict. mea ad Apul. de Mund. c. 19. T. II. p. 390. Pro vellis, quod extat in glossemate, lege connubii, ita ut con aut priore syllaba io absorptum aut c̃ scriptum postea neglegentia quadam librariorum omissum sit.

360. Duplici modo huic glossae mederi possis emendando aut diurnum diale aut divinum divale. Utrumque glossaria firmant. Nec glossarium Isidor., quod alibi glossae nostrae accuratissime reddunt, hanc litem dirimere queat, quia utraque glossa in eo invenitur; p. 676. n. 50. diale, diurnum, meridionale et p. 677. n. 8. divale, divinum. Cum tamen prius per litteras facilius emendari possit, id legere malo VI. p. 521. divale, divinum; VIII. p. 181. divalis, dius, divinus; A. 294. n. 86. divale, diva divino ubi lege divum, divinum. A Pap. divalis non explicatur et diurnum hanc glossam habet: ut diurna merces i. unius diei, in diem. Atque dialis hoc ipsum est. Hoc voc. hac significatione invenitur, quantum scio, tantum apud Macrob. II. 2. Marcus, inquit Othacilius Pitholaus, cum Caninius Revilius uno tantum die consul fuisset, dixit: Ante flamines, nunc consules **diales** fiunt et VII. 3. ut Tullius in consulem, qui uno tantum die consulatum peregit: solent, inquit, esse flamines diales; modo consules **diales** habemus. Alia pauca exempla extant in Inscriptt. Inde colligi possit, cur dialis a glossatore corruptum sit in divalis.

361. Haec glossa quamquam singulare quid habet, cave tamen, ne corrigas; cf. VI. p. 521. diutinum, cotidianum; **diuturnum habundantissimum**, cui voc. respondet h. l. uberrimum. P.: diuturna dicta a perpetuitate, quasi aeterna. Qui tamen diutinus et diuturnus esse possit uberrimus, mihi quidem non constat. Nisi divitissimum nimium abesset a litteris, ego hoc reponere non dubitarem. Ex ceteris glossariis auxilii quidquam repetere non potui; unde corruptum esse diutinum et diuturnum existimo.

364. VIII. p. 179. diblaterare, divulgare, quod prius voc. nota, cum in nullo adhuc glossario et lexico invenerim. Deblaterare, quod aliquoties legitur, est stulte loqui. VI. p. 521. divulgatio, designatio; divulgato, designato atque ita corrige glossam P. dibulatio, designatio in divulgatio, nec in dilatio, ut Henschel. voluit ex Gloss. cod. Par. 7644.: dilatio, designatio. At ingenue fateor designatio mihi non probari, quod significationi, quam voc. divulgatio habet, neutiquam respondet. Ita erat cum dissipatio et dissipato corrigerem; cf. Cic. pro Flacc. c. 6. sermo est **dissipatus**; vel disseminatio, ut in seq. glossa, quod propter soni similitudinem in designatio facilius abire potuit. De diditum cf. supra p. 216.

366. I. p. 677. n. 9. divus imperator, qui post mortem dei nomen accepit. VI. p. 521. divus imperator, qui post mortem, ut deus, habetur. P. divus dicitur deus vel imperator, qui post mortem velut deus habebatur. cf. Serv. ad Aen. V. 45. unde **divos** etiam imperatores vocamus.

367. Docilis et docibilis in usu erant; cf. Pl. p. 453. docilis et docibilis utrumque dicimus. Fragm. Port.: docibilis discipulus — docibiles pro dociles creditum(?) dicimus enim utrumque et docibilis et docilis. Docibilis ingeniosus doctor qui docet — docilis sequax eruditus, qui cito docetur. VII. p. 559. docibilis, discipulus. VI. p. 521. docilis qui docet vel ingeniosus. P. docilis qui facile docetur, docibilis vero, qui facile discit.

Docte, fabrae, ingeniose, scienter.
370. Doctior, scientior, ingeniosior.
Doctor, praeceptor, magister.
Doctrina, eruditio, disciplina.
Doctus, ingeniosus, peritus.
Doctus, dissertus, eruditus, sciens.
375. Documentum, fanifestum, probatum vel exemplum.
Dolabra, securis lapidaria.
Dolicis, ingeniosus et qui cito potest discere.
Dolones, telae absconditae.
Dolor, tristitia, molestia.
380. Dolumen, bellabrum.

[cf. Prisc. XVIII. c. 2. T. II. p. 117. Krehl.] Docibilis, qui doceri potest. Est enim ingeniosus ad discendum, ex quo apparet in seqq. n. 377. legendum esse pro dolicis: docilis vel docibilis. cf. Is. Or. X. 66. docilis dicitur, non quod sit doctus, sed quod doceri potest: est enim ingeniosus et ad discendum aptus et ibid. n. 274. Ex his quas protuli glossis apertissime elucet in VI. scribendum esse docilis qui docetur. De discrimine quod facit Prisc. l. c. cf quae disputavi ad Apul. de Dogm. Plat. II. 3. T. II. p. 216.

369. L. fabre cf. infra ad h. v.

375. Utrumque et docimentum, quod supra extat, et documentum in usu fuisse analogia probatur vocc., ut monimentum et monumentum. Hanc glossam non sine aliqua puto esse auctoritate ad eam litem dirimendam, quae de vocc. monimentum et monumentum exorta est. Erant enim, qui tantum monumentum probarent ob analogiam voc. documentum, quod nuspiam docimentum scribi putabant. At puto rem sola librorum fide dirimi posse. Apud Virg. enim vetustissimus cod. Medic. monimentum habet V. 538. VI. 26. VIII. 312. 356. monumentum Aen. III. 102. 486. IV. 498. VI. 512. Ita Apul. Met. IV. 18. codd. optim Guelf. 2. Or. et ed. Iunt. 2. habet **monimentum** quoddam nec dubito quin eadem scriptura etiam in Florent. inveniatur, quod in rebus, quae sibi videbantur minutae, codd. collatores non ita accurati sunt, ut notare operae pretium iudicent. Met. VIII. 13. monimentum habet optim cod Florent., Apol. 36. omnes codd. in lectione monumentum consentiunt; item c. 55. Nec aliter cod. optim. Flor., ad orthographiam fere optimus, habet monimentum Tac. Ann. III. 23. 57. 72. IV. 7., ac nisi egregie fallor, in cett. quoque locis ceteri melioris notae codd. Itaque sententiae eorum accedere nequeo, qui monimentum ubique reiiciunt, et ex auctoritate codd., ut dixi, alterutram lectionem eligendam existimo. Velim in eam rem accuratius inquirant vetustissimorum codd. collatores. In aliis glossariis, quae mihi ad manus sunt, forma documentum sola extat; tantum in Not. Tiron. p. 88. docimentum legitur; Apud Terent. Maur. demetr. p. 2524. legitur tale docimen. apud Lucret. VI. 392. documen, quae utraque forma et documentum et docimentum formationi patrocinantur. Ex his locis corrige, quae reperiuntur in VIII. p. 169. Dicimus etiam . . . et hoc **documen, nis, quod non est in usu,** sed inde extractum est documentum, ti.

376. VI. p. 521. dolabra, ascia lapidaria; VIII. p. 173. dolabra, ferrum unde dolatur. A. p. 296. n. 10. dolabra, ascia lapidaria ac nota. n. 12. dolabrum est dolatura, dolabellum, demin. Dolubrum aliis in glossariis extat ut VIII. p. 166. Invenimus quoque hoc dolabrum, ri. *Π.* p. 60. dolabra. ἀξίνη τεκτονική. ἀξίνη. ὄρυξ. πτύον. πέλεκυς. et dolabrum πτύον ἀξίνη. Ceterum pro dolatura, quod in A. perperam legitur, corrige dolatoria s. dolaturia cf. Capitul. 2. ann. 813. c. 10. molas, dolatorias, secures; et du Cang. s. vocc. Henschel T. II. p. 899.

377. L. docilis; cf. supra n. 367.

378. L. tela abscondita ut A. p. 296. n. 109. VIII. p. 173. dolones tela, quae absconduntur propter dolum in vaginis. Is. Or. XVIII. 9. §. 4. Dolones sunt vaginae ligneae, inter quas latet pugio sub baculi specie. Dolones autem a dolo dicti sunt, quod fallant et decipiant ferro, cum speciem praeferant ligni. Hos vulgus Graeco nomine oxos vocant .i. acutos, unde Papias: dolones vagina (vaginae l.) in quibus latet pugio sub baculi specie; dolones tela abscondita gr. ozos [l. oxos] dicuntur .i. acuta: dolo a fallendo dictus; habet enim in se latentem pugionem; cf. Serv. ad Aen. VII. 664.

379. Dolor, tristitia, moestitia(?)

380. Idem glossema est in I. p. 677. n. 44. ac pro eo dolamen, dolabrum legi malunt, quam coniecturam firmare videtur VIII. p. 173. dolumen, ascia, securis, asciculus. Dolamen vero pro dolabrum dici posse, mihi quidem non persuadetur, quod cetera, quae in men desinunt, derivata nuspiam significant instrumenta. Huc accedit quod Apul. Florid. I. n. 1. habet: truncus dolamine effigiatus i. e. dolatu levigatus: unde apertissime, quae

Domesticus, agaso, cliens vel proximus.
Dominatio, dominatum.
Dominavit, subiecit, submisit.
Dominus, eruus, vir magnus.
385. Dumus, familia.
Domus, penatae, lares.
Dorcades, genus quadrupedum.
Duces, ductores.
Ducit, trahit.
390. Ducto, auspitio ex divina requisitione quod potest duci vel nuntiari.
Ductor, dux.
Dudum, diu, diutius.
Duella, bellum, pugna.

sit voc. dolamen significatio, efficitur, nisi ponere mavis, glossatorem, qui hunc locum male intellexit, quia hic etiam instrumentum quo truncus effigiatus est, significare potest, dolamen pro dolabro dici finxisse. Dolaria, quod voc. a posterioris aetatis scriptoribus pro dolabrum dictum esse du Cang. probat, nimium a litterarum formis recedit, quam ut corrigi queat. Ego plane aliud voc., quod litteris magis convenit, in hac glossa latere existimo, corrigens dolonem velabrum aut velarium; cf. Is. Or. XIX. 3. §. 3. dolon minimum velum et ad proram defixum. Velabra et velaria pro velis dici, quae in theatris superne affiguntur, probant lexica. Glossatorem quod sit inter velum nauticum et velabrum et velarium discriminis, neglexisse, non est quod in his explicationibus mirere. Restat glossa Maii, quam fictam esse pono a stolido glossatore. Corrigas in ea voc. ascicolus quod per etymologiae regulas probari nequit in asciola ex Isid. XIX. 19. 15. et Not. Tiron. p. 193.

381. cf. supra dict. ad v. agaso et cliens.

382. L. aut dominatus aut dominium; cf. Non. p. 203. et du Cang.

383. Activam huius verbi motionem probat Priscian. VIII. 4. T. I. p. 367. Krehl.: Ex his multa antiqui activa quam passiva significatione protulisse videntur . . . . dominor et p. 371. Nigidius: omne pecus indomitum habet quiddam in se ferum sed tamen ea natura est, ut et curari et dominari possit, δεσπόζεσθαι dominari passive. Alia exempla dabunt Intt. ad Cic. Off. I. 39. Ita edominari passiva significatione positum esse probavi ad Arnob. V. 11. p. 430. P. dominor, aris commune antiquitus. cf. infra humiliavit — dominavit et subdidit dominavit.

384. L. herus.

385. Ita l. in A. p. 294. n. 38. domus liberos pro domus libros, ut recte vidit Oehler. Significatio haec voc. notissima est. P. domus unius familiae habitaculum est, sicut unius populi urbs. Est autem domus familia genus (?) sive coniunctio viri et uxoris, et incipit a duobus, quem locum corrige ex Isidor. Origg. IX. 4. §. 4. Fragm. Port. domum, familiam, aedem, larem — domus, familia genus (?) stirps, origo, suboles, progenies, propago, sang(uis).

386. L. penates. VIII. p. 175. domal [ubi emendo aut doma aut domata ut A. p. 296. n. 11. dommata [i. domata] quae moenia latina dicuntur vel superiores domus et VII. p. 559. domata, moenia vel superiores domus. P. doma, tectum vel atrium, quod non tegitur. Domata Graeci dicunt tecta, moenia vel superiores domos, quae postrema etiam in Fragm. Port. leguntur], domus, penetral, penates, lar, (?) aedes, casa, recessus.

387. Is. Or. XII. 1. 15. agrestes caprae, quas Graeci pro eo, quod acutissime videant, ἀπὸ τοῦ ὀξυδερκέστερον dorcadas appellaverunt. Morantur enim in excelsis montibus et quamvis de longinquo, vident tamen omnes qui veniunt. Hinc explica Pap. dorcas gr. capreola, praescium animale est dictum a dorco verbo graeco .i. video quod acute videat.

390. Ego malim legere ductu auspicio, cogitans de formula ductu auspiciisque, imperio auspicioque. Plaut. Amph. I. 1. 41. gessit rempublicam ductu imperio auspicio suo. Ducere auspicium veteres dixisse me quidem fugit.

393. VIII. Bellum componitur hoc duellum li et duellium, lii .i. duorum bellum, unde hic duellator, ris .i. ille qui duellum peregit, unde Plautus in Captivis: domi bellique duellatores optimi et hic duellio, onis .i. pugil, quod etiam hic duellis invenitur et p. 175. duellator, pugnae victor p. 177. duellum, duorum bellum, quod et duellium dicitur. A. p. 294. n. 79. duellium, bellum. Fest. p. 51. Duellum bellum videlicet, quod duabus partibus de victoria contendentibus dimicatur. Varr. de L. L. VII. 49. duellum id postea bellum. Ab eadem caussa facta Duellona Bellona Prisc. de XII. Vers. Aen. c. 9. T. II. p. 335. duellum dicebant antiqui pro bellum. Primum nego ex glossis, quas descripsi,

**Duellio, pugnator, belligerator, quod docet.**

**395. Duent, dentribuant.**

**Dumis, spinis.**

**Duplices, diploides vel vilices.**

**Duplicare, geminare.**

**Durabilis, longanimis.**

duellum s. duellium unquam pro singulari duorum pugna dictum atque hanc posterioris aetatis mere fictam significationem eo exortam existimo, quod duellum ex duo et bellum compositum et veteres et recentiores opinabantur. Nam si omnia, quae extant, veterum loca inter se comparaveris, duellum pro bellum eos dixisse invenies; tum quod duellus pro bellus .i. pulcher posuisse antiquos notum est, iam intelliges, eadem ratione duellum pro bellum dictum esse, qua duonum pro bonum, duis pro bis; cf. Fest. p. 61.; Intt. ad Cic. Orat. 61. et ad Quint. I. 4. §. 15. et dict. mea ad Apul. Met. X. 30. T. I. p. 964.; denique etiam posterioris aetatis scriptores sua significatione duellum posuerunt, ut Mart. Capell. VI. §. 568. Kopp. quod dux sanguineo praesulque corusca **duello**. Pap. eundem errorem habet: duellum ante bellum dicebatur, quod duae sint partes dimicantium. Post mutata et detracta littera bellum dicitur, et Ioann. de Ianua: duellium quasi dubellum vel dubellium i. **duorum bellum.** Media tandem aetate fere semper de singulari certamine dictum esse duellum et pro eo etiam tum duellium dictum esse probant loca, quae du Cang. profert v. T. II. p. 949. Discrimen inter duellium et duellum sibi finxit sine dubio V. D. qui glossas scripsit ad Panegyr. Bereng. lib. 2. v. 40. in Pertz. Script. T. III. p. 197: distat autem **duellium** et **duellum**; nam duellium est spatium quo bellum praeparatur, duellum dicitur ipse conflictus; nam usus dicendi adversatur. Ceterum apparet, in hoc glossemate pro duella legendum esse duellum, quod nota duellū scriptum, facile in duella corrumpi potuit. Est enim duella mensura quaedam; cf. Isid. Orig. XV. 25. §. 15. Uti bellum non raro pro pugna dicitur, ita ut utrumque significet cf. dict. mea ad Apul. Met. II. c. 16. p. 113., ita etiam duellum et bellum et proelium notat; cf. Intt. ad Horat. Epist II. 2. 97.

394. I. p. 677. n. 33. duellio, rebellis ut repetit Gloss. Mai. T. VI. p. 297. n. 117. VIII. p. 177. duellio, duelli victor qui et **duellator** dicitur et duellans. P. duellio, rebellio, perditus, belligerator. VI. p. 521. duellio, perditio. Apparet ex his glossis, duellio duas habere significationes abstracti et concreti, quae notandae sunt, cum, quantum scio, praeterea in uno coniungatur vocabulo optio. Cetera, quae in io desinunt derivata et a praesenti verborum formantur, ut pugio, suspicio, internecio, contagio, abstractam magis praeferunt notionem. Ita etiam rebellio utramque habet significationem; cf. *Π.* p. 155. rebellio *ἀποστάτης ἀπόστασις ἀντάρτης* et Intt. ad Trebell. Poll. Salon. Gallien. 1. Ioann. de Ianua: duellio pugil, qui etiam duellius dicitur et inde duellis, ubi legerim qui etiam duellans dicitur et inde duellis aut qui etiam duellis dicitur et inde perduellis. Formam duellis non solum VIII. p. 64. firmat, sed etiam locus Arnob. I. 16. cur **duelles** cum pereunt et analogia vocc. rebellis et imbellis. Quid vocc. quod docet sibi velint, ne coniectura quidem assequi possum.

395. L. dent, tribuant ex VI. p. 559. duent (?) et duint dent, tribuant; duere, vincere; duit, dedit. VII. p. 521. dunt [l. duunt] dant tribuunt. A. p. 297. n. 116. duint, dent, tribuant. P. duere, dare, vincere; duit dedit; duent dabunt. *Π.* p. 61. duint *δοῖεν δώσωσιν*; duit *δοίη*, ubi lego duint *δοῖεν* duent *δώσουσιν*. Fuisse antiquitus verbum duere non est negandum, quod tamen tantum in coniunctivorum formis veterum exemplis probari possit; ut creduis, perduim, adduis; cf. Fest. p. 23. et Intt. ad h. l. p. 339. et p. 51. Intt. At explicari vix possit, qui duere significare possit vincere, ut glossae aliquot volunt. Ego hanc notionem ex falsa lectione fictam existimo. In *Π.* p. 202. legitur *χαίρω* gaudeo, duo letor, gallesco, gaudeo gaviso, ubi sine dubio legendum est *χαίρω* gaudeo, **ovo** [ut supra *χαίρει* ovatur gratatur] laetor, gavesco, gaudeo gavisor ut Pap. habet: gaudeo inde dicitur gavisus . . . a quo componitur **gavisor gavisaris** et *Π.* p. 80. gavescite, *χαίρετε.* Ovo cum in duo corruptum esset, postea in glossas omnes perverse abiit et vincere explicatum est. Aliter res mihi quidem non liquet.

397. cf. supra n. 259.

399. In meis glossariis hoc voc. non inveni. Philox. habet durabile *διαρκές* et ita apud veteres de iis dicitur, quae diu durant. Longanimis explicant glossae *μακρόθυμος*, *κροθυμῶ* duro, *μακροθυμεῖ* durant, unde apparet, nihil mutandum esse. Ita Fulgent. Epist. ad Venant. dixit: pressuras **longanimiter** tolerare.

400. **Divina fama, opinio.**
**Divitator, confida.**
**Duvium, clanculum, ambiguum.**
**Duvius, anceps, incertus.**
**Discolus, difficilis.**
405. **Duxi, aestimavi, arbitravi.**

400. L. dubia fama, ut infra v. opinio.
401. cf. supra v. confida.
402. L. dubium, clanculum, ambiguum. Primum nota neutrum adiect. clanculus, quod adverbii locum habere hic non potest ut A. p. 281. n. 126. clanculum, occultum. Hoc iam restituere ex optim. codd. Tertulliani voluit Salmas. de Pall. c. 4. clanculus fructus. Exemplum profertur in du Cang. Gloss. Add. ex vit. S. Dunstani tom. 4. Maii p. 354. nonnulli eorum **clanculi** persecutores illius extiterunt. Tum nota significationem, ad quam convenire videtur glossa S. Germ. clangulum mane, ubi lux dubia est. Praeterea notandum est, adverb. **clanculo** latenter, quod bis legitur in VI. p. 555. et VII. p. 516.

404. L. dyscolus VI. p. 522. et A. p. 294. n. 93.; cf. VIII. p. 175. discolus difficilis vel alienus vel deorsum a schola ineruditus. P. discolus difficilis aut moralis, indisciplinatus a scholis dicitur a colere et dis. Pro moralis lege morosus. Quid deorsum a schola sibi velit, non video.
405. De activa voc. arbitror forma vide Non. p. 470. v. arbitrabunt; Priscian. VIII 4. T. I. p. 367. Krehl.: ex his multa antiqui tam activa quam passiva significatione protulisse inveniuntur . . . . . **arbitror** . . . p. 370. Coelius ex scriptis eorum qui veri **arbitrantur**; ὑπολαμβάνονται cf. Voss. Arist. T. II. p. 750. ibiq. Eckst. Zumpt. ad Cic Verr. II. 5. 41. §. 106. p. 920.

---

# E.

1. **Eatenus, usque hic.**
**Eboreum, eburneum.**
**Ebrietas, crapula vel nausia.**
**Ebriosus, vinolentus.**
5. **Ecatae, tribi, aenocticula.**
**Ecce, en, est, instat.**
**Ecudit, producit, excudit.**
**Ecui, elicui.**
**Eculeus, genus tormentorum in quo extans extenditur homo.**

3. 4. L. nausea. VIII. p. 73. Bria .i. quaedam mensura, teste Isidoro; et componitur ebrius .i. extra mensuram bibens, unde ebriosus et ebriose adv. et haec ebrietas, quae repetuntur p. 190. De significatione dixi supra v. crapula.
5. L. Hecate, Trivia, Nocticula. Fest. Hecate Diana eadem putabatur et Luna et Proserpina; Serv. ad Virg. Aen. IV. 5. 10. sed sonat tertio centum numina Hecates, unde Hecate dicta est ἑκατὸν .i. centum potestates habens . . . Quidam Hecaten dictam esse tradunt, quod eadem et Diana sit et Proserpina ἀπὸ τῶν ἑκατέρων vel quod Apollinis soror sit, qui est ἑκατηβόλος sqq. ad 609. Sacra Hecatae in triviis frequentantur per noctem. P. Hecate Proserpina trivia apo toy hecaton aut quod centum victimis Menelaus eum placaverit aut quod insepultos per centum annos ad inferos recipere nolit. Huc pertinet locus Varr. de L. L. V. 68. Luna vel quod sola lucet noctu, itaque ea dicta **Noctiluca** in Palatio et VII. §. 16. Titanis Trivia Diana est, ab eo dicta Trivia, quod in trivio ponitur fere in oppidis Graecis vel quod luna dicitur esse quae in coelo tribus viis movetur cett.
7. Confirmat hoc voc. gloss. P. ecudere, fabricare, excutere. In aliis gloss. hanc formationem non inveni.
8. Duplex est quam de hac glossa habeo, coniectura; aut legas: ecivi [excivi] elicui aut ecudi elicui. Prius defendo ex seq. gloss., ubi extat elicuit, exclusit. Notum enim est, excudere pro excludere dici de ovis, cuius significationis exempla lexica dabunt. Ceterum etiam eclosa et eclusa pro exclusa apud posterioris aevi scriptores in usu fuisse probat du Cang. v. Hensch. T. III. p. 9, ut ecludi et ecivi probari queant.
9. Exstans mihi non satis probatur. VIII. p. 185. hic equuleus pro quodam tormento et p. 192. equuleus, tormentum quoddam. Is. Or. V. 27. 21. eculeus autem dictus, quod extendat. P. equuleus parvus equus vel tormentum quoddam dictum, quod extendat. Fusius egi de hoc tormento et de duplici scri-

10. Edacitas, multae comestiones.
Edent, manducabunt, comedent.
Edentat, dentes, excludit.
Edentes, comedentes, manducantes.
Edicit, foras dicit, unde edicta quasi foras dicta.
15. Edictum, dictatum.
Edilicius qui ex aedile est, scriba.
Edidit, prodixit, partum, genuit.
Edito, producto, creato, genito.
Edocet, benedocet
20. Educat, nutrit, alit.
Educator, nutritor, alitor.
Educatrix, nutrix, altrix.
Edulia, alimonia apta ad manducandum.
Edurus, satis durus.
25. Effabilis, in omnibus expeditus.
Effatui, vaniloqui, sine affectu.
Effatur, eloquitur.

ptura eculeus et equuleus ad Apul. Met. X. 10. T. I. p. 899. sq.

10. Nota voc. comestio; cf. VIII. p. 184. unde hic comestor, oris et comestus, a, um et haec **comestio, onis** et VIII. p. 522. edacio, ab ara **comestio** pro quo legerim edacia, avida comestio, ut edacia ab edax formatum sit, quemadmodum tenacia a tenax; cf. Non. p. 407. cf. du Cang. ed. Hensch. T. II. p. 463.

12. L. dentes excutit VIII. p. 197. edentare, dentes excutere et edentatus, edentulus, dentifragus et VI. p. 522. edentat, dentes excludit [l. excutit], quod vitium ex I. p. 678. n. 29. repetitum est. A. p. 328 n. 4. edentatus, dentibus abdicatus [?] P. edentare, dentes excutere, edentulus sine dentibus; cf. dict. ad Arnob. III. 14. p. 274.

16. Haec est I. glossa 677. n. 59., quam repetit Pap. qui tamen pro aedile habet aedili. Aliter explicat VIII. p. 183. et p. 192. aedilicius .i. res pertinens ad aedilem; Graev. ad Isid. Gloss. legi vult aut aedilitius, exaedilis aut aedilitius scriba, quod prius probat Oehler., non addita Graevii auctoritate. Ex aedile miror quî Graevius mutare potuerit. Notissima est forma ablativi aedile, quae sine dubio alteri praeferenda est; cf. Schneider Gramm. II. 1. p. 221. Ex aedile dictum est ut ex consule. Dein ex aedilis vellem et Graev. et Oehl. ex uno veterum scriptore aut glossario comprobassent. Quid scriba sibi velit, equidem non capio, quamquam sine ulla cunctatione id retinendum Oehler. censuit, et Graev. coniecturam nemini satisfacturam esse mihi persuadetur.

17. L. produxit partum. Non nego, me invitum partum scripsisse, quod produxit iam solum habet gignendi significationem; cf. Non. p. 372. Lucil. libr. XXVI.: ducunt uxores, **producunt,** quibus haec faciant **liberos**; cf. Intt. ad Sil. I. 112. Itaque pro partum erat, cum pariit legerem, quod legi volunt apud Cat. R. R. 89., ut prius iam emendavi apud Arnob. II. 18. p. 146.

20—22. VIII. p. 193. educare, nutrire, fovere, nutricare, alere, alumnare; p. 199. educamen, nutrimen, fomen, nutrimentum, alimonia, nutricamen; educatorius, nutricator confotor. Formationem alitor, quam Intt. aliquot vindicant loco Cic de N. D. II. 34., extat quantum scio, in nullo alio glossario.

23. VIII. p. 183. hoc edulium .i. cibus; et p. 194. edulium, cibus, epulum, cibarium, dapis. Ita lego in A. p. 326. n. 66. edulia, victualia pro eudolia vict. cf. p. 328. n 1. edulium, esus. Accuratius explicat Is. Or. XII. 1. § 13. Varr. de L. L. VI. §. 84. edo a Graeco ἔδω. Hinc esculentum et escae, edulia. P. **edulium** ab edendo quasi praegustativa comestio [cf. Fulg. Expos. Serm. p. 779. Munker.]; edulia, cibi, alimenta, apta ad manducandum. Formam edulium singul. num. me legisse apud scriptorem ullum non memini; nam apud Varr. VII. §. 61. lectio est dubia; cf. dict. mea ad Apul. V. 3. T. I. p. 315.

24. VIII. p. 198. edurus, valde durus, praedurus, quam durus, ubi lego perquam durus. A. p. 328. n. 2. edurum, satis durum. P. edurus, satis durus.

25. Pro effabilis l. ex seq. efficabilis. Effabilis enim significat, quod dici potest cf. Apul. Apol. c. 64. T. II. p. 573. ed. m. eoque paucis cogitabilis nemini **effabilis.**

26. L. sine effectu ex I. 678. n. 49.: effatui vaniloqui; sine effectu. Aliter exstat in VI. p. 522. effutare, mentire vel diffamare et effute, vaniloque, sine effectu et in A. p. 328. n. 7. effutae, vaniloquio, sine affectu [ubi l. vaniloque, sine effectu]. P. effatuus non agnoscit, sed habet: effutire, foras mittere, sicut garruli, inepte loqui; effutio, tis, foras aliquid effundere sine effectu, unde apparet Pap. aliam glossam ante oculos habuisse. Ita etiam Pl. extat: effutire, foras aliquid effundere vel producere cum garrulitate. Dicimus enim futiles homines vanos, superfluos et loquaces et est meta-

**Effecacia, perfectio.**
**Effecabilis, in omnibus expeditus.**
30. **Effecax, perdoctus, effabilis, agilis.**
**Effecax, impiger, in omnibus expeditus.**
**Efficit, permisit, dedit, eze ipsaca.**
**Effecta, languida, inherbata.**
**Effeminatus, eviratus, immoderatus, abrutus.**

phora a vasis, quia vasa rimosa non tenent, quae inieceris. Atque ita emendanda est glossa VIII. p. 198. effontire, venenose loqui vel foras emittere, in effutire verbose loqui aut vane, verbose loqui. Non. p. 103. effutire, cum mendacio dicere. Hinc vides et effatuus, compositum ex e praepositione et fatuus ut edurus, egelidus et effutuus posse comprobari. Mihi posterius ob analogiam magis probatur. Omnia enim quae in uus desinunt adiectiva, quantum scio, a pura verbi radice derivantur, ut viduus, caeduus, arduus, riguus, mutuus, occiduus, innocuus, perpetuus. Ita etiam fatuus non a fari formatum est, ut viri docti putant, sed a verbo fatari, quod habet Fest. p. 66. fatantur, multa fantur, unde apertum est, apud Sallust. Cat. c. 47. legendum esse, cui fatum foret nec cum Venet. 2. fatatum erat, quia significatio adversatur. Fatui vero dicti sunt, quod multa fantur et ut loquaces facere solent, vane, stulte ac sine effectu. Quia vero effatari, unde effatuus dici possit, non extat, et effari tantum de rebus aperte pronuntiatis et oraculo praedictis dictum invenitur, quia denique cetera glossaria, praeter Isid., ex quo glossator noster descripsit, formationem in u praeferunt, ego effutuus ubique legerim. Futio agnoscit Prisc. IV. 5. T. I. p 156. Krehl.; de effutire cf. dict. mea ad Apul. Apol. c. 3. ubi extat: mercenaria loquacitate effutierunt; T. II. p. 442. Ne tamen quid occultem, Du Cang. citat verbum effatuare .i. fatuum reddere.

28. 29. Etiam P. efficacia, perfectio, agilitas habet, at mihi perfectio perversa videtur huius voc. interpretatio, etsi scio, perfectus et effectus idem esse; cf. dict. ad Arnob. II. 39. Sed in subst., quae in acia desinunt, vis tantum inest eius rei agendae, quae verbo primitivo indicatur. Efficabilis glossa descripta est ex I. p. 678. n. 1.

30. VIII. p 196. efficaciter, fortiter; p. 198. efficax, fortis, vehemens, virilis, virtuosus, lacertosus, agilis, promptus. P. efficax, effector, velox dictus, quod nullam difficultatem habeat in qualibet re facienda [cf. Is. Or. X. 83.]. Itaque perdoctus non corrigo. Effabilis in efficabilis emendandum esse, iam supra dictum est.

32. L. efficit, perficit, dedit ἐξειργάσατο. Certe permisit et dedit ferri non possunt. Notum est apud optimum quemque scriptorem efficere ad adiectiva poni pro reddere, facere.

33. L. effeta, languida, enervata [innervata emendare non audeo, etsi innervis extat pro enervis apud Sidon. Epist. I. 6.]. VIII. p. 199. effoetus, laxus. VI. p. 552. effeta, languinia herba ubi l.: languida, enerva [quam formationem pro enervis apud veteres in usu fuisse probavi ad Apul. I. c. 4. enervam et exossam saltationem; cf. *II.* p. 65. enervus, ἔκνευρος]. A. p. 328. n. 6. effeta, senex vel languidine enervata; et p. 326. n. 62. effecta [l. effeta] mulier frequenti partu fatigata. P. effeta, quod est adaperire, evacuare; effeta sine fetu, sterilis, longaeva dicta, quod sit frequenti partu excussa [l. vacuus cf. Intt. ad Horat. Sat. II. 3. 19. Virg. Aen. VI. 353.] effetus, exhaustus vacuatus, ubi nota, Pap. duas glossas perperam miscuisse; nam epheta est vox hebraica et significat adaperire; cf. du Cang. Lexic.; unde evacuare errore additum ab eo iudico. Dein in cod. Gloss. emenda effectus, lassatus, fatigatus, languidus, fractus sine affectu in: effetus . . . . sine effectu. cf. Serv. ad Virg. Georg. I. 81. Aen. V. 396. Effetus, ut fetus, rectius scribi probat Wagn. in Virg. Orthogr. p. 437. sq.

34. VIII. p. 194. effeminare, debilitare vel devirginare et p. 198. eviratus, effeminatus, debilitatus, imbecillatus, delumbis, elumbis, enervis, enervatus; A. p. 325. n. 20. effeminati, molles. Pap. effeminare, emollire quasi feminam facere, effeminatus quasi femina factus. Primum est effeminare instar feminae reddere, atque emollire, debilitare; ac potissimum de iis dicitur qui muliebri usu enervantur, ita ut effeminatorium lupercal significet; cf. I. p. 679. n. 44. effeminatorium, domus meretricum, et VIII. p. 198, ubi idem extat. Eviratus aut primaria significatione (castratus) aut translata (debilitatus) accipere poteris; nam effeminare pro castrare dici probant Gloss. Ison. ad Prudent. Perist. Hym. 14. v. 190. Immoderatus, quod per se huc pertinere non videatur, corrigere non ausim. In seqq. enim immoderatus explicatur abrutus, immodestus; et immodestus, effeminatus, unde immoderatus significare videa-

16

35. **Efferus, ferox, inmansuetus.**
**Effertur, funis ducitur EICILOMIZEI.**
**Effecit, sufficit, apiLeιαποXPH.**
**Effigies, imago, et t͂mentarium, simulacra.**
**Efflagitat, petit vel poscit.**
40. **Effligit, elidit.**
**Effluit, exaluit.**
**Effoevi, adulescentes, inbarbes.**
**Effoemeris, cottidianis diariis.**

tur eum, qui modum in libidinibus excedit. Nec minus abrutum probum est, quod apud aliquot posterioris aevi scriptores legitur, ut in Privil. Agiradi Episcop. Carnot. ann. 696. apud Felibian. in Hist. Monast. S. Dionys. p. XVII., abrutis palearum sordibus, quem locum citat du Cang. v. Est abrutus idem, quod excussus, vacuus, quam significationem voc. effeminatus respondere elucet. Significatione devirginandi nuspiam inveni effeminare dictum.

35. VIII. p. 202. efferus, saevus. P. effera, ferinae mentis, aspera; efferor, aris. efferatus, mente ferina affectus, sine ratione, immissus [remissus?] Efferri enim est superbire, ut explicat P.: effero, fero, lacero, superbio, ubi lacero quid sibi velit non capio, unde erat ut emendarem iacto vel tumeo. VIII. p. 194. efferre, effervere, calefacere, ebullire [de rebus ad quas magno impetu commovemur ac trahimur].

36. L. funus ducitur ἐκκομίζεται. Graece enim ἐκκομίζειν de mortuis dici probat praeter multos vett. locos voc. ἐκκομιδαί exsequiae. *II.* p. 61. De efferre voc. significatione cf. Serv. ad Aen. XI. 183. ibiq. Intt., quos vide etiam ad Petron. c. 111.

37. Haec glossa quî explicari possit, non habeo. In seqq. legendum est ἀρκεῖ, ἀποχρῇ, quod efficit neutiquam significare posse, cuique patet. Coniicio, corrigendum esse inficit, sufficit, ita ut per glossatorem temerarium addita sint graeca vocabula, qui quid sufficit hic significet, non intellexerit. Infectus et suffectus de rebus dici colore cinctis, demonstrant Intt. ad Aen. II. 210. et ad Val. Flacc. II. 105. cf. Non. p. 386. Ceterum nota etiam infra sufficit explicari efficit.

38. In hac glossa me vexant voc. et t͂mentarium. Primum enim contra morem est glossatoris, quod hic inter singulas glossas et particula posita est. Hinc lego exemplarium, quo vocabulo utitur Arnob. VI. c. 13. exemplarium fuisse perhibetur vel lineamenta, sed tum unde rium additum sit non video; pro simulacra l. aut simulacri aut simulacrum.

40. A. p. 328. n. 5. affligit, allidit [ubi l.: elidit, quae duo vocab. saepius a librariis commutantur; cf. Schneider. ad Colum. R. R. IV 20. §. 2.]

41. L. efflavit, exalavit i. exhalavit, ut etiam infra corrupte legitur exaluit, effluit. P. efflare, spirare; effluere, largiter fluere, atque ita emendo in VI. p. 522. effuit, larguit aut in effluit, large fluit aut effluit, fluit largiter. Forsitan etiam corrigere possis effudit — largiit, ut largii Perf. sit voc. antiqui largio cf. Non. p. 470. v. largi.

42. L. ephebi. VIII. p. 190. Ephoebus, hi .i. iuvenis imberbis; et p. 193. ephoebus, iuvenis, impubes, pubeta, investiceps, nephrendines, imberbis, primipilus, adolescens, puellus, iuvenculus (ubi nota primum voc. pubeta; cf. I. p. 692. n. 24. pubeta vel pubeda, adolescens. VIII. p. 408. hic pubeta, ae, .i. iuvenis, quod etiam hic pubeda, ae dicitur, unde Martianus Capella: pubeda vixdum vel paterna contremens, et p. 467. pubeda, iuvenis, pubes, adolescens, ephoebus, pubeta, pubeda, iuvenis, puellus. Apertum est ex Fest. p. 27. v. bulima legendum esse ubique bupeda: bulimam Graeci magnam famam dicunt, assueti magis et amplis rebus praeponere βου a magnitudine scilicet bovis. Hinc est quod grandes pueri bupedas appellant, quo accedit, quod in optimis Capell. I. §. 31. et IX. §. 908. Kopp. bupeda invenitur. Dein pubeta s. pubeda non habet, quantum scio, analogiam. De terminatione da Latinorum ex graecis vocc. formata cf. Kopp. ad Mart. Cap. p. 72. Inde formarunt bupedare .i. pubescere cf. VIII. p. 467. pubescere, erescere .... pubetare. Pro nephrendines legendum est nefrendes, quod tamen hic non aptum est; cf. Fest. p. 106. et p. 176. Tum nota primipilus, quod errore glossatoris hic positum est quia ex pilus i. capillus et primus compositum perperam existimavit.) A. p. 327. n. 132. ephebus, adolescens, qui non habet barbam, ut Pl. p. 458. ephebi, imberbis et I. p. 678. 10. ephebion, locus constuprationis puerorum imberbium [unde emenda VIII. p. 199. ephoebian locus, ubi iuvenes prostituebantur]. P. ephebus, adolescens, imberbis, a phoebo dictus .i. sine colore [cf. Is. Or. VIII. 11. §. 54.] Hanc etymologiam veteribus in usu fuisse, docet allusio Martian. Cap. I. §. 31. ubi Apollo se ipse imberbem dicit. Formam imbarbus, quae hic legitur, quamquam altero exemplo confirmare non possum, defendi possit ex voc. imbarbescere, quod habet Fest. p. 81.

**Effugium, locus, qui fugientem recepit.**
**45. Egerimus, tollimus.**
**Egestas, penuria, inopia.**
**Egestio, degestio.**
**Egit, gessit.**
**Egone, ego ergo, numquid ego.**
**50. Ego quidem, equidem.**
**Egredi, evitare.**
**Egreditur, exit, proficiscitur.**
**Egregiae, extantiae.**
**Egregius, magnus, summus, nobilis.**
**55. Egressus, profectus.**
**Egressio, exortus.**

44. VIII. p. 193. ephemeris, tabula manualis, Iuvenalis: in cuius manibus quasi pinguia sucina cernis ephemerides; A. p. 326. n. 74. effimere, cotidianares, ubi Oehler. recte correxit ephemeris, cotidiana res; et p. 327. n. 31. epemeris, quod habent mathematici, unde litigant dies singulis [ubi emendo unde eligunt dies singulos cf. Plin. Nat. Hist. XXIX. 1.] et n. 125. epimeri, adbreviatio rerum n. 141. enphemerides, duplex res et p. 328. n. 36. ephemercis, quam habent mathematici, et inde colligunt singulum diem. VI. 523. Ephemerides, rationes; ephemeris, abbreviatio rerum in breve. effemeris gr. unius diei gestio, hoc apud nos diarium vel diurnum vocatur; effemerides libri, quibus coditiani actus scribi solent. In nostro glossario emendari nequit, etsi ephemeris nominativus non respondet sequenti dativo, quod errore glossatoris fieri potuit, qui is terminationem latinam esse putavit. Quid in gloss. Ampl. interpretatio duplex res sibi velit, doctiores videant.

45. et n. 47., ubi pro degestio l. digestio. Priorem glossam habet VI. p. 522., ubi corrupte scribitur egerimcus tolincus; cf. Ovid. Trist. IV. 3. 38. **egeriturque** dolor. Deinde et foras mittere, emittere potissimum dicitur de vomitu et excrementis; Pap. egerere, vomere vel per anum emittere. cf. VIII. p. 193. egerere, foras emittere vel evacuare; egestus, foras emissus vel vacuatus. Statius Thebaidos: egestas alternis mortibus urbes p. 198. egestare, egerere, foras emittere; et p. 199. egestuare, fluctuare, egerere ubi l. egestare, eructare, egerere. Huc refero I. p. 678. n. 2. et p. 679. n. 4. egeria, noxia et egestio, nocens, qua in explicatione vomens vel simile quid inesse puto, quamquam quid corrigendum sit, nescio. Certe mihi Reines. Varr. L. I. c. 8. nunquam persuadebit, Nixia esse legendum, quod Egeria sit nympha, quae praesit puerperiis. Item egerare, quod in P. legitur et explicatur spernere, detestari et execrare et VI. p. 522. egerare, dispernere [l. desp.] detestare et egerate, execrate, aut in egerere aut egestare emendandum est. Glossam despernere, detestare ortam puto ex corrupto voc. execrare, quod prius fuit excreare s. exscreare, unde factum, ut activa forma execro hic appareat pro deponentiali.

51. Legendum aut ebitere aut eviare esse, antea censui, quam lectionem confitendum est leviter tractanti primo aspectu arridere posse. Nunc vero egredi, evitare retineo, quia evitare est declinare, recedere atque ita aliquot locis egredi usurpatum esse video; cf. Cic. Brut. 21. §. 82. ut **egrederetur** a proposito ubi de hoc voc. accuratius egit Ellendt., qui Graecorum παρέκβασις comparat. Quamquam largior, declinare et evitare hac quidem significatione non plane eadem esse, tamen ex more est glossatorum, ita singulas voce. notiones inter se confundere; cuius moris plura adhuc iam protuli exempla. Ita etiam in seqq. explicatur evitare, egredi, declinare, obtundere. In Fragm. Port. extat: (eg) reditur exit, iter facit, iter initiabit (vit), egreditur, proficiscitur, iter tendit; egreditur, iter agit, peragit, gressum dirigit.

53. De hac glossa ad n. 316. accuratius agam.

54. Fragm. Port.: (egre)gia, modesta, honesta, bene morata, probata. taciturna, casta, faceta, venusta, admirabilis. [Egr] egia, decens, recta, amabilis, nobilis — festiva, gravis, grata. elegans — nobilia, praecipua, magna, — [Eg] regium, gloriosum, magnum. — [Eg] regium (am?) laudem, praeclaram gloriam. — [Egr] egie, excellenter, mirae, magnifice — insigniter, mirifice, granditer — cordate, nobiliter, pulcherrime — perfecte, noviter [l. naviter] honestissime, divine — maxime, praecipue, eximie — praesertim, unice, singulariter [sum] me, prime [apprime?] — [Eg] regium, optimum, magnum, primum — gloriosum aut praecipuum, graece [l. grave] [Egr] egius, erectus, evigil [quod etiam in Pl. p. 461. extat, ubi evigil ex malo glossatoris interpretamento adsutum existimo, qui quid hic erectus sibi velit non intellexit] Egregius, altus vel magnus — summus, magnus.

Eiecitat, eructuat, emittit.
Eierat, iurat.
Elanguit, inberbavit.
60. Elabitur, lubricat.
Elatum, superbum vel elevatum.
Elatus, ambitiosus, superbus, αλαζων.
Electio, optio.
Electum, delectum.
65. Electrum, aurum mixtum.
Elegit, diligit, probat.
Elementa, caelum, terra, aqua, aer, sol, ignis.
Elicit, provocat, evocat, excitat.
Elicuit, exclusit, expraesit, elimavit.
70. Elicuit, deportavit, promeruit.
Elidit, effregit, exprimit.
Eliditur, frangitur.

57. L. eiectat, eructat, emittit; cf. VIII. p. 196. eiectare, foras emittere — p. 199. eiectare, eicere, foras proicere. VII. p. 522. eiectat, eminuit [ubi l. emittit] et A. p. 528. n. 8. eiectat, emittit, eructat. Fragm. Port. eiectantem atque ita emendo postea in h. fragm. electat, rutat in eiectat ructat, uti peccatum est etiam in Pap. Gloss. Eiectat, emittet, eructuat. De significatione vomendi cf. Burm. ad Quint. XI. 3. p. 1008.

58. Haec glossa aperte falsa est. Aut legendum existimo eierat, eiurat, ita ut glossator significare voluerit pro eiurare etiam dici eierare, quod rarissime invenitur; cf. Cic. Orat. II. 70. ibique Intt., aut eierat, abiurat, ut postrema voc. eierat syllaba propter litterarum similitudinem exciderit. Nullo enim veterum loco et glossario confirmari potest, quantum equidem scio, eierare pro simplici iurare unquam dictum esse.

59. L. elanguit, enervavit vel innervavit. Supra iam dixi, constanti errore scribi in hoc gloss. inberbatus, inberbavit, unde colligere possis, ubique innervavit scribendum esse, cum innervis aperte reperiatur, atque etiam Salm. ad Spart. Ver. I. ita scribendum aliquot locis ex codd. existimat. Ceterum ad coniecturam ne refugias, etsi notum est elanguere activa notione nunquam inveniri, quod in his rebus glossatores non ita accurati sunt; multo minus ex tali interpretamento colligere velis, elanguere activa significatione dictum esse. Ita etiam in seqq. lubricat non recte explicatum est, quia semper est lubricum reddere et exaruit, siccavit; cf. Fragm. Port. elanguit, exspiravit, desivit, abilitus est [abolitus], cessit, absorta est [absorpta].

61. Fragm. Port. elactio [l. elatio] lactatio [iact.] obstinatio — venulatio [l. ventilatio] audacia; temeritas, confidentia, improbitas, nequitia. Pap. elatio, iactatio, confidentia. Hinc emendo VI. p. 522. pro ellum — multum confidens — elatum m. c.

65. A. p. 327. n. 142. electrum, aurum et argentum mixtum; et p 328. n. 9. electrum et argentum incoctum et ignis aera, qua terra, ubi vides duo glossemata errore aperto conflata esse et legendum elementa coelum et ignis, aer, aqua, terra. Pap. electrum guma (?) arborum (gummi) succina; electrum dictum, quod ad radium solis clarius auro resplendeat. Sol enim a poetis electrum dicitur; huius metalli natura est, ut ad lumina clarius cunctis metallis fulgeat et venenum prodat. Nam si illud infundas veneno, stridorem edit et colores varios emittit [cf. Is. Or. XVI. 24. §. 1—3. et ibid. 8. §. 6.]. Electri tria sunt genera: unum quod fit permixtis tribus partibus auri et una argenti. Hoc pretiosius auro. Alterum est succinum, quod sudat de arboribus pini, quae electrinae dicuntur. Fertur quoque naturale electrum. Vulgo vero asinaltum dicitur (ubi lege aurichalcum s. orichalcum. cf. Intt. ad Fest. p. 310.).

66. L. eligit.

68. VIII. p. 194. elicere, foras emittere, ubi rectius scribi puto eiicere (cf. supra ad n. 57.) et electare, elicere (unde elices fontes quae (?) ex se aquam eliciunt cf. p. 193.) A. 327. n. 134. eliceretur, extorqueretur. P. elicere, producere, extrahere, sollicitare, evocare, elices sulci in maribus, per quos aquae eliciuntur. Peculiare est voc. de sacrificiis et evocationibus manium deorumque; cf. dict. mea ad Arnob. V. 1. p. 409. et ad Apul. Met. XI. 21. p. 1066.

69. L. extrusit, expressit, eliminavit. Elimare enim voc. significatione stare nequit, est enim purgare, eruderare, ut explicatur VIII. 195., ut corruptum puto in loco, quem du Cang. citat v. eliminare, quod pro elimare dictum esse prave putat. De extrusit et expressit non est quod dubites, cum latine dicatur lacrimas elicere is, qui nolenti lacrimas extorquet s. exprimit; cf. Intt. ad Plaut. Trin. II. 2. 13. De coniectura eliminavit disceptatio fieri possit, cum sit extra limen eiicere, efferre, uti Pap. explicat; at omnino significat extrudere, unde defendo.

Eligenter, faetie, iucunditer.
Elinguns, mutus.
75. Elisios, campos beatos.
Elisit, exprimit.
Elito, alto.
Elogium, textum malorum gestorum quod notariam dicunt.
Eloginm, vituperatio vel exhereditatio vel titulnm cuius libere.
80. Eloquens, facundus.
Eloquentia, facundia.
Eloquitur, bene loquitur, effatur.
Elubio, dilubium.
Eluciens, producens.
85. Eluvies, lycor.
Eluit, deluit, delavat.

Quid vero sequens glossa deportavit, promeruit sibi velit, per se non constat, cum elicere hac significatione nunquam dicatur. Puto per glossatoris inscitiam deportavit additum esse, quia eliminavit praecessit, quod utrumque voc. ad significationem sibi respondet. Pro promeruit ego lego promovit, quod sua notione voc. elicere convenire queat.

73. L. eliganter, facete. Notum est, in antiquis libris etiam eligantia, eligans, eliganter scriptum inveniri. Eligenter pro eliganter probare, etsi Cic. ipse Cic. de Nat. de II. 26. ita explicat, minus audeo. VIII. p. 199. eleganter, electe, elegantissime, electissime. A. p. 328. n. 13. elegatus, speciosus, ubi lege aut elegantes, speciosos aut elegantius, speciosius. De voc. eligans cf. du Cang. Lex. T. III. p. 28. Henschel. Ita infra v. facete, eliganter. Ceterum nota adv. formationem iucunditer, quam inveni tantum in Iansson. Auctar. Gloss. Isidor. ubi extat: eligantes, urbani; eliganter, facete, ioconditer.

75. P. Elisii campi apud inferos esse dicuntur, ubi piorum animae post corporis animaeque discretionem habitant, unde dicti apo tes liseries .i. interius (ubi l. ἀπὸ τῆς λύσεως i. e. interitus) quasi post (l. positi) inter animam et corpus. Quod secundum poetas in medio est inferiorum suis felicitatibus plenum: Secundum philosophos insulae fortunatae, secundum theologos iuxta lunarem circulum, ubi iam purior est aer. (Hoc glossema compilavit P. ex Serv. ad Virg. Aen. V. 735.).

76. Ita emendo A. p. 328. n. 15. elisum expressum, pro elixum, exversum.

77. Hanc glossam errore hic positam iudico. Lege enim edito alto.

78. 79. Pl. p. 457. Elogium, elogia, laudes electae, ut puta, si quis in basi statuae alicuius laudes scribat aut in titulo imaginis elogia dicuntur. I. p. 678. n. 36. eligiis, criminibus vel carminibus malis, ubi, nisi duo hic glossemata inter se confusa sunt, certe in priore legendum est elogiis et 50. elogium, textum malorum dictorum, quod notoriam dicunt p. 679. n. 19. elogium, narratio, numerantis [ubi lege criminantis] vel ordo criminum et: elogium, responsum aliquod, ubi ratio redditur, tanquam si dicat aliquis de quoquam: exheredabo eum, quare? quia mihi insolens fuit. VIII. p. 193. elogium, ordo criminum vel vitiorum. VI. p. 522. elogiis, carminibus vel criminibus malis et elogium, ordo criminum vel vitiorum. A. p. 326. n. 64. elogium, testimonium [ubi VIII. p. 193. habet eulogium, testimonium, cantus] p. 327. n. 185. elogiis verbis (?) p. 328. n. 14.: elogium, responsum aliquod, ubi ratio redditur, tamquam si dicat aliquis de quopiam, exeredabo eum, quare? quod mihi frequenter insolens fuit, quod pie me non tractavit; et elogium, textus malorum, notariam quod dicuntur (l. dicunt). P. elogia, laudes enucleatae summatimque collectae sive archana vel mysteria dei (ut Pl. p. 460.) vel carmina vel criminalia mala. Elogium hereditatis in malo (ubi l. hereditas in malo ex Fulgent. Exp. Serm. p. 566. M. elogium est hereditas in malo. Tac. L. Tacit.: Caesi itaque morum elogio in filiis derelicto) ordo criminum, titulus cuiuslibet rei (ut l. in nostro gloss.) proverbium, prosapia. Hereditatis et exheredita tio, quod apud Pap. et in h. gl. ex Fulgentio legitur, intrusum esse apparet. Ceterum Fulg. Taciti locum male intellexisse quisque videt. De hoc v. cf. dict. mea ad Apul. Apol. c. 90. T. II. p. 628. sq. et ad Arnob. IV. 36. p. 403.

83. L. eluvio, diluvium, ut est in A. p. 328. n. 11. et in P. cf. Non. p. 105.

84. L. eliciens prod.

85. Emenda eluvies, liquor ut infra v. licor et A. p. 326. n. 84. et p. 328. n. 10. eluvies, liquor, quo aliquid eluitur. P. eluvies vorago, liquor, lasciviae, fossae, sordes a luo,

Eluxit, delavat.
Em luctum deposuit.
Emanat, increpatio vel admiratio.
90. Emanat, erumpit.
Emanet, excubat.
Emax, tenuis, macer vel qui emere amat, emptor.
Ementitur, valde mentitur.
Emergere, exsurgere.
95. Emersit, exurrexit.
Emersiones, labbes.
Emit, mercatur, nudit.
Emicat, subtio, splendet vel apparet.
Emicuit, fulsit, splenduit.
100. Eminens, praecellens, altus.
Eminiscitur, in memoriam revocatur.
Eminus, longe, procul vel non longe.
Emitatio, aemulatio.
Emittit, exstat, eructuat.
105. Emolumentum, fructum laboris vel luorum.
Emporium, locus super mare.
Emprodere, excludere.
Emuniles, modice aeminentes.
En, ecce, est, instat.
110. Enarrat, edisserit, explanat.

luis ubi emendo colluvia cloacae. VIII. p. 194. eluvies, macula, sordes, colluvia, piaculum, colluvium, colluvies, labes.

87 — 90. Errore glossatoris delavat bis scriptum est atque effectum, ut perverso loco glossemata sint posita. Eluxit est luctum deposuit, ut constat. VI. p. 522. em est admirantis.

91. Emanere est extra manere cf. Stat. Theb. VII 650.

92. ut habet VI. p. 522. VIII. p. 192. emax, quod cito emitur VII. p. 559. Emacitas, emendi aviditas vel macitudo [l. macritudo ut habet P.] et VI. p. 522. Emacitas, emendi aviditas. Emacitas, macritudo. A. p. 326. n. 76. emax, empor [l. emptor] (P. habet emor) n. 81. emax, macer, tenuis; 328 n. 20. Emacitas, emendi aviditas, ut habet I. p. 678. n. 27. Persuadere mihi non possum, emacem esse macrum et errorem existimo esse glossatorum, qui, quod voc. emacitas duplicem habere significationem videbant, easdem etiam in emax inesse opinabantur. Per analogiam ceterorum verborum in ax desinentium emacax formandum fuit a maceo. Altera tantum emendi notione emax apud priscos legitur.

93. ut habet A. p. 328. n. 21.

94. A. p. 325. n. 33. emergit, exsurgit. Ceterum nota voc. emersiones, quod alibi non legitur praeter gloss. infer. labes, emersiones, quae tamen explicatio mihi probari nequit.

97. L. emit m. vendit. cf. A. p. 328. n. 18. empta, vendita; emit enim qui vendit, ut P. emere est ex alieno meum facere .i. dare meum et accipere alienum.

98. L. subito splendet. VIII. p. 199. emicare, fulgere, splendere, coruscare, radiare, cluere, nitere, gliscere fulgurare, P. emicare, praefulgere, exilire, exultare, unde l. VIII. p. 200. pro eminare, emicare, erumpere, effluere, decurrere, emanare cett.

101. I. p. 678. n. 31. et A. p. 328. n. 19. E. in memoriam revocat; VI. p. 522. et P. em. in memoriam reducit. Itaque pro revocatur lego h. gl. revocat. cf. Intt. ad Varr. de L. L. VI. §. 44.

102. A. p. 327. n. 135. Eminus, prope vel longe. P. eminus, procul, ex intervallo .i. longius cominus proxime, non longe, prope, ex qua glossa vides, quî exorta sit perversa voc. prope explicatio, quam eminus habere nequit. Nota VIII. p. 200. extare eminus, in promptu, in aperto, palam, in propatulo, coram, sub divo, quae significatio nullo veterum loco probari potest.

103. L. imitatio.

104. L. eiectat, eructat.

105. L. vel lucrum. A. p. 326. n. 65. Em. mercis laboris (l. merces).

106. P. emporium, locus supra mare, locus ubi negotiatores exercentur (ubi l. negotiationes, ut habet VI. 522., ubi male scribitur emptorium). VIII. p. 192. empurium, emtorium (l. emporium) ubi aliquid emitur. A. p. 327. n. 23. emporium, supremare locus, ubi homines negotiantur.

107. Idem extat in Reg. n. 7641. Est exprodita cf. infra ad n. 310.

108. L. eminulae, modice eminentes. cf. VIII. p. 191. eminulus .i. aliquantum eminens VII. p. 559. eminulus, modice eminens. VI. 522. eminulis, eminentibus modice, ut habet etiam A. p. 329. n. 16.

**Eucenia, initia vel dedicationes.**
**Enervavit, elanguit.**
**Enerbis, sine virtute.**
**Enica, adultera.**
115. **Enigma, similitudo vel obscuriloquium.**
**Enitescit, splendescit.**
**Enitor, conor.**
**Enituit, splendit, effulsit.**
**Enixa, partu lebata.**
120. **Enixe, sedule, impense**
**Enixus, generatus, creatus.**
**Enodabile, quod solvi non potest.**
**Enormis, ingens vel supra modum vel sine mensura.**
**Ensis, gladius.**

111. i. ἐγκαίνια. cf. VIII. p. 193. encaenia, dedicationes, et p. 200. encaeniare, sollempnizare (l. solemniare) celebrare, dedicare; inde eucaęnia, dedicationes; cf. du C. v. encaenia et encaeniare.

112. 113. cf. supra 59. VIII. p. 191. enervare, denodare vel debilem facere et en., deflorare, enodare p. 195. enervis, effeminatus; p. 200. en. debilis, quasi extra nervos; enervatio, pigritia, exinanitio, evacuatio (ubi enervatio et eviratio confusa apparet) et p. 202. enervis, debilis, sine virtute, A. p. 328 n. 25. enervis, sine virtute et p 23. enervum, emortuum. (De terminatione enervus cf. dict. mea ad Apul. p. 26.). P. enervare, debilitare; enervatus. sine fortitudine, exulceratus (?) enervis, sine nervis .i. virtute.

114. Mirifice in hoc voc. Gl. consentiunt ut I. p. 679. n. 32. [ubi additur moecha] p. 679. n. 2. A. p. 326. n. 82. 328. n. 27. (ubi scribitur enicha) et P. Nans. voluit ethnica, probatum Oehlero p. 241. Ego malim eunica i. cubicularia εὐνική, quod (nomen proprium) extat in Inscr. Murat. 933, 11., et idem est atque eunuchus. De significatione quidem non dubito.

115. I. p. 679, 8. aen., obscuriloquium. VIII. p. 200. aen. obscura locutio similitudo. A. 326. n. 61. en. obscura pars et p. 379. en. similitudo (et ita lege p. 328. n. 86. pro emblemma, obscuritas: enigma). VIII. p. 198. extat aenigmaticus, expositivus, ad exponendum obscurus. Noli emendare expositivus, quia idem est quod exponendus. P. enigma, obscuriloquium, obscura. De voc. signif.: similitudo vel imago cf. Intt. ad Prudent. Cath. X. 143.

117. P. eniti, conari, elaborare generis deponentis. VIII. p. 202. eniti, cogere, parere pro quo legendum est conari, parere, de qua posteriore notione infra dicam. VI. p. 522. enisus est, perambulavit, quae interpretatio probari possit, quod eniti dicitur de locis, quae transscendimus et regionibus, quas magna cum difficultate peragramus; cf. lex.

118. L. splenduit.

119—121. Pl. p. 457. enixa, duas res significat et conata ad efficiendum aliquid et quae partu laborata est mulier [l. liberata]. Niti enim vel eniti, conari vel efficere est. P. enixa, conata ad eff. aliquid vel partu liberata. Enixius, distinctius, manifestius. cf. Non. p. 57. et p. 297.: enixa dicitur partu levata cett. et p. 458. enixas non in partu solum possumus dicere sed etiam omni labore exercitas. Serv. ad Virg. Georg. IV. 199. cf. Schneider. ad Colum. VI. 22. §. 1. Enixus etiam passiva notione dici pro generatus, probat locus Iustin. XLIII. 2 §. 7. in luco Martis enixi sunt; ibique Beneck. p. 482. Eckst. ad Voss. Arist. T. II. p. 753. et du C. T. III. p. 51. H. Unde vero P. significationem manifestius habuerit, equidem nescio.

122. L. quod s. potest. VIII. p. 200. enodabilis, solubilis, extricabilis, explicabilis, deflorabilis [declarabilis?] interpretabilis, intelligibilis, advertibilis, scibilis, cognoscibilis. P. enodare, de nodo tollere, declarare, planum facere; cf. Non. p. 15.

123. Pl. p. 459. enormia, grandia vel ingentia. A. p. 327. n. 124. enormis, sine mensura. P. enormis, ingens, sine mensura vel forma, vel cui nihil addi minuive potest, quae postrema habet VI. p. 522. et I. p. 679. n. 27., v. enormate, ubi tamen corrupte extat: cui addi minus nihil potest. Huc trahi possunt glossae I. p. 678. n. 8 et 679. n 14. exornis, immanis, pro quo cod. Voss. teste Oehl. habet exorius. Oehl. praefert enormis, quod iam Vulc. emendavit, exhorris praeterea coniiciens. Hanc coniecturam falsam esse probat Pap., qui non solum distinguit inter enormis et exorius sed etiam addit immanis, insipiens, unde apparet enormis non aptum esse. Excors, quod per significationem probari possit, per formationem displicet; erat cum ego emendarem aut excordius (formatum ut expertius, (VIII. 201.) expers, extorris, immunis) aut excordis (formatum ut exossis) aut exorbis (formatum ut exos, exsanguis, exsors, exlex) quod extra orbem va-

125. Enucleavit, exposuit.
Enuntiat, denuntiat.
Enutritor, alitor.
Eoes, horientalibus.
Eo magis, ideo magis.
130. Eominus, valde minus.
Ephemeris, quam habent mathemaci, unde nomina colligunt.
Epilogium, novissima pars controversiae, quae praeces tantum habet.
Epimenia, xenia quae dantur per singulos menses.
Epithalamigium, nuptialis locus.
135. Epotata, austa.
Epotebus, puer inbarbis.
Epulatur, vescitur.
Epulantur, conbibunt, diliciantur.
Equando, aliquando vel aliquando ex tempore.
140. Equat, equiperat.
Equidem, ego quidem.
Equiperat, equitem facit, equat.
Equus, sonipes.
Earadicat, viencat, eruncat.
145. Eranus, stirps.
Erectus, avulsa.
Ereptoria, admanda icat reddenda.
Erevum, profundum, infernum.

gatur, atque ita viam certam superat; exhorris nec per analogiam nec per notionem probari queat. De voc. enormate cum aliis (cf. du C. et Oehl., qui enormale coniicit) non haereo. Nam ut similis facit similare et levis — levare, non video, cur enormis non enormare faciat. Ita formatur edulcare elinguare enervare enodare. Certe enormitare frequentativum in usu fuisse docet du C. T. III. p. 51. H. Enormale quod Oehl. maluit, compositionis regulae adversatur, quod derivata adiectiva Romani cum e praepositione non componunt. Triplex enim est classis eorum adiectivorum, quae cum ex praepositione iunguntur: 1, cum adiectivis, in us desinentibus: edurus, egelidus, exalbidus, eiuncidus, elanguidus, evanidus, axaridus, expallidus, expavidus, exsuccidus, extrilidus (?) 2, cum substantivis: effrons, elinguis, elumbis, enervis, egrex (quod Gloss. habent) exanimalis, exanimis, excornis, excors, exlex, exos, expers, exsanguis, exsomnis, exsensus, exsors, exspes, exsuccus, exunguis, 3, quae a verbis cum e compositis derivantur in bilis ut eluctabilis, emendabilis al. Restant duo deminutiva edentulus et eminulus. Unum, quod superest adiectivum, quod ad coniecturam comprobandam Oehl. afferri possit, est emortualis a Plauto usurpatum, cuius primitivum est mortualis. Sed habet intensivam, non privativam significationem.

125. Pl. enucleo, perpendo. VIII. p. 192. enucleare, declarare, exponere, reserare, propalare. VI. p. 522. enucleatum, sculptum, elimatum, politum. P. enucleare, aperire, extra nucleum ponere. cf. Non. p. 60.

128. L. eois, or. Pl. p. 456. eous est homo de oriente. ἕως aurora vel lucifer, quae repetit P.

131. cf. ad 43.

132. ut P. cf. Cic. Orat. II. 69. cum in epilogo misericordiam se movisse putaret. A. p. 328. n. 33. Epilogus et epilogium novissima pars controversiae flebilis ad misericordiam iudicum commovendam.

133. Ita habet I. p. 679. n. 28. VI. p. 523. A. p. 328. n. 35., nisi quod scribunt senia et P.; ubi male extat exenia.

134. L. epithalamium. VIII. p. 201. epithalamium, nuptiale carmen; A. p. 326. n. 116. ep. carmen nubentium et p. 327. n. 176. epithelamium, laus thalami [unde corrige h. l. nuptialis laus aut n. iocus]. P. Epithalamia sunt carmina nuptiarum, quae decantantur a scholasticis in honorem sponsi et sponsae.

135. L. hausta. VI. p. 523. ebotata, ebibita.

136. L. ephoebus. Nota scripturam inbarbis ut supra n. 42. et infra v. puer imbarbis.

137. Ego legerim convivant i. convivantur (cf. Non. p. 474. convivant pro convivantur cett.) deliciantur ut supra D. n. 93.

144. L. eradicat. Pro vicncat lego runcinat vel eruncinat cf. Arnob. V. 28. Not. Tiron. runcinat, eruneinat, aut quod mihi magis probatur vellicat.

145. L. eranus, stips. cf. Intt. ad Cic. Epist. ad Att. XV. 5. et ad Plin. Epist. X. 93. du C. v. Cantarium.

146. 147. L. erepta av. et er. adimenda, reddenda ex I. p. 678. n. 52., sed utroque loco corrige aut recidenda, ut Exc. Pith. habent, aut redimenda. Aliter explicat du C. T. III. p. 71. H.

148. L. erebum (infra herevum).

**Erga, circa vel iuxta.**
150. **Ergastulis, auris operibus.**
**Ergastulum, carcer, ubi servi includuntur.**
**Ergastulum, metallum.**
**Ergata, operator.**
**Ergo, erigit, igitur vel deinde.**
155. **Erupit, adtollite.**
**Eripuit, abtulit.**
**Errogat, planum facit.**
**Eros, dominus.**
**Error, vaticinatio.**
160. **Errores, contionatiores.**
**Eructuat, a corde emittit.**
**Eruditio, disciplina, doctrina.**
**Eruditus, doctus.**
**Eruli, domini.**
165. **Eruit, egerit.**
**Erumna, pestilentia, calamitas.**
**Erumpit, emanat.**
**Eruncare, eradicare.**
**Escudit, excudit, frabricat.**
170. **Essedum, vehiculum.**
**Esse, manducare.**
**Esitat, minatur, dubitat, vel trepidat.**
**Esentia, extantia, natura, substantia.**
**Este, imperativus modus tempore praesenti.**

Pl. p. 456. erebus per b non per v. Est autem maritus noctis paterque furiarum et socius chaos. A. p. 327. n. 127. erebum profundum. cf. Serv. ad Virg. Aen. VI. 404.

149. Hinc emenda I. 678. n. 24. ergat, circat. cf. P. erga gr. peri significat, sed aliquando affectum demonstrat, quae extant in Prisc. XIV. 3. T. I. p. 598. Kr. cf. Hand. Turs. T. II. p. 488. Hinc VI. p. 523. erga aput, quod corrige etiam Pl. p. 461. erga caussa vel aperta, ubi praeterea ergo et erga confusa sunt.

150. 151. Pl. p. 457. ergastula dicuntur a graeco, ubi damnantur noxii ad aliquod opus faciendum, ut solent gladiatores et qui, puta exules, marmora secant et tamen custodiis alligati sunt. I. p. 678. n. 19. erg. carcer vel locus ubi damnati marmora secant vel aliquid operantur, quod Latine talentum (l. Tullianum Oehl. emendat taberna?) sub privata custodia, ubi non sunt tenebrae. VIII. p. 200. ergastulum locus damnatorum carcer. VI. p. 523. ergastulum, metallum. A. p. 327. n. 117. ergastula, ubi damnati aut marmora secant aut aliquid operantur. Si P. sequi velis habentem: ergastulum, durum opus aliquid, fere nulla litera mutata corrigere possis ergastulis duris operibus aut lege: ergastulus servus operarius, de quo v. Non. p. 447., contra quem disputat Lips. Elect. II. 15.

152. VI. p. 527. et P. ergata, vicinus aut operator et A. p. 326. n. 90. ergata, vicinus.

155. Erigit ego ex insulsa repetitione particulae igitur exortum puto. De signif. deinde vide, quae disputat Hand. Turs. T. II. p. 464.

156. 157. L. eripite, attollite. cf. Non. p. 246. attollere, auferre cett. et eripuit, abstulit; abtulit enim nullo exemplo confirmare possum.

158. L. erugat ex I. p. 678. n. 43. et A. 328. n. 43.

159. [et n. 164.]. L. herus. I. p. 678. n. 41. eruli, domini, quibus addunt Exc. Pyth. dominuli. Idem extat in VI. p. 560. et A. p. 327. n. 127. De scriptura erus pro herus vide Intt. ad Fest. p. 420.

160. L. errores, vaticinationes. Prius extat in I. p. 678. n. 53. Ne uno quidem scriptoris loco hanc significationem probare queo.

161. L. eructat. P. eructuare, vomere, elaxare [cod. 7619. exhalare] vel ex corde mittere.

165. L. erugit, egerit. Egerere potissimum de vomentibus dici, lexica multis locis comprobant. De voc. erugere cf. Fest. p. 62. erugere semel factum significat, quod eructare saepius. Illud enim perfectae formae est, hoc frequentativae, ad q. l. vid. Intt. p. 420.

168. VIII. p. 199. eruncare, evellere, vellicare. VII. p. 560. er., eradicare. VI. p. 523. er. eradicare, radicitus evellere, unde corrig. P., ubi extat: eruncare, radicitus evertere, eradicare A. p. 328. n. 42. eruncare, eruere, eradicare.

169. L. excudit, excutit, fabricat. cf. supra n. 8. et n. 237.

170. Hoc emendo in I. p. 679. n. 6., ubi extat emedium, vehiculum [ubi Graev. coni. epirhedium]; VIII. p. 196. esedum, genus curruum. Horat. eseda festinant. VI. p. 523. esseda, basterna (l. nae). P. esseda sunt Gallorum vehicula; essedum basterna, vehiculum; cf. Serv. ad Virg. Georg. III. 204. du C. v.

172. L. haesitat. Quid minatur sibi velit, equidem non capio; ego malim

175. Esto, videtur, etsi, putaveris.
Esto, pone, vel dico.
Estote, temporis futuri.
Etiam, quamquam, etsi, licet.
Etsi, licet q; vel quamquam.
180. Eu, interiectio laudantis.
Evacuat, refellit, amnuit, evertit, distruit, exianit.
Evacuatur, eviratur, effeminatur, exauritur.
Evadat', reposcit, flagitat.
Evenit, accidit, contingit.
185. Evergit, reindinat.
Evectio, elatio.
Evectum, elatum, exactum.
Evehit, expatriat.
Evertit, traxit vel versat.
190. Evetus, stultus, stupidus.
Evictus, victus, prorsus.
Evidens, apertum, patens, extensum, efficax.
Evincit, consequitur.
Evirantur, evacuantur, mutilantur.
195. Eviscerat, excomedit, exinterat.
Evitabilis, qui declinatur.
Evitare, egredi, declinare, obtundere.
Evocati, acciti, accersiti.
Evomuit, regessit, eiecit.
200. Eus, vox inclamantis est.
Euxochous, orationem fundens.
Eacerbat, amaricat, incendit vel congregat.
Exaggerat, ex fruge, auget, cumulat.
Exaltat, emittit, spiritum.
205. Exaluit, effluit.
Ex ambobus partibus, utrimque.
Examen, iudicium vel apium congregatio.

cunctatur vel nutat ex VIII. p. 276. haesitare, dubitare, nutare, vaccillare. Huc refero glossam I. p. 679. n. 9., ubi extat escit, lentus et Graev. esculentus (pinguis quod omissum dicit) emendat. Ego corrigam esitat, lentescit aut lentet.

175 176. L. videtur, ut, si putaveris. Dico quid sit, nescio. Ut i. fac, pone meo iure correxisse videor.

178. L. etiamsi q.

181. 182. P. evacuans exinanians (l. ens). Singularis est interpretatio refellit, amnuit pro quo l. abnuit, ad quam coniecturam confirmandam nihil habeo, quod proferam. Etiam destruendi significatio loco veterum probari nequit.

183. P. evadare, poscere, flagitare (ubi l. evadari, reposcere) ex I. p. 678. n. 5. evadatur, reposcit, flagitat et Not. Tiron. vadatur, evadatur.

185. L. reclinat, cui supra scriptum fuit inclinat, unde reinclinat corruptum est; cf. VIII. p. 200. evergere, inclinare.

188. L. ev., exportat. VIII. p. 198. exportare, evehere, forasemittere.

190. i. hebidus cf. du C. qui citat: Vita S. Guthlaci c. 21. o mi Becceline et quid **Hebido** sub pectore antiquum hostem occulta, vel hebetatus.

193. L. evincitur.

194. L. mutilantur. VIII. p. 198. eviratus, effeminatus, debilitatus, imbecillatus, delumbis, elumbis, enervis, enervatus; p. 202. evirare, debilitare. Ita lege VII. p. 560. VI. 523. et P. pro ervatio, enervatio, exinanitio — eviratio et VI. p. 523. pro evirat, exanimat, revacuat: exinanit aut evirare et evitare confusa putes, ut paulo post eviratus vita privatus pro evitatus dictum est., ut A. p. 329. n. 50. evirat, examinat vel evacuat vel vires tollit, et p. 55. exianare (exinanire) evacuare. P. evirare, castrare, effeminare, evacuare.

195. I. p. 678. n. 44. VI. 523. et A. p. 378. n. 47. habent eviscerat, excomedit, ut supra n. 227. Pro exenterare dictum esse exinterare lexica probant; VIII. p. 194. exenterare, eviscerare. aperire. Enteria, intestina, exta, viscera, vitalia Serv. ad Aen. XI. 723.

197. cf. infra v. obtundite.

199. L. egessit cf. supra eruit.

201. Ego lego *εὐχοχόος*; nam *εὐχή* est oratio cf. *Π*. p. 83. *εὐχή* votum, oratio. Idem repetit P.

202. L. exacerbat. Vides hic duo verba exacerbare et exacervare confusa esse. VI. p. 523. exacerbavit, aflectavit i. afflictavit ut P. habet exacerbare, afflictare, exasperare.

204. 205. L. exhalat et exhalavit, effudit; cf. VIII. p. 202. exhalare, foras emittere et P. exalare, spirare, redolere, effundere, aut quod rectius scribi puto efflavit ut n. 40.

207. P. examen, iudicum discus-



Examinat, sciscitatur, extenuat, inquirit.
Examinat, aequaliter iudicat veritatem.
210. Examinatio, quescio.
Exanguine, pallidus, semivivus.
Examinat, occidit, interfecit.
Exarta, vacua vel parva.
Exaruit, siccavit.
215. Exasperat, exulcerat.
Excastratus, excoliatus.
Excaecatus, obtunsus.
Exaurit, evacuat.
Excellens, praecellens vel eminens ceteris.
220. Excelsa, subplosa, alta.
Excessus, sublimis, altus.
Excidium, eversio urbium vel expugnatio.
Excitur, excitatur, evocatur.
Excitus, evocavit.
225. Excitavit, sustulit.
Exclusa, experdita vel subplosa.
Excomedit, eviscera vit.
Excors, sine corde factus.
Excreat, proicit.
230. Excidi, oblitus sum.
Excogitatio, inventio.
Excubat, observat.
Excubiae, vigiliae.
Excusatio, defensio, allocutio.

sio cuiusque rei vel multitudo apium. cf. Intt. ad Virg. Ecl. VII. 13. Georg. IV. 139. Aen. VII. 67. Ita Arnob. dixit de ingenti multitudine, ut II. 3. malorum **examina**, ad q. l. vide dict. mea.

208. L. scisc. extimat (i. aestimat) quae forma non raro in codd. invenitur; cf. Intt. ad Tac. Ann. XIII. 17. Schneider. Elem. l. lat. T. II. p. 556. hanc formam contractam putat ex existimat; quod de prisca latinitate non dixerim.

212. L. exsanguis. Exsanguine inscitia glossatoris formatum puto, qui duo haec esse vocabula putavit.

213. L. exanimat.

214. exartus quamquam latinitati l. Apul. Met. VI. 24. vindicavi, ubi optt. cod. consentiunt in scriptura: angusti canalis exarto contecti tramite, ita ut ex, quemadmodum in multis adiectivis vim primitivae vocis adaugeat, hic tamen probare id non queo, quoniam significatio adversatur. Legerim potius exausta, vacua, cf. P. exhaustus dictus, quod inanis vel consumptus vel perfectus (l. confectus) est, ut infra v. parva, vacua, exausta. A. p. 326. n. 55. exaustas, evacuatas. cf. infra p. 219.

216. Ita habent I. p. 678. n. 54. cf. du C. T. III. p. 133. H.

217. Obtundere saepius de oculis dicitur qui minus videre incipiunt atque hebescunt, unde non satis recte excaecare, quod idem est quod caecare, explicatum esse apparet.

220. Aut lege superposita, quod, quae superponuntur, in altum rem evehunt, aut subplosa errore glossatoris huc tractum puta, qui pro excelsa legerat exclusa, ut infra n. 226.

225. i. erexit confirmavit; cf. Intt. ad Horat. Serm. II. 8. 59.

226. C. exprodita cf. 310. A. p. 326. n. 114. explodit, excludit (ubi sine dubio legendum est exprodit) et p. 328. n. 71. exprodita, exclusa, ut habent etiam I. p. 678. n. 14. et P. VI. p. 523. exprodere, excludere: exprodita, exclusa. Mirifice in voc. subplosa consistit Gloss. hic, n. 310. et v. subplosa. Mihi quidem de hac vocis significatione non satis constat. Supplodere enim, quantum scio, de iis tantum dicitur, qui pedibus allisis indignationem dolores aliasve animi commotiones significant. Semel tantum dixit Macr. Somn. Sc. I. 2. calumniam supplodere pro repellere evertere, quod tamen non probabile est huc referri posse. Ego malim sublatas ut infra: 241. exemptus, sublatus, exclusus. Attamen etiam VIII. 197. explodere explicatur excludere cf. infra n. 300. Huc facere videatur glossa excludit, eligit, asculpit, ubi lege elicit excutit, ut infra n. 237. Excludere et excutere de ovis dicuntur.

227. VI. p. 523. exesum, excomesum VII. p. 560. excomedit, eviscerat, evacuat.

228. L. sine corde, fatuus ex VIII. p. 102. excors .i. iners et fatuus; unde Horatius in Epistolis: sub domina meretrice fuisset turpis et excors. P. excors, sine corde vel consilio alienus. VIII. 202. excors, sine corde.

229. VIII. p. 201. excreare, sputum proicere et excreare, exspuere, exputare [l. exsputare] VI. p. 523. execreat [i. excreat] proicit. A. 329. n. 74. excreat, proiecit [l. proiicit] P. excreare, exspuere, proicere.

230. L. excidit, uti corruptum est etiam A. p. 329. n. 87.

232. 233. VIII. p. 202. excubitores, vigiles, manubiae; excubiae, elu-

235. Excudit, elimat vel excutit.
Exclusit, produxit, eximit.
Excutit, producit, excudit.
Execratio, maledictio, detestatio.
Exemplum, similem.
240. Exedit, liberat, eliberat.
Exemptus, sublatus, exclusus, explicitus.
Exequitur, admittit, afficit.
Exercitat, fatigat, miserabiliter sollicitat.
Exerce, consumpta.
245. Exerere, producere.
Exerti, nudi.
Exesum, consumptum.
Effremet, manasse pro duabus tribus id est levi et ioseph.
Exesus, evacuatus, gracilis, tenuis, subtilis.
250. Exibuit, praebuit, praestavit, praestitit.
Ex hoc, deinde, exinde vel postea.
Exigit, exposcit.
Exiguus, minimus.
Exiliatur, extorris.
255. Exilis, tenuis, subtilis, gracilis.
Exilium, exul.
Eximus, egregius, ειαιρετοε.
Exim, confestim.
Eximia, magnifica, praeclara vel nobilis, egregia.
260. Eximit, produxit, exclusit, emeiavit.
Exin, ex hoc, deinde, vel postea.
Eximproviso, subito et insperato.

cubratores, ubi manubiae ferri nequit p. 202. excubiae, vigilis, excubitare, vigilare. cf. Is. Or. IX. 3. §. 42. et Serv. ad Aen. IX. 159. P. explicat: excubare, pro foribus invigilare; excubiae vigiliae, custodiae, insidiae, spolia, ubi vides, ut supra inter se confusa esse excubiae et exuviae, quae sunt spolia et manubiae.

235. L. exemit et n. 239. simile.

240. L. eximit, liberat, eliberat. Not. Tir. p. 57. liberat, eliberat.

241. VI. p. 523 exempta, sublata, tulta [l. extracta ex P.: exempta, subtracta, sublata, extracta] et A. 329. n. 60. l. pro exempta, satiata: ex, soluta.

242. Pro afficit l. efficit. Quid admittit sibi velit, non capio, unde emenda: absolvis. Exsequi est ad finem perducere, absolvere.

243. Confitendum est, me hac notione tantum verbi participium adhuc legisse. cf. Intt. ad Tac. Agr. 5. P. exercitus laboribus fatigatus, contemptus ut ait Fulgentius.

244. 246. et 249. L. pro exerce, exesa ut infra, ubi pro consuptum emenda consumptum. A. p. 329. n. 62. exesus, comestus. P. exesa, consumpta, evacuata, abedo; exesum, siccum, exhaustum, tenue, subtile. A. p. 327. n. 28. exesum, subtile. Isid. Orig. X. 89. exesus, quasi per comesus. Est enim aridus, tenuis, exilis.

245. Saepius hoc voc. explicatur in Pl. ut p 457 exerte, prolate; exercere [l. exserere] enim proferre est vel expedire et p. 458. exerat, proferat p. 459. exerte, indissimulanter atque ostentibiliter; exerti autem dicuntur qui virtutem suam exerant et in prompta habent et p. 460. exerimus, proferimus. VIII. 195. exertare, denudare A. 326. n. 47. exerta, nuda et aperta. P. exero .i. profero, disco [l. dico], operio (l. ap.). Activum est; facit enim passivum exeror, exertus, apertus, nudatus; cf. Is. Or. X. 81. et dict. mea ad Apul. T. I. p. 18.

248. L. effrem. int.... tribubus ex P. effrem. int. fructificatio pro duabus tribus levi et ioseph.

250. Perfectum praestavi saepius legitur in Digestis; cf. Duker. de Lat. Ict. p. 338. ed. Tr. Eckst. ad Voss. Arist. T. II. p. 814.

254. L. exiliatus aut exulatus. VIII. 196. exolare, exulari, quasi extra solum proprium (l. patrium) ire. Aliae formationes sunt exulanus, exul, (VIII. 197.) exsolanus (VIII. 201. extra solum patrium positus) et exulaticus (l. icius T. VIII. p. 202. exul, exterminatus exolanus). De passiva h. v. notione cf. Munk. ad Hygin. fab. 26. et Deder. ad Dict. Cret. Gloss. p. 359. De verb. exiliare cf. du Cang. p. 151. H. Infra extorris, exiliatus.

255. A. p. 329. n. 68. exilitas, machies (macies) Is. Or. X. 88. et Fest. p. 61.

256. L. aut exulans aut exsulus, quod habet A. 329. n. 66. exulus; peregrinus. Ita emenda infra 311. expulsus, exubis n. 334. exul, exilium et exuvis expulsus. Ceterum exul etiam de peregrino dici probat Mai. Class. Auct. T. V. p. 405. n. 2.

257. L. eximius, ἐξαίρετος *II.* p. 69. ἐξαίρετος, egregius, eximius, praecipuus.

258. P. exin, deinde, confestim. Serv. ad Aen. VII. 341. exin, statim et

Ex insperato, de id quo non sperabatur.
Ex intervallo, ex intermisso tempore.
265. Existimare, modum considerare.
Existimat, putat, con . .
Exitium, perniciem, mors.
Exoletis, minuatis.
Existit, consequitur.
270. Exolevit, corruptus est.
Exopinatu, ex insperatu.
Exordium, initium, principium sermonum.
Exorsus, initians.
Exortat, supplicatur.
275. Exortatio, legatio.
Exortem, alienam.
Exortum, parvum, vacuum vel ab initio.
Exortus, abortum.
Exosum, odium habitus.
280. Exosus, quia aliquem odit, odiosus.
Expartia, aliena.
Expectari, opperire.
Expedit, prodest, commodum est.
Expeditus, alacer, fortis, paratus.
285. Expeditus, velox, hilaris.
Expellit, alienat, repulit, exturbat.
Experrectus, a somno surgens.

est ordinis adverb. Nec lexica nec Hand. hanc significationem attigit. Exim scriptum vides pro exin in Auct. It. Alex. ed. Mai. 49. cf. Wagn. Orth. Virg. p. 437. et ad Aen. VII. 341. et ad XII. 92.

263. L. de eo, quod non sp.

266. L. putat, considerat.

268. Hoc aperte falsum est. Exoletus enim depravatum, corruptum significat. Erat, cum legerem exolatis (i. exsulatis) exterminatis. VIII. p. 195. exoletus, excretus. Plautus: domi reliqui virginem exoletam. Dicitur etiam exoletus pro eo quod est foetidus. Prudentius: Ganymedem exoletum, qui tyranno prodidit. P. exoleo, exoletus sum, hinc exolesco. Exolevit, in oblivionem venit, defecit, corruptus est, interiit. Exolescit, evanescit, deficit, de memoria exit. Exoletus, infamis, turpis, vanis. Exoleo, excresco.

269. Hoc glossema nec ob ordinem litterarum nec ob sententiam ferri hic potest.

271. L. ex inopinato, ut recte etiam scribitur Quint. VIII. 5. §. 15. pro ex opinato. Hoc vindicat hic interpretatio ex insperato, quod idem est voc. insperato; cf. Plaut. II. 1. 32. Liv. II. 35. §. 2. Ex opinatu corruptum est pro ex inopinato.

274. L. exorat, suppl. et infra exoratio. Sensu posteriore quamquam v. nunquam legi nec extitisse apud veteres videatur, si lexicis fides est, tamen non in dubium vocaverim, quod orator apud Caesarem saepius pro legato legitur, ita ut exoratio pro legatione bene dici potuerit. Alia significatione exoratio apud posterioris aevi scriptores legitur, ut apud Quint. Decl. 8. cf. du C.

276. VIII. p. 197. exsors, extra sortem. A. p. 329. n. 85. exortem, alienum. P. exsors dicitur, qui extra sortem est alicuius, extraneus. Serv. ad Aen. V. 534. exsortem ἄκληρον sine sorte et VI p. 428. exsortes, expertes, quos ἀκλήρους dicunt Graeci; et ad VIII. p. 552. De scriptura exors an exsors vid. Terent. Maur. p. 2204. et Schneid. Gr. Elem. Lat. II. p. 555.

277. Hic duo glossemata corrupta apparet. Primum pro exortum l. exartum (i. exaustum), ut supra n. 213., ubi vide dictata mea; tum scribe aut exortu aut ex ortu separatim.

278. L. ex ortu (vel exortu) ab ortu. Abortum enim exortus nunquam significat.

279. 280. L. odio habitum; nam exosus dicitur qui odit et qui odio est. VIII 202. exosus, odiosus. cf. Is. Or. X. 91. coll. c. Serv. ad Aen. V. 687. Aliter statuit Serv. ad Aen. VI. 435. perosus et exosus tantum activa dici significatione proferens; et P. exosus ab exodi verbo qui odit aliquem, odiosus vero qui oditur; quos sequitur Gron. ad Gell. II. 18. At vide de passiva significatione Intt. ad Eutrop. VII. 23.

281. Hoc habet etiam Gloss. Par. n. 7641. De significatione vide infra n. 288.

282. Mirifice activa huius verbi forma repetitur: infra v. operit i. opperit, observat, exspectat. (VIII. p. 402. opperiri, exspectare, praestolari). Sed VII. p. 537. exstat opperire, expectare, sollicite; opperit, conperit (?) observat et A. 358. n. 50. operiri, expectari. Itaque activam formam reiicere non audeo.

286. L. repellit.

287. Duplex extat formatio expergitus et experrectus, de quibus vide Intt. ad Fest. (p. 60) p. 416. Gron. ad Gell. VI.

Expers, alienus ab aliqua re, inscius, ignavus.
Expertus, probatus vel temptatus.
290. Expiabilis, exequatur.
Expiat, abluit, purgat, mundat, exorat.
Expiatur, vindicatur.
Experat, examinat.
Expilat, occulte exterminat vel elapidat.
295. Expilatores, alienae hereditatis subreptores.
Explanat, ab iracundia exiluit.
Expleri, repleri.
Expletio, satisfactio.
Explorat, inquirit vel abscultat.
300. Expludit, vituperat.
Explorator, speculator.
Expone, memora, indica.

10. et ad Liv. VII. 36. §. 2. Diomed. p. 372. distinguit ita, ut expergitus dicatur, qui somno satiatus sponte vigilat et experrectus, qui a quiete sit impeditus; de qua sententia agit Sciopp. S. Lectt. IV. ep. 2. cf. Voss. Arist. T. II. p. 834. ibique Eckst. Pl. p. 461. expergito, velut somno ablato. cf. VIII. p. 194. experrectus per se evigilatus, expergitus quem alius evigilat, ubi plane aliud profertur discrimen; et expergiscor evigilo; VII. p. 560. expergiscor post satietatem somni evigilo et exigitus (ubi l. expergitus, quod scriptum fuit expgitus) experrectus expergefactus. A. p. 329. n. 79. expertus est (l. experrectus) evigilavit. P. expergiscor e somno e vigilo; expergiscor comp. ab ex et pergo. Pergo vero ex per et rego facit experrectum et expergitum antiquitus, ubi probabile est Pap. indicare voluisse expergitus magis apud antiquos in usu fuisse.

288. L. ignarus *Π.* p. 70. expers, *ἄπειρος καὶ ἔμπειρος* et p. 65. *ἔμπειρος* expertus, peritus, sollers, expers; peritus, sciens, gnarus. In his formis glossaria valde fluctuant; Pl. p. 461. experitus, non peritus id est extra peritiam positus (ut Fest. p. 60. experitus, imperitus), sicut expers extra partem. Huic adversatus P.: expertus, non peritus et valde doctus; expers dictus quod sit sine peritia, expers extra partem vel patriam, alienus, extraneus; expertia, extranea. I. p. 679. n. 36. experti [l. expertes] extranei, extra partem notitiae. VIII. p. 201. expercius, expers, extorris, immunis et p. 523. expertia, ignara, extolida [l. stolida]. Is. Or. X. 82. expertus, multum peritus. Ex enim pro valde ponitur; expers vero, qui est extra peritiam et intellectum. Serv. ad Aen. III. 182. nam exercitatus peritus significat, ut expertus et expers. Nam expertum rerum si dixero, significo peritum, si expertem, ignarum et X. 173. expertos bella peritos. Nam expertes sunt ignari. De voc. expers quod significare dicunt idem quod expertus cf. Intt. ad Pers. VI. 8. ad Catull. 76, 77. et dict. mea ad Apul. T. I. p. 442.

290—292. Expiabilis P. et A. p. 329. n. 75. explicant immundus. Ego malim: exaequatus .i. quod aequale factum est. Ita bene dici possunt res expiatae. Ita factum existimo, ut P. explicet: expiare, mundare, purgare, exigere (?): nam exigere idem est quod exaequare. Itaque etiam expiatur recte explicatur vindicatur. Etiam exorat recte se habet; est enim placare, reconciliare, cuius notionis exempla lexica afferunt multa; A. p. 329. n. 93. expiare, propitiare.

293. L. exp. exanimatur.

294. 295. VIII. 195. expilare, rapere: Salustius tacitis animis dedignamini aerarium expilari [et ita scribi volo p. 198. epilare, mutilare detruncare, ut ante epudorius, epensare]. I. p. 678. n. 55. A. p. 329. n. 76. et P. item v. expilatores explicant. P. expilare, subripere, furari, exterminare, oscultare [ubi lego occulte aut occultate]. At haereo equidem in v. exterminare, quod, quantum scio, tantum est expellere, extra fines proiicere, in exilium mittere vel amovere, depellere quod etiam elapidare significare videtur; nam hoc vocabulum nuspiam inveni. Est sine dubio extra lapidem eiicere, amovere. Ita legendum existimo VII. p. 560. pro exlaudat, extra finem laudat: exlapidat . . . lapidat. Unde erat, cur emendarem expultat cf. VIII. p. 199. epultare, extrudere vel expatriat [VIII. p. 199. expatriat, extra patriam ducere vel eicere]. Sed probari forsitan possit exterminat occulte, quia ad quod occulte amovetur, exterminatur. Expilare emendo A. p. 296. n. 99. ubi districe explicare, consumere est; lege destruere, expilare, consumere.

296. L. explacatur, ab iracundia exsiluit. VII. p. 560, explacato; vehementer placato. Not. Tir. p. 106. placabilis, implacabilis, explacabilis.

298. De activa formatione abscultat pro auscultat cf. v. n. 13.

300. L. explodit. De h. notione vide Intt. ad Cic. de Div. II. 41. Off. I. 2.

Exporrectus, extinctus.
Exportat, tollit.
305. Exposcit, exigit.
Expositum, commentarium, adinventum.
Exposuit, exposuit, enucleavit.
Exprobrat, increpat.
Exprobrationes, convitia, vociferationes.
310. Exprodita, exclusa.
Expulsus, exulis.
Expuderatus, impudicus.
Exterrinus, peregrinus.
Expuncta, finita.
315. Exspe, sine spe erat.
Extantiae, egretiae vel essentiae.
Extat, superat, eminet, extit.
Extemplo, mox, statem, continuo.
Externi, pridiani vel externei.
320. Extensis, apertis, patentibus, defusis, emis vel emus.
Extimus, internus vel extraneus vel extr̃.
Extimuit, satis timuit.
Extinctus, occisus, interfectus, exporrectus.
Extispices, aurispices.
325. Extitit, constitit vel expabuit.
Extorrem, extra terras proprias exulsum.
Extorris, exiliatis.

303. L. exp. extentus, unde infra male additum n. 323. exporrectum. cf. Non. p. 47.

304. VIII. p. 198. exportare, evehere, foras portare et p. 202. exportare, exsolvere.

307. Exposuit per errorem bis positum existimo.

310. cf. supra n. 227. n. 311. cf. 256.

312. L. expudoratus ut I. p. 678. n. 15. VIII. p. 198. expudorius, impudicus, inverecundus, infrontuosus, irreverens, impudoratus et p. 199. epudoratus, extra pudorem, inpudens, inverecundus cf. du C. v.

313. Π. p. 21. ἀπόδημος, peregrinus, exterrenus. Fest. p. 59. habet exterraneus. Atque ita I. p. 678. n. 38. pro extromis, extremus lege exterrenus, externus. Aliter emendarunt Nans. et Oehl. p. 241. qui praetulit: extorris, externus quod non respondet v. extorris .i. exul.

314. A. p. 329. n. 64. expuncta, expleta. P. expungere, consumere [l. consummare] effugare [?], efficere, explere, peragere [q. l. alii codd. aliter legunt. Mirifice I. p. 678. 45. habet expuncta fibras pectorum, pro quo rectius scribere videatur. Pap. expuncta, fibrae pecorum. Oehl. l. c. emendat iecorum.

315. L. expes. VIII. p. 193. expes, sine spe. Ovidius: solus inops exspes, leto poenaeque relictus. Is. Or. X. 83. Non. p. 12.

316. L. egregiae vel essentiae, quocum conf. n. 53. egregiae exstantiae. Veteres dixisse exgregiae probat Fest. p. 60. Glossema ita explico, ut legam: egregia, extantia, essentia. Errore solito glossator hic addidit essentia, quod quidem exstantia est nec tamen egregia. Extare, ut egregius, de rebus dicitur, quae prominent, undique conspici possunt, ut in seq. est, ubi lege pro exstit existit.

319. Noli turbare pridiani. Externus enim pro hesternus dictum esse a sequioris aetatis scriptoribus, du C. probat T. III. p. 169. nisi putas, omnibus his locis solita confusione, de qua vide Dr. ad Liv. XL. 14. 2. Burm. ad Quint. Institt. p. 984., utriusque verbi corruptum esse voc.

320. 321. Hanc et seq. glossam confusam puto, ita ut prior desinat in voc. defusis, pro quo lege diffusis et emis vel emus ad posteriorem referantur, ubi lego: extimus, ultimus vel extraneus vel exter vel exterus vel extremus cf. VIII. p. 201. exter, ultimus Statius Thebaidos: sed quid apud tales quis nec sui pignora curae exter honos. Exterus, extraneus externus, peregrinus, exoticus. Vel etiam pro internus legi possit extestinus, quod Pap. explicat alienae gentis, extraneus et I. p. 678. n. 16. extestinum, extraneum. P. extimus ab extra, praeclarus, praecellens, novissimus.

323. cf. supra 303. VIII. p. 188. hic extinspex (?) .i. augur, qui inspicit exta quae repetit P. Ex I. 678. n. 56. lege aruspices. Non. p. 16. extispices proprie haruspices dicti sunt, quod exta spiciant.

324. Expabuit corruptum est. Equidem malim apparuit.

325. 26. L. expulsum ex Is. Or. X. 85. extorris, quia extra terram suam est, quasi exterris. Sed proprie extorris cum vi expulsus sit et cum terrore solo patrio eiectus et extorris extra terram suam pulsus [ubi c. aliis codd, ut in nostro gl. est, lego expulsus] Pap. hunc locum descripsit; cf. dict. ad Apul. T. I. p. 331. In seq. emenda exsiliatus.

Extorsit, extulit, extudit.
Extraneus, extimus vel extremus.
330. Extricavit, profligavit.
Extrinsecus, separatus.
Extuat, fluctuat.
Extudit, extundendo extorsit.
Exul, exilium.
335. Exulcerat, exasperat, stimulat.
Exulceratio, stimuleus, aculeus.
Exultat, gestit, gaudet.
Exumtuavit, pauperavit.
Exundantibus, repluentibus.
340. Exundat, repluet.
Exurgere, emergere.
Exutus, liberatus.
Exuviae, vestes mortuorum.
Exuvis, expulsus.

Mirifice VIII. p. 195. explicatur extorris, expers, quod idem invenitur p. 201. expertius, expers, extorris, immunis. Hac significatione alibi voc. non extat. cf. Non. p. 14. et Serv. ad Aen. IV. 616.

328. L. extudit, excudit.

330. VIII. p. 195. extricare, exsolvere et p. 201. extricare, solvere vel terminare; extricabilis, solubilis. P. extricare, exterminare, profligare.

331. Adiectivo sensu hoc posuisse glossator videtur, ut Tertullian. de Pall. c. 1. ubi vide Salm. Haereo de explicatione separatus. P. interpretatur deforis.

332. i. aestuare ut VIII. p. 200. aestuosus s. l. E legitur, aut lege exaestante quod A. p. 329. n. 88. invenitur: exaestuat, angustiatur et VIII p. 202. extuare, diminuere, ubi Mai minus recte coniicit extenuare. In cett. gloss. hoc non inveni. Item peccat v. extumerare, [i. extuberare] tumet, extat i. aestuat et VI. p. 524. extumerat, tumet, exitat.

334. cf. n. 256. A. p. 327. n. 169. exul, qui extra solum suum voluntate [sine voluntate] peregrinatur.

335. VIII. p. 195. exulcerare, sauciare, vulnerare, plagiare. A. p. 329. n. 58. exulcerat, exasperans [exasperat]. P. exulcerare, exacabare, enervare, quasi ulcera extrahere.

338. L. exsumptuavit ut ap. I. 678. n. 57. et VII. p. 560.; VI. p. 523. exustuavit, pauperavit. P. exsumptuare, pauperam facere. Ita etiam legendum existimo apud I. 679. n. 42. pro exminutare, pauperem facere: exumtuare [i. exsumtuare] et idem VIII. p. 195. ubi est: exinmuntare, facere pauperem, ex censu saepe mutato seq l. glossator specie quadam veritatis hoc vocabuli monstrum defendit. A. p. 329. n. 72. exumptuavit, proberavit corrupte extat.

339. 40. L. affluentibus et affluit. Item peccat I. 678. n. 59. et 679. n. 1.

343. ut A. p. 329. n. 69. VI. p. 524. exuviae, vestis mortuorum. A. p. 328. n. 190. excubiae spolia [Is. Or. XVIII. 2—8. XII. 4. 47. Fest. p. 60.]. P. exuviae spolia occisorum hostium vel tunicae serpentium. Exuviae vel induviae vestes, quae exuuntur, exuviae hominum dicuntur, induviae deorum apud paganos. cf. Non. p. 458.

# F.

1. Fave, adridet.
Fabeo, adsentio.
Fabet, suffragatur, adsentit vel plaudet.
Fabillae, piscator, fautor.
5. Fabisor, clamor vel plausus, studium, obsequium.
Fabor, . . . . . .
Faboralem, afavendo.
Fabre, docte, ingeniose.
Fabricat, excutit, elimat.

3 — 5. Vitium inde ortum puto, quod voc. favillae explicatio per librarii festinationem omissa est, ita ut verba, quae ad favissor pertinent, ad favillae, et quae favor interpretantur, ad fabisor adposita sint, nec favor habeat, quo explicatum sit. Quia favillae plur. scriptum est, equidem emendaverim favissae, quod explicat P.: fossae quaedam in Capitolio, quae in modum cisternarum excavatae excipiebant dona Iovis; cf. Fest. p. 66. et Intt. p. 427. In cett. Gloss. favissae non inveni. Favilla explicat P. favilla, deserta igne scintilla ex Is. Or. XIX. 6. 6. et infra reliquiae, favillae. Voc. favissor eodem modo interpretatur I. p. 680. n. 58. ubi aut favitor corruptum est, quia, ut nostro loco, una s littera scriptum fuit.

10. **Fabulor, fabellor.**
**Fac, effice.**
**Facile, expeditum.**
**Facile, promptius.**
**Facas, vitulus marinus.**
15. **Faces, faculae.**
**Facescit, facit vel recedit.**
**Facetie, eliganter.**
**Facetias, iocus.**
**Facetior, clarior, gratior.**
20. **Facetus, iocundus, eligens, urbanus, affabilis, aspectus, vultus.**
**Facinus, scelus vel malum factum.**
**Facinus, errantium ignominia.**
**Factive, active, strenue.**
**Factio, coniuratio.**
25. **Factiosus, falsus vel sepe faciens.**
**Factitat, frequenter facit, efficit.**
**Facultas, abundantia vel vita magistratus.**
**Facultates, opes, copiae, patrimonium.**
**Facundia, eloquentia.**
30. **Facunda, fertilis.**
**Facundus, eloquens.**
**Falangarius, ut gladius.**

aut h. l. lege favitor. Errant enim, qui cum Char. I. 66. favitor formationem refellunt; cf. Plaut. Amph. Prol. 78. Non. p. 110. et Serv. ad Aen. VI. 817. Favissor probat VIII. p. 224. favissor, piscator, qui semper favet ut sibi bene eveniat [cf. p. 243.]. cf. A. p. 331. n. 122. favissor, fautor et p. 332. n. 13. favisoar, fatuor vel consentaneos [l. favissor, fautor et consentaneus]; cf. dict. ad Apul. II. p. 619 Favor explicat A. p. 332. n. 12. clamor et n. 30. adlocutio.

10. Hoc glossema aperte falsum est; non extat voc. fabellari. Italorum tantum est favellare. Ego emendo fabula, fabella ut infra faces, faculae.

14. cf. infra v. focas.

15. VIII. p. 239. facula, parva fax. A. p. 330. n. 26. fax, faecile [l. facula] ut p. 331. n. 116. p. 331. n. 1. fax, facula vel licentia [l. tedula].

16. L. facessit VII. p. 205. Et facessite verb. defectivum (?) .i. discedite, unde Prudentius in libro Hymnorum: facessite, inquit, ne nostram gravet obsequela mortem, et p. 239. facessere, discedere. Marcianus facessat ergo versilis profunditas. VI. p. 524. facessit, facit vel praestat [l. cessat]. A. p. 332. n. 24. facessit duo significat vel facere cessat vel frequenter; cf. Fest. p. 65. et p. 425. Non. p. 306. P. facessit, frequenter facit, dissolvitur, recedit, cessat, ubi male dissolvitur additum est confusione voc. fatiscit, de quo v. infra agam.

17—20. L. elegantiae et iocos. Pl. p. 464. facetiis, iocis, lusibus, salibus, urbanitate. Ita corruptum puto A. p. 331. n. 99. facetus, elegans, facas, ubi emendo facetus, elegans, iocosus et p. 332. n. 26. faticiae, locus [l. facetiae, iocus]. VIII. p. 239. facetus, urbanus, curialis, urbanicus. A. p. 331. n. 124. facetus, affabilis. P. facetus, qui iocos gestu et factis commendat; unde a faciendo dictus; faceta, urbana, venusta, iocosa, bene morigerata, a faciendo vel fari dicta — facetior, hilarior, gratiosior, facetia, lepos, verborum suavitas. Pro eligens l. elegans, pro decax l. dicax. Aspectus et vultus pertinent ad omissam glossam facies, quae etiam in P. sequitur.

22. Pro errantium l. peccatum.

25. VIII. p. 239. factiosus, proditor, versipellis, technosus, strophosus, versutus, alterplex — factiose, versute, dolose, fraudulenter. VI. p. 524. factiosus, fallax, semper faciens. A. p. 331. n. 115. faeciosus, semper faciens [l. factiosus], ut p. 332. n. 23.; p. 332. n. 19. fasciosus [fact.] fallax, deceptor. cf. Is. Or. X. 106. quae repetit P. et habet: factiosus, saepe faciens, fallax, deceptor. Ita explica voc. Plaut. Bacch. III. 6. 11.

30. L. fecunda, quo spectat etiam seq. copiosus.

32. In omnibus, quantum scio, glossariis haec insulsa repetitur explicatio, ut apud I. p. 679. n. 58. VI. p. 524. [qui habet falengaricus]. A. p. 331. n. 121. [ubi perperam scriptum est falengarius] et p. 332. n. 27. [ubi famulangarius vitiose extat]. Explicat phalangarius Non. p. 163. palangae dicuntur fustes teretes, qui navibus subiciuntur, quum attrahuntur ad pelagus vel quum ad littora subducuntur, unde etiam nunc palangarios dicimus, qui aliquid oneris fustibus transvehunt et Π. p. 138. phalangarii, *οἱ τοῖς δοκοῖς ἀποκρεμνῶντες βάρη καὶ πλείονες ἅμα βαστάζοντες.* Hesych. *φαλάγγια, στρογγύλα ξύλα καὶ σύμμετρα.* P. phalanga, fustis cui aliquid deligatur. Graev. glossam ita explere studuit: Falangarius qui falangis, ut gladiis, utitur, quod quid sibi velit equidem non video. Meurs. in Minot. p. 152. emendavit pro fa-

**Falangas, multitudines.**
**Falancs, legio vel voces exercitus.**
35. **Falarica, genus teli est, lancea magna, telum mulieris.**
**Facile, proclive, expeditum, pronum.**
**Falbus, falbus, helbus, ozaNeOC.**
**Falcones, genus avis pollices pedum intro curvos habentes.**
**Fallera, ornamenta equorum ū fabulas.**
40. **Faleratus, ornatus ab equorum falera.**
**Felis, pronus.**
**Fallax, decipiens, criminosus, dolosus.**
**Fallax, incelebris, prolax.**
**Falleris, erras.**
45. **Fallit, decepit, circumvenit, delectat, obripit.**
**Falsiloquax, mendax.**
**Falsum, fictum, fallacem.**
**Familiaris, domesticus, tamquam unus ex familia.**
**Familias, conationes, tribus.**
50. **Famix, contusio frauces.**
**Famulus, minister, servus.**
**Fanaticus, qui in templo divinat vel templi minister.**
**Fandum, dicendum, loquendum, aperiendum.**
**Fantasia, ostentum, ostensis, praeter consuetudinem.**
55. **Fanum, templum.**

langarii λιθοφόροι, quod in *Π.* extat, ἀχθοφόροι, ego malim δοκυφόροι. Nansius et Vulc. emendarunt baiulus (nec tamen invenerunt in Gloss., ut Oehl. dicit p. 242. Nam falangarius ut baiulus, quod in Castig. Vulc. 96. extat, non ex Gloss. sed ex vitio pro ut gladius scriptum est). Haec omnium videtur esse optima coniectura vel corrige f. baiulus vel gerulus.

33. cf. Prudent. Psych. 816. **phalanges** culparum.

34. Pro voces l. acies.

35. L. missilis. VIII. p. 243. falaricum (?) telum rotundum. A. p. 331. n. 124. falarica, theca gladii; falarica, genus hastae grandis; p. 332. n. 5. f. genus teli maximi. Non. p. 555. falarica, telum maximum. Fest. p. 66. falarica, genus teli missilis, quo utuntur ex falis i. ex locis extructis dimicantes ad q. l. vide Intt. p. 428.

37. L. falvus, fulvus, helvus. cf. du Cang. De helvus voc. cf. Varr. R. R. II. 5. ibique Intt. P. falvus, fulvus, elucus color. Pro ὀζανεος l. ὁ ξανθός.

38. I. p. 680. n. 47. Fest. qui pollices pedis intra curvos habent, unde emenda A. p. 331. n. 114. falcones, qui polices pedestri introrsus habent et p. 332. n. 7. f., qui pollices pedum intro curbos habent. P. falco dictus, quod falcatis i. incurvis unguibus sit. cf. du Cang. ed. Henschel. p. 191. Pro intra l. ubique intro.

39. 40. L. phalerae vel fibulas et ornatus ob eq. A. p. 331. n. 138. fallerae, equorum ornamenta. VIII. p. 240. falerare, ornare, a faleris i. ab equorum ornamentis. Ceterum phalerae notissimae sunt.

41. L. facilis. Idem vitium extat in cod. Reg. 7641.

42. Not. adi. illecebrus, nisi legere velis illecebrosus cf. infra v. incelebrus.

45. Delectat hac significatione non inveni. Forsitan legendum sit deceptat; licet idem repetatur *Π.* p. 19. ἀπατῶ, seduco, fallo, decipio, obrepo, delecto. At post ἀπατᾶ deceptat. Pro obripit l. obrepit.

46. Nota voc. falsiloquax, quod nuspiam alibi invenire potui. Falsiloquus in usu fuit veteribus.

49. L. cognationes, tr.

50. L. contusio, faucis ex P.; qui tamen pro famix habet famis. I. p. 680. n. 58 famix, contusio, fauces. In G. famex, θλάσμα, contusio. *Π.* p. 90. θλάσμα, hic famex, palearia, contusio, ubi l. palearis contusio aut palearium cont. Exc. Pith. habent: famix, contusio, fauces, ramix, unde apertum est ramix et famix idem olim fuisse. Itaque apud Colum. VI. 12. §. 2. ex opt. cod. Samb. legendum puto: Hic idem sanguis, nisi emissus fuerit, **ramicem** creabit, ubi Schneider. e Goth. emendat famicem. Apud Veget. IV. 19. famicem retinendum est.

52. VIII. p. 242. f. fani custos, qui et aedituus et sacrista dicitur. VII. p. 561. fanatici, ministri templorum dicti, eo quod futura canebant sive a Fauno. VI. p. 524. f. templi minister ut A. p. 332. n. 15. A. p. 331. n. 130. fanticus, qui templum diu deserit (?) n. 131. famidicus, quimidicus, qui certa dicitur, ubi lego fanaticus, fatidicus, qui vaticinatur vel veridicus cett., ut VIII. p. 243. fauticus, ve-

Fanculum, feniculum.
Far, ador, ZeATAAΛEYPA.
Farina, farundae.
Farcet, inplet, spissat.
60. Fari, loqui, profari, memorare.
Fartum, inpletum.
Fas, licitum, licentia vel iudaeorum.
Farcer, auctoritas, dignitas.
Fasculum, vasculum, discus, discum. [a. m. 2.].
65. Fastidium, pinnaculum templi.
Fatigatus, vulneratus, exercitatus.
Fastigium, culmen, altitudo, sublimitas.
Fastus et fasti libri, ubi nomina consulum scribuntur.
Fata, parcae.
70. Fatescit, descit, aperitur vel aperit.
Fatescunt, ferendo dissipant, dissolvunt.

ridicus, cui omnes favent [quod ex mala lectione fauticus pro fanaticus explicatum est] et n. 132. fanaticus in templo arguitur [l. auguratur] et n. 94. fanitici, futura praecinentes cf. dict. mea ad Apul. T. I. p. 733.

56. I. p. 680. n. 2. fanculum, funiculum, quod habent etiam Exc. Pith. Cur Oehler. emendare velit fenculum equidem non capio. Certe fanculum ubique scribitur

57. L. ador ζειὰ τὰ ὄλυρα. A. p. 331. n. 134. far, genus frumenti et p. 332. n. 32. far, pultes

58. Fere idem extat in cod. 7641. farina, fecrundae. P. habet farratior, fructuosior, unde erat cum emendarem farrata, fecunda [atque ita lege A. p. 331. n. 143. pro feretrius fertilis — farratus, fertilis] vel emenda farina — far, olira.

59. VIII. p. 242. farcire, supplere, farcinare, replere, fartor, extorum repletor. A. p. 331. n. 117. farcit, implet. Ita emenda p. 332. n. 17. fanu, implet in farcit et 27. farcit, dempsit in densat. A. p. 331. n. 144. et 332. n. 29. habet: farcimen, ipsa species, ubi legendum existimo escae species. A. p. 332. n. 18. l. fartum impletum pro factum et VI. p. 524. pro farsa, fatigata — saginata et pro fassores, qui aves saginant — farsores. Forma enim farsus apud sequioris latinitatis scriptores in usu fuit; cf. Lex.

62. Ego emendo vel condecorum. Condecore adv. apud Gell. XIV. 4. §. 1. ex optimis codd. retineo, ubi legunt alii cum decore.

63. L. fasces. VIII. p. 205. A facio hic fascis, is .i. honus et inde hic fasciculus, li et pluraliter fasces, ium .i. honores et p. 239. fasces, honores, insignia. A. p. 329. n. 12. fasces, dignitas et ita emenda VI. p. 524. fasta, honores in fasces. Non. p. 312. P. fasces, dignitates, consulares. cf. Intt. ad Iuvenal. V. 110. et Virg. Georg. II. 495.

64. Idem extat in Gloss. Reg. 7641. infra v. vasculum et I. p. 680. n. 3. fasculum, discum; cf. supra discus, vasculum, fasculum et infra v. vasculum, discus, fasculum.

66. P. fatigare; fatis [ego emendo fatim vel satis] agitare, tundere, domare, exercere.

68. VIII. p. 233. Dicimus quoque hic fastus, ti pro libro in quo totius anni facta describebantur; unde et quidam de libris Ovidii libri fastorum titulantur, ubi multorum continentur gesta annorum; hinc et Lucanus reprehenditur, qui fastum non secundae, sed quartae protulit declinationis dicens: an meus Eudoxi vincetur **fastibus** annus? VI. p. 524. fasti, libri consulatuum, fastus, fastidium vel superbia A. p. 329. n. 10. fastes, libri [l. fastus] p. 330. n. 32. fastus, in quibus sunt nomina consulum p. 331. n. 136. fastus, superbia vel liber p. 332. n. 22. fastus et fasti ubi sunt nomina consulum libri. P. fasti libri quos consules habebant, in quibus reges vel consules scribebantur a fascibus .i. potestatibus dicti. Unde Ovidii libri Fastorum dicuntur, quod de regibus et consulibus editi sunt. Fastus taedium, superbia, contemptus... declinationis, quando vero pro annali accipitur, i. pro festis a fastis et nefastis diebus sic dictum frequentius est 2. decl. sed invenitur etiam 4. Auctor, quem Gloss. T. VIII. in mente habet, est Serv. ad Aen. III. 326. Plura agit de fastus et fasti terminationibus Prisc. VI. 14. p. 267.

69. Hoc glossema apertissime evincit, quam egregie errent, qui fata, ae singulare statuunt, ut Forc. ex nummo Dioclet. apud Eckh. T. VIII. p. 6. Fatis victricibus; de quo vide, quae disputantur in Forc. Lex. v. victrix fine.

70. 71. L. dehiscit ex P. fatisco, comp. ex hisco, similiter dehisco.

**Fatetur, confitetur.**
**Fatigat, exercitat.**
**Fatuae, stultae, stolidae, insensatae.**
**75. Fatuitas, evetudo.**
**Factum, astrum fatale.**
**Fatur, loquitur.**
**Fatus, loquutus.**
**Fatuus, excors.**
**80. Fauces, angusta, adita viarum.**
**Faustum, asperum.**
**Faustus, felix, fastus.**
**Fautor, fabens, fabissor, piscator.**
**Favum, fovet.**
**85. Feculentus, fece plenus.**
**Fecunda, fetu frequens vel fructuosa.**
**Fastidium, superbia, dispectio.**
**Fecunditas, abundantia, multum proferens.**
**Fecundus, fructuosus.**
**90. Fel, builis.**
**Femur, femen, UNPOC.**
**Felicem, faustum, prosperum, congruum.**
**Faemine, femora.**
**Fenerat, mutum dat.**
**95. Feralia, luctuosa, funebria.**
**Feralia, lugubria, tristitia.**
**Ferculum, vasculum, disculum, discus.**

Vetustissimi tamen fatiscor et fassus dicebant, ex quo defetiscor, quod quidam a fateor derivant. Fatiscor ex fatim .i. abundanter et hisco .i. aperio — fatiscit, aperitur, dissolvitur, evanescit, multum hiat. Pl. p. 466. fatesceret, abunde aperiretur. VI. p. 524. fatescunt, aperiunt. A. p. 332. n. 6. fatescunt, fer, dissipantur vel aperiunt et n. 2. fatescit, resolvitur et n. 14. fatiscunt, aperiunt. De etym. h. v. cf. Serv. ad Aen. I. 123. Ceterum cave, ne quid corrigas; nam passiva significatione fatiscor protulit Lucret. V. 309. simulacraque fessa fatisci; cf. Non. p. 479. et apertius p. 307. fatiscere est aperire: et rursum deficere. Nota, in gloss. fere ubique scribi fatesco, in *II*. p. 73. fathiscere, *χαίνειν*. De terminationibus escere et iscere, quae in optt. libris variant, cf. Wagn. Orth. Verg. p. 476. v. tremesco et dict. mea ad Apul. T. I. p. 865. Gell. XVII. 2. § 6. repetit fatiscor a fateor, quod si probum est, bene scribitur fatesco, ut tremesco, delitesco al.

74. 75. L. hebetudo.

76. L. fatum. cf. Gloss. ad Iuven. XVI. 4. plus etenim fati: Per constellationem puncto felices efficiuntur.

80. cf. Is. Or. XIV. 8. 26. Fauces sunt aditus angustorum locorum [quae verba rep. Pap.] inter arduos montes, loca angusta et brevia, dicta a faucium similitudine quasi foces, ut legitur in A. p. 333. n. 83. foces, ubi latrones insidiantur. Ex loco Isid. hoc gloss. corrigendum est, quod adita neutro genere nuspiam, quantum scio, extat.

82. cf. Gloss. Reg. Provinc. Lat. 7657. fastus benastruc, quod citatur a du Cang. Lex. p. 211. ed. Henschel. Significationem ex fastis diebus depromptam iudico. Alibi hoc voc. non inveni.

84. L. favet.

85. Idem extat in A. p. 331. n. 145.

87. L. despectio.


88. Multum proferens ad seq. gl. pertinere apparet.

90. L. bilis.

91. 93. L. *μηρός* et pro faemine — femina. VIII. p. 232. Item a femina hoc femen, nis .i. femur feminae et p. 244. femen, coxa feminae et A. p. 331. n. 140. femina, femora. De form. femina cf. Heins. ad Verg. Aen. X. 788. et Burm. ad Anth. L. T. I. p. 433.

95. 96. VIII. p. 240. feralis, crudelis, ferus, saevus, quod nota. A. p. 332. n. 146. feralia, lugubria. Ceterum existimo, quam habet Gl. VIII. explicationem plane fictam esse a glossatore, qui feralis a ferus repetiit, atque habet etiam feralitas, crudelitas. Aliter eius voc. originem statuunt Varr. de L. L. VI. 13. et Fest. p. 64. Pro tristitia l. tristia.

97. VIII. p. 246. f. mensa vel vasculum mensorium vel cibus oblatus [ubi l. missorium]. VII. p. 561. fercula, missoria [ut VI. p. 524.] ferculum vasculum aut discus. A. p. 330. n. 31. p. 331. n. 120. et p. 332. n. 39. f. vasculum. p. 332 n. 41. ferculi, disci, ubi emenda fercula. P. f. discus, mensa edentium (edulium?) aut vasculum missorum [missorium], in quo epulae feruntur a fero fers. Priscianus fercula vero pluraliter ministrationes epularum. Fulg. Expos. S. A. p. 565. ferculum missus ciborum. Formam disculum non plane damnaverim, quod extat etiam in I. p. 680. n. 3. fasculum, discum et Gl. Vulc. p.



Fere, ammodum, promodum, arbitrare.
Fere, prope, iuxta vel plus minus.
100. Feretrum, lectum defuncti.
Ferisne, poteris ergo ferire.

Feronia, dea agrorum.
Ferox, vehemens, similis fere, inmansuetus.
Ferrago, viridis pactis.

704. n. 17. discum, missorium vel accusativus esse potest ut in seq. lectum. Praeterea nota deminutivum, quod alibi non reperitur.

98. L. admodum, propemodum, arbitrario cf. Plaut. Poen. III. 5. 42.

100. VIII. p. 242. f. quod fert mortuum. P. feretrum dictum, quod in eo mortui deferantur, et est graecum ἀπὸ τοῦ φέρειν, quod latine capulus dicitur, quod supra capita mortuorum feratur. Feretrum dictum, quod ferat tetrum .i. mortuum [cf. Is. Or. XX. 11. §. 7.]. Varr. de L. L. V. §. 166. ubi lectus mortui fertur, dicebant feretrum nostri, Graeci φέρετρον; cf. Serv. ad Aen. VI. 222. XI. 64. Pheretrum [feretrum, locus ubi mortui feruntur et est Graecum nomen]. Nam Graece φέρτρον dicitur. Unde et per diaeresin feretrum fecit dictum a ferendo, nam latine capulus dicitur, q. l. pro locus lege lectus. Ita corrupta est gloss. A. p. 332. n. 37. feretrum, lectum de functi vel locellum qui fert tmrefert, quam emendo ex Is. Origg. XVIII. 9. §. 1. feretrum ubi funus defertur in lectulum, ubi feruntur defuncti vel ubi funus defertur.

102. ut I. 680. n. 4. et VIII. p. 220. Aliter VIII. p. 24. F. dea ferendi et 246. F. Iuno, eo quod ferat opem. Eam commemorat Varro de L. L. V. §. 74. Feronia, Minerva, Novensides a Sabinis cett. Serv. ad Aen. VIII. 564. Feronia mater, nympha Campaniae . . . haec libertorum dea est, in cuius templo raso capite pileum accipiebant . . . . quam Varro libertorum deam dicit, quasi Fidoniam. Serv. ad Aen. VII. 799. circa hunc tractum Campaniae colebatur . . . . . Iuno virgo, quae Feronia dicebatur. P. feronia, dea agrorum vel puellarum. Liv. I. 30 §. 5. Tullus ad Feroniae fanum mercatu frequenti negotiatores Romanos comprehensos querebatur. Dionys. Hal. II. 49. tradit Feroniae templum a Spartanis in Latio conditum nomenque loco, ad quem appulerint, datum genio ab aequorea latione. et III. 32. nominatam eam esse φιλοστέφανον [unde *Π*. p. 74. Feronia πολυστέφανος explicat] ἀνθήφορον. Ex omnibus, quos protuli, locis intelligitur, diversissimam fuisse veterum de Feronia dea sententiam, eamque a nonnullis cum Iunone ac Proserpina commutatam esse. Feronia dea agrorum quin fuerit, non dubitaverim, quamquam locus non extat, ex quo effici potest; dictam puto a ferendo, puellarum dea fuit, quia Iuno (virgo cf. Serv. VII. 799.) praefuit puellis ac mulieribus. Has glossarum interpretationes non respexit Hartung: Rel. Roman. T. II. p. 191. seqq.

103. L. similis ferae. cf. P. ferox dictus ab eo quod feritatem exerceat, ut bestia. A. p. 332. n. 43. forax (ferox) atrox, immitis.

104. L. viridis pastus. I. p. 681. n. 2. farrago, τράστις, ubi l. γραστίς s. κραστίς. A. p. 332. n. 3. farrugo, genus frugis. F. p. 68. farrago appellatur id quod ex pluribus satis pabuli causa datur iumentis. Is. Or. XVII. 3. §. 14. farrago a farre est. Est enim herba hordacea adhuc viridis nec dum granis ad maturitatem turgentibus. Varr. de R. R. I. 31. §. 5. Contra ex segete, ubi sata admixta ordeum et vicia et legumina pabuli causa, viridia quod ferro caesa, farrago dicta aut nisi quod primum in farracia segete feri coeptum, ubi Pontend. emendavit ferrago: ex libro Caesenate. *Π*. p. 42. γραστίς, farrago. In P. cod. Bitur. extat ferago, fruges in herba virides colore sed in aliis farrago a farre dicta cett. ut apud Isid. et in Cod. Reg. 7641. ferrago, viridis γραστίς. Apud sequioris latinitatis scriptores ferrago pro farrago dictum esse, probant loca quae du Cang. protulit. Farrago veterum fuisse, ferrago recentiorum hominum vocabulum, mihi quidem effici posse videtur ex corrupta glossa VII. p. 561. ferra veteres ferrae dicebant vel Cimbri, unde et ferago dicta. Ferrago fruges in herba, ubi legendum puto ferra vet. ferra dicebant; vicium, ador. Vicium enim habent Not. Tir. p. 111. pro vicia i. genus leguminis. Hinc ferrago lectionem improbo apud Varronem, mutatam a librario, qui, quod a ferro videbat peti, farrago scribendum censuit ferrago, cum iam ex iis quae adduntur farracia segete scriptum fuisse appareat farrago. Ex his veterum etymologiis qui orthographiam restituere conatur, prave agit. Nam farrago non minus inepte dicitur a ferro, quam a frangendo, quod protulit Isid. Or. XVII. 3. 5. et repetiit

105. Ferruginem, obscuritatem vel ferriscuria.
Fertilis, fructuosus, ubertus.
Fertur, dicitur vel habetur.
Fervidus, iracundus.
Fervescit, cattaut, scaturrit, scuotit.
110. Fessis, fatigatis.
Festalis, dies solemnes.
Festina, propera.
Festinans, ardens, incitans.
Fetitum, putidum, pudens.
115. Fetum, tretrum, putidum.
Fiale, scifi.
Fibrae, iocineraid. intaminibus.
Fibrae, lacivia intancorum.
Fibras, viscera vel iocinera.
120. Fibres, parsio cineris pecoris.

Pap, et far in VIII. p. 215. a farcio, et pharetra a fero cf. Is. Or. XX. 11. §. 7. et Pap. Hic vides a et e eodem modo in derivatis mutata.

105. L. vel ferri rasuram VIII. p. 220. ferrugo .i. ferri rubigo. . . . . Notandum autem, quod ferrugo dicitur pro quodam simili ferro et tunc inde dicitur ferrugineus et p. 242. ferrugo, ferri rubigo vel quidam color similis ferro, unde apparet, in priore glossa interponendum esse colore post quodam. Pl. p. 466. f. genus quoddam tincturae, simul (simile?) purpurae nigrioris. A. p. 331. n. 97. f. purpura nigra. Is. Or. XIX. 20. §. 6. F. color est purpurae subnigrae, quae fit in Hispania. Dicta autem ferrugo, quod omnis purpura prima tinctura eius modi coloris existat. Serv. ad Aen. III. 303. ferruginea, tristi, nigra. Nigra lugubrem esse hunc colorem ostendit. Georg. I. 466., ubi Serv. notat: f. est purpura nigrior, Hispana et Aen. IX. 582. f. coloris genus est, qui vicinus est purpurae subnigrae. P ferrugo obscuritas aut ferri rasura aut nigra a colore ferri ferricula, quam glossam corruptam puto in A. p. 332. n. 36. farrigine obscuritate aut ferii aut colori ferrari rasura, ubi l. puto aut ferri rasura aut coloris ferrarii. Rasura non moveo. quod etiam de fragmentis dicitur, quae abradi possunt, de scobe [cf. lex.], ut in aerugine fieri solet. In P. glossa quid pro nigra et ferricula legendum sit, non assequor. Nota etiam significationem obscuritatis.

106. Nota voc. ubertus, quod etiam extat in VI. p. 549. uberta, satiata et probatur adv. ubertim. Hinc apparet, quam perverse editores contra optt. codd. Gell. VII. 14. §. 7. magnificum in Ulixe et **ubertum** in uber est, et Salm. apud Solin. 21. solo plano **ubertoque** correxerit in uberique. Uberta etiam extat infra n. 249. et supra v. amoenum. *П*. p. 41. γόνιμος — hubertus.

109. L. aestuat, scaturrit, scatet.

111. L. festalis dies, solemnis ut in I. p. 681. n. 3. P. festalia, dies festi. Ex hoc adiectivo comprobo festatus adi., quod Gell. X. 15. §. 16. dialis quotidie festatus est, ubi alii aliter scribunt. Nam quae in alis terminant adiectiva aut a substantivis aut verbis formantur, ut penetralis, lustralis. Festaliter citat du Cang. v. et festare p. 246 sed ex medii aevi scriptoribus. Festalis in lexicis frustra quaeres.

113. Non necesse est legi incitatus ex glossa superiore A. p. 330. n. 29. ardens, festinans, concitatus. Nam festinare etiam activa significatione dici probant loci Taciti, quos Hess. congessit ad Germ. 20.

114. L. putens et n. 115. foedum, tetrum.

116. L. phialae, scyphi. VIII. p. 245. phiala, vasculum patulo ore. Dicebatur etiam fiola ut A. p. 330. n. 56. fiolae similitudo calicis ubi l. fiola s. c., ut apud Schol. Iuvenal. X. 27. in aurata **fiola**, cum vinum coloratum acceperis.

117. 118—120. Glossae sunt corruptissimae. P. habet: fibrae venae iecoris vel viscera; membrorum iuncturae. VI. p. 524. f. venae iecoris. Is. Or. XI. 1. 126. f. iecoris sunt extremitates (cf. Varr. de L. L. V. 79.). Serv. ad Aen. VI. 599. fibrae sunt eminentiae iecoris et X. 176. f. sunt iecoris extremitates; cf. potissimum Serv. G. I. 124. Ex his interpretationibus has glossas corruptissimas sanari non posse patet. Primum iocinera pluralem nota, repetitum in seqq., ac lego iecinora vel venae iocineris et in seqq. venae iecorum, quamquam pluralis huius voc. non extat. Lacivia quod legitur, mihi referri posse videatur ad libidinem, cuius sedes est iecur cf. Intt. ad Horat I. 18. 72. Munk. ad Hyg. Fab. p. 120. ed. Stav. Firm. Err. Prof. Rel. I. p. 8. ed. Lugd. iecore, unde libido nascitur et voluptas. Non. 120 ita corrige: fibrae pars iocineris pecoris quia ex his divinabant veteres. cf. Serv. ad Georg. I. 120. et dict. mea ad Apul. T. I. p. 42. De formatione iocineris cf. Eckst. ad Voss. Arist. T. II. p. 581; dict. mea ad Apul. T. II. p. 206. In A. 330. n.

Fibulas, inligamenta.
Fictae habet, cavilla.
Fictio, simulatio.
Fictum, falsum.
125. Fideiussor, satisdator.
Fidelis, fidus, credulus.
Fidelem, caram, castam, stabilem.
Fides, fiducia.
Fidicula, citharoedus vel genus tormenti.
130. Fidiculae, cordae citharae.
Fido, confido.
Fidissimus, fidelissimus.
Fidus, fidelis, fretus, creditus.
Fidus, pars perpetua vel amicitia.
135. Figmenta, compositiones vel adinventiones.
Figmentum, similitudo.
Figura, imago, sine peccatore.
Filia, nata.
Filii, nati, liberi.
140. Fimbrias, . . . .

24. extat fibrae librlaeppan (i. Leberlappen).

121. VIII. p. 207. (a fiudo) fibula, ae. i. cinctura et firmatorium pallii ut repetitum est p. 240. et p. 231. (a figo) fibula, quae ad firmandum pallium infigitur. cf. Is. Or. XIX. 31. §. 17.

122. cf. Is. 681. n. 4. ubi extat: cavillat cf. supra v. cabillat, fate habet. Ego quod substituere possim non satis habeo. Forsitan correxeris fucat laedit vel carpit cf. supra cabillare i. illudere et decipere et infra v. furcus.

125. VIII. p. 207. et p. 239. fideiussor, fidem pro aliquo iurans. A. p. 333. n. 55. fidei usorvas vapro plurali, ubi lege fidei iussor vas; in ceteris latere videtur vel pro alio. Satisdator posterioris est latinitatis voc.

126. Credulus hic est, cui facile creditur, quia nunquam mentitur, certus, ut legitur apud Tac. Hist. I. 34. credula fama, qui locus hoc glossemate confirmatur. Quod nisi statuere velis, emenda creditus, i. cui creditur ut apud Virg. Aen. II. 247. (Cassandra) non credita Teucris, ad q. l. vide Intt., quod etiam in seqq. legitur fidus, creditus.

129. 130. Pl. p. 465. fidiculae sunt ungulae, quibus torquentur in eculeo apud Persas, ubi emendo q. t. rei in eculeo appensi [cf. infra Isid. Or. et Pap.]. VIII. p. 207. f. i. parva chordula, unde ligabantur manus martyrum, unde Prudentius in libro Hymnorum: et ignes fidiculae saeviant; p. 240. f. parva chorda. A. p. 331. n. 100. Fidicula genera tormentorum, fuas [l. fides] 106. fidiculae chordi (ae) citharae. p. 332. n. 157. fidiculae, catenae [ut p. 333. n. 51.] et 49. fidiculae cordentare (l. chordae citharae). Fest. p. 67. fides genus citharae dicta quod tantum inter se chordae eius, quantum inter homines fides concordet, cuius deminutivum fidicula est. Is. Or. V. 27. §. 20. Ungulae dictae, quod effodiant. Haec et fidiculae, quia iis rei in eculeo torquentur ut fides inveniatur et III. 21. §. 4. Veteres autem citharam fidiculam vel fidicem (al. fidem) nominaverunt, quia tam concinunt inter se cordae eius, quam bene conveniat inter quos fides sit, quo loco quid fidicem sibi velit non capio. Corruptelae locum indicat Pap., quem in manibus habuisse Isidorum probabile est: fidicula cithara, unde fidicen i. catharaedus dicitur quia tam .... conveniant, omissis postremis voc. Hinc emendo Isidor.: V. a. cith. fidiculam nom. unde fidicen, atque ita existimo factum esse, ut eodem errore fidicula in aliquot Gl. explicetur citharoedus, ut praeter nostr. gl. in VI. p. 524. A. p. 332. n. 159. et p. 332. n. 49. fidicola, citharidus. Tum pergit P. Fidiculae sunt ungulae, quibus torquentur in equuleo appensi, ut fides inveniatur ubi ante in interponendum rei ex Isid. puto. Ex hoc glossemate emendavi Gl. Pl., ubi perverse et inepte apud Persas pro appensi extat.

133. De voc. creditus cf. 126.

134. L. fides, ubi tamen vocc. pars perpetua explicare non possum.

137. Sine peccatore ineptum est. Latent duo voc. quae figura voc. interpretantur, icon, pictura.

140. Negligentia librarii omissa est interpretatio; VIII. p. 207. (a findo) fimbria. — P. fimbriae vocantur orae vestimentorum (l. i.) fines. Graeci enim ori (l. ὅρον) terminum dicunt, (cf. Is. Or. XIX. 24. 20.) fimbrium generis neutri, fimbriae, vittae in angulis palliorum, femininum et neutrum cf. Varr. de L. L. V. §. 79. Antiqui fibrum dicebant extremum, a quo in sagis fimbriae. Non. p. 109. fimbriae sunt omnis extremitas. Quod Pap. profert, fimbrium et fimbria dici genere neutro et feminino testari videtur Π. p. 111. κροσσοί fimbria fratilli et κρο-

Fine, cale.
Finis, terminus.
Fingit, simulat vel reducit, componit, consecrat.
Finita, expuncta.
145. Finitimus, proximus, vicinus.
Finitus, confectus.
Firmamentum, tuitio, munimen.
Firmior, validior.
Firmitas, rubor.
150. Firmus, vegetus.
Fixum, infirmum.
Fiscella, ubi casei exprimuntur.
Fiscus, promptuarium caesaris, marsubpium, sacculum.
Fiscina, natatoria.
155. Flagellat, verberat virgis.
Flagitat, respocite, vadatur.
Flagitat, commovit vel cum clamore exposcit.
Flagitium, vitium, probum, scelus.
Flagitium, crimen, turpitudo.
160. Flagitium, malum factum.
Flagitiosus, viciosus, libidinosus, turpis.
Flagitiosus, inhonestus, dolosus, maliotiosus.
Flagitiosus, invidiosus, criminosus.

σπός ἱματίων fimbria, ubi et singularis et pluralis fimbria explicatur.

141. L. fune, calo [i. κάλῳ].

143. L. producit... Consecrat non moveo, sed puto, inter se commutata esse fingit et figit cf. supra v. consecrat.

144. cf. expuncta s. E. n. 314.

149. L. robur.

151. L. firmum, infixum ex P. fixum immobile firmum infixum.

152. Adde forma, ubi, ex I. p. 680. n. 54. vel formella ex A. p. 332. n. 155. Quia in seqq. pro fiscina natatoria legendum est piscina, hic etiam addo glossas, in quibus fiscina explicatur. VIII. p. 207. (a findo) fiscina i. corbulus ex iunco et stramine factus, unde Virgilius: sunt et caseoli, quos iuncta fiscina siccat. Et inde haec fiscinula et haec fiscella dim. et hic ficellus .i. casei mollis appetitor, quae extrema extant etiam in I. p. 680. n. 18. et repetuntur VIII. p. 239., ubi leguntur praeterea: fiscina, corbulus, clitella, qualus, quaxillus et p. 240. fiscella parva fiscina, quae et fiscinula dicitur. VII. p. 561. fiscilla a fiscina diminutive. A. p. 332. n. 155. fiscella, formella, ubi casei exprimuntur; p. 333. n. 52. fiscina et fiscellum (a?) genus cofini (Is. Or. XX. 14. 13. agnoscit fisclum). Varr. de L. L. V. §. 139. Quibus portantur fructus ac necessariae res: de his fiscina a ferendo; cf. Serv. ad Georg. I. 266. P. fiscella, vas vimineum gracile(?) forma, ubi caseus exprimitur. Fiscilla a fiscina diminutive; fiscina, saccus a fisco derivationem fiscina, instrumenta piscandi. Fiscellus glossam habet F. p. 67. ad q. vide Intt. 430. Mirifice tamen in cod. Voss. Isid. Gl. extat fiscellus mollis, qui casei arret ubi legendum existimo: corbis, ubi casei arent .i. siccantur.

153. VIII. p. 231. (a physis) secundum quosdam hic fiscus, ci .i. saccus, ubi publicus census reponebatur, unde Prudentius de Psychomachia: gravidos furtim distendere fiscos et p. 244. f. saccus publicus. A. 329. n. 14. fisso publico (ubi l. fisco saceo) ut 332. n. 20. fiscium rerum publicarum emenda fiscum aerarium publicum et p. 331. n. 101. fisco publico domino Caesaris: p. dominio Caesaris (cf. du Cang. v. Fiscus regius, regis dominium, villa regia p. 309. ed. H.). P. f. saccus est publicus, unde fiscina et fiscella; hunc habent exactores et meum (in eum) mittunt debitum publicum, quod regi redditur (cf. Is. Or. XX. 9. 7.). I. p. 681. n. 10., ubi fiscos siccos grossos legitur et Ar. fiscos ficos grossos habet, Oehl. emendare voluit in ficos, ficos grossos, vel fiscos saccos grossos, quod posterius ineptum est. Ego duo glossemata hic corrupta puto ac legendum fiscos, saccos; ficos, grossos. Grossi enim sunt fici virides, immaturae. cf. Macrob. Satur. II. 16. In nostro gl. lege promptuarium Caesaris. marsupium; Is. Or. XX. 9. §. 6. marsupium, sacculus numorum, quem Graeci μάρσυπον appellant.

154. L. piscina, quod natatorium esse probant Lex.

156 VIII. p. 245. flagitare, efflagitare, rogare, precari, stipulari, implorare, orare, intervenire, intercedere, interpellare. Commovere, nisi est inquietare, explicare non possum.

158. L. probrum et n. 162. malitiosus.

Flagrat, ardet, urit.
165. Flagris, flagellis, verberibus.
Flagris, ventis aut verberibus.
Flamma, ardor.
Flamea, lancea.
Flamina, venti
170. Flamineum, babylonicum.
Flamonium, honoremq; datur flaminibus.
Flaverant, necerant.
Flavum, rubem.
Flebilis, a fletu, hoc est plorabilis.
175. Flectit, camsat.
Flegethon, flumen apud inferos.
Flet, plorat.
Flexum, curvum, unum.
Floci pendere, alicuius momenti incusare.
180. Floci pendens, parvi pendens id est parvi aestimans.
Floralia, tempus florum.
Floralis, ut ager.
Floret, viget.
Floretum, virectum.
185. Floculus, flores.
Fluenta, limfae.
Fluctuat, extuat.
Fluctus, undae.
Fluxum, vanum, fluens vel molle, luxoria.
190. Fovea, lucana, fossum.
Focas, vitulum marinum.
Focatum, tinctum vel coloratum.
Foevus, sol.
Foebus, apollon vel sol.
195. Federata civitas, facdere commissa.

164. ut P. qui addit: vel verberat, caedit, qua significatione apud veteres non legitur. Nec tamen ficticia ea videntur esse. Pap. interpretatio ex subst. flagrum est hausta, nam flagratores v., quod Fest. p. 67. explicat: dicebantur genus hominum quod mercede flagris caedebantur et Pl. p. 463.: qui flagris conducti caedunt [l. caeduntur], et VIII. p. 243. flagiatores, qui pro mercede caedebantur huc spectare videtur, tum flagra VI. p. 524. explicantur incendia, flagella et p. 525. flarum [ubi lege flagrum] incendium, ut A. p. 333. n. 62. flagrum, incendium.

166. L. flabris cf. infra v. ventis.

168. L. framea. cf. infra.

170. ut I. 680. n. 6. VIII p. 209. flaminium .i. sacerdotium flaminium, presbyteriatus, antistitium. De interpretatione babylonicum haereo, nesciens quid Oehl. sibi velit, du Cang. citans vv. baldacum et baldakinus, quae huc referri non posse quisque videt. Scio babylonicum vestem dictam esse apud veteres artificiose pictam ac multo auro et colore variatam. Quod si huc trahere velis, certe emenda flameum s. flammeum unde flamineum facile exoriri potuerit. VIII. p. 240. flammeum, infula virginalis. At flammeum tantum fuit rubro vel croceo colore cf. F. p. 67. et Lucan. III. 361. Erat igitur cum flaminium, flamonium legerem, quod idem est. Flamonium enim est honor, dignitas flaminis, ut in seqq. et VI. p. 525. flammonius, honor pontificalis et A. p. 333. n. 63. flammonium, honor qui datur flaminibus.

172. L. filaverant, neverant cf. infra.

175. L. campsat, de q. vide litt. C. n. 24.

178. L. curvum, uncum, de quo vide infra v.

179. VIII. p. 244. flocci facere, vilipendere, floccipendere, naucipendere et Fulg. Ex. Ant. Serm. Flocci quasi nihili. P. flocci, nihili, inde flocci pendo i. parvi pendo. Hinc emendo hic: nullius momenti iudico.

181. 182. Has glossas optime explicat P. sacra floralia dicebantur . . . tempus florum: floralis ager a floribus dictum vel optimus. Ita emenda A. p. 333. n. 64. flararis, ut ager ubi pro ut l. uber, ex nota ub' corruptum. Flos enim omnium rerum dicebatur apud veteres quidquid optimum.

183. VIII. p. 227. floretum .i. locus, ubi flores crescunt et 243. floretum, locus cett. quae vocc. frustra in aliis gloss. requires. Viretum, non virectum scribendum esse ex etymologiae regulis demonstravi ad Apul. T. I. p. 214.

185. L. flosculos.

187. L. aestuat, extuat solito errore cf. supra h. v.

188. P. fluxum, molle, vanitas. Plura dabunt lexica.

190. L. lacuna, fossa cf. infra lacuna, fovea aquarum.

191. L. phocam; ut n. 193. et 194. phoebus Sol.

192. L. fucatum.

Faederatus, foedere conscriptus.
Faedus, pactum.
Foetum, infoans.
Foedus ictum, pax facta.
200. Foliatum, incurvatum.
Folia, frondes.
Fomenta, adiutoria.
Fomes, incendium vel lignum aridum.
Fomites, incrementata vel initiata.
205. Forceps, fabriq; corruptae forfices dicitur.
Fore, futurum esse.
Forfices, de qua inciditur aurum.
Forenses, a foro.
Format, exprimit.
210. Forma, tympum.
Fores, ianuae vel ingressus, aditus.
Formido, timor, terror, pavor.
Formonsus, decens, gradus.
Formax, furnas.
215. Fornices, saxa contracta, arcus.

196. L. foedere constrictus.
198. cf. infra s. v. infans.
200. ut I. 680. n. 8. VI. 525. et P. VIII. p. 212. f. curvatus p. 241. f. curvatus, quia folium cito curvatur. VII. p. 561. filiatum (l. fol.) curvatum. A. p. 331. n. 107. feliatum, curbatum et p. 333. n. 72. foleatum, curbatum.
202. 3. 4. L. incrementa, initia, ut A. p 333. n. 68. VIII. p. 212. formentum et fomes nutrimentum. Dicuntur etiam fomites scintillae, quae prosiliunt ex ferro; p. 241. fomen, fomentum, nutrimentum, alimonia. VI. p. 525. fomes, hastula minuta, fomitem, adiutorium, fomites, incrementum vel initium. A. p. 333. n. 70. fomis origo, initium. A. p. 333. n. 73. formes [l. fomes] incendium vel astula minuta. P. fomes aut fomis incendium, radix, origo, firmitas; fomes, lignum aridum, quo ignis fovetur vel hastulae minutae aut a fungis nomine accepto, quod ab his capiat ignem: fomentum, nutrimentum, medicamentum, adiutorium. cf. Is. Or. XVII. 6. §. 26. hastula, a tollendo nuncupata, fomes est hastula. Huc accedit locus Senec. N. Q. II. 31., ubi codd. in lectione: quod omnium percussarum arborum contra fulmina **hastulae** surgunt consentiunt, ita ut assulae legendum non sit, quamquam facillima est correctio, quod in codd. saepius asta et astula invenitur. Contra tot auctoritates ego non pugno. Lectionem assulae tamen commendat glossa Fest. p. 63. fomites sunt **assulae** ex arboribus, dum caeduntur, excussae dictae quod in eo opere occupati cibis potuque confoventur. At Opilius adustas iam vites fomites vocari existimat. Alii vocari putant scintillas, quae ex ferro candenti malleis excutiuntur, dictae autem ita, quia igni sunt confotae. Pari modo **assulae** quae sunt securibus excussae.

205. L. fabri, quae corrupte ex P forcipes fabrorum, forfices sartorum a filo, forcipes medicorum vel tonsorum a pilo. Pl. p. 464. forcipes non forfices dicimus huc videtur referendum et VIII. p. 218. (a foras) forceps, quod foris est, et inde haec forcicula . . . et haec forpes, picis .i. forceps fullonum . . . et haec forfex, cis; forceps nummulariorum . . . unde quidam ponens haec tria nomina ait: forcipe fila, filum cape forfice, forpice ferrum. Ego de latinitate voc. forpex cum Voss. aliisque non dubito, atque ita lego apud P. forpices tenaces a pilo, tonsorum enim sunt pro forcipes iam ob litterarum ordinem, quia exstat post foroneus; cf. de voc. forceps Serv. ad Aen. VIII. 453. et XII. 404.; Non. p. 531. v. fornum. Fest. p. 63. et Is. Or. XIX. 7. §. 3. forcipes, quasi ferricipes, eo quod ferrum candens capiant teneantque, sive quod ab his aliquid forvum capimus et tenemus, quasi forvicapes c. De discrimine vocc. forfices, forpiceps et forcipes agit etiam Is. Or. XX. 13. 3. In I. p. 680. n. 9., ubi forceps fabricae corruptae forfices dicuntur extat, emenda ut supra. Hanc emendationem dedi iam prius ad Arnob. p. 361. Mirifice in VI. p. 524. legitur: forceps, ulcus vel cancer, quae corruptela quamquam aperte sanari a me non potest, tamen eo exortam eam puto, quod forceps etiam de brachiis cancri dicitur; quae interpretatio cum primum scripta, post corrupta sit, cancer post se traxit glossatoris errore synonymum ulcus.
207. De significatione instrumentali de praep. cf. dict. mea ad Arn. p. 62.
210. L typus.
213. L. formosus d. gratus. Scripturam formonsus in usu fuisse posterioris latinitatis scriptoribus docet Is. Or. I. 26. §. 9. formosus, **sine n** scribitur.
214. L. fornax furnus s. fornus.
215. L. saxa arcuata vel concavata. VII. p. 561. fornix arcus de fornacis

Fornix, saxum subcavum vel aliquid separatum.
Fors, casus, fortuna.
Forsan, forte.
Fortasse, forte, forsitan.
220. Fortiter, acriter.
Fortitudo, valentia, rubor, firmitas.
Fortuitus, subitus casus.
Fortuna, casus vel conditio.
Fossa, scrobae.
225. Fraces, amurge.
Fraglantes, beneolentes.
Fraglantes, plus oleat vel flagrat.
Framea, rumphea, gladium vel asta.
Fratres, germani.
230. Fraudator, nubilo, anticulator.
Fraudare, manticulare.
Fraus, nequitiae, impostura, dilui.
Fremit, stridit, acclamat.
Fremitus, ululatus.
235. Frendet, dentibus stridet.
Frequentat, mansitat.
Frequenter, plerumque, crebro.
Frequentia, conventus.
Frequentidicus, mathemadicus, divinus.
240. Fretum, marem angustum.
Fretus, confidens, confisus, fiduciam gerens.
Fretus, praesumptus, plenus, instructus.

coctura extructus; fornices, concamerationes. A. p. 331. n. 35. fornix, boga super columnis p. 333. n. 69 fornine (?) saxo cavo vel excisso [l. exciso] et n. 82. lege fornice καμάρα gr. pro fornice camae gr. cf. *Π.* p. 77.; Is. Or. XV. 8. §. 9. P. fornix, arcus, curvatura, camera; fornices, arcus de fornacis c. extructi, ut supra. Inde fornicatio dicitur a fornicibus .i. curvatis locis, in quibus meretrices prostituebantur; cf. *Π.* p. 465. fornicem, moechiam. Is. Or. X. 110. atque ita l. VII. p. 562. fornices ganeae pro fornix, galeae. *Π.* p. 150. πορνεῖον, fornix ganea cf. infra v. Pro separatum in nostro gl. l. aut subcavatum aut subcurvatum.

221. L robur.

223. L. fortuitu, subito casu ex P.

224. L. scrobs s. scrobis.

225. L. amurcae.

226. L. fragranter VIII. p. 245. fragrantia, odor — fragrare, olere, quod et fraglare dicitur. cf. Non p. 438. In seqq. lego fraglat spirat, olet vel fragrat. De confus. verb. flagrare et fragrare et fraglare cf. dict. mea ad Apul. T. I. p. 185. P. fraglare, olere bene, odorem dare, spirare.

228. VIII. p. 235. (a fremo) framea .i. quoddam telum, eo quod meticulosos fremere faciat, unde in Hieremia legitur: framea suscitare adversus eos; p. 245. framea, gladius, mucro, cluniculum, ensis; VII. p. 562. framea, hasta longissima et acutissima vel gladius versatilis .i. bis acutus, quae postrema habet etiam VI. p. 525. A. p. 333. n. 93. fr. rumphea gr. l. ῥομφαία vel romphea, ut corrige h. gl. ex Is. Or. XVIII. 6. §. 3. quem locum repetit P.

230. L. manticulator de q. v. vide inf. v. mandrator.

232. L. fr. nequitia, impostura, doli.

233. Acclamat recte se habet; nam fremere etiam de plausu dicitur hominum cf. Virg. X. 96. cunctique **fremebant** Coelicolae **assensu** vario ad q. l. vide Intt.

236. Haereo in interpretatione mansitat, quia, quantum scio, frequentare nunquam neutro, mansitare nunquam activo dicitur sensu. At corrigere quid non audeo, quod mansitare infra frequentare explicatur. Rectius pro mansitare legeris ventitare aut visitare. De postremae latinitatis notione, qua pro solere consuevisse dicitur, hic cogitandum non est.

239. Idem exstat in cod. Reg. 7641. et in Gloss. Lat. Gall.: Frequentidicus qui dit souvent.

240. L. mare angustum, ut A. p. 333. n. 87. fretum mare angustum vel inundatio, quae posterior explicatio mihi quidem non probatur.

241. 242. VIII. p. 245. fr. securus, tutus et A p. 331. n. 88. fr. confidens. P. fisus, fiduciam habens, adiutus, sustentatus. Praesumere dicitur de eo, qui audet, qui agere audacter incipit, apud sequioris latinitatis scriptores, de qua notione cf. Munk. ad Fulg. p. 620. et 706. et dict. mea ad Apul. T. I. p. 738. At omnes, quos conferre possum, loci probant active nec passive praesumptus ita dici; idemque glossae confirmant. Unus tantum afferri possit locus Vopisc. Car. 4. ubi est: **praesumpte** veritatem dicere nequeam. Praesumpte ibi audacter significare volunt; at lectio est dubia. Quod si probare nolis, lege h. l. praesumptu aut praesumptione plenus, instructus, sin contra, lege praesumptus, spe plenus, instructus.

Fribula, vasa fictilia.
Fribulis, inanibus.
245. Frigduit, alsit.
Fringit, contundit.
Frigor, timor
Frondet, comat.
Fructuosa, facunda, fertilis, uberta.
250. Fructurus, fruiturus.
Frugalis, temporate vitae homo.
Frugalitas, temperantia.
Fruges, ceres, frumentum.
Frugi, modeste.
255. Frugi, magnanimis, bene continens substantia.
Fruitur, nanciscitur.
Frugifer, fructifer, florifer.
Frumentum, fruges.
Fruniscitur, fructus intercipit.
260. Fruor, nanciscor, fruniscor.
Frustra, frustella panis.
Frustra, inaniter sine causa.

243. 244. VIII. p. 243. frivolum, leve quid et inutile, fribula, vasa fictilia. VI. p. 525. frivola v. f. ut A. p. 333. n. 86. A. p. 330. n. 22. fribolum, fragilae (e). et p. 333. n. 90. fribula, frigulis [l. fragilia] ignominiosa, theatralia vel res nullius momenti. F. p. 68. frivola sunt proprie vasa fictilia quassa. Unde dicta verba frivola, quae minus sunt fide subnixa. Is. Or. IX. 7. §. 26. frivolum est, cum eo animo separantur (coniuges), ut rursum ad se invicem revertantur. Nam frivolum est velut quassae mentis et effluxae nec stabilis. Proprie autem frivola vocantur vasa fictilia, inutilia. P. fribula, vasa fictilia quasi fragilia, ubi pro quasi lego quassa; et frivolum, vanum, inane, vas fictile. Frivolum dicitur, quod fere obolum .i. oboli pretium.

245. De forma frigduit vide ad litt. A. n. 74. et du Cang. p. 413. ed. Henschel. v. frigdor.

246. L. frangit cf. supra v. contundit, frangit. At nota etiam in *Π*. p. 147. legi, περικλῶ fringo, infringo et περικατεάγω fringo, infringo, unde fringit ferri nec tamen probari hic possit.

247. P. frigus, gelu vel timor dicitur, quod frigidum faciat corpus cf. Intt. ad Virg. Aen. I. 92. Serv. ad h. l. frigore, timore. Et est reciproca translatio. Nam et timor pro frigore et frigus pro timore ponitur, cett. Ceterum nota subst. frigor, quod pro frigus raro et apud scriptores infimae tantum latinitatis reperitur. cf. du C. p. 414. H.

248. P. frondere, comare, viridescere. Magis in usu est particip. comans. cf. supra v. Comat.

249. L. fecunda.

250. ut VII. p. 562. Duplicem formam in usu fuisse constat.

251. 252. P. frugalis, utilis a fruge dictus .i. fructu vel parsimonia, sive ut alii volunt, modestia et temperantia; frugalitas, moderantia, parcitas, largitas; frugalis, temperatae vitae homo — interdum largus interdum avarus. Hinc A. p. 330. n. 57. frugalis, largus. Locus, ubi largus sit frugalis, mihi quidem non constat; sed nota glossae explicationem. Unum tantum affertur in du C. p. 424. ed. H. postremae latinitatis locus, ubi frugalitas idem significat, quod ubertas, fertilitas. Est in Act. Episcop. Tullens. VIII. 240. frugalis, valens; frugalitas, valitudo.

257. L. frugi, modesti et ita emenda A. p. 333. n. 88. pro frui, modestia. VIII. p. 240. frugi, bonus macte. P. frugi homo, utilis, parcus, temperatus, modestus — abstinens alieni, parvo contentus, servator morum, contemptor divitiarum. Priscianus hic haec hoc frugi vel obliquis casibus figurate omnibus iunctus, frugis, frugem fruge tres obliquos casus habet. Veteres tamen et frux et fruges dixerunt nominativum. Nunc autem dicitur frugi i. parcus et avarus .... frugem fecisti pro bene fecisti, inde quidam frugificat dixerunt, ex q. l. suppleas Pl. p. 464.: frugem fecisti, probe fecisti, unde quidam frugi. Ceterum nota formam magnanimis, quam in aliquot locis inveniri docet du C. v. Pro substantia l. abstinens.

258. A. p. 331. n. 95. frumenta omnia, quod emittunt ex caristas, ubi l. frumenta omnia quae emittunt ex se aristas, cf. Is. Or. XVII. 3. P. frumenta sunt proprie omnia, quae aristas habent. Nam frumentum per se fruges non sunt.

259. VIII. p. 246. fruniscor, fruor et p. 245. frimiscor, intercipere, ubi emendo fruniscí, frui, percipere. P. frunio, digero, perficio [l. percipio] fruniscor, frunisatur [l. fruniscitur] fruitur, intercipit. F. p. 69. fruniscor et frunitum dixit Cato; quos quum adhuc dicimus infrunitum, certum est antiquos dixisse frunitum. Accuratissime agit de hoc voc. Gell. XVII. 2. §. 5. Exempla profert etiam Non. p. 113. Pro intercipit legendum puto vel percipit.

261. L. frusta. P. frustum, dictum quod capiatur a frumine — frusta sunt

**Frustratus, concisus.**

**Frygium, thyara, pilleum.**

265. **Furcus, carticula vel circumventio.**

**Fugamur, persequimur.**

**Fulcit, subportat.**

**Fulvus, falvus, hellus.**

**Fulgor, corruscatio.**

270. **Fulgurat, splendit, corruscat.**

particulae cuiuscunque rei, incisurae.

263. **L. Frustatus** pro **frustratus.** Ex hoc glossemate defendi potest locus **Flor. II. 2.** cum praedae . . . frustarentur, ubi alii frustrarentur perperam praeferunt.

264. **L.** phrygium . . . tiara, pileum. **VII** p. 569. mitra, kappa, kapitis ornamenta (Eucher. mitra est pileum phrygium vel Persarum aut ornatus kapitis de veste). **VIII**, p. 471. pileum, mitra, galerus, pelliris, calonica et **I.** p. 681. n. 14. frigium, mitra. **Constantin. Imper.** frigium, candido splendore eius sacratissimo capiti imposuimus. cf. **VIII.** p. 228. (a frigeo) phrygium, quaedam mitra pontificalis, unde Constantinus imperator: phrygium c. spl. eius sacr. vertici imp. et p. 244. phrygium, mitra pontificalis. Proprie erant phrygiae vestes, acu pictae cf. **Serv.** ad **Virg. Aen. III.** 484. et **Plin. N. Hist. VIII.** 74. Acu (pictas vestes) facere Phryges invenerunt ideoque **Phrygioniae** appellatae sunt, ubi aliquot edd. habent Phrygiones, quod affirmare videatur **I.** p. 680. n. 12 Frigiones, genus vestimenti, ubi **Oehl.** correxit Phrygium est contra morem glossatoris, qui nunquam est interponit sed plenius id est. Ego praefero: phrygionia. **De** voc. phrygio cf. **Non.** p. 3. et **Is. Or. XIX.** 22. 22. Ceterum nota voc. pilleum in nonn. codd. **Isid. XIX.** 21. §. 3. pilleum est ex bisso rotundum quasi sphaera media caput tegens sacerdotale. Hoc graeci et nostri **tiaram** . . . vocant cf. infra v. pilleum, frygium. **XIX.** 23. 6. Persae . . . caput **tiara** tegunt et 30. §. 3. Persae **tiaras** gerunt.

265. **Haec** glossa omnium est difficillima. Furcus enim quamquam in media aetate extat, fasciculum tamen significat, qua de causa hic aptum non est. Carticula corrupte extat in *II.* δεῖπνον cena, carticula, ubi lege cenicula. Circumventio, quod additur, vocabulum evincit ad fraudem vel furtum vocabulum esse referendum. Legitur vero furtus quarta declinatione apud **Schol. Iuven. VIII.** 113. has civitates **furtus** non accusaturas, atque inde emendare quis possit furtus, manticulatio, circumventio. Manticulare enim est fraudare, furari cf. **VII.** p. 533. manticulare, fraudare, decipere. **A.** p. 354. n. 3. m. fraudare. **P.** m. furari. **Manticulatio,** fallacia; et **Cod. R.** 7641. manticulat, fraudat, furat et menticulare, adtentare, dolis ac fallaciis divinare. *II.* p. 112. manticularius κλέπτης et manticulor τεχνάζομαι. Huic emendationi favere videtur, quod infra legitur **furtu** decipit. Si furculus, quod apud **Prisc.** alii statuunt legi, revera scriberetur, nec furunculus, ego emendarem hic: furculus, manticulator, circumventor. Haec omnia quamquam per se probabilia videntur, ideo tamen pro veris habere non audeo, quod extra litterarum ordinem furcus et furtus positum esset. Itaque emendo fucus, cavilla (vel cavillatio) manticulatio, quae de dolis et fraudibus dici demonstravi ad **C.** n. 3. cabillo, vel lege **Fucus,** quod de fallaciis et insidiis dici, notum est. **P.** fucus, mendacium, fraus, dolus, astus. Ita emendo **A.** p. 332. n. 19. fasciosus, fallax, deceptor in fucosus et p. 329. n. 7. fiscos, fraus in fucus et **VIII.** p. 241. fascare, colorare; fuscosus, supertinctus corrige in fucare fucosus et **A.** p. 333. n. 97. lege pro fullare pulchrare vel adorare — fucare . . . adornare.

266. **Aut** fugamus legendum est aut persequimur dictum passiva notione, ut volunt apud **Hygin.** 198. illa se praecipitavit ne **persequeretur,** ubi alii aliter legunt.

267. **P.** fulcire, firmare, sustentare, auxiliari.

268. **P.** fulva, flava, rubea, munda, ubi lege aut viridis aut rufa. Fulvum, cum nigro rubeum. **Serv.** ad **Aen. IV.** 261. **fulva** pro viridi. Singularis est glossa **VII.** p. 562. fulvidus, rubeus, impetuosus, ut du **Cang.** fulvida, rubea et fulvidus, impetosus ex antiquis (?) glossis memorat. Extat tamen **VI.** p. 524. fluvidus, impetosus; est enim fluvidus idem, quod fluidus, quod rectius posse dici puto de cursu impetuoso quam fulvidus, etsi exemplum mihi quidem non constat. **De** falvus et helbus cf. supra n. 37.

270. **De** fulgurare pro fulgere cf. **Intt.** ad **Sil. XII.** 723. **P.** fulgurare, splendere, coruscare, ferire. cf. **Gloss. Reg.** 7641. fulgit, nutrit, splendet, eminet, ubi emenda fulget, nitet, splendet, emicat, ut item peccat **P.** fulgere, lucere, micare, splendere, eminere, ferire. Ferire non moverim, quia de armis coruscantibus dicitur; cf. **Claud. Cons. Prob.** et **Olyb. I.** 123. in hastam porrigitur, tre-

Fulgus, rufus, rubeus.
Fullo, decorator,
Fulmine, ictus.
Functio, exsolutio tributorum,
ignis rapidus.
275. Functus, usus vel ministerium serviens.
Functus, agens, gerens.
Funerat, condit.
Funeratus, funus perfectum vel sepultus.
Funesta, scelerata vel quo inquina morbo.
280. Funestus, qui funere gaudet, crudelis.
Fungit, agit, gerit.
Fungitur, profitetur, administrat.
Funus ducitur, effertur, obsequium facit,
Funus, cadaver defuncti hominis.
285. Furatus est, compilavit.
Furba, obscura vel nigra.
Furda, ornamenta peccatorum vel fulcimenta.
Furor, insania.

mulisque ferit splendoribus Hebrum, quamquam hic activa notione dictum est.

271. Ita Cod. Reg. 7642. fulgus, rufus, rubeus. Fulgo tegmine, flava pelle. P. fulgus, rufus, flavus. Nisi est corruptela voc. fulbus s. fulvus, cum subst. fulgus cohaeret quod habet solum, quantum scio, Gl. VIII. p. 242. fulgus, fulgor, fulmen tria nomina sunt; fulgus tangit cett.

272. ut I. p. 680. n. 14. P. fullo, decorator, lavandarius, de q. v. vide Cang. s. v.

273. 274. Apertum est, has glossas corruptas esse. Fulmine enim ictus non habet interpretationem, aut si ipsa interpretatio est, glossam. Tum ignis rapidus ad functio pertinere nequit. Itaque lego fulmen ictus ignis rapidus, quod corrupte descriptum est ex Is. Or. XIII. 9. 1., ubi legitur fulgur et fulmen ictus coelestis iaculi, quod cum glossator non intellexerit, correxit fulmine ictus.

275. ut A. p. 333. n. 110. cf. du C. p. 432. ed. H.

276. Haec glossemata ita disiungenda sunt: functus us. et functus, ministerium agens, gerens, serviens cf. P. fungor, fungeris, functus, fungitur persolvit, utitur, obsequitur, administrat, parcit vel deserit [ubi emenda peragit ex compendio pagit vel deservit]. Fungi est defungi, peragere. Inde functus, usus, ministerium agens et functorium, de quo voc. dicam ad v. fudibulum n. 299.

277. 278. P. funerare, sepelire, condere, obsequium facere. Funeratus, sepultus aut locus obscurus, quod non capio, sed A. 333. n. 105. extat funebraticus locus nullo sensu. Etiam funus perfectum quid sibi velit non video. Tamen ex alio gloss. profert du Cang.

279. 80. L. f. scel. vel coinquinata funere ex P. funestum, sceleratum, funere coinquinatum, quod minus sacra peragere potest, flebile, luctuosum et ita emenda A. p. 333. n. 98. funera luctuosa in funesta et n. 104. f., qui funere gaudet [et] alterius morte, ubi et interpone.

281. cf. infra v. gerit, agit, fungit. VIII. p. 231. fungo, funxi, functum verb. neutr. Componitur defungo, is. i. mori et perfungo, is .i. uti et p. 244. fungere, uti, frui, vesci, quam activam formam nota; cf. du C. v. fungere p. 437. H. Ita defendi licet locum Sext. Ped., apud Paul. Dig. IX. 2. 33. et 35. 2. 36 pretia rerum fungi. I. p. 680. n. 55. fungitur, solvit.

283. Cave, ne obsequium moveas; sunt enim exequiae; cf. du Cang. T. IV. p. 685. H. Pro facit l. fit.

284. De voc. funus pro cadavere cf. dict. mea ad Apul. T. I. p. 300.: vivum producitur funus.

286. L. furva. Pl. p. 465. furvarum nationum, nigrarum gentium; Indi, Aegyptii, Mauri, Aethiopes. Furvum enim nos nigrum dicimus, unde fures qui in obscuro latent et forni, furni ergo nigri. P. furva, fusca, nigra, furvum, nigrum, unde fures et furni. VIII. p. 219. furvus, niger, unde secundum Isidorum [X. 106.] hic fur, quod noctu ambulat. A. p. 330. n. 70. furvum, bruun.

287. L. fulcra, ornamenta lectorum vel f., ut A. p. 333. n. 109. f. orn. lectorum vel fulci [l. fulcimenta] I. p. 680. n. 54. fulcralia, lecti ornamenta et VI. p. 524. falca, lectorum orn. cf. Is. Or. XIX. 26. § 3. Fulcra s. orn. lectorum dicta, quod fulcimur in his .i. sustinemur, vel quod toros fulciant sive caput, quae reclinatoria vulgus appellant ut Pap. repetit. cf. Serv. ad Virg. Aen. VI. 604. P. fulcrum, fundamen. ornamentum, ubi lege fulcimen.

Furentibus, rapidis.
290. Furet, scaevit, irascitur, insanitur.
Furiosus, limfaticus, limfor.
Furtim, clam, occulte, latenter absconse.
Furtu decipit, fraudat, privat.
Fuscum, nigrum, aquilum.
295. Futo, amplexo.
Futiles, leves et inanes.
Futura, sectura.
Futurum esse, adforte.
Fudibulum, traiectorium.
300. Furtuna, fatum, parcae.
Fuliae, ciconia, ερωαX.

289. L. rabidis quae vocc. saepissime confunduntur; cf. dict. ad Apul. T. I. p. 699.

290. L. furit, saevit, ir., insanit.

291. L. lymphaticus, lymphator de q. v. infra dicam s. v. A. p. 333. n. 108. lege furiosus, vates pro furiolus fatis.

295. Duo sunt verba, quorum alterum est futuo i. Veneri operam do, et futo, quod Fest. explicat arguere, unde et confutare. Sed Cato hoc pro saepius fuisse posuit ad q. l. vide Intt. Hinc Pl. Gl. p. 463. futavit, fuit et p. 464. futavere, fuere. Tertium denique est futio. VIII. p. 237. futio, futivi futitum, unde futitor et futitrix et futitus et futitio. Et futito, quod etiam dicitur fututo et p. 294. incanivare, stuprare, crissare, cevere, infutuare, futire. De signific. vide ad futo A. litt. n. 96.

296. VIII. p. 215. futile, quod cito decurrit p. 243. futilis, qui cito effunditur [id potius est fusilis]. A. p. 333. n. 74. fotille, vanum, mendax et n. 112. futulis, inanis, vacuus. De etymo vide Serv. ad Virg. Aen. XI. 339. Fest. p. 67. futiles dicuntur, qui silere tacenda nequeunt sed ea effundunt. Sic et vasa futilia a fundendo dicta. Pap. futilis, vas aquarium perparvis oris futile, labile. Nam futilis est quoddam vas aquarium in sacris Vestae superlatum, inferius acuminatum, ut si in terra poneretur, quicquid liquoris habuit, effunderetur. Non enim licebat sacra illa terram tangere, quae descripsit ex Serv., ubi eodem errore futilis pro futis scriptum est. Tum pergit P. futilis, inanis, vacuus, loquax, a vasis fictilibus quae cassa et rimosa non tenent, quae immiseris, quae repetita sunt ex Is. Or. X. 109.

297. L. fissura, scissura ut A. p. 332. n. 45. fisuras, scisuras. Idem peccat I. p. 681. n. 6. aut lege futura, secutura.

298. L. adfore.

299. ut I. p. 680. 13. sed l. fundibulum tr. VIII. p. 243. fundibula, funda. Cod. Reg. 4120. Fundibula sunt quaedam parvae machinae cum funda in baculo dependente, Gallice Gibet. Is. Or. XVIII. 10. 2. Traiectorium ea significatione apud veteres non invenio. Ita emendo A. p. 333. n. 89. frunctoria, transitoria in fundibula traiectoria et n. 101. Funiculum, territorium in fundibulum, traiectorium et n. 714. fundia retia linea vel fundibus in funda r. l. vel fundibalus et gl. n. 102. fundibulum, funda retia linea. Nam funda etiam est genus piscatorii retis, teste Is. Or. XIX. 5. Sed dubito num fundibulum eadem significatione dicatur. Est igitur, ut saepius, verborum confusio. Errorem transitorium indicat P. fundibalus funda emittens transiectorium, quamquam idem habet corrupte functorium, transitorium.

301. L. ciconia, ἐρωδιός. Π. ἐρώδιος fulica, ardea, erodius et p. 79. fulica λάρος, φακαρίς, πελεκάνος, θαλάσσιον ὄρνεον, ἐρώδιος, αἴθυια. Ciconia explicatio eo orta esse mihi videtur, quod glossator πελαργὸς i. ciconia commutavit cum v. πελεκάνος. De fulica vide Is. Or. XII. 7. 53.

---

## G.

1. Galerum urbanum, id est pilleum, pastoralem ex iuncis factum.

1. VIII. p. 260. galear, ris et galerus, ri ambo pro galea et p. 264. galea, galerus. VII. p. 562. galearia, pileum sive tiara galeros calamaucos pelliceos, et galerus, pastorale pileum de iunco. VI. p. 525. galeros, calamaucas, galeram (um) palleum pastorale [l. pilleum] de iunco factum. A. p. 334. n. 18. galeras, pilleus, mitras [l. galeros pilleos] p. 335 n. 62. garilum, pelleum pastorale quod unco factum est, (ubi lege galerum pilleum p. quod de iunco f. e.) n. 4. galerum, pilleum pastorale de iunceo factum, et n. 10. gallero, pil-

Ganea, taberna vel popina.

Ganeo, golosus, pupinator, tabernio.

Galina rustica, perdice.

Gannit, latrat vel inridet.

Garrit, gaudet, blanditur, murmorat, iocatur.

Garulus, verbosus, nugator.

Garrulus, niniosus, argutus.

Gaudens, ilaris, obens.

Gaudio exaltat, trepidat.

leum gr. I. p. 681. n. 22. galeros, calamancas et n. 32. galerum, pilleum pastorale, quod de iunco fit. Is. Or. XIX. 30. §. 5. galearium, pilleum ex pelle caesae hostiae factum [ubi lege ex optt. codd. galerum], quae repetit Serv. Aen. II. 683.; ad Aen. VII. 688. galerus genus est pilei, quod Fronto genere neutro dixit hoc galerum; cf. Schol. ad Iuven VIII. 344. P. galearia, pilleus s. tyara galerus, pilleus ex pelle c. h. factus ad instar galeae vel pastoralis pilleus. Ceterum lege pro calamaucos ex P. camelaucus; cf. du C. T. II. p. 47. H.

2. 3. L. gulosus, popinator. VIII. p. 256. ganeo, tabernarius, potator, unde Terentius in tertia comoedia: gerro, iners, fraus, helluo, ganeo, et hoc ganeum, theatrum, locus scilicet in terra defossus, ubi ad ludendum et ad scortandum confluebant cett. p. 263. ganeo, potator, tabernio, caupo, attibernalis, bibax, bibulus. Ganea, taberna, caupona, crustaria, cetaria, hermopolium, ganearia, meraria. Ganeum, theatrum, prostibulum. VII. p. 562. ganeo, luxuriosus, ambro, leno. VI. p. 525. ganeo ab eo, quod ganum dicitur, proprie receptaculum luxuriosum sub terra; ganeo, tabernio; ganeus, luxuriosus. A. p. 336. n. 44. granea [l. gan.] taberna, p. 334. n. 54. ganeo, gulosus; p. 335. n. 61. ganeo, gulosus, propinatur [l. popinator] n. 91. geneo, [l. gan.] tabernarius, n. 2. ganeo, gulosus, sopinator, ponpotur, vel taberneo [l. popinator, popino, tabernio] et 8. ganeones, propinari ubi vel agaguli, ubi lege ganeones, popinarii, lenones, agagulae De agagula cf. I. p. 668. n. 24. Agagula, lenocinator. P. agagula, conciliator i. leno, lenocinator. Fest. p. 72. ganeum antiqui locum abditum ac velut sub terra dixerunt, ad q. l. vide Intt. p. 440. Is. Or. X. 114. ganeo, luxuriosus et tamquam in occultis locis et subterraneis, quae ganea Graeci vocant. Non p. 119. ganeones a ganeis dicti, ut popinones et sunt loca vinulentiae ac libidini apta; p. 208. ganeum, neutro. Fulg. Exp p. 566. ganeum est taberna. P. ganea, taberna, popina, meretrix. Ganeo vel ganeon vel ganeus, tabernarius, gulosus propinator [l. pop.] luxuriosus, comessator. Ganeae meretrices, quae morantur in occultis et subterraneis locis, quae gangacia Graeci dicunt [ubi legendum puto γάϊνα i. e. γήϊνα]. P. post: gangia loca subterranea et occulta graecum est, ubi lege gania et Gl. Vulc. p. 700. ganzia loca occulta et subterranea. Ganea et ganeum in usu fuisse docent Lex. cf. dict. ad Apul. T. II. p. 562.

4. L. perdix. *II*. p. 146. πέρδιξ perdix gallina rustica. Huc sine dubio referenda est glossa A. 335. n 9. galla zizuca rusticae, quam tamen enucleare non queo. cf. ad v. attagena.

5. VIII. p. 256. gannio, quod proprie agunt vulpes; sed translative refertur ad homines; p. 263. gannire vulpium esse solet et dicitur deridere [cf. Varro de L. L. VII. §. 103.]. Gannire esse canium docet Non. p. 450. P. gannire vulpium est sicut latrare canum. Fest. p. 74. Gannitio canum querula, murmuratio. I. p. 688. n. 3. nictit canis, cum acute gannit. Plura protuli de h. v. ex glossis et emendavi ad Apul. T. I. p. 186. 187.

6. VII. p. 562. Garrire et loqui ita distinguitur; loquitur, qui recte et temperate dicit; garrit autem, qui aut multa verba dicit aut sordide loquitur. Garrit, verbosatur sive cum hilaritate cantat. A. p. 335. n. 60. garrit, verbosatur vel iocatur et n. 1. garrit, subtiliter murmurat vel loquitur, verbosatur. Is. Or. XI. 1. 58. garrire deducit a gurgulione. P. garrire, multa verba dicere, sordide loqui sine ratione. Hinc garris est et garrulus. VI. p. 525. garro, garrulus [l. garrio; nam garrio est verbum, cuius substantivum item formatur, ut edo, bibo, helluo, al.]. A. p. 336. n. 51. gurgo, garrulus [l. garrio, g.] Gaudet explicatum est ex falsa Is. Or. X. 114. interpretatione: garrulus proprie dicitur, qui vulgo verbosus appellatur, accedente laetitia nec valens nec volens tacere. De voc. niniosus infra dicam ad v.

9. L. hilaris, ovans.

10. L. exultat, tripudiat ex Cic. pro Sext. 41. in funeribus exultantem et tripudiantem, ut infra trepudiare, laetare exaltare [l. exultare]; trepudiat, gaudet, exaltat; trepudium, hilaritas, laetitia.

Gaunaca, causapa.
Gazar, opes vel divitias lingua persarum.
Gellicidia, gelu.
Gulgulus, vaca.
Gellonem, baucgalem
Gelum, brama.
Gemmatum, baccatum.
Gemina, perstromata.
Geminatum, duplicatum.
Gemini, aequigeni.
Genera archa, generis princeps.

11. cf. I. p. 681. n. 39. Varro de L. L. V. §. 167. In his multa peregrina, ut sagum, reno Gallica et gaunacum et amphimallum graeca, ad q. l. vide Intt. Not. Tir. p. 158. gausapum, gaunapum, ubi lege gaunacum. Terent. Scaur. Orthogr. C. cognationem habet cum G. et ideo alii dicunt Gaunacam alii Caunacam. Dubito tamen an gaunaca ubique legendum sit, quod Graecos γαυνάκην dixisse non solum probat locus Aristoph. Vesp. 1176. οἱ μὲν καλοῦσι Περσίδ' οἱ δὲ γαυνάκην, sed etiam Hesych. Lex. Καυνάκαι στρώματα ἢ ἐπιβόλαια ἑτερόμαλλα. Huc accedit glossarum auctoritas. Varronis autem locus in Mss. plane corruptus est. Ita etiam de nomin. gausapum ambigo, qui in not. Tir. fertur. Prisc. enim aperte dicit: Antiquissimi tamen et hic gausapes et haec gausapa et hoc gausape et plurale neutri haec gausapa quasi a nominativo gausapum protulisse inveniuntur, unde lego in Not. Tir. gausapam gaunacam. Pap. habet: gausapa, mappa, quae in mensis ponitur vel qua tergitur gausape, pis ablativo gausape pluraliter gausapa. Antiqui tamen hic gausapes, quia Graeci γαυσάπης dicunt, et haec gausapa et hoc gausape, pluraliter haec gausapa, quasi a nominativo, quod hoc gausapum etiam dicebant, quem locum corrupte ex Prisc. descriptum esse apparet. Ita Benedictini apud du C. perperam ex Pap. protulerunt: Gausapa et gausapum antiqui dicebant.

12. L. gazas ex Serv. Aen. I. 119. VIII. p. 258. gaza, ae divitiae, inde haec gazula demin. et hoc gazetum .i. gazarum repositorium, quod et pro ipsa gaza dicitur et hoc gazaphylacium .i. arca, ubi communis census reponebatur et hic gazophylagis, is gazophylacii custos, unde Iosephus in decimo quinto: VII. non permisit, ut, quando opus esset, a gazophylage peteretur. Dicimus etiam hic gazophylax, cis. Formam gazophylagis ab inepto glossatare fictam esse patet. Nota subst. gazetum et gazula, quae adhuc frustra in lexic. quaesivi. Nam apud Pap. gazetum regio huc non referendum est; cf. Is. Or XX. 3. 7. et XV. 1. 16. VIII. p. 263. gaza, divitiae, mammona; gazetum et gazophylacium, gazarum repositorium. VI. p. 525. gaza, xenia multa. A. p. 334. n. 33. gaza, census vel divitiae; p. 335. n. 68. gessiae, divitiae [l. gazae] ut habet etiam I. p. 681. n. 57. et n. 5. gaze, opes, divitiae, lingua Persarum et A. p. 337. n. 3. lege gazae, divitiae pro hasae. De h. v. vide Is. Or. XX. 9. §. 1. Serv. ad Aen. I. 119. gaza, persicus sermo est et significat divitias; est autem generis feminini . . . . gazas, opes. Contra se ipsum dicit Serv. Aen. II. 763. gaza, census Persarum lingua et est numeri singularis tantum, cum prius gazas protulerit. Nec verum est, quod praecipit; cf. Horat. Carm. I. 29. 2. invides gazis. P. gaza, civitas Palestinae vel multa xenia, dicta quod ibi thesaurum suum Cambyses, rex Persarum, intulit; gazae, opes, copiae, thesaurus, siriace.

13. L. gelicidia, gelu. Ioan. de Ian. gelicidium, gelu cadens. Gloss. Reg. L. G. 521. gellicidium, gallice vereglaz. Cod. 7692 gelicidium, verglas. Apud scriptores rei rusticae, ut Varronem, saepius legitur. cf. Non. v. glubere.

14. L. baca ex I. p. 681. n. 24. VIII. p. 263. galgalus, granum olivae. Galbuli extat in *II.* p. 182. galbuli, σφαιρία, unde Scaliger putat utrumque in usu fuisse; nam galbuli etiam apud Varr. I. 40. §. 1., et galgulum Plin. XXX. 28. eandem avem videtur appellare, quam alii galbulam appellant. Cum alii veterum loci non extent, difficile est de vera lectione iudicium.

15. cf. supra v. baucalem. P. gello, onis baucalis. I. 681. n. 25

16. L. bruma cf. supra ad h. v. A. p. 334. n. 39. gelum frots. De forma gelum vide Non. p. 487. v. gelu et p. 492. v. gelo. Prisc. V. 8. hic gelus et hoc gelum pro gelu. Intt. ad Lucret. V 206. dict. mea ad Arn. II. 20.

17. cf. I. p. 681. n. 40. i. gemmis ornatum. Bacatum de gemmis et margaritis dicitur Sil. VIII. 134. et Aen. I. 659. ad q. l. cf. Serv.

18. L. gemina, peristromata ex I. p. 681. n. 41.

20. Ita corrige I. p. 681. n. 42., ubi extat aquigeni.

21. L. genearcha ex VIII. p. 261 generacha, princeps et caput ge-

Fine, cale.
Finis, terminus.
Fingit, simulat vel reducit, componit, consecrat.
Finita, expuncta.
145. Finitimus, proximus, vicinus.
Finitus, confectus.
Firmamentum, tuitio, munimen.
Firmior, validior.
Firmitas, rubor.
150. Firmus, vegetus.
Fixum, infirmum.
Fiscella, ubi casei exprimuntur.
Fiscus, promptuarium caesaris, marsubpium, sacculum.
Fiscina, natatoria.
155. Flagellat, verberat virgis.
Flagitat, respocite, vadatur.
Flagitat, commovit vel cum clamore exposcit.
Flagitium, vitium, probum, scelus.
Flagitium, crimen, turpitudo.
160. Flagitium, malum factum.
Flagitiosus, viciosus, libidinosus, turpis.
Flagitiosus, inhonestus, dolosus, maliotiosus.
Flagitiosus, invidiosus, criminosus.

σπός ἱματίων fimbria, ubi et singularis et pluralis fimbria explicatur.

141. L. fune, calo [i. κάλῳ].

143. L. producit... Consecrat non moveo, sed puto, inter se commutata esse fingit et figit cf. supra v. consecrat.

144. cf. expuncta s. E. n. 314.

149. L. robur.

151. L. firmum, infixum ex P. fixum immobile **firmum infixum.**

152. Adde forma, ubi, ex I. p. 680. n. 54. vel formella ex A. p. 332. n. 155. Quia in seqq. pro fiscina natatoria legendum est piscina, hic etiam addo glossas, in quibus fiscina explicatur. VIII. p. 207. (a findo) fiscina i. corbulus ex iunco et stramine factus, unde Virgilius: sunt et caseoli, quos iuncta fiscina siccat. Et inde haec fiscinula et haec fiscella dim. et hic ficellus .i. casei mollis appetitor, quae extrema extant etiam in I. p. 680. n. 18. et repetuntur VIII. p. 239., ubi leguntur praeterea: fiscina, corbulus, clitella, qualus, quaxillus et p. 240. fiscella parva fiscina, quae et fiscinula dicitur. VII. p. 561. fiscilla a fiscina diminutive. A. p. 332. n. 155. fiscella, formella, ubi casei exprimuntur; p. 333. n. 52. fiscina et fiscellum (a?) genus cofini (Is. Or. XX. 14. 13. agnoscit fisclum). Varr. de L. L. V. §. 139. Quibus portantur fructus ac necessariae res: de his **fiscina** a ferendo; cf. Serv. ad Georg. I. 266. P. fiscella, vas vimineum gracile(?)forma, ubi caseus exprimitur. Fiscilla a fiscina diminutive; fiscina, saccus a fisco derivationem fiscina, instrumenta piscandi. Fiscellus glossam habet F. p. 67. ad q. vide Intt. 430. Mirifice tamen in cod. Voss. Isid. Gl. extat fiscellus mollis, qui casei arret ubi legendum existimo: corbis, ubi casei arent .i. siccantur.

153. VIII. p. 231. (a physis) secundum quosdam hic fiscus, ci .i. saccus, ubi publicus census reponebatur, unde Prudentius de Psychomachia: gravidos furtim distendere fiscos et p. 244. f. saccus publicus. A. 329. n. 14. fisso publico (ubi l. fisco saceo) ut 332. n. 20. fiscum rerum publicarum emenda fiscum aerarium publicum et p. 331. n. 101. fisco publico domino Caesaris: p. dominio Caesaris (cf. du Cang. v. Fiscus regius, regis dominium, villa regia p. 309. ed. H.). P. f. saccus est publicus, unde fiscina et fiscella; hunc habent exactores et meum (in eum) mittunt debitum publicum, quod regi redditur (cf. Is. Or. XX. 9. 7.). I. p. 681. n. 10., ubi fiscos siccos grossos legitur et Ar. fiscos ficos grossos habet, Oehl. emendare voluit in ficos, ficos grossos, vel fiscos saccos grossos, quod posterius ineptum est. Ego duo glossemata hic corrupta puto ac legendum fiscos, saccos; ficos, grossos. Grossi enim sunt fici virides, immaturae. cf. Macrob. Satur. II. 16. In nostro gl. lege promptuarium Caesaris. marsupium; Is. Or. XX. 9. §. 6. marsupium, sacculus numorum, quem Graeci μάρσυπον appellant.

154. L. piscina, quod natatorium esse probant Lex.

156 VIII. p. 245. flagitare, efflagitare, rogare, precari, stipulari, implorare, orare, intervenire, intercedere. interpellare. Commovere, nisi est inquietare, explicare non possum.

158. L. probrum et n. 162. **malitiosus.**

Flagrat, ardet, urit.
165. Flagris, flagellis, verberibus.
Flagris, ventis aut verberibus.
Flamma, ardor.
Flamea, lancea.
Flamina, venti
170. Flamineum, babylonicum.
Flamonium, honoremq; datur flaminibus.
Flaverant, necerant.
Flavum, rubem.
Flebilis, a fletu, hoc est plorabilis.
175. Flectit, camsat.
Flegethon, flumen apud inferos.
Flet, plorat.
Flexum, curvum, unum.
Floci pendere, alicuius momenti incusare.
180. Floci pendens, parvi pendens id est parvi aestimans.
Floralia, tempus florum.
Floralis, ut ager.
Floret, viget.
Floretum, virectum.
185. Floculus, flores.
Fluenta, limfae.
Fluctuat, extuat.
Fluctus, undae.
Fluxum, vanum, fluens vel molle, luxoria.
190. Fovea, lucana, fossum.
Focas, vitulum marinum.
Focatum, tinctum vel coloratum.
Foevus, sol.
Foebus, apollon vel sol.
195. Federata civitas, faedere commissa.

164. ut P. qui addit: vel verberat, caedit, qua significatione apud veteres non legitur. Nec tamen ficticia ea videntur esse. Pap. interpretatio ex subst. flagrum est hausta, nam flagratores v., quod Fest. p. 67. explicat: dicebantur genus hominum quod mercede flagris caedebantur et Pl. p. 463.: qui flagris conducti caedunt [l. caeduntur], et VIII. p. 243. flagiatores, qui pro mercede caedebantur huc spectare videtur, tum flagra VI. p. 524. explicantur incendia, flagella et p. 525. flarum [ubi lege flagrum] incendium, ut A. p. 333. n. 62. flagrum, incendium.
166. L. flabris cf. infra v. ventis.
168. L. framea. cf. infra.
170. ut I. 680. n. 6. VIII p. 209. flaminium.i. sacerdotium flaminium, presbyteriatus, antistitium. De interpretatione babylonicum haereo, nesciens quid Oehl. sibi velit, du Cang. citans vv. baldacum et baldakinus, quae huc referri non posse quisque videt. Scio babylonicum vestem dictam esse apud veteres artificiose pictam ac multo auro et colore variatam. Quod si huc trahere velis, certe emenda flameum s. flammeum unde flamineum facile exoriri potuerit. VIII. p. 240. flammeum, infula virginalis. At flammeum tantum fuit rubro vel croceo colore cf. F. p. 67. et Lucan. III. 361. Erat igitur cum flaminium, flamonium legerem, quod idem est. Flamonium enim est honor, dignitas flaminis, ut in seqq. et VI. p. 525. flammonius, honor pontificalis et A. p. 333. n. 63. flammonium, honor qui datur flaminibus.

172. L. filaverant, neverant cf. infra.
175. L. campsat, de q. vide litt. C. n. 24.
178. L curvum, uncum, de quo vide infra v.
179. VIII. p. 244. flocci facere, vilipendere, floccipendere, naucipendere et Fulg. Ex. Ant. Serm. Flocci quasi nihili. P. flocci, nihili, inde flocci pendo i. parvi pendo. Hinc emendo hic: nullius momenti iudico.
181. 182. Has glossas optime explicat P. sacra floralia dicebantur . . . tempus florum: floralis ager a floribus dictum vel optimus. Ita emenda A. p. 333. n. 64. flararis, ut ager ubi pro ut l. uber, ex nota ub' corruptum. Flos enim omnium rerum dicebatur apud veteres quidquid optimum.
183. VIII. p. 227. floretum .i. locus, ubi flores crescunt et 243. floretum, locus cett. quae vocc. frustra in aliis gloss. requires. Viretum, non virectum scribendum esse ex etymologiae regulis demonstravi ad Apul. T. I. p. 214.
185. L. flosculos.
187. L. aestuat, extuat solito errore cf. supra h. v.
188. P. fluxum, molle, vanitas. Plura dabunt lexica.
190. L. lacuna, fossa cf. infra lacuna, fovea aquarum.
191. L. phocam; ut n. 193. et 194. phoebus Sol.
192. L. fucatum.

Faederatus, foedere conscriptus.
Faedus, pactum.
Foetum, infoans.
Foedus ictum, pax facta.
200. Foliatum, incurvatum.
Folia, frondes.
Fomenta, adiutoria.
Fomes, incendium vel lignum aridum.
Fomites, incrementata vel initiata.
205. Forceps, fabriq; corruptae forfices dicitur.
Fore, futurum esse.
Forfices, de qua inciditur aurum.
Forenses, a foro.
Format, exprimit.
210. Forma, tympum.
Fores, ianuae vel ingressus, aditus.
Formido, timor, terror, pavor.
Formonsus, decens, gradus.
Formax, furnas.
215. Fornices, saxa contracta, arcus.

196. L. foedere constrictus.

198. cf. infra s. v. infans.

200. ut I. 680. n. 8. VI. 525. et P. VIII. p. 212. f. curvatus p. 241. f. curvatus, quia folium cito curvatur. VII. p. 561. filiatum (l. fol.) curvatum. A. p. 331. n. 107. feliatum, curbatum et p. 333. n. 72. foleatum, curbatum.

202. 3. 4. L. incrementa, initia, ut A. p 333. n. 68. VIII. p. 212. formentum et fomes nutrimentum. Dicuntur etiam fomites scintillae, quae prosiliunt ex ferro; p. 241. fomen, fomentum, nutrimentum, alimonia. VI. p. 525. fomes, hastula minuta, fomitem, adiutorium, fomites, incrementum vel initium. A. p. 333. n. 70. fomis origo, initium. A. p. 333. n. 73. formes [l. fomes] incendium vel astula minuta. P. fomes aut fomis incendium, radix, origo, firmitas; fomes, lignum aridum, quo ignis fovetur vel hastulae minutae aut a fungis nomine accepto, quod ab his capiat ignem: fomentum, nutrimentum, medicamentum, adiutorium. cf. Is. Or. XVII. 6. §. 26. hastula, a tollendo nuncupata, fomes est hastula. Huc accedit locus Senec. N. Q. II. 31., ubi codd. in lectione: quod omnium percussarum arborum contra fulmina **hastulae** surgunt consentiunt, ita ut assulae legendum non sit, quamquam facillima est correctio, quod in codd. saepius asta et astula invenitur. Contra tot auctoritates ego non pugno. Lectionem assulae tamen commendat glossa Fest. p. 63. fomites sunt **assulae** ex arboribus, dum caeduntur, excussae dictae quod in eo opere occupati cibis potuque confoventur. At Opilius adustas iam vites fomites vocari existimat. Alii vocari putant scintillas, quae ex ferro candenti malleis excutiuntur, dictae autem ita, quia igni sunt confotae. Pari modo **assulae** quae sunt securibus excussae.

205. L. fabri, quae corrupte ex P forcipes fabrorum, forfices sartorum a filo, forcipes medicorum vel tonsorum a pilo. Pl. p. 464. forcipes non forfices dicimus huc videtur referendum et VIII. p. 218. (a foras) forceps, quod foris est, et inde haec forcicula . . . et haec forpes, picis .i. forceps fullonum . . . et haec forfex, cis; forceps nummulariorum . . . unde quidam ponens haec tria nomina ait: forcipe fila, filum cape forfice, forpice ferrum. Ego de latinitate voc. forpex cum Voss. aliisque non dubito, atque ita lego apud P. forpices tenaces a pilo, tonsorum enim sunt pro forcipes iam ob litterarum ordinem, quia exstat post foroneus; cf. de voc. forceps Serv. ad Aen. VIII. 453. et XII. 404.; Non. p. 531. v. fornum. Fest. p. 63. et Is. Or. XIX. 7. §. 3. forcipes, quasi ferricipes, eo quod ferrum candens capiant teneantque, sive quod ab his aliquid forvum capimus et tenemus, quasi forvicapes c. De discrimine vocc. forfices, forpiceps et forcipes agit etiam Is. Or. XX. 13. 3. In I. p. 680. n. 9., ubi forceps fabricae corruptae forfices dicuntur extat, emenda ut supra. Hanc emendationem dedi iam prius ad Arnob. p. 361. Mirifice in VI. p. 524. legitur: forceps, ulcus vel cancer, quae corruptela quamquam aperte sanari a me non potest, tamen eo exortam eam puto, quod forceps etiam de brachiis cancri dicitur; quae interpretatio cum primum scripta, post corrupta sit, cancer post se traxit glossatoris errore synonymum ulcus.

207. De significatione instrumentali de praep. cf. dict. mea ad Arn. p. 62.

210. L typus.

213. L. formosus d. gratus. Scripturam formonsus in usu fuisse posterioris latinitatis scriptoribus docet Is. Or. I. 26. §. 9. formosus, sine n scribitur.

214. L. fornax furnus s. fornus.

215. L. saxa arcuata vel concavata. VII. p. 561. fornix arcus de fornacis

Fornix, saxum subcavum vel aliquid separatum.
Fors, casus, fortuna.
Forsan, forte.
Fortasse, forte, forsitan.
220. Fortiter, acriter.
Fortitudo, valentia, rubor, firmitas.
Fortuitus, subitus casus.
Fortuna, casus vel conditio.
Fossa, scrobae.
225. Fraces, amurge.
Fraglantes, beneolentes.
Fraglantes, plus oleat vel flagrat.
Framea, rumphea, gladium vel asta.
Fratres, germani.
230. Fraudator, nubilo, anticulator.
Fraudare, manticulare.
Fraus, nequitiae, impostura, dilui.
Fremit, stridit, acclamat.
Fremitus, ululatus.
235. Frendet, dentibus stridet.
Frequentat, mansitat.
Frequenter, plerumque, crebro.
Frequentia, conventus.
Frequentidicus, mathemadicus, divinus.
240. Fretum, marem angustum.
Fretus, confidens, confisus, fiduciam gerens.
Fretus, praesumptus, plenus, instructus.

coctura extructus; fornices, concamerationes. A. p. 331. n. 35. fornix, hoga super columnis p. 333. n. 69 fornine (?) saxo cavo vel excisso [l. exciso] et n. 82. lege fornice *καμάρα* gr. pro fornice camae gr. cf. *Π.* p. 77.; Is. Or. XV. 8. §. 9. P. fornix, arcus, curvatura, camera; fornices, arcus de fornacis c. extructi, ut supra. Inde fornicatio dicitur a fornicibus .i. curvatis locis, in quibus meretrices prostituebantur; cf. *Π.* p. 465. fornicem, moechiam. Is. Or. X. 110. atque ita l. VII. p. 562. fornices ganeae pro fornix, galeae. *Π.* p. 150. *πορνεῖον*, fornix ganea cf. infra v. Pro separatum in nostro gl. l. aut subcavatum aut subcurvatum.

221. L robur.

223. L. fortuitu, subito casu ex P.

224. L. scrobs s. scrobis.

225. L. amurcae.

226. L. fragranter VIII. p. 245. fragrantia, odor — fragrare, olere, quod et fraglare dicitur. cf. Non p. 438. In seqq. lego fraglat spirat, olet vel fragrat. De confus. verb. flagrare et fragrare et fraglare cf. dict. mea ad Apul. T. I. p. 185. P. fraglare, olere bene, odorem dare, spirare.

228. VIII. p. 235. (a fremo) framea .i. quoddam telum, eo quod meticulosos fremere faciat, unde in Hieremia legitur: framea suscitare adversus eos; p. 245. framea, gladius, mucro, cluniculum, ensis; VII. p. 562. framea, hasta longissima et acutissima vel gladius versatilis .i. bis acutus, quae postrema habet etiam VI. p. 525. A. p. 333. n. 93. fr. rumphea gr. l. *ῥομφαία* vel romphea, ut corrige h. gl. ex Is. Or. XVIII. 6. §. 3. quem locum repetit P.

230. L. manticulator de q. v. vide inf. v. mandrator.

232. L. fr. nequitia, impostura, doli.

233. Acclamat recte se habet; nam fremere etiam de plausu dicitur hominum cf. Virg. X. 96. cunctique **fremebant** Coelicolae **assensu** vario ad q. l. vide Intt.

236. Haereo in interpretatione mansitat, quia, quantum scio, frequentare nunquam neutro, mansitare nunquam activo dicitur sensu. At corrigere quid non audeo, quod mansitare infra frequentare explicatur. Rectius pro mansitare legeris ventitare aut visitare. De postremae latinitatis notione, qua pro solere consuevisse dicitur, hic cogitandum non est.

239. Idem exstat in cod. Reg. 7641. et in Gloss. Lat. Gall.: Frequentidicus qui dit souvent.

240. L. mare angustum, ut A. p. 333. n. 87. fretum mare angustum vel inundatio, quae posterior explicatio mihi quidem non probatur.

241. 242. VIII. p. 245. fr. securus, tutus et A p. 331. n. 88. fr. confidens. P. fisus, fiduciam habens, adiutus, sustentatus. Praesumere dicitur de eo, qui audet, qui agere audacter incipit, apud sequioris latinitatis scriptores, de qua notione cf. Munk. ad Fulg. p. 620. et 706. et dict. mea ad Apul. T. I. p. 738. At omnes, quos conferre possum, loci probant active nec passive praesumptus ita dici; idemque glossae confirmant. Unus tantum afferri possit locus Vopisc. Car. 4. ubi est: **praesumpte** veritatem dicere nequeam. Praesumpte ibi audacter significare volunt; at lectio est dubia. Quod si probare nolis, lege h. l. praesumptu aut praesumptione plenus, instructus, sin contra, lege praesumptus, spe plenus, instructus.

Fribula, vasa fictilia.
Fribulis, inanibus.
245. Frigduit, alsit.
Fringit, contundit.
Frigor, timor
Frondet, comat.
Fructuosa, facunda, fertilis, uberta.
250. Fructurus, fruiturus.
Frugalis, temporate vitae homo.
Frugalitas, temperantia.
Fruges, ceres, frumentum.
Frugi, modeste.
255. Frugi, magnanimis, bene continens substantia.
Fruitur, nanciscitur.
Frugifer, fructifer, florifer.
Frumentum, fruges.
Fruniscitur, fructus intercipit.
260. Fruor, nanciscor, fruniscor.
Frustra, frustella panis.
Frustra, inaniter sine causa.

243. 244. VIII. p. 243. frivolum, leve quid et inutile, fribula, vasa fictilia. VI. p. 525. frivola v. f. ut A. p. 333. n. 86. A. p. 330. n. 22. fribolum, fragilae (e). et p. 333. n. 90. fribula, frigulis [l. fragilia] ignominiosa, theatralia vel res nullius momenti. F. p. 68. frivola sunt proprie vasa fictilia quassa. Unde dicta verba frivola, quae minus sunt fide subnixa. Is. Or. IX. 7. §. 26. frivolum est, cum eo animo separantur (coniuges), ut rursum ad se invicem revertantur. Nam frivolum est velut quassae mentis et effluxae nec stabilis. Proprie autem frivola vocantur vasa fictilia, inutilia. P. fribula, vasa fictilia quasi fragilia, ubi pro quasi lego quassa; et frivolum, vanum, inane, vas fictile. Frivolum dicitur, quod fere obolum .i. oboli pretium.

245. De forma frigduit vide ad litt. A. n. 74. et du Cang. p. 413. ed. Henschel. v. frigdor.

246. L. frangit cf. supra v. contundit, frangit. At nota etiam in *Π*. p. 147. legi, *περικλῶ* fringo, infringo et *περικατεάγω* fringo, infringo, unde fringit ferri nec tamen probari hic possit.

247. P. frigus, gelu vel timor dicitur, quod frigidum faciat corpus cf. Intt. ad Virg. Aen. I. 92. Serv. ad h. l. frigore, timore. Et est reciproca translatio. Nam et timor pro frigore et frigus pro timore ponitur, cett. Ceterum nota subst. frigor, quod pro frigus raro et apud scriptores infimae tantum latinitatis reperitur. cf. du C. p. 414. H.

248. P. frondere, comare, viridescere. Magis in usu est particip. comans. cf. supra v. Comat.

249. L. fecunda.

250. ut VII. p. 562. Duplicem formam in usu fuisse constat.

251. 252. P. frugalis, utilis a fruge dictus .i. fructu vel parsimonia, sive ut alii volunt, modestia et temperantia; frugalitas, moderantia, parcitas, largitas; frugalis, temperatae vitae homo — interdum largus interdum avarus. Hinc A. p. 330. n. 57. frugalis, largus. Locus, ubi largus sit frugalis, mihi quidem non constat; sed nota glossae explicationem. Unum tantum affertur in du C. p. 424. ed. H. postremae latinitatis locus, ubi frugalitas idem significat, quod ubertas, fertilitas. Est in Act. Episcop. Tullens. VIII. 240. frugalis, valens; frugalitas, valitudo.

257. L. frugi, modesti et ita emenda A. p. 333. n. 88. pro frui, modestia. VIII. p. 240. frugi, bonus macte. P. frugi homo, utilis, parcus, temperatus, modestus — abstinens alieni, parvo contentus, servator morum, contemptor divitiarum. Priscianus hic haec hoc frugi vel obliquis casibus figurate omnibus iunctus, frugis, frugem fruge tres obliquos casus habet. Veteres tamen et frux et fruges dixerunt nominativum. Nunc autem dicitur frugi i. parcus et avarus .... frugem fecisti pro bene fecisti, inde quidam frugificat dixerunt, ex q. l. suppleas Pl. p. 464.: frugem fecisti, probe fecisti, unde quidam frugi. Ceterum nota formam magnanimis, quam in aliquot locis inveniri docet du C. v. Pro substantia l. abstinens.

258. A. p. 331. n. 95. frumenta omnia, quod emittunt ex caristas, ubi l. frumenta omnia quae emittunt ex se aristas, cf. Is. Or. XVII. 3. P. frumenta sunt propric omnia, quae aristas habent. Nam frumentum per se fruges non sunt.

259. VIII. p. 246. fruniscor, fruor et p. 245. frimiscor, intercipere, ubi emendo frunisci, frui, percipere. P. frunio, digero, perficio [l. percipio] fruniscor, frunisatur [l. fruniscitur] fruitur, intercipit. F. p. 69. fruniscor et frunitum dixit Cato; quos quum adhuc dicimus infrunitum, certum est antiquos dixisse frunitum. Accuratissime agit de hoc voc. Gell. XVII. 2. §. 5. Exempla profert etiam Non. p. 113. Pro intercipit legendum puto vel percipit.

261. L. frusta. P. frustum, dictum quod capiatur a frumine — frusta sunt

**Frustratus, concisus.**
**Frygium, thyara, pilleum.**
**265. Furcus, carticula vel circumventio.**
**Fugamur, persequimur.**
**Fulcit, subportat.**
**Fulvus, falvus, hellus.**
**Fulgor, corruscatio.**
**270. Fulgurat, splendit, corruscat.**

particulae cuiuscunque rei, incisurae.

263. L. Frustatus pro frustratus. Ex hoc glossemate defendi potest locus Flor. II. 2. cum praedae . . . frustarentur, ubi alii frustrarentur perperam praeferunt.

264. L. phrygium . . . tiara, pileum. VII p. 569. mitra, kappa, kapitis ornamenta (Eucher. mitra est pileum phrygium vel Persarum aut ornatus kapitis de veste). VIII. p. 471. pileum, mitra, galerus, pelliris, calonica et I. p. 681. n. 14. frigium, mitra. Constantin. Imper. frigium, candido splendore eius sacratissimo capiti imposuimus. cf. VIII. p. 228. (a frigeo) phrygium, quaedam mitra pontificalis, unde Constantinus imperator: phrygium c. spl. eius sacr. vertici imp. et p. 244. phrygium, mitra pontificalis. Proprie erant phrygiae vestes, acu pictae cf. Serv. ad Virg. Aen. III. 484. et Plin. N. Hist. VIII. 74. Acu (pictas vestes) facere Phryges invenerunt ideoque **Phrygioniae** appellatae sunt, ubi aliquot edd. habent Phrygiones, quod affirmare videatur I. p. 680. n. 12 Frigiones, genus vestimenti, ubi Oehl. correxit Phrygium est contra morem glossatoris, qui nunquam est interponit sed plenius id est. Ego praefero: phrygionia. De voc. phrygio cf. Non. p. 3. et Is. Or. XIX. 22. 22. Ceterum nota voc. pilleum in nonn. codd. Isid. XIX. 21. §. 3. pilleum est ex bisso rotundum quasi sphaera media caput tegens sacerdotale. Hoc graeci et nostri **tiaram** . . . vocant cf. infra v. pilleum, frygium. XIX. 23. 6. Persae . . . caput **tiara** tegunt et 30. §. 3. Persae **tiaras** gerunt.

265. Haec glossa omnium est difficillima. Furcus enim quamquam in media aetate extat, fasciculum tamen significat, qua de causa hic aptum non est. Carticula corrupte extat in *II. δεῖπνον* cena, carticula, ubi lege cenicula. Circumventio, quod additur, vocabulum evincit ad fraudem vel furtum vocabulum esse referendum. Legitur vero furtus quarta declinatione apud Schol. Iuven. VIII. 113. has civitates **furtus** non accusaturas, atque inde emendare quis possit furtus, manticulatio, circumventio. Manticulare enim est fraudare, furari cf. VII. p. 533. manticulare, fraudare, decipere. A. p. 354. n. 3. m. fraudare. P. m. furari. **Manticulatio,** fallacia; et Cod. R. 7641. manticulat, fraudat, furat et menticulare, adtentare, dolis ac fallaciis divinare. *II.* p. 112. manticularius *κλέπτης* et manticulor *τεχνάζομαι*. Huic emendationi favere videtur, quod infra legitur **furtu** decipit. Si furculus, quod apud Prisc. alii statuunt legi, revera scriberetur, nec furunculus, ego emendarem **hic**: furculus, manticulator, circumventor. Haec omnia quamquam per se probabilia videntur, ideo tamen pro veris habere non audeo, quod extra litterarum ordinem furcus et furtus positum esset. Itaque emendo fucus, cavilla (vel cavillatio) manticulatio, quae de dolis et fraudibus dici demonstravi ad C. n. 3. cabillo, vel lege Fucus, quod de fallaciis et insidiis dici, notum est. P. fucus, mendacium, fraus, dolus, astus. Ita emendo A. p. 332. n. 19. fasciosus, fallax, deceptor in fucosus et p. 329. n. 7. fiscos, fraus in fucus et VIII. p. 241. fuscare, colorare; fuscosus, supertinctus corrige in fucare fucosus et A. p. 333. n. 97. lege pro fullare pulchrare vel adorare — fucare . . . adornare.

266. Aut fugamus legendum est aut persequimur dictum passiva notione, ut volunt apud Hygin. 198. illa se praecipitavit ne **persequeretur,** ubi alii aliter legunt.

267. P. fulcire, firmare, sustentare, auxiliari.

268. P. fulva, flava, rubea, munda, ubi lege aut viridis aut rufa. Fulvum, cum nigro rubeum. Serv. ad Aen. IV. 261. **fulva** pro viridi. Singularis est glossa VII. p. 562. fulvidus, rubeus, impetuosus, ut du Cang. fulvida, rubea et ful vidus, impetosus ex antiquis (?) glossis memorat. Extat tamen VI. p. 524. fluvidus, impetosus; est enim fluvidus idem, quod fluidus, quod rectius posse dici puto de cursu impetuoso quam fulvidus, etsi exemplum mihi quidem non constat. De falvus et helbus cf. supra n. 37.

270. De fulgurare pro fulgere cf. Intt. ad Sil. XII. 723. P. fulgurare, splendere, coruscare, ferire. cf. Gloss. Reg. 7641. fulgit, nutrit, splendet, eminet, ubi emenda fulget, nitet, splendet, emicat, ut item peccat P. fulgere, lucere, micare, splendere, eminere, ferire. Ferire non moverim, quia de armis coruscantibus dicitur; cf. Claud. Cons. Prob. et Olyb. I. 123. in hastam porrigitur, tre-

Fulgus, rufus, rubeus.
Fullo, decorator,
Fulmine, ictus.
Functio, exsolutio tributorum,
ignis rapidus.
275. Functus, usus vel ministerium serviens.
Functus, agens, gerens.
Funerat, condit.
Funeratus, funus perfectum vel sepultus.
Funesta, scelerata vel quo inquina morbo.
280. Funestus, qui funere gaudet, crudelis.
Fungit, agit, gerit.
Fungitur, profitetur, administrat.
Funus ducitur, effertur, obsequium facit,
Funus, cadaver defuncti hominis.
285. Furatus est, compilavit.
Furba, obscura vel nigra.
Furda, ornamenta peccatorum vel fulcimenta.
Furor, insania.

mulisque ferit splendoribus Hebrum, quamquam hic activa notione dictum est.

271. Ita Cod. Reg. 7642. fulgus, rufus, rubeus. Fulgo tegmine, flava pelle. P. fulgus, rufus, flavus. Nisi est corruptela voc. fulbus s. fulvus, cum subst. fulgus cohaeret quod habet solum, quantum scio, Gl. VIII. p. 242. fulgus, fulgor, fulmen tria nomina sunt; fulgus tangit cett.

272. ut I. p. 680. n. 14. P. fullo, decorator, lavandarius, de q. v. vide Cang. s. v.

273. 274. Apertum est, has glossas corruptas esse. Fulmine enim ictus non habet interpretationem, aut si ipsa interpretatio est, glossam. Tum ignis rapidus ad functio pertinere nequit. Itaque lego fulmen ictus ignis rapidus, quod corrupte descriptum est ex Is. Or. XIII. 9. 1., ubi legitur fulgur et fulmen ictus coelestis iaculi, quod cum glossator non intellexerit, correxit fulmine ictus.

275. ut A. p. 333. n. 110. cf. du C. p. 432. ed. H.

276. Haec glossemata ita disiungenda sunt: functus us. et functus, ministerium agens, gerens, serviens cf. P. fungor, fungeris, functus, fungitur persolvit, utitur, obsequitur, administrat, parcit vel deserit [ubi emenda peragit ex compendio pagit vel deservit]. Fungi est defungi, peragere. Inde functus, usus, ministerium agens et functorium, de quo voc. dicam ad v. fudibulum n. 299.

277. 278. P. funerare, sepelire, condere, obsequium facere. Funeratus, sepultus aut locus obscurus, quod non capio, sed A. 333. n. 105. extat funebraticus locus nullo sensu. Etiam funus perfectum quid sibi velit non video. Tamen ex alio gloss. profert du Cang.

279. 80. L. f. scel. vel coinquinata funere ex P. funestum, sceleratum, funere coinquinatum, quod minus sacra peragere potest, flebile, luctuosum et ita emenda A. p. 333. n. 98. funera luctuosa in funesta et n. 104. f., qui funere gaudet [et] alterius morte, ubi et interpone.

281. cf. infra v. gerit, agit, fungit. VIII. p. 231. fungo, funxi, functum verb. neutr. Componitur defungo, is. i. mori et perfungo, is .i. uti et p. 244. fungere, uti, frui, vesci, quam activam formam nota; cf. du C. v. fungere p. 437. H. Ita defendi licet locum Sext. Ped., apud Paul. Dig. IX. 2. 33. et 35. 2. 36 pretia rerum fungi. I. p. 680. n. 55. fungitur, solvit.

283. Cave, ne obsequium moveas; sunt enim exequiae; cf. du Cang. T. IV. p. 685. H. Pro facit l. fit.

284. De voc. funus pro cadavere cf. dict. mea ad Apul. T. I. p. 300.: vivum producitur funus.

286. L. furva. Pl. p. 465. furvarum nationum, nigrarum gentium: Indi, Aegyptii, Mauri, Aethiopes. Furvum enim nos nigrum dicimus, unde fures qui in obscuro latent et forni, furni ergo nigri. P. furva, fusca, nigra, furvum, nigrum, unde fures et furni. VIII. p. 219. furvus, niger, unde secundum Isidorum [X. 106.] hic fur, quod noctu ambulat. A. p. 330. n. 70. furvum, bruun.

287. L. fulcra, ornamenta lectorum vel f., ut A. p. 333. n. 109. f. orn. lectorum vel fulci [l. fulcimenta] I. p. 680. n. 54. fulcralia, lecti ornamenta et VI. p. 524. falca, lectorum orn. cf. Is. Or. XIX. 26. § 3. Fulcra s. orn. lectorum dicta, quod fulcimur in his .i. sustinemur, vel quod toros fulciant sive caput, quae reclinatoria vulgus appellant ut Pap. repetit. cf. Serv. ad Virg. Aen. VI. 604. P. fulcrum, fundamen, ornamentum, ubi lege fulcimen.

Furentibus, rapidis.
290. Furet, scaevit, irascitur, insanitur.
Furiosus, limfaticus, limfor.
Furtim, clam, occulte, latenter absconse.
Furtu decipit, fraudat, privat.
Fuscum, nigrum, aquilum.
295. Futo, amplexo.
Futiles, leves et inanes.
Futura, sectura.
Futurum esse, adforte.
Fudibulum, traiectorium.
300. Furtuna, fatum, parcae.
Fuliae, ciconia, ερωαX.

289. L. rabidis quae vocc. saepissime confunduntur; cf. dict. ad Apul. T. I. p. 699.
290. L. furit, saevit, ir., insanit.
291. L. lymphaticus, lymphator de q. v. infra dicam s. v. A. p. 333. n. 108. lege furiosus, vates pro furiolus fatis.
295. Duo sunt verba, quorum alterum est futuo i. Veneri operam do, et futo, quod Fest. explicat arguere, unde et confutare. Sed Cato hoc pro saepius fuisse posuit ad q. l. vide Iutt. Hinc Pl. Gl. p. 463. futavit, fuit et p. 464. futavere, fuere. Tertium denique est futio. VIII. p. 237. futio, futivi futitum, unde futitor et futitrix et futitus et futitio. Et futito, quod etiam dicitur fututo et p. 294. incanivare, stuprare, crissare, cevere, infutuare, futire. De signific. vide ad futo A. litt. n. 96.
296. VIII. p. 215. futile, quod cito decurrit p. 243. futilis, qui cito effunditur [id potius est fusilis]. A. p. 333. n. 74. fotille, vanum, mendax et n. 112. futulis, inanis, vacuus. De etymo vide Serv. ad Virg. Aen. XI. 339. Fest. p. 67. futiles dicuntur, qui silere tacenda nequeunt sed ea effundunt. Sic et vasa futilia a fundendo dicta. Pap. futilis, vas aquarium perparvis oris futile, labile. Nam futilis est quoddam vas aquarium in sacris Vestae superlatum, inferius acuminatum, ut si in terra poneretur, quicquid liquoris habuit, effunderetur. Non enim licebat sacra illa terram tangere, quae descripsit ex Serv., ubi eodem errore futilis pro futis scriptum est. Tum pergit P. futilis, inanis, vacuus, loquax, a vasis fictilibus quae cassa et rimosa non tenent, quae immiseris, quae repetita sunt ex Is. Or. X. 109.
297. L. fissura, scissura ut A. p. 332. n. 45. fisuras, scisuras. Idem peccat I. p. 681. n. 6. aut lege futura, secutura.
298. L. adfore.
299. ut I. p. 680. 13. sed l. fundibulum tr. VIII. p. 243. fundibula, funda. Cod. Reg. 4120. Fundibula sunt quaedam parvae machinae cum funda in baculo dependente, Gallice Gibet. Is. Or. XVIII. 10. 2. Traiectorium ea significatione apud veteres non invenio. Ita emendo A. p. 333. n. 89. fructoria, transitoria in fundibula traiectoria et n. 101. Funiculum, territorium in fundibulum, traiectorium et n. 714. fundia retia linea vel fundibus in funda r. l. vel fundibalus et gl. n. 102. fundibulum, funda retia linea. Nam funda etiam est genus piscatorii retis, teste Is. Or. XIX. 5. Sed dubito num fundibulum eadem significatione dicatur. Est igitur, ut saepius, verborum confusio. Errorem transitorium indicat P. fundibalus funda emittens transiectorium, quamquam idem habet corrupte functorium, transitorium.
301. L. ciconia, ἐρώδιος. Π. ἐρώδιος fulica, ardea, erodius et p. 79. fulica λάρος, φαλαρίς, πελεκάνος, θαλάσσιον ὄρνεον, ἐρώδιος, αἴθυια. Ciconia explicatio eo orta esse mihi videtur, quod glossator πελαργὸς i. ciconia commutavit cum v. πελεκάνος. De fulica vide Is. Or. XII. 7. 53.

## G.

1. Galerum urbanum, id est pilleum, pastoralem ex iuncis factum.

1. VIII. p. 260. galear, ris et galerus, ri ambo pro galea et p. 264. galea, galerus. VII. p. 562. galearia, pileum sive tiara galeros calamaucos pelliceos, et galerus, pastorale pileum de iunco. VI. p. 525. galeros, calamaucas, galeram (um) palleum pastorale [l. pilleum] de iunco factum. A. p. 334. n. 18. galeras, pilleus, mitras [l. galeros pilleos] p. 335 n. 62. garilum, pelleum pastorale quod unco factum est, (ubi lege galerum pilleum p. quod de iunco f. e.) n. 4. galerum, pilleum pastorale de iunceo factum, et n. 10. gallero, pil-

**Ganea, taberna vel popina.**

**Ganeo, golosus, pupinator, tabernio.**

**Galina rustica, perdice.**

5. **Gannit, latrat vel inridet.**

**Garrit, gaudet, blanditur, murmorat, iocatur.**

**Garulus, verbosus, nugator.**

**Garrulus, niniosus, argutus.**

**Gaudens, ilaris, obens.**

10. **Gaudio exaltat, trepidat.**

leum gr. I. p. 681. n. 22. galeros, calamancas et n. 32. galerum, pilleum pastorale, quod de iunco fit. Is. Or. XIX. 30. §. 5. galearium, pilleum ex pelle caesae hostiae factum [ubi lege ex optt. codd. galerum], quae repetit Serv. Aen. II. 683.; ad Aen. VII. 688. galerus genus est pilei, quod Fronto genere neutro dixit hoc **galerum**; cf. Schol. ad Iuven VIII. 344. P. galearia, pilleus s. tyara galerus, pilleus ex pelle c. h. factus ad instar galeae vel pastoralis pilleus. Ceterum lege pro calamaucos ex P. camelaucus; cf. du C. T. II. p. 47. H.

2. 3. L. gulosus, popinator. VIII. p. 256. ganeo, tabernarius, potator, unde Terentius in tertia comoedia: gerro, iners, fraus, helluo, ganeo, et hoc ganeum, theatrum, locus scilicet in terra defossus, ubi ad ludendum et ad scortandum confluebant cett. p. 263. ganeo, potator, tabernio, caupo, attibernalis, bibax, bibulus. Ganea, taberna, caupona, crustaria, cetaria, hermopolium, ganearia, meraria. Ganeum, theatrum, prostibulum. VII. p. 562. ganeo, luxuriosus, ambro, leno. VI. p. 525. ganeo ab eo, quod ganum dicitur, proprie receptaculum luxuriosum sub terra; ganeo, tabernio; ganeus, luxuriosus. A. p. 336. n. 44. granea [l. gan.] taberna, p. 334. n. 54. ganeo, gulosus; p. 335. n. 61. ganeo, gulosus, propinatur [l. popinator] n. 91. geneo, [l. gan.] tabernarius, n. 2. ganeo, gulosus, sopinator, ponpotur, vel taberneo [l. popinator, popino, tabernio] et 8. ganeones, propinari ubi vel agaguli, ubi lege ganeones, popinarii, lenones, agagulae De agagula cf. I. p. 668. n. 24. Agagula, lenocinator. P. agagula, conciliator i. leno, lenocinator. Fest. p. 72. ganeum antiqui locum abditum ac velut sub terra dixerunt, ad q. l. vide Intt. p. 440. Is. Or. X. 114. ganeo, luxuriosus et tamquam in occultis locis et subterraneis, quae ganea Graeci vocant. Non p. 119. ganeones a ganeis dicti, ut popinones et sunt loca vinulentiae ac libidini apta; p. 208. ganeum, neutro. Fulg. Exp p. 563. ganeum est taberna. P. ganea, taberna, popina, meretrix. Ganeo vel ganeon vel ganeus, tabernarius, gulosus propinator [l. pop.] luxuriosus, comessator. Ganeae meretrices, quae morantur in occultis et subterraneis locis, quae gangacia Graeci dicunt [ubi legendum puto γάϊνα i. e. γήϊνα]. P. post: gangia loca subterranea et occulta graecum est, ubi lege gania et Gl. Vulc. p. 700. ganzia loca occulta et subterranea. Ganea et ganeum in usu fuisse docent Lex. cf. dict. ad Apul. T. II. p. 562.

4. L. perdix. II. p. 146. πέρδιξ perdix gallina rustica. Huc sine dubio referenda est glossa A. 335. n 9. galla zizuca rusticae, quam tamen enucleare non queo. cf. ad v. attagena.

5. VIII. p. 256. gannio, quod proprie agunt vulpes; sed translative refertur ad homines; p. 263. gannire vulpium esse solet et dicitur deridere [cf. Varro de L. L. VII. §. 103.]. Gannire esse canium docet Non. p. 450. P. gannire vulpium est sicut latrare canum. Fest. p. 74. Gannitio canum querula, murmuratio. I. p. 688. n. 3. nictit canis, cum acute **gannit.** Plura protuli de h. v. ex glossis et emendavi ad Apul. T. I. p. 186. 187.

6. VII. p. 562. Garrire et loqui ita distinguitur; loquitur, qui recte et temperate dicit; garrit autem, qui aut multa verba dicit aut sordide loquitur. Garrit, verbosatur sive cum hilaritate cantat. A. p. 335. n. 60. garrit, verbosatur vel iocatur et n. 1. garrit, subtiliter murmurat vel loquitur, verbosatur. Is. Or. XI. 1. 58. garrire deducit a gurgulione. P. garrire, multa verba dicere, sordide loqui sine ratione. Hinc garris est et garrulus. VI. p. 525. garro, garrulus [l. garrio; nam garrio est verbum, cuius substantivum item formatur, ut edo, bibo, heluo, al.]. A. p. 336. n. 51. gurgo, garrulus [l. garrio, g.] Gaudet explicatum est ex falsa Is. Or. X. 114. interpretatione: garrulus proprie dicitur, qui vulgo verbosus appellatur, accedente **laetitia** nec valens nec volens tacere. De voc. niniosus infra dicam ad v.

9. L. hilaris, ovans.

10. L. exultat, tripudiat ex Cic. pro Sext. 41. in funeribus exultantem et tripudiantem, ut infra trepudiare, laetare exaltare [l. exultare]; trepudiat, gaudet, exaltat; trepudium, hilaritas, laetitia.

Gaunaca, causapa.
Gazar, opes vel divitias lingua persarum.
Gellicidia, gelu.
Gulgulus, vaca.
Gellonem, baucgalem
Gelum, brama.
Gemmatum, baccatum.
Gemina, perstromata.
Geminatum, duplicatum.
Gemini, aequigeni.
Genera archa, generis princeps.

11. cf. I. p. 681. n. 39. Varro de L. L. V. §. 167. In his multa peregrina, ut sagum, reno Gallica et gaunacum et amphimallum graeca, ad q. l. vide Intt. Not. Tir. p. 158. gausapum, gaunapum, ubi lege gaunacum. Terent. Scaur. Orthogr. C. cognationem habet cum G. et ideo alii dicunt Gaunacam alii Caunacam. Dubito tamen an gaunaca ubique legendum sit, quod Graecos γαυνάκην dixisse non solum probat locus Aristoph. Vesp. 1176. οἱ μὲν καλοῦσι Περσίδ' οἱ δὲ γαυνάκην, sed etiam Hesych. Lex. Καυνάκαι στρώματα ἢ ἐπιβόλαια ἑτερόμαλλα. Huc accedit glossarum auctoritas. Varronis autem locus in Mss. plane corruptus est. Ita etiam de nomin. gausapum ambigo, qui in not. Tir. fertur. Prisc. enim aperte dicit: Antiquissimi tamen et hic gausapes et haec gausapa et hoc gausape et plurale neutri haec gausapa quasi a nominativo gausapum protulisse inveniuntur, unde lego in Not. Tir. gausapam gaunacam. Pap. habet: gausapa, mappa, quae in mensis ponitur vel qua tergitur gausape, pis ablativo gausape pluraliter gausapa. Antiqui tamen hic gausapes, quia Graeci γαυσάπης dicunt, et haec gausapa et hoc gausape, pluraliter haec gausapa, quasi a nominativo, quod hoc gausapum etiam dicebant, quem locum corrupte ex Prisc. descriptum esse apparet. Ita Benedictini apud du C. perperam ex Pap. protulerunt: Gausapa et gausapum antiqui dicebant.

12. L. gazas ex Serv. Aen. I. 119. VIII. p. 258. gaza, ae divitiae, inde haec gazula demin. et hoc gazetum .i. gazarum repositorium, quod et pro ipsa gaza dicitur et hoc gazaphylacium .i. arca, ubi communis census reponebatur et hic gazophylagis, is gazophylacii custos, unde Iosephus in decimo quinto: VII. non permisit, ut, quando opus esset, a gazophylage peteretur. Dicimus etiam hic gazophylax, cis. Formam gazophylagis ab inepto glossatare fictam esse patet. Nota subst. gazetum et gazula, quae adhuc frustra in lexic. quaesivi. Nam apud Pap. gazetum regio huc non referendum est; cf. Is. Or XX. 3. 7. et XV. 1. 16. VIII. p. 263. gaza, divitiae, mammona; gazetum et gazophylacium, gazarum repositorium. VI. p. 525. gaza, xenia multa. A. p. 334. n. 33. gaza, census vel divitiae; p. 335. n. 68. gessiae, divitiae [l. gazae] ut habet etiam I. p. 681. n. 57. et n. 5. gaze, opes, divitiae, lingua Persarum et A. p. 337. n. 3. lege gazae, divitiae pro hasae. De h. v. vide Is. Or. XX. 9. §. 1. Serv. ad Aen. I. 119. gaza, persicus sermo est et significat divitias; est autem generis feminini . . . . gazas, opes. Contra se ipsum dicit Serv. Aen. II. 763. gaza, census Persarum lingua et est numeri singularis tantum, cum prius gazas protulerit. Nec verum est, quod praecipit; cf. Horat. Carm. I. 29. 2. invides gazis. P. gaza, civitas Palestinae vel multa xenia, dicta quod ibi thesaurum suum Cambyses, rex Persarum, intulit; gazae, opes, copiae, thesaurus, siriace.

13. L. gelicidia, gelu. Ioan. de Ian. gelicidium, gelu cadens. Gloss. Reg. L. G. 521. gellicidium, gallice vereglaz. Cod. 7692 gelicidium, verglas. Apud scriptores rei rusticae, ut Varronem, saepius legitur. cf. Non. v. glubere.

14. L. baca ex I. p. 681. n. 24. VIII. p. 263. galgalus, granum olivae. Galbuli extat in *II.* p. 182. galbuli, σφαιρία, unde Scaliger putat utrumque in usu fuisse; nam galbuli etiam apud Varr. I. 40. §. 1., et galgulum Plin. XXX. 28. eandem avem videtur appellare, quam alii galbulam appellant. Cum alii veterum loci non extent, difficile est de vera lectione iudicium.

15. cf. supra v. baucalem. P. gello, onis baucalis. I. 681. n. 25

16. L. bruma cf. supra ad h. v. A. p. 334. n. 39. gelum frots. De forma gelum vide Non. p. 487. v. gelu et p. 492. v. gelo. Prisc. V. 8. hic gelus et hoc gelum pro gelu. Intt. ad Lucret. V 206. dict. mea ad Arn. II. 20.

17. cf. I. p. 681. n. 40. i. gemmis ornatum. Bacatum de gemmis et margaritis dicitur Sil. VIII. 134. et Aen. I. 659. ad q. l. cf. Serv.

18. L. gemina, peristromata ex I. p. 681. n. 41.

20. Ita corrige I. p. 681. n. 42., ubi extat aquigeni.

21. L. genearcha ex VIII. p. 261. generacha, princeps et caput ge-

Genae, melaquae in facie sunt sub oculis.
Generalem, genitivum, universalem.
Generalis, universalis vel universitas.
25. Generat, patrat, procreat.
Generatum, generaliter, specialiter.
Generatus, enixus, natus.
Generosus, boni teneris.
Genetalia, unde ver generat aut mulier creat.
30. Genetrix, mater.
Genetivum, naturalem.
Geneto, genito.
Geniatus, genialis, gratus.
Genitor, pater.
35. Geniculat, genu helat.
Genitus, oditus.
Genitura, coïtio.
Genitus, editus, creatus, natus, enixus.
Genium, vigor, potentia.
40. Genius, numen.
Genubium, intimum, interiorem, domesticum.
Gebim, colles.

neris. VII. p. 562. genearcha, generis princeps.

22. L. malae quae sunt.

23. De notione genitivus cf. Intt. ad Lucret. I. 582. maculas generales corpori inesse.

24. L. generales, universales.

25. L. procreat vel parit.

26. L. generatim. VIII. p. 261. speciatim, specialiter, peculiariter et p. 248. generaliter et generatim adv. i. speciatim. Hoc interpretamentum, ut etiam in nostro gl., aperte corruptum est.

28. L. boni generis. VIII. p. 261. generosus, nobilis, illustris, egregius, celticus(?) augustus, exgrex, authenticus, insignis, segrex. P. g. honestus, celebris, nobilis.

29. P. unde vir generat aut mul. parit. cf. Is. Or. XI. 1. 102.

30—32. P. genetrix, mater a gignendo; genetrix antiquitus dicta. Hanc veram esse scripturam docet Wagn. in Orth. Verg. p. 438. Formam genetus pro genitus, unde genetrix deducitur, frustra adhuc quaesivi.

33. cf. I. p. 681. n. 44. VII. p. 562. geniatus, gratus, unde lege apud Capitol. Verr. 10. vultu geniatus. cf. du C. p. 507. H. Genialis est gratus; cf. VII. p. 562. geniales lecti, coniugales, aut homines grati. VI. p. 525. genialis lectus, coniugalis aut homo gratus. A. p. 335. n. 75. genialis homo, gratus homo, quod repetitur n. 17. n. 28. genealia, festivitas. P. genialis, gratus, propinquus, affinis.

35. VIII. p. 249. geniculator .i. genu inclinans. p. 261. geniculari, inclinare, obstipare (?), conquinescere, infirmare, declinare. VII. p. 563. geniculare, genibus flexis adorare. VI. p. 524. geniculationibus, adorationibus. P. geniculat, genibus flexis adorat. Π. p. 41. γονυπετῶ, geniculo, geniculor, genua advolvo; γονυπετεῖ, progeniculatur; γονυπετεῖν, ingeniculari (unde lege γονυπετής genicularius, pro genuarius). Pro helat ego legerim clinat, de quo vide Intt. ad Lucret. II. 243.

36. L. editus.

37. Nota notionem voc. genitura. cf. ad v. coitio. Genitura saepius pro creatura dicitur cf. dict. ad Arn. I. 11. p. 21. cf. A. p. 335. n. 14. geniminae: creaturae corrige in genituræ, ut ibid. n. 12. lege genitura, generatio pro gemmina, gen. et p. 335. n. 71. gennomae creaturae emenda in geniturae.

39. VIII. p. 249. genium .i. ingenium, unde Iuvenalis: nemo mathematicus genium indempnatus habebit et p. 261. genium, ingenium. A. p. 334. n. 14. genium, quasi vim habet omnium rerum; p. 335. n. 22. genium, fortunam. cf. Auct. Iansson. genium, vigor, potentia, opinio, honor vel ordinatio de Ian. genium, honor, privatus, genius honor publicus. P. genium honor aut dignitas, vigor, ordinatio.

40. VIII. p. 248. genius, deus naturae et deus qui praeest nuptiis quae repetuntur p. 261. et apud P.

41. L. genuinum. Ex hoc glossemate emenda I. p. 681. n. 45. genubium, intrimum. Hinc P. genuinus, amicus sodalis. A. p. 335. n. 68. genuinum, intimum vel dens et 16. genuinum, intimum vel dens, qui interius in ore hominis. cf. Gell. IX. 9. §. 15. quod Homerica quidem Λητὼ gaudium gaudeat genuinum et intimum.

42. Quî gebim et infra n 46. geritin explicandum sit, nondum inveni. Unum

Geminum, naturae, initium, idem insertum.

Genus, sexus, prosapia, origo, suboles.

45. Gerit, agit, fungit.

Geritin mons, quem collem samaritani.

Germani, fratres.

Germen, initium floris.

Germinat, virdicat vel seminat.

50. Gessit, elit, discussit.

Gessum, asta vel iaculum.

Gestat, portat, optat, cupit, desiderat, festinat.

Gestire, exulcerare vel ambulare.

Gestum, actum, abitum.

55. Gignit, generat, procreat vel nutrit.

Gignitur, nascitur.

Gilbum, color medius inter album et rufum.

quod huc afferri possit est P. gl. geritis amnis a quo gerete oppidum. *Γεριᾶτις* urbem commemorat Paus. V. 23. §. 6.

43. L. natura insitum vel insertum. cf. VIII. p. 248. et p. 261. genuinus, naturalis. P. genuinum, naturale, de genere tractum, inicium [l. insitum].

47. VI. p. 525. germani, ex uno germine nati.

49. L. viridicat [de q. v. cf. infra]. Seminare esse producere, emittere, qua activa significatione etiam germinare dicitur, ut ap. Plin. N. H. XXX. 30. vermiculi pennas **germinant**, evincit locus Virg. Aen. VI. 205. quod non sua **seminat** arbos.

50. Haec glossa aperte corrupta est. Pro elit l. edidit. Quid pro discussit corrigendum sit, non habeo.

51. L. gesum, hasta. cf. I. p. 681. n. 26. VIII. p. 264. gesa, gallice gisarme et p. 251. (a gero) haec gesa .i. genus teli, quod gallice dicitur gisarme. A. p. 334. n. 7. gesa, asta gallorum. et p. 335. n. 13. gesum, asta vel iaculum gallice et F. p. 74. gesum, grave iaculum. Contra Non. p. 555. gesa, telum Galliarum tenerum. Gellius inter tela recenset gesa X. 25. §. 2. Serv. ad Aen. VII. 664. habet etiam gessa . . . hasta Gallorum, sarissae Macedonum. VIII. p. 662. gaesos, hastas, viriles. Nam etiam viros fortes Galli **gaesos** vocant. [Pap. habet geros, vir fortis, ubi lege gesos]. P. gesa, gladius; gessaris, lanceis; gessum, hastae, iaculum [l. hasta]. *Π.* p. 81. gesum, genus lanceae *γείσοις*, ubi l. *γαισός*. Suid. *γαισὸς καὶ γαῖσα κοντὶς εἶδος ἀμυντηρίου, οἷον δόρατος*. Hesych.: *γαῖσος ἐμβόλιον ὁλοσίδηρον*. Itaque apud Non. legere malim telum G. ferreum. Idem confirmat Pollux VII. 33. *Δορύξους δόρυ ὁλοσίδηρον, καλεῖται δὲ γαῖσος καὶ ἔστι λιβυκόν*. De scriptura voc. mihi non satis constat. In Glossis ubique gesum scribitur. Apud Virg. l. c. plurimi codd. habent aut gessa aut cesa aut caesa, quibus in scripturis nutant etiam omnes omnino libri Livii XXVI. 6. 5., ubi habent cesso, gesso, ceso, caeso et caesum. IX. 36. §. 6. ubi scribitur cesis, et caesis. VIII. 8. §. 6., ubi Mss. dant cesa, caesa, gessa, gessam ut etiam apud Caes. de B. G. III. 4. §. 1. corrupte in Mss. legitur. Scriptura gaesa de sententia Voss. Etym. Lat. in omnibus edd. excepta est, qui existimat, gaesum fuisse in antiquis, gesum in recentioribus libris; quam tamen sententiam non confirmavit Dausq., qui in Orth. utrumque legi posse censet.

52. Duo glossemata inter se confusa esse patet. Legendum enim est gestat, portat et gestit, optat cett. VIII. p. 261. gestire, cupere, ambire, avere, captare. VI. p. 525. gestiunt, requirunt. A. p. 334. n. 50. gestitis, gavisi estis. et p. 335. n. 72. gescire [gest.] gaudere. P. gestio, exulto, desidero, gaudeo; gestit, luxuriatur, lascivit, defluit; gestire, proprie malorum est, gaudere vero bonorum. Gestire de lascivia dici probavi ad Arn. III. 10. p. 265. Fest. p. 72. gestit, qui subita felicitate exhilaratus nimio corporis motu praeter consuetudinem exsultat. cf. Non. 32. et p. 317.

53. L. exultare vel trepudiare (vel avere, ovare).

54. L. actum, obitum.

57. VIII. p. 263. gilnus color equi inter album et rufum, quod et gilbus dicitur. A. p. 334. n. 9. gilvas, gelv. [l. gilvus] n. 51. gillus color ferrugineus. n. 55. gilvus, falv. et p. 336. n. 30. gylbus color in aequo [equo] inter album et rubum. Is. Or. XII. 1. 50. gilvus melinus color est, subalbulus, ubi, quod subalbulus sequitur, c. cod. Guelf. lege medius ex nostro glossemate et Gell. XIII. 30. §. 14. tria esse genera vini, nigrum, album, medium, quod vocant *κιῤῥόν*, quamquam scio hic alios praeferre melinum et Serv. Georg. III. 82. habet: gilvus est melinus color. P. gilbus

Gladium, rumphea, telum, ensis.
Glarea, lapilli parvi, arenae maris mixti.
60. Glautia, viridis.
Glaver, elavus, rasus.
Gliscit, pinguescit, crescit.
Glevo, arator, rusticus.
Gliscit, increscit.
65. Globos, vertigines.
Globat, acerbat.
Gloria, speciem.
Globus, ex solido rotundus.
Globus, pileo vel rotunditas.
70. Gloriosus, honorum ostentator.
Glubere, cutem detrahere vel extrahere.
Ganabat, fortiter exsequitur.
Gnarus, sciens, peritus, doctus.
Gnatus, natus, generatus, creatus, nixus.
75. Gnavus, sapiens, strenuus, agilis.

color in equo medius inter rufum et album; color mellinus.

58. L. romphea cf. supra framea. De neutro gladium vide Non. 208. A. p. 334. n. 20. gladiolum secg. *II*. p. 130. ξιφίδιον gladiolum, gladiolus; ξίφος gladium, ensis, gladius, sica; ξίφη gladia. cf. Voss. Arist. T. I. p. 434. Förtsch.

59. VIII. p. 264. glarea, calculus minutus iu aqua. P. gl. miuutissimi lapides, quos aqua fluvialis trahit. Ceterum nota glossam VI. p. 525. glarea stricta glutino res vel glutinotiosa [l. glutinosa] unde P. glarea stricta glutinosa, ubi l. str. glutino glutinosa, quam explicationem alibi nondum inveni. Is. habet p. 681. n. 23. galera stricta glutino, quod Oehl. interpretatur de galericulo, quod glutino adstricta sit capiti, ut etiam legit pro stricta. Equidem dubito.

60. ut I. p. 681. n. 46. L. glauca. VIII. p. 263. glaucus, flavus, caeruleus. P. glaucus color interdum pro viridi ponitur et qui admixtum habent virori album. Item glauci oculi pro splendidis, et maris glaucus color dicitur, sed tunc quando candescit. Glaucus equus veluti pictos oculos habens et quodam splendore fusos. cf. Prob. ad Virg. G. III. 82. glaucus color, viridis et Serv. ad h. l.

61. L. calvus. VIII. p. 255. glaber, sine pilis, ut alii volunt nudus p. 262. glaber sine pilis. A. p. 335. n. 76. glaver, calvus. P. glaber, rasus, lenis, (laevis); mollis, calvus, sine pilis . . . . glabri, barbas non habentes et lenes dicuntur [l. laeves].

62. VIII. p. 259. glisco, cupere vel resplendere. A. p. 335. n. 81. gliscit, ascendit. Explicationem pinguescere munire videatur Is. Or. XII. 8. §. 6. glires dicti, quia pingues eos facit somnus. Nam gliscere dicimus crescere, quod ni esset, emendarem ignescit ex Non. p. 22. gliscit est congelascit et colligitur vel crescit vel ignescit, ut etiam P. habet glisco ... crescit, ardescit, augmentatur, desiderat. Pinguescere et desiderare significationem confirmant lexica.

63. L. glebo ut I. p. 681. n. 34. P. VI. p. 525. et A. p. 336. n. 31. — A. p. 335. n. 78. glebra, arator lingua gallica 80. glebo, rustisus.

66. L. acervat. P. globare, acervare, in unum congregare, adunare. A. p. 336. n. 34. globat, rotundat aut acerbat.

68. L. globosus ut VIII. p. 262. globossus, ex solido rotundus. P. globosus, rotundus, spissatus. n. 67. L. pileus.

71. Fest. p. 73. unde et pecus glubi dicitur, cuius pellis detrahitur. P. gluvio [l. glubo] cutem detrahere vel excoriare.

72. L. gnavat .i. navat, ut I. p. 681. n. 87. ut nonnulli legi volunt ap. Cic. de Orat. II. 7. §. 26. gnavasse cf. Carrion. ad Valer. III. 145.

74. L. enixus et emenda cum Nansio ex hac glossa I. p. 681. 27. gnabat, natus, generatus, filius, creatus vel enixus lingua Gallica, ubi Oehl. perperam gnatatus correxit. P. gnati, filii dicti qui generantur A. p. 336. n. 35. gnatus, filius lingua gallica et natus. Is. Or. I. 26. §. 10. gnatus, quod est filius per g scribendum, quia facit generatus et IX. 5. §. 13. gnatus dictus quasi generatus. Unde et per g scribitur. De vocc. gnatus et natus cf. Wagn. Quaest. Virg. XXXVIII. Vol. IV. p. 586. sq. qui gnatus tantum substantive et antiquius ac gravius dici, natus commune esse et vulgare docet.

75. VIII. p. 258. gnavus, cautus et p. 264. gnavus, cautus, gnarus, vafer, varus, (varius) versutus, cicur, astutus, versipellis, catus, gevator, callidus, industris, industrius, artitus [pro gevator lege veterator]. VI. p. 525. gnavus, fortis et agilis. cf. Is. Origg. XIX. 1. §. 8. navem qui-

Golosus, helluo, adsumptor.
Gomor, mensurae modus.
Graciles, cragentes.
Gracilis, tenuis, subtilis, tenere.
80. Grai, greci.
Grafium, stilum.
Graia, graecia.
Graius, graecus vel recus.
Grandia, magna, ampla.
85. Grandis, magnus, vastus.
Grassator, latro, praedator.
Grassator, q; qua superum festinationis aliquid mali committit, quasi a gradiendo.
Grassator, praedo, vastator.
Grassatur, crudeliter saevit.
90. Gratatur, gratulatur.
Golosus, tabernio, popinator.
Grates, gratias.
Gratificatio, beneficium.
Gratior, clarus.
95. Gratiosus, gratus vel bellus, multorum amicorum amicus.
Gratissimum, lepidum.
Gratus, decens, formonsus, gratiosus.
Graucatus, emissus.
Gravem, pondorosam.
100. Gravido, praegno.
Gronium, sinum vel sedile.

dam perhibent dictameo quod gnavum rectorem quaerat i. peritum, sapientem, strenuum.

76. L. gulosus ... absumptor. cf. n. 91. et n. 108. I. p. 681. n. 48. gulosus, tabernio, popinator. VIII. p. 262. gulonus [quod cave ne in gulosus mutes; nam utrumque gulosus et gulonus idem glossator p. 253. affert] gluto, edulus, degulator, estor, lurco, ambro, mando, mandox (dax) pransor, helluo, vorator, abligrator [l. abligurritor] deglutitor, absortor. P. gulosus a gula, devorator, absumptor, gluto, helluo.

77. VIII. 264. gomor mensura habens duodecim sextaria. Is. Or. XVI. 26. §. 17. gomor XV. modiorum onus appendit. P. gomor mensura antiqua habens, ut quidam putant, conices [l. choenices] tres i. sextarios duodecim; alii dicunt, quod sit minus a sextariis quinque eo, quod sit decima pars ephi (?) Is. l. c. §. 6. sextarius ... assumptus quater fit graeco nomine choenix, quinquies complicatus quinarem sive gomor facit.

78. cf. supra v. cragentes.

81. P. graphium, stilus vel baculus studentis. cf. Is. Or. VI. 9. §. 1.

83. L. vel grecus, quia et Graecia et Grecia scripserunt. Corrupte habet VI. p. 526. graie, graece immoleste, quod nisi in immo grece corrigere velis, vix habeas, quo explicare possis; P. graii, graeci, graia, graeca, ut emenda n. 82. pro graecia.

86 — 88. VHI. p. 249. grassor ... unde et grassatores vocamus apparitores tyrannorum et p. 261. grassatores, milites crudeliter agentes; grassari, crudeliter agere, tyrannizare. A. p. 334. n. 48. grassator, latro. De alia voc. grassator significatione pro adulatore et parasito cf. Gell. XI. 2. §. 5. et Fest. p. 72. [ad q. l. vide Intt. 442.] grassatores dicuntur latrones vias obsidentes; gradi siquidem ambulare est, unde tractum grassari videlicet ab impetu gradiendi. Hinc lego in nostro gl. n. 87 quod quasi impetu festinationis aliquid male committit quasi a grad. P. hoc voc. non habet. Ita forsitan restituendum sit P. glossema gratatio (ubi alii codd. legunt gratio) crudelitatis voluptas in grassatio, quia grassatur est crudeliter saevitur. A. p. 336. n. 47. grassare (i) humiliare, ferire.

90. A. p. 335. n. 86. p. 336. n. 39. gratat, gratulatur ubi lege gratatur, quod activa forma nuspiam reperitur. cf. Serv. ad Aen. IV. 478. P. gratari, gratulari, gratum futurum sperare; grator deponens.

98. L. gravatus. P. gravare, onerare, ponderare.

99. L. ponderosam.

100. Nota voc. praegnare, quod frustra in lexicis quaeres. Gravidare ea significatione legi apud veteres probant lexica. Alia ac, quantum scio, inusitata notione profertur VIII. p. 262. gravidare, gravare, molestare, infestare. At non infitior gravida, praegnas mihi magis probari, quia voc. praegna, gravida idem repetitur.

101. L. gremium. P. gremium, sinus vestis secretum, sinum [l. sinus] vero exterius sinuatae vestis receptaculum. Ita etiam infra sedile, gremium, quia sedentes id efficiunt ac locus est sedendi, quae tamen significatio notanda est. Facile quis commoveri possit ut legat sectile, ut ex vet. Gloss. Ianss. ad Gl. Isid. profert, sectile, gremium,

**Gressutus, pedester.**
**Gumba, cuneus, cripta.**
**Grussus, setosus, pilosus, hirsutus.**
**105. Gula, gutturum, ingluvies, gurgulionem.**
**Gurges, undae impetus.**
**Guttur, gluttum.**
**Gulosus, ventriculosus.**
**Gurgens, altus locus in flumine.**
**110. Gurgutium, casa brevis, pauperis vel tabernio.**
**Gubernator, magister.**
**Gynetum, textrinum.**

arma, pluteum, ubi tamen sedile legendum est; cf. infra v. ubi eadem glossa extat. Sectile tum responderet glossa gremia I. p. 681. n. 29. gremia, siccamina lignorum, ut A. p. 336. n. 40. et 335. n. 85. Gramana, sicamina lignorum pro quo ubique lege secamina vel sicca arida et pro gremia, cremia.

102. VIII. 249. gressutus .i. magnos gressus habens, sicut manutus dicitur, qui habet magnas manus et p. 261. gressutus, magnos habens gressus, sicut dicitur et auritus et manutus et nasutus. P. gressurus [al. gressutus] pedester.

103. I. p. 681. n. 31. habet gumba, cuneus, cripa. P. gumba, cuneus; gumphus, conglutinatio, concatenatio; Ugot. gunfus, iunctura vel vinculum aliquorum corporum. Est graecorum γόμφος cf. *Π*. p. 41. compages, sudes. γομφίον; claviculus γόμφοι; maxillares gingivae. Ita lege gomphus, cuneus. Quid cripa vel cripta sibi velit, non assequor. Cuneus enim hic est idem quod sudes.

104. L. hirsutus. I. p. 681. n. 30. grassus habet; ut infra hirsutus, grassus. P. habet grussus. Ugutio grufus et gruosus. Ego retineo grassus i. crassus, quod etiam de comis densis et spissatis dici potest, ut Apul. Met. II. 24. pili mei **crassantur** in setas.

105. Gutturum pro guttur ex nullo veterum loco probare possum, etsi repetitum est v. ingluvies. Forsitan legendum sit gluttum, ut infra guttur, gluttum. Magis tamen probo lectionem: gulam, gutturem, ingluviem, gurgulionem, unde etiam accusativus gurgulionem explicetur. Gutturem vero masc. genere dictum est, ut Plaut. Aul. II. 4. 25. Etiamne obturat inferiorem **gutturem** et Mil. II. 2. 22. amburebat **gutturem.** Gutturum tum repetisse glossatorem v. ingluvies, nemo mirabitur. P. gurgulio a gutture nomen accepit, cuius meatus ad os et nares pertendit, habens viam, qua vox ad linguam transmittitur [cf. Is. Or. XI. 1. 58.].

107. ut I. p. 681. n. 49. *Π*. p. 82 gluttus, βρόγχος et gluttum κόλλα.

108. Quamquam ventriculosus in usu est, tamen per sententiam non aptum est. Itaque lego ventricola, quod quia non intellexit glossator, in adi. commutavit, eadem terminatione usus, quae in glossa est. Ventricola est ventri deditus apud August. Epist. ad Casul. 86. 12. qui **ventricolas** tamquam magnus ieiunator accusat.

110. L. gurgustium . . . taberna. **VIII.** p. 252. gurgustium, domus pauperum et rete piscatorium, eo quod in aquis gurguliones deprehendere unde in libro beati Iob: num quid implebis lagenas pelle eius aut gurgustium capite piscium illius et p. 261. gurgustium, rete. p. 264. gurgustia, domuncula, casella. VI. p. 524. gurgutia, loca tabernarum tenebrosa, ubi convivia turpia fiunt, ut habet etiam A. p. 335. n. 89. et Pap. — gurgustiolum, angusta habitatio latens Gurgutium, domus pauperis ut A. p. 335. n. 88. A. p. 334. n. 6. gurgustium, cesol (casula) n. 32. gurgustium, domus piscatoria [quod qui corruptum sit, facile intelligitur]. Emenda A. p. 336. n. 50. Gurgustium locaverna sunt tenebrosa, ubi convivia turpia ex VI. p. 524. A. p. 336. n. 49. gurgustum, taberna humilis et n. 52 gurgitium, domus pauperi (ris). P. gurgutium, cella modica, domus pauperis, casa brevissima pauperis.

112. L. gynaeceum. VI. p. 525. ginetum, textrinum. P. habet ginicium, textrinum. Is. Or. XV. 6. 3. gynaeceum graece dictum, eo quod ibi conventus feminarum ad opus lanificii exercendum conveniunt. Posteriore tempore gynaecea de textrinis publicis dicta esse docet quae disputat du C. v. gynaeceum.

# H.

1. Habenum, genus ligni.
Habetur, dicitur, fertur, agitur.
Habet, temet.
Habile, aptum, idoneum, forte, congruum.
5. Habitator, incola.
Habitor, hauritor.
Habitum, acium, gestum.
Hetedota, et haec eclogae, cantiones in carminibus.
Haec inde, haec vero.
10. Haec merces et hae mercedes.
Haec merx et haec merces, quibus honestantur naves, pretium laboris.
Haec singrafa et hae singrafe, id est cationes.
Haec vero, haec inde.
Herus, dominus vel vir magnus.
15. Haerosui, viri fortes.
Haerotes, viri fortes.
Halantes, respirantes, redolentes.
Halat, olet, oscitur.
Halips, ferrum.
20. Halitus, aura, venti vel tepor caloris.
Humatum, uncum, circumdatum.

1. L. ebenum. cf. Is. Or. XVII. 7. 36. Ebenus in India et Aethiopia nascitur. Hebenum scribitur etiam in VIII. p. 277. habenum ebur quod in Marciano reperies. Serv. ad Georg. II. 116. sola India nigrum Fert hebenum; atqui et in Aegypto nascitur sed Indiam omnem plagam Aethiopiae accipiamus. Sane et haec hebenus et hoc hebenum dicitur. Cum aspiratione in optimis Virg. codd. invenitur; cf. Wagn. Orth. Verg. p. 441. atque ita etiam profert Apul. de Asp. p. 93. ed. Osann. quem vide cf. dict. ad Apul. Apol. T. II. p. 569. P. habet: ebenus arbor in India et Aethiopia nascitur, quae caesa durescit in lapidem, cuius lignum est nigrum.

2. L. ducitur.

3. L. tenet.

4. Ita A. p. 336. n. 4. l. pro habia apta — habilia et n. 8. habiles, aptos vel leves [faciles?]. P. habilis, aptus, quod sit ad habendum aptus et compositus.

6. Quid pro habitor ponam, non habeo. Haustor emendarem, nisi idem extaret infra n. 27. De forma hauritum pro haustum cf. Dr. ad Sil. XVI. 11. Eckst. ad Voss. Arist. T. II. p. 866. et dict. ad Apul. T. I. p. 195. sq. Id tamen non intactum reliquerim, apud Pap. explicari: haurit.... audit, in quo voc. huius glossae explicatio videtur inesse, nisi hic est auribus haurire, de qua notione infra dicam.

7. L. actum.

8. L. haec ecloga et hae eclogae [vel haec eclogae, ut haec sit dictum pro hae cf. dict. ad Apul. T. I. p. 216]. Ita extat 74. hoc ambiguum et haec ambigua. n. 77. hoc diploma haec diplomata, ut hoc tema et haec temata. n. 12. haec singrafa et hae singrafe. VIII. p. 192. egloga sermo de capris, nam aegos capra dicitur. Ita etiam explicat

10. 11. L hae merces. Puto, haec glossemata confusa ita legenda esse: haec merx et hae merces, quibus onestantur n.; haec merces et hae mercedes, pretium l.

12. L. cautiones. cf. infra s. v.

14. Puto hic confusa esse herus et heros. De herus voc. cf. v. eruli.

15. 16. Ego lego heroici viri, fortes heroes. cf. VIII. p. 269. hic hero (s) i. baro, unde heroicus . . . et heroica gesta, quae fiunt de magnis viris et p. 275. heros, baro, cleonta. Is. Or. I. 38. Heroicum carmen dictum, quod eo virorum fortium res et facta narrantur. Nam heroes appellantur quasi aëri et coelo digni propter sapientiam et fortitudinem; cf. VIII. II. 98. P. heros is vir fortis aut coelo dignus. Ita VII. p. 563 et VI. p. 526. pro herosis viribus vel armis l. heroici viriosi vel acres aut herois, viriosa vel acris. Possis etiam pro haerosui emendare herculei viri, fortes ex VI. p. 336. herculus [l. herculeus] fortis.

17. A. p. 337. 18. halantes, dolorem dantes l. olorem d; cf. ad Arnob. II. c. 59.

18. L. oscitat ex P. Halare, cum aspiratione spirare, redolere, oscitare [quod est os aperire, ut halantis est].

19. L. chalyps. cf. Is. Or. XVI. 20. §. 1.

20. Verba tepor caloris ferri non possunt; nam halitus ventorum ipsi temperant calorem nec calor ac tepor sibi respondent. Itaque pro caloris legerim vapores.

21. L. hamatum uncum uncinatum ex A. p. 337. n. 2. ubi falso extat: hamatam, uncis circumdatam et n. 11. Ha-

Harundo, canna.
Hirundo, sagitta.
Herundo, avicula parva.
25. Hascae, has autem.
Hauret, implet, exinanit vel bibit.
Hauritor, habitor.
Haut, non.
Haut difficulter, non tarde.
30. Haut longe, non longe.
Haut procul, non longe.
Haut rursus, non iterum.
Heiulatus, ululatus.
Helluo, golosus, adsumptor, prodigus.
35. Herbitum, locus, in quo herbae sunt.
Hercle, vere.
Hereditas patris, bona patris.
Hereditatem consequitur, hereditatem exhistit.
Herevum, infernum, profundum.
40. Herma, castratio.

marum [tum] consertum, concatenatum; et VI. p. 526. hamata, catenata, ab eo quod sunt hami. Qui tamen hamatum explicant catenatum, errare videntur glossarii, quoniam ab ἅμα deducunt, atque ita VI. p. 526. legendum censeo ἅμα pro hami. P. hamatum, uncinatum ad modum hami plicitum.

22. L. harundo, sagitta. A. p. 336. n. 17. harundo, canno (?) p. 337. n. 33. Harundo, sagitta vel cunna pia fiunt, ubi lego: vel canna, tibia, fistula. Pro sagitta dici arundinem probat Virg. Aen. IV. 499. pro tibia s. fistula dictum est Virg. Ecl. VI. 8. De scriptura harundo cf. Osann. ad Apul. de Not. Asp. 91. et Wagn. in Orth. Verg. p. 441.

24. L. hirundo, avicula p. cf. Is. Or. XII. 7. 70.

25. L. hasce.

26. L. haurit. Pro implet, quod ferri nequit, lege videt cf. A. p. 337. n. 10. haurire oculis et auribus cf. Virg. Aen. IV. 359. ad q. l. vide Serv. et Intt. P. haurit, videt, percipit, vacuat, bibit, sorbet, audit, trahit, gluttit, ferit cf. Heyn. ad Virg. Aen. II. 600. et Serv. ad Aen. X. 314: haurit, ferit modo significat, contra quem disputat Burm. ad h. l.

28. De scriptura haut cf. Wagn. Orth. Verg. p. 423. 429. sq.

33. De scriptura heiulo cf. Osann. ad Apul. l. c. p. 95.: Heiulo aspiratur, quoniam ab hei est tractum.

34. ut VI. p. 526. L. gulosus, absumptor cf. v. gulosus n. 76. VIII. p. 276. heluo, ganeo, bibax, caupo, attibernalis [l. adtabernalis]. VII. p. 533. helluabundi, multum bibentes, ebriosi; helluatur, multum bibitur; helluantes, avide comedentes. A. p. 336. n. 19. helluo, perditus vel luxuriosus p. 337. n. 15. Helluino, gulosus, adsumptus [corr. helluo . . . absumptor] et n. 22. helluo, vorax, comedo. P. helluo, vorax, insatiabilis. De scriptura vide Apul. l. c. p. 95. Elluo aspirant plerique: sed cum ab edo indubitanter sit sumptum, aspirandum non est. Gell. II. 3. §. 3. addidisse H litteram plerisque vocibus verborum firmandis et roborandis, ut sonus eorum esset viridior vegetiorque, profert et enumerat inter alia voc. etiam helluari. Id certe intelligi potest, iam Gellii aetate hanc orthographiam solam in usu fuisse. cf. Fest. p. 74.

35. L. Herbetum. I. p. 682. n. 15. habet herbiticium l. in q. h. nascuntur. VIII. p. 277. Herbetum et herbarium, locus herba abundans. Aliud est herbitum, plantae genus de quo vide Is. Or. XVII. 7. §. 55. Herbetum factum est, ut floretum, dumentum, fruticetum, arboretum al.

36. ut VIII. p. 276.

38. L. hereditatem erciscit. cf. supra ad v. discivitum vel cernit, quod tamen minus probo cf. Varr. de L. L. VI. §. 81. Ita corrupte habet Const. hiscitur dividitur, ubi lege aut desinitur aut pro hiscitur : herciscitur.

39 L. herebum. Apul. l. c. p. 96. E. ante r. aspiramus in herebus ad q. l. cf. Osann. cf. supra v. erevum.

40. Hoc quater legitur in I. p. 682. n. 17. hernia, castratio; n. 22. hernia, castratio; herma, proditus castratus et 32. hernia, ratio [ubi lege castratio]. VIII. p. 276. herma, castratio; inde hermaphroditus, castratus. Dicitur et herma pro servo unde Sidonius: per plurimos dies ipsum hermam meum arguerim. Dicitur quoque hic hernuo pro servo. VI. p. 526. herma, castratio, ut A. p. 337. n. 18. et P. Primum vides, legendum esse ubique herma nec hernia, quod ex nostro glossemate aperte intelligitur, ubi hernia sequitur. Dein non capio, quî hernia de castrato dici possit; quia qui hernia s. ramice laborat ea de causa non eunuchus est. Ita censeo herma ab iis esse factum voc., qui de hermaphrodito cogitabant, atque ita pro herma, proditus castratus lege hermaphroditus, castr. Aliter etiam herma, quod est graecum ἕρμα, munimen, fulturam tum quodcumque vinculum significat, ita explicari possit, ut de fibula s. vinctura

Herit, coherit.
Hermafroditus, castratus, hoc est nec vir nec mulier.
Hermones, genus serpentium.
Hesperus, occiduae partes.
45. Heu, vox dolentis.
Heus, vocatio.
Hevetudo, fatuitas.
Hiantes, ampliantes.
Hiat, aperit, invadit.
50. Hiatus, fisura vel apertio terrae.
Heberna, patefactio.
Hibernat, tempora vel castra militum, ubi hiemant.
Hiberna, hiemat.
Hibernus, aut tempus aut mensis.
55. Hinc, dehinc, ex hac parte.
Hic atque inde, altrinsecus.
Hincne, in quo ergo.
Hirnia, ramea.
Hirsutus, grassus, etosus, pilosus.
60. Hirtum, hirsutum.

dictum sit, qua pueri et histriones impediebantur, quominus voluptati se dedere possent; cf. Cels. VII. 25. 3. Plura dabunt lexica. Haec altera explicatio mihi maxime arridet. De alia voc. herma notione cf. Fest. p. 74.

41. L. haeret, cohaeret.

42. ut P. VI. p. 526. h. castratus ut A. p. 336. n. 19. — A. p. 336. n. 27. Hermafroditus, qui natura compositus est, ut vir sit et femina, ut p. 337. n. 21. Is. Or. XI. 3. §. 11. alia commixtione generis ut ἀνδρόγυνοι et ἑρμαφρόδιται vocantur. Hermaphroditae autem nuncupati eo, quod eis uterque sexus appareat. Ἑρμῆς quippe apud Graecos Mercurius est; Ἀφροδίτη Venus nuncupatur. Hi dexteram mamillam virilem, sinistram muliebrem habentes, vicissim coeundo et gignunt et pariunt. cf. Gell. IX. 4. §. 16.

43. L. Haemorrhoes atque ita etiam VI. p. 526., ubi extat: hemorres, genus serpentis ex Is. Or. XII. 4. 15. Haemorrhois aspis nuncupatur, quod sanguinem sudet, qui ab eo morsus fuerit, ita ut dissolutis venis, quicquid vitae est, per sanguinem evocet. Graece enim sanguis αἷμα dicitur. Hermones habet etiam P.

45. F. p. 75. heus adverbium vocandi a Graeco αἴ venit. P. heu et heus interiectiones per h scribendae sunt. Heus adverbium interpellantis vel interrogantis, heu vero respondentis. Heu interiectio metuentis proprie, hei vero dolentis, heu dolentis vel respondentis (?) interiectio monosyllabum est vel etiam disyllabum metri necessitate.

47. L. hebetudo. P. hebitudo, stupiditas, fatuitas VIII. p. 198. hebetare, obdurescere, obtundere. Hebetatus, obtunsus, obduratus. VI. p. 526. hebeatus [hebetatus], obtusus. A. p. 336. n. 2. Hebescebat, stultus factus est; p. 337. n. 6. hebetioris, rusticioris; n. 8. haebet, traemit vel defficit (l. hebet, tremit vel deficit) ut emenda VI. p. 526. hilvet, tremet, deficiet. F p. 75. hebes, retunsi acuminis. N. Tir. habent ebetudo. cf. evetus n. 190.

48. Pl. 469. hiare aperire. Etiam active dici probant Intt. ad Val. VI. 705. Si explicatio ampliare vera est, intelligo de hominibus, qui pleno ore aliquid tollunt et clamant ut apud Pers. V. 3. Fabula seu moesto ponatur hianda tragoedo. Ceterum nota hanc voc. significationem. Non. p. 318. hiare est aperiri . . . mirari, stupere. Invadere probum est; nam hiare etiam est inhiare, vehementer rem cupere cf. Intt. ad Cic. Verr. II. 3. 4. §. 12. P. hiatus ab hio, fissura, vorago, praeruptio terrae, apertio. Hiatus proprie est omnis oris apertio, translatus a feris, quarum aviditas oris apertione monstratur.

51. patefactio pertinet ad prius gloss. hiatus; quae in gl. hibernat leguntur, ad heberna (vel hiberna) et hibernat ad hiemat, ita ut hiberna non habeat glossam. Hibernum absolute pro hiberno tempore dicit probat du C. p. 737. v. hybernum. Nota voc. hibernat, quod in nullo glossario inveni praeter VIII. p. 277. hiemare, in hieme demorari, quod et hibernare dicitur.

58. ut I. p. 682. n. 28. L. hernia, ramex, de quo voc. v. Cels. VII. 18. fin. Praeter haec atque integris tunicis ramex innascitur; κιρσοκήλην Graeci appellant, venae intumescunt. P. hernia, ramea, ramex, quorum prius aperte falsum est.

59. cf. supra v. grassus et l. setosus. VI. p. 526. hirsiti, hirsuti, quod nota, nisi hic legendum est hirti. hirsutum villutum, quod Mai. ex italica voce il velluto defendit; at villutum legendum est, nec vellutum, ut alii apud Fest. p. 28. belutus, bestiae similis scribere volunt. Nam vellutum nulla ratione per analogiam defendi potest. Quae enim in utus desinunt adiectiva, aut a supino verborum formantur ut cinctutus, versutus aut ab substantivorum radicibus, ut cornutus, nasutus.

Hiscere, detinere vel loqui.
Hiscit, aperit, patefacit.
Hiscinet, ipsius autem.
Hiscit, patescit, aperitur.
65. Hiscitur, dividitur.
Hisco, os aperio.
Hispida, seticosa, spinosa, pilosa.
Hispidus, squalidus.
Histispices, ligna vel fustes.
70. Historia, rei praeteritate.
Historicus, qui istoriam fecit.
Histrex, quadripes, spinosus.
Histriones, saltatores scenici.
Hoc ambiguum et haec ambigua subaudis ut negativa.
75. Hoce, hoc autem.
Hoccine, hoc vero.
Hoc dipluma, haec diplomata, sicut octemata et haec temata; est autem diplum a duplicatio.
Hoc planetum, a plano.
Hodie, postridie.

Ita recte belutus scribitur et hic villutus a villus, qui floccus est. Belutus s. Bellutus igitur scribendum puto apud Asc. in Cornel. T. V. p. 2. p. 76. Or. Nomina duorum, qui primi creati sunt, haec traduntur: L. Sicinius L. F. **Bellutus.** Apud Liv. II. 33. §. 2., uti lexica volunt, cognomen non legitur. Ita etiam apud Is. p. 671. n. 20. pro bilvus, morbus bestiarum emendo belutus, moribus bestiarum [similis] et *II.* p. 90. *θηριώδης*, beluus, efferus aut in beluinus, quod post sequitur, aut in belutus emendo. Nam adiectiva in uus formantur fere omnia a verbis, ut viduus, arduus, assiduus, mutuus, irriguus, caeduus, perpetuus, menstruus al. aut cum a substantivis formantur, habent, ut cetera, manendi et durandi significationem. Beluus igitur et vellutus ex lexicis expellantur. Hirsutum ab inusitato voc. hirtus ducendum puto aut hirsus, unde etiam hirsi et hirsiti defendi possit [ut auritus al.]. VI. p. 526. hirsutus, capillis concretis. A. p. 337. n. 16. Hersutum, drustum pilorum [pro drustum forsitan lege hirsitum vel hispidum]. Is. Or. X. 117. Hirsutus ab eo quod sit hirtus et pillis horridus. Altera forma est hirtus cf. VIII. p. 271. Dicimus etiam **hirtus** pro hirsutus per syncopam. VI. p. 526. hirtus, asperatus, quod mihi non probatur, quamquam idem extat in P. hirsi, hirsuti, hirsutus, asper, villosus, setosus, pilosus, dictus quod sit cett. hirtae aures, hirsutae, pilosae, setosae. Hirtus, sonitus [l. setosus]. Pro asperatus ego lego asper setis et ita inter hirsutus et asper interpono setis. A. p. 337. n. 30. hirsi, hirsuti.

61. I. p. 682. 25. h. desinere. VIII. p. 274. hisco, cii verb. neutr. hiare ut 277. VI. 526. h. desinere et hiscit, incidit ubi lege hiare incipit cf. infra; Non. p. 120. h. est proprie loqui. Serv. ad Aen. I. 123. Hiscere, aperire. III. 314. hiscere est hiare nec loqui posse, vel hisco, hic loquor. P. h. os aperire, loqui, fundere [l. findi v. findere] hisci, aperui; hiscit, vix loquitur, eo quod velit loqui et non possit, quasi hiare incipit. *II.* p. 85. hiscere *κεχηνέναι, ἐπιχειρῆσαι, λαλῆσαι.* Explicationem desinere equidem non capio, unde Graev. apud Is. voluit legi: herciscere, dividere. Hiscere neutro adiectivi addito habet Ov. Met. XIII. 231.: Telemoniades . . . **hiscere quidquam** ausit, nec tamen ea significatione, qua hiscit hic explicatur, pro aperit. Pro hiscitur aut lege herciscitur, dividitur aut pro deviditur: desinitur. Aut etiam emendari possit in h. gl. hiscinere, ditinere ut est in Pap., sine dubio corruptum ex distinere.

63. L hiscine, ipsis autem.

67. 68. Pl. hispido, truci, horrido. VIII. p. 276. h. hirtus, hirsutus, scarrosus, hirsuticosus, verrucosus, tuberosus, ruderosus, pupulosus, inaequalis, spinosus. VI. p. 526. h. pilosum, retrosum, squalitum (l. setosum). Serv. ad Aen. X. 210. hispida, horrida, setosa.

69. De hoc glossemate nihil habeo, quod dicam.

70. L. narratio rei praeteritae ex P. h. narratio rei gestae, per quam ea, quae in praeterito facta sunt, dinoscuntur.

72. A. p. 337. n. 28. histrix, quadripes sp. I. Or. XII. 2. 35. histrix, immite animal in Africa erinacii simile vocatum a stridore spinarum, quas tergo laxatas emittunt, ut canes vulneret insequentes.

73. A. p. 336. n. 26. h. saltatores vel praesiti meretricum (l. praepositi ut VI. p. 526. et A. p. 337. 29. h. praepositae meretricum). P. histrio vel historio, scenicus saltator, ioculator. Histriones sunt, qui muliebri indumento gestus impudicarum feminarum exprimebant; hi etiam saltando historias demonstrabant; cf. Is. Or. XVIII. 48.

77. L. h. diploma . . . . hoc tema et . . . . diploma. cf. supra v.

79. L. postpridie et cf. infra. P. hodie pro ozie (?) Nam antiqui ozie

80. **Hollitor, hortucula.**
**Holus, holera.**
**Homulus, homo brevis.**
**Honesta, opulenta.**
**Honestus, decens, egregius.**
85. **Honorificentia, reverentia.**
**Honorificus, munificus.**
**Honus, saburra.**
**Honustus, gravatus vel gloriosus.**
**Horripilatur, horret.**
90. **Horror, terror,**
**Hortatur, instigat, cogit.**
**Hoscine, hos vero.**
**Hospis, pereger.**
**Hostes, perduelles.**
95. **Hostia, victima.**
**Hostilis, ab hoste.**
**Hostispices, auruspices.**
**Hostit, equat, adplanat.**
**Hocusque, actenus.**
100. **Huitne, usque hic.**
**Huiuscemodi, huius modi.**
**Huiusque, huius vero.**
**Humaniter, liberaliter.**
**Humidum, roscidum, ubidum.**
105. **Humiliavit, dominavit, subnexit, subiecit.**
**Humilis, ignobilis vel submissus.**
**Hymeneos, nuptias.**

dixerunt. Hodie .i. hoc die et pro semper [σημερον?] ponitur.

80. L. horticola ex I. p. 682. n. 29. Pl. p. 469. holitores, holerum distractores (i. venditores) ut A. p. 338. n. 8. holitor, venditor holerum. VIII. p. 274. holus . . . . holitor holerum custos (l. cultor) ut p. 276. holitores, holerum cultores. Ita emenda VI. p. 526. holitor, horticula in holitor horticola. A. p. 337. n. 36. holitor hortulanus. P. habet halitor fortis vel olerum cultor, ubi l. holitor horti vel ol. c. De scriptura holus cf. Apul. de Orth. p. 106. Olus plerique aspirant, sed sive ab oleo vel olo venit, sive ab olla, ut quibusdam placet, merito caret aspiratione ad q. l. vid. Osann., et cf. Wagn. in Orth. Verg. p. 442. Corrupta est glossa A. p. 337. n. 32. holus totus vel ortulanus.

82. cf. VIII. p. 266. (ab homo) homulus et hic homululus et hic homullus; homulus parvus homo; cf. Prisc. VIII. 6. T. I. p. 131. Krehl. P. inde deminutivum homuntio, homunculus, homulus, homullulus, homunicionaster.

83. cf. Ascon. in Verr. II. 1. 47. §. 123. (p. 193. Or.) an vetuste honos pro magnos, **honestos** pro divitibus posuit; cf. Gasp. Barth. Gloss. ex Hist. Palaest. honestus equus, splendide, optime ornatus et instructus et honestae copiae ibid.

85. VIII. p. 277. h. honorabilitas. *II.* p. 85 honorificentia, τιμιότης, ἐπιτιμία.

86. 87. L. onus et onustus. Praeterea vides, honustus et honestus esse confusa.

89. I. p. 682. n. 30. Apul. Met. III. c. 24. aures **horripilant** auctibus. *II.* 85. horripilatur, ὀρθοτριχεῖ et horripilo ὀρθοτριχῶ.

93. Retine pereger, de quo dicam ad h. v. cf. VIII. p. 272.: hospes, quod binae invenitur significationis; nam dicitur pro eo, qui receperit et pro eo, qui recipitur ut P. hospes est et qui venit et ad quem venitur ad hospitandum.

94. P. hostiae apud veteres sacrificia dicebantur, quae fiebant devictis hostibus, aut antequam in hostes pergeretur. Hae et victimae dicebantur. Hostia sacrificium, quando ad hostes ibant, victima cum redibant hostibus victis. A. p. 336. n. 24. h. de quo sacer [l. de qua sacerdotes] partem habent. p. 337. n. 36. hostia, quod deum placat. Aliter explicat Fest. p. 76.

97. L. aruspices ut A. p. 337. n. 34. et VI. p. 527. et cod. 7641.

98. ut I. p. 682. n. 31. et VI. p. 527. [ubi perperam hostiat est] et ita emenda A. p. 337. n. 36. hostire aquare in aequare et n. 35. hostita, aequat ad planum in hostit, aequat, adplanat. VIII. p. 271. hostia, ivi, tum aequare verb., unde Plautus: quin promitto hostire contra, ut merueris et p. 277. hostire, aequare. P. habet hostita, aequata, planata, quod corrige, ut in nostra gl. est. Fest. explicat ferire p. 76. et Non. p. 121. hostire est comprimere recedere [l. recellere?] et . . . hostire offendere cedere (ubi l. ledere i. laedere). cf. Serv. ad Aen. II. 156.

100. L. hucce . . . usque huc vel huccine.

104. L. roscidum, uvidum.

105. L. submisit cf. dominavit. Nota hanc significationem, quam in nullo adhuc lexico et glossario inveni, cum sit semper deprimere. De forma dominavi dixi ad h. gl. n. 383.

# I.

1. Iacens, iactatus, iactus.
Iacentia, subsiciva, reliqua.
Iactantia, superbia.
Iacturis, damnis, detrimentis, dispendiis
5. Iactus, iacens, latus.
Iaculum, missile hasta vel gessum.
Iam tantem, iam dudum.
Ianitor, ostiarius.
Ianuae, fores, ingressus vel valvae.
10. Ibam, pergebam, ambulabam.
Ibi, ambulavi vel illuc.
Ibimus, perreximus.
Ibit, iit, ambulavit.
Icenisma, imago, sine pectore.
15. Ictus, percussus vel colafismos.
Idcirco, ideo ocio.
Idem, adverbium est temporis, quasi iterum.
Idemtidem, iterum atque iterum.
Ideo, atque, atquin, idcirco.
20. Ideo magis, eo magis.
Ideo minus, quo minus.
Id est, hoc est.
Ideota, imperitus, ignarus, nescius.
Idoneum, probum, aptum.
25. Iecit, misit.

2. cf. ad v. subsiciva et ita l. I. p. 682. 47. pro iac. subciva. cf. du C. v. Dicitur de fundis inter colonos indivisis; quae reliqua erant. Iacent enim, quae sunt sine possessore, teste Papin. 37. 3. 3.

3. VIII. p. 283. Iactare dicitur pro vantare, et inde venit iactanter adv.... iactantia, ubi nota voc. vantare, quod Gallorum est vanter. Non. p. 328. iactare, ambitiosius gloriari. Is. Or. X. 129. iactans vel arrogans est, qui maiorum institutis non acquiescit, sed propriam quandam iustitiae viam et sanctitatis inquirit. cf. Serv. ad Aen. I. 102. iactanti, inaniter loquenti et ad I. 140. nam iactare ad gloriosum pertinet, quoniam qui sunt in aliqua re gloriosissima, motu quodam et incessu corpus suum iactant. P. iactare, frequenter iacere, spargere, gloriari, fatigare, extollere, cum superbia dicere. Iactantia, arrogantia, superbia.

4. cf. VIII. p. 289. iactura, damnum, superstitio (ubi lege interstitio. cf. supra v. dispendium).

8. VIII. p. 285. ianitor, qui observat ianuam, et p. 289. ianitor, portitor, ostiarius, ianuator, atriensis, hostitor, patigiarius. A. p. 342. 4. ianitor, portarius. P. ianitor, ianuae custos.

11. Confusa sunt ibi et ivi. Ceterum cur illic pro illuc emendes, non est, quod ibi pro eo non raro dicitur; cf. Hand. Tursell. III. p. 165. dict. mea ad Apul. T. I. p. 228. et p. 600. ibi memet abiicio.

12. 13. L. ivimus et ivit.

14. L. iconisma, imago, facies, pinace. VI. p. 526. iconisma, figura vel imago. VII. p. 563. iconia, imago et icosma (l. iconisma) imago. A. p. 340. n. 2. iconisma, imago, figura et cf. infra imago. Pro pinace rectius legitur pinax vel pinacis. P. icosma, figura. VIII. p. 291. iconia, imago, effigies, staticulum; iconisma, stigma. P. icon. gr. imago; icones, imagines; iconia, imago. Ita corrige A. p. 280. n. 1. conisma, picta imago in iconisma.

15. L. aut colaphos aut colaphizatus, ut lego *II*. p. 108. *κολαφίζομαι*, colaphizor pro colaficor, de quo voc. vide du C. p. 425 H. VIII. p. 287. icire, percutere: inde ictus percussus, unde Homerus: Icta petit coelum terris Cytherea relictis; et 290. icire, percutere ictuare, depuere, percellere, vapulare, ferire.

16. L. ac ergo [ex compendio $\overset{o}{g}$} vel propterea [ex compendio ꝑꝑu].

17. In eo errat glossator, putans item vel idem temporis esse adverbium. Ceterum idem pro item dici probat Hand. Turs. T. III. p. 520. seqq. et item pro iterum poni efficiunt loci, quos affert p. 522.

18. ut A. p. 340. n. 32. VIII. 288. identidem, item. Augustinus de Civitate Dei: nunc in deos eorum identidem auctores et p. 290. id. item itidem. Plautus tardus illico coepi esse cum respecto idemtidem. VI. p. 527. identidem, ipsum [l. idem ipsum]. Prisc. T. I. p. 551. identidem i. idem et idem. ut habet etiam P.: identidem idem ipsum vel iterum vel ipse ille iterum atque iterum, crebro.

19. De explicatione atquin equidem haereo.

21. L. eo minus.

23. L. idiota; cf. A. p. 340. n. 3. idiota, ignota, ubi l. ignotus; nam ignarus et ignotus idem aliquoties esse probavi ad Apul. Met. T. I. p. 613. igna-

Iectus, percussus.
Iesteros, stella matutina.
Igitur, ergo vel inde.
Ignavus, inscius.
30. Ignavus, nescius, ideota.
Ignearius, ignem continens.
Ignobilis, sine dignitate
Ignominia, infemina, turpitudo.
Ignoti, obscuri.
35. Iit, ibit, ambulavit.
Ilarem, serenum, vegetum.
Ilarior, gratior.
Ilaris, laetus, in vultu obens, gaudens.
Ilaritas, trepudium, laetitia.
40. Ilicet, scilicet.
Ilico, statim, mox, continuo.
Illa, illa vero.
Illi, olli.
Inlustris, inclytus, nobilis, gloriosus.
45. Imago, iconisma, pinace.
Imbuere, initiare, inchoare.
Imbuit, initiavit, inquoavit.
mbutus, institus, instructus.
Imfula, quo utuntur magni et sacerdotes.
50. Imfula, vita sacerdotis.
Immolat, mactat.

ramque me ducebat viam. Non. p. 38. Is. Or. X. 143. idiota, imperitus, Graecum nomen. cf. Intt. ad Gell. I. 2. §. 6., quos idiotas et rudes vocas.

26. L. ictus.

27. L. fosforos s. phosphoros. cf. P. fosforos, stella matutina, lucifer.

29. L. ignarus. cf. v. expers et n. 30. l. idiota.

31. L. igniarius ex I. p. 683. n. 50.; atque ita lege apud Marcell. Emp. 38. 14. Lapidem igniarium, ubi alii volunt ignarium. Nam petendum est voc. igniarius non ab ignis sed ab ignio. cf. Oud. ad Apul. Met. p. 600. ed. m. Ignarium et ignearius habet P. illud explicans: unde ignis excitatur, hoc: ignem continens.

33. L. infamia. VIII. p. 292. ig. obproprium dedecus, improperium, flagitium, iniuria, iniuriamen. cf. Non. p. 24. et Is. Or. V. 27. §. 25. ig. eo quod desinat habere nomen honestatis is, qui in aliquo crimine deprehenditur. Dicta est autem ignominia, quasi sine nomine, sicut ignarus, sine scientia, sicut ignobilis, sine nobilitate.

35. L. ivit.

36. hilaris etiam de rebus dicitur, quae vegetiore et laetiore sunt aspectu; ut Plin. N. H. VII. 11. Marmor Lacedaemonium viride cunctisque hilarius et XIV. abies prolixior, materie mollior, arbore rotundior atque hilarior in totum.

39. L. tripudium.

40. ut A. p. 340. n. 8. VI. 527. ilicet, interire, velociter. ilicet velociter [ubi puto ilicet et ilico mutata esse et pro interire legendum licet ire]. Fest. p. 78. ilicet, sine dubio, ad q. l. vide Intt. p. 454. Forsitan tamen in Gl priore pro interire legi possit interiit, quod nostrum est es ist aus; actum est, post quae voc. saepius apud comicos reperitur; cf. Hand. Tursell. T. III. p. 200. Ilicet et illico iam apud veteres significatione commutata esse probat Serv. ad Virg. Aen. II. 224. quocum cf. Donat. ad Terent. Phorm. I. 4. 31. Contra eum agit Charis. p. 180. cf. Hand. l. d.; cf. etiam Serv. ad Virg. Aen. II. 758. ilicet, confestim. III. 216. ilicet, ire licet significat. et VIII. p. 223. potest illicet accipi pro igitur aut continuo. De notione scilicet cf. Hand. l. c. P. illicet actum est, sine dubio, continuo, scilicet.

47. L. inchoavit s. incohavit [de qua scribendi ratione cf. Serv. ad Virg. Georg. III. 223. et quos citavi ad Apul. Met. T. I. p. 900.]. cf. Non. p. 324. imbuere est initiare. Apertissime Serv. ad Ecl. I. 8. imbuere est proprie inchoare et initiare. P. imbuere instruere, intimare [enceniare] incipere, initiare. Imbutus doctus.

49. 50. Magni sunt magistratus et nobilis; pro vitta lege vitta. I. p. 683. n. 34. infula sacerdotalis vitta et administratio iudicialis. Pl. p. 483. infulae sunt ornamenta omnium honorum et dignitatum et equorum ephippia sive freni aliter epithia unde P. inf. ornamenta honorum et omnium rerum et equorum phippia s. freni. VIII. p. 286. (ab infra) infula casula vel puellarum flammeum [de v. casula cf. du C. s. v. et T. III. p. 829. v. infula] 290. infula casula vel mappa. VI. p. 527. incultu [l. infulae] vitae [l. vittae] sacerdotum. A. p. 338. n. 32. infula, vita quaedam dignitatis, quo utuntur manichaei [l. magni]. Varro de L. L. VII. 24. dictas apparet infulatas hostias, quod velamenta, his e lana quae adduntur infulae. Fest. p. 83. infulae sunt filamenta lanea, quibus

Immolor, delibor vel sacrifico.
Impedit, perpedit.
Imperator, induperator vel summus sacerdos.
55. Imperitat, imperat vel iudicat.
Imperitate, frequenter imperitat.
Imperitus, ideota, ignarus.
Impie loquitur, impetrat, consequitur, accipit, infamat.
Impetus, impetigo, summotus, acto citatus.
60. Impotens, depotago.
Impostura, impotentia elatus.
Imus, fraus.
Imus, altus, profundus.
Impius, novissimus, notissimus.
65. Inabstinent, inreligiosus.

sacerdotes et hostiae templaque velantur. Is. Or. XIX. 30. §. 4. inf. est fasciola sacerdotalis capitis alba in modum diadematis, a qua vittae ab utraque parte dependent, quae infulam vinciunt. Unde et vittae dictae sunt quod vinciant [quae repetit P.]. Infula autem plerumque tortilis, plerumque lata erat de albo et cocco. Quia vero infulis hostiae obvelantur, hostiis autem dii propitiantur, non dubito, quin verum sit. I. p. 683. n. 15. glossema: infulat, propitiat, ubi cum Graevio legi infulis ornat cur necesse sit non intelligo.

52. L. sacrificor.

53. Itaque non corrigendus est locus apud Non. v. attendere p. 238. Accius Diomede: si unquam **perpediar** gnato, ubi alii praeferunt praepediar, et ita infra perpedimur, sustinemur vel conligamur.

54. Nota imperatorem pro summo sacerdote dici, quod novum est, nisi forte confudit glossator cum titulo regis, quem summis pontificibus inditum esse constat. P. dicit: imperatores apud veteres dicebantur, qui in numero praeerant Ita etiam Ennius apud Cic. de Div. I. 48. §. 107. Romulum nominavit induperatorem. De voc. induperator infra dicam.

56. L. imperitat, frequenter imperat.

57. Apertum est, hic duo glossemata inter se mixta esse ac legendum impie loquitur, infamat — impetrat cons. acc..

59 Haec et sequentia glossemata confusa sunt. L. impetus, vis metus, sollicitatio et impetigo — depetigo, vel summotus ad aliud pertinet et lege impetix, impetigo, depetigo, ut est VIII. p. 291. impetigo, pupula in corpore, qua et hyrna dicitur et impetix; et impetiginosus hyniosus (hyr.) pupulosus, verrucosus, inaequalis. Is. Or. IV. 8. 6. Imp. est sicca scabies, prominens a corpore cum asperitate et rotunditate formae. Hanc vulgus sarnam appellant. P. impetigo, sicca scabies, prominens cum asperitate rotunditate formae et membrorum decorem foedat.

60. impotens, impotentia elatus. Pl. impotens, impos vel sine potentia; interdum praepotens ut Pap.; VI. p. 527. impotens, plus quam potens; et A. p. 341. n. 26. impotest pro potentia elatus, ubi lege impotens, prae pot. Serv. ad Aen. I. 502. Sunt enim multa, quae pro locis intelliguntur, ut impotens et satis et minus et nihil potens; cf. dict. mea ad Apul. T. I. p. 871.

61. impostura, fraus. VIII. p. 291. impostura, perversitas, fraus, stropha, tegna (sc. techna) alterplicitas, factio, dolus [de voc. factio cf. supra factiosus n. 25.] et impostor, perversus, contrarius, oppositus (quas glossas ex interpretamento v. perversus male intellecto exortas existimo) impostus; Statius: mens cunctis imposta manet. A. p. 342. n. 22. impositura (l. impostura) circumventio et p. 341. n. 69. pro imposteras faces l. aut imposturas, fucos aut fraudes; P. impostura, fraus quasi superimpositura.

63. 64. Hic duo vocabula confusa esse mihi videntur imus et intimus. Imus enim novissimus .i. ultimus significare potest, notissimus tamen quantum equidem video, nunquam. Hoc est intimus, ut infra dicam, quamquam scio, in aliis glossariis item peccari. Priore notione imus mensis ab Ovid. Fast. II. 52. Februarius nominatur, quia novissimum agmen ducit. Eodem errore, ut supra dixi, infra notissimus explicatur novissimus; contra communem sensum; quia id quod novum est nec antea cognitum, omnibus notum vel notissimum esse non potest. Ita erat, cur ibi narissimus legerem, quod commutatum in novissimum, peccandi occasionem dedit. At vide infra v. notissimus. Hanc glossam du C. non habet. P. imus, novissimus, infimus, extremus, minimus.

64. impius, inreligiosus.

65. L. inabstinenter, impatienter ut corrige I. p. 683. 4. pro inabstinentes, impatientes. Quod illud praefero causa est, quod bis inabstinenter legitur n. 259. et idem in VI. p. 527. repetitur. Impatiens hic est impotens, qui suis libidinibus temperare nequit. cf. Intt. ad Ovid. Met. XIII. 3. Kopp. ad Martian. Cap. I. §. 7. p. 26. Ita dixit Apul. Met. II. 26. **impatientiam** Veneris Fotidi meae monstrans, ad q. l. vide dict. mea et X. 3. **impatientia** furoris al-

Inaccessibilia, impatienter.
Inedia, invia, aspera.
Inaedias, fame, iegunia vel tenuitas.
In affectione, fastidium, dispectatio, superbia.
70. Inanimum, in voluntate.
In aspectum, in mentem.
Inanem, inanis, inperspicum.
Inauspicatur, casum, sine causa, vacuum.
Imbelles, vacuus, fribuus.
75. Incassum, sine requisitionem.
Incautus, qui pugnare non possunt.
Incelebrus, fallax, incipiens.
Incelebre, desertum, desolatum.
Incendium, {ur.
80. Incensere, inritare.
Incedit, ingreditur.
Incenia, dedicationes.

tius agitata. Nota voc. inabstinens, quod vix alibi reperias.

66. L. inacc. invia, aspera. A. p. 341. n. 32. inbrevia, inaccessibilia, ubi lege invia, avia, inacc. vel invia, devia.

68. L. inedia fames, ieiunia vel ieiunitas. Nota primum ieiunia pro fame plurali tantum dici, quia qui magna fame vexatur, saepius ieiunus fuit. Haec probant exempla, quae ex Ovidio lexica afferunt, ut Met. IV. 263. **ieiunia** pavit V. 534. **ieiunia** virgo Solvere (cf. Fast. IV. 607.). XI. 370. **ieiunia** curat . . . finire. XV. 83. sedant **ieiunia** et 95. placare ... **ieiunia** ventris cett. Tenuitatem quamquam scio dici posse ieiunitatem in oratione quae exilis et sine suco est, tamen inedia id significare mihi non persuadetur, unde pro tenuitas emendavi ieiunitas. At ne quid dissimulem, tenuitas ferri potest, si probas glossam VIII. p. 292. inedia, penuria, inopia, indigentia, calamitas. Inaedias, quod tum legitur, ex errore glossatoris profectum aliquando putavi, cum taedium legendum esse vel taedia et ex interpretatione appareret et ex scriptura; quod primum inedia tum inaedia extat. Nunc vero probo; quia etiam habet P, inedia, fames, vel ieiunium, tenuitas, fastidium, stupor dentium, quia is qui edere non vult, fastidit. Despicatio tum a glossatore additum est. Ceterum nota voc. despectatio significatione contemnendi, cum tantum alibi de actu deorsum videndi dicatur, nisi forte praefers coniecturam despicatio, quod Cic. de Fin. I. 20. pro contemtione dixit. Taedium vero contrarium est inediae, quod satietatem exprimit cuiuscunque rei.

69. in affectione, in voluntate.

70. L. inanimum, inertem, ut infra n. 236. De significatione vide Drak. ad Sil. V. 5. p. 242. Ita Sen. N. Q. V. 15. §. 1. dicit: conceptus aquarum **inertium** vastos et Arnob. I. 38. qui ab **signis inertibus** atque vilissimo formatis luto; cf. dict. mea ad Arnob. p. 184.

71. inaspectum, inperspicuum, quam interpretationem nota. Inperspicuus enim est obscurus; inaspectus: non conspectus.

72. inanem, cassum, sine causa, vacuum et inanis, vacuus, frivolus. Sunt igitur duo glossemata.

73. L inauspicato, sine requisitione .i. sine inquisitione et indagatione voluntatis divinae; ut P. inauspicato, sine requisitione, ex improviso.

74. L. imbelles q. p. n. possunt. VIII. p. 291. imbellis, sine bello et inbellia, debilitas.

75. Incassum non habet glossam. VI. p. 527. incassum, inane, pervacuum, infructuosum, inaniter; cf. Isid. Or. XIX. 5. §. 4. incassum dicimus i. sine causa, quasi sine cassibus, sine quibus venatio inanis est (cf. Serv. ad Georg. III. 371.). P. incassum, irritum, frustra, infructuosum, sine causa.

76. Etiam incautus non habet interpretationem.

77. L. inlecebrus, fall. decipiens, ut supra v. fallax. Hoc voc. alibi non invenitur, licet illecebrare extet, a quo formatum esse potest illecebrus, ut vivus a vivere alia. Illecebrosus exemplis probari potest. P. illecebrosus, fallax insidiosus.

78. cf. VI. p. 527. incelebre, desertum.

79. Quid pro ur substituam non habeo Repetitur in seqq. v. ur. Forsitan legere possis incendio uro. Verbum incendiare apud postremos scriptores in usu fuit, ut incendiarium cf. du Cang.; aut emenda ustrina, quod voc. pro incendio dici probabo infra v. ur.

80. L. incendere. cf. Intt. ad Virg. Aen. IV. 260. desine meque tuis **incendere** teque querelis, vel incensare ut VIII. p. 291. incensare incendere; irritare, incitare, commovere.

82. L. encaenia. A. p. 338. n. 16. incaenio (a) novae aedificationes

Incentium, inritamentum.
Incendium, dubium, ambiguum.
85. Incertus, nothus, nutabundus.
Incessere, proficere, ambulare.
Incessit, incuravit.
Inceste, incontaminate.
Incestum, crimen cum parentibus commissum.
90. Incestum, concubitum inlicitum.
Incestus, sanctimonii vexatio in sanctis.
Inchoavit, coepit, emitavit, initiavit.
Incipere, adgredi.

August. Tract. in Ioann. 84: quando novum aliquid fuerit dedicatum, encaenia vocantur et VIII. p. 193. encaenia, dedicationes. P. encaenia, initia vel novi templi dedicationes.

83. L. incentivum. I. p. 683. n. 39. incentiva, aculei vitiorum. VIII. p. 293. incentivum, incensio. VI. p. 527. incentiva, cupiditatis ignaria (ubi lege igniaria). A. p. 341. n. 31. incentium, cupiditas, intrimentum (ubi l. incentivum c. inritamentum); et n. 60. incentiva, incitamenta. Hac significatione voc. apud scriptores ecclesiasticos potissimum in usu est; cf. du Cang. P. incentiva, desideria carnis, stimuli luxuriae, ab incitando dicta, qua tamen in re, ut saepius, errat, quod ab incinere petendum esse voc., quisquis videt. P. incentivum, irritamentum, aculeus carnis, cupiditas vitiorum.

84. 85. L. incertum, d., amb.

86. Etsi facilis est emendatio incedere, tamen mihi persuadere non possum, ut comprobem. Incessere enim apud Stat. Theb. XI. 361. tecta incessentem eandem habere videtur significationem, ubi tamen Eutych. H. 14. incessantem in codd. legi ait. Ceterum non capio, quî viri docti tam leviter de hoc verbo iudicare potuerint, dicentes, frequentativum esse verbi incedere. Quod quamquam non nego, tamen frustra analogiam quaero. Nam quae in essere extant intensiva, a praesenti vel a radice verbi formantur, ut a lacio: lacessere: a capio: capessere, a peto: petessere (cf. Fest. p. 196.), a facio: facesso, ab accire: accessere s. arcessere al., ita ut ab cedo proprie non fiat cessere vel incessere sed incedessere ut ab incipere — incipessere. Hoc primum notandum est, contra regulam hoc iterativum esse formatum. Tum mihi quidem non improbabile est, si quidem deduci potest ab incedo, frequentativam tantum habere posse voc. incedere significationem, ut ambulare ac pergere notare queat.

87. L. incessit, incursavit (ut habet etiam cod. 7641.), de qua emendatione non est, quod fusius dicam. Fest. p. 80. incessere, inmittere ac iactu vel verbis petere; et Serv. ad Georg. IV. 68. incessit, ingruit, invasit. P. incessere, inquietare, redarguere, accusare. Incessit, invasit, ingruit.

88. L. contaminate, ut per se apparet cf. infra n. 121.

89. Pl. p. 471. incestum ... ab eo, quod est incastum venit. Cestum dicunt zonam pelliceam Veneris, quae legitimas nuptias ligat. Si quis ergo alieni legitimique matrimonii iura violaverit, incestum dicitur admisisse .i. quasi castitatis vinculum zonamque Veneris violasse. A. p. 338. n. 10. incestus, coitus sanguinis (i. consanguineorum) p. 340. n. 51. incessum crimen impiae commissum sorore aut filia aut cognita quae corrige e P. 341. n. 34. incestum, sanctimonii vexatio vel crimen impie c. cum sor. a. f. a. cognata et n. 65. intestare (l. incestare), contaminare, conmaculare; p. 342. n. 31. incesteum (?), iniustum, iniquum; n. 61. incestus, adulter. Non. p. 461. incestum usu dicitur flagitium in affines admissum. Is. Or. V. 26. §. 25. incesti iudicium in virgines sacratas vel propinquas sanguine constitum est. Qui enim talibus commiscentur, incesti i. incasti habentur. Serv. ad Virg. Aen. VI. 150. incestat, polluit, et incestum est quaecunque pollutio. Cod. R. 7684. incestare, despuceller .i. violer corrompre nonain ou sa parente ou vierge. P. incestus, ius in virgines, in viduas sacratas vel propinquas constitutum est; dictum est autem quasi incastum. Nam pellicia Veneris, quae legitimas nuptias ligat: si quis igitur legitimi matrimonii iura violaverit, incestus dicitur.

92. Ego emendo encaeniavit i. initiavit pro emitavit, quod falso etiam supra v. coepit legitur. cf. P. encaeniare, novum aliquid inducere et Cod. R. 7684. encenio, commencer ou de nouvel exercer ou vestre estrener. Habet etiam August. Tract. in Ioann. 84. Iam et usus habet hoc

Incides, gravida.
95. Incipit, orditur, occipit vel provocat.
Incippat, inludit.
Inciso, derecto.
Incitatio, inritatio, festinatio.
Incritatus, iratus, irritatus.
100. Inclinat, vergit.
Inclinata, divora.
Inclinate, proclive, cunae.
Inclinis, incubens.
Inclusus, detrusus.
105. Inclutus, inlustris.
Inclitum, nobilem, semper clarum.
Incola, habitator.
Inconsultum, incogitatum.
Inconspicuum, obscurum.
110. Incoma, mensura militum.
Incolit, praeponit.
Incolomes, sanos.
Incommodum, danum.
Incommodis, inutilis.
115. Incontempti, incompositi, inexpositi.
Inconcussa, incontaminata.
Incongruum, turpem, indignum.
Inconsuetus, desuetus.
Inconplexum, incomprehensibilem.
120. In consultando, in consilio habendo.
Incontaminata, intacta, inlibata.
Inconstans, animo debilis, instabilis.
Incrementat, crescit, initiat.
Incrementum, augmentum.

verbum: si quis nova tunica induatur, encaeniare dicitur.

94. L. inciens. Pl. p. 476. inciente, innitente, pariente a ciendo et invocando proximos quosque auxiliatores. Fest. p. 78. v. gravida...... inciens, propinqua partui, quod incitatus sit fetus eius. P. inciere, parere, initi a ciendo et invocando proximos.

96. cf. I. p. 682. n. 49. et p. 683. n. 51., ubi perperam intudit extat, ubi la Cerda emendat: incippat, includit, καταστηλιτεύει ut P. incipare [nam cipus scribebant veteres], involvere. Haec probo, quamquam infra repetitum est: inludentes, carinentes, incippantes. Cippus, quocumque te convertis, cum hac significatione convenire non potest.

97. L. disecto.

99. L. incitatus.

101. L. clivosa; cf. supra v. clibora et inclinatae, proclivae, pronae vel clivosae. Proclivus quamquam rarior est forma, tamen extat, ut Lucret. VI. 728.

103. L. incumbens ex I. 683. n. 52.

104. Detrusus potest probari, quod de iis utrumque dicitur qui in carcerem deiecti et inclusi sunt, ut supra v. detrusus, ubi vide.

105. 6. L. inclutus, inl.

107. Pl. p. 473. incola dicitur, qui aliquem locum ad se pertinentem incolit. VI. p. 527. inc., advena, peregrinus vel colonus. Perversa est glossa A. p. 342. n. 23. incola, non laborans, non colens. Is. Or. IX. 38. §. 40. incolae autem non indigenam sed advenam indicat. P. incolae ab incolendo dicti, quia iam sunt habitatores et permanentes, sed tamen adventicii.

108. Incogitatum est incogitans, temerarium ut Plaut. Bacch. IV. 3. 1. iracundo animo indomito, incogitato, ubi vid. Intt.

109. i. ignobile incelebre ut ap. Flor. IV. 2. 6. non inconspicua tamen morte. In ceteris gloss. hoc voc. non legitur.

110. ut I. p. 683. n. 52., de qua voce vide du Cang. T. III. p. 799. II., Intt. ad Veget. I. 5. et Salm. ad Lamprid. p. 199. Hine ad Rigalti coniecturam haec groma, mensura limitum refugiendum non est. Est mensura 5 pedum et semis; cf. Cujac. Observ. XXI. 5.

111. De hac glossa doctiores videant.

113. L. damnum.

114. L. incommodus ut infra n. 405. et A. p. 342. n. 53. incomodus, inutilis.

115. L. incomti, inculti, inc. Incontemtum enim est non contemptum ut A. p. 341. n. 48. extat. Ita lege VIII. p. 25. pro incomptus laudatus aut inornatus aut inlautus. P. incomptus, incultus, incompositus, horridus.

119. *Π*. p. 89. incomplexus ἀπερίληπτος.

123. 24. VIII. p. 295. incrementum, excrementum; incrementare, crescere. Quid initiat sibi velit, vix capio. Erat cum cumulat legerem. Sed ex errore quodam glossatoris hanc interpretationem additam puto.

**125. Incredulus, perfidus, infidus.**
**Inconvita, non parata ad convincendum.**
**Increpat, corrigit, munit.**
**Increpat, irascitur vel exprobrat.**
**Increscit, gliscit.**
**130. Increvit, inflammatur, inolevit.**
**Incubar, qui res alienas tenet.**
**Incumbens, pronus, innixe vel confidens.**
**Incunctanter, indubitanter, intrepide.**
**Incurva, declina, prona, incumbens, inclinis.**
**135. Incurvato, depresso, inculcat, consultat.**
**Incurvis, uncis.**
**Incuria, negligentia, inculcavit, insinuavit.**
**Incuriosus, sine sonio.**
**Incursa, universa.**
**140. Incussit, inpegit.**
**Incurvavit, incessit.**
**Incustoditum, non servandum.**
**Inaeptus, consecutus, adeptus.**

125. Incredulus etiam passiva notione dicitur de iis, quibus fides haberi non potest; cf. Gell. IX. 4. §. 3. res inauditae, **incredulae.** Carpent. in Gloss. du C. qui unum affert exemplum scripti ann. 1021. Nam quod ex *Π*. p. 20. *ἀπιστία*, **incredulitas, infidia,** diffidentia, **perfidia** proferunt exemplum, perversum est, cum ibi non incredulitas sed incredibilitas legatur. Incredulitas enim est *ἀπειθία* proprie. Cum tamen *ἀπειθής ὁ μὴ πιστεύων* explicetur: p. 19., incredulus, diffidens, et incredibilis et incredulus inter se saepius significatione commutentur; non dubito quin incredulus potissimum de iis dicatur, cui credi nequit, perfidis et infidelibus.

126. L. inconvicta. Nota hoc adiect., quod in nullo adhuc glossario inveni.

127. De h. glossa vide ad v. corrigit.

128. cf. supra ad v. gliscit. Altera explicatio increvit pertinere videtur ad Virg. Aen. IX. 688. **increscunt** animis discordibus irae.

131. L. incubo, ut I. p. 681. n. 45. Pl. p. 473. incubitus dicitur ab incumbendo sive iacendo sive alieno (l. aliena) optando. VIII. p. 292. incubar, q. r. a. t. et incuba [l. incubo] vel incubus, qui superincumbit. De voc. incubus alia significatione cf. Is. Or. VIII. 11. 103. sq. et Serv. ad Aen. VI. 776. Ita corrige A. p. 340. n. 124. incubu merae vel saturnus in incubus Inuus vel silvanus ex August. de Civ. D. XV. 23. vel ficarius ex Serv. l. d.

132. L. enixus vel insidens, quod lexica probabunt.

134. L. declivia ut supra v. declivia.

135. Haec duo esse glossemata existimo, ac pro inculcat, consultat lege conculcat vel insultat, ut P. inculcare, insultare, iactare, infundere, iterare (?)

137. Etiam haec duo sunt glossemata. Prius extat in VIII. p. 292. Inculcare et insinuare idem significant eo tamen discrimine, ut illud fortius, hoc lenius sit; nisi hic quoque insultare legere mavis.

138. Ego lego sine cura, securus. P. incur. sine cura et sollicitudine.

139. L. incursa, invasa, quod postremum apud sequioris latinitatis scriptores in usu fuisse lexica docent.

141. L. incursavit.

142. L. non observatum.

143. L. indeptus. Pl. p. 476. indepiscere aliquid incipere et perficere ac potiri, ut P. indepisci est aliquid incip. et perf., quod probat Gell. I. 11. §. 8. Sed enim Achaeos Homerus pugnam **indipisci** ait. Ceterum mihi quidem probabile est, indepiscere non mutandum esse in indipisci. Apisci enim passive a veteribus prolatum esse, probat Prisc. VIII. 4. p. 367. ex his multa activa quam passiva significatione antiqui protulisse inveniuntur . . . **apiscor** p. 368. haec **apiscuntur** *ἐπιτυγχάνονται* Fab. Maximus. amitti quam **apisci** passive omnia sunt prolata; idem de voc. adipisci dicere licet, de cuius passiva notione agit accuratissime Voss. Arist. T. II. 748. ibiq. Eckst. Huc accedit glossariorum auctoritas, ut Placidi *Π*. p. 91. indipisco *ἐπιτυγχάνω*, et prae ceteris Non. p. 128. indipiscere, petere, usurpare. Plaut. Aul. nec partem tibi adeo cui sit **indipisces** [est Aul. IV. 10. 45. cui adde Plaut. Asin. II. 2. 13.]. Saepius indipisci s. indepisci legitur, ut VIII. p. 293. indipisci, acquirere, adipisci; indeptus, adeptus. Augustinus: unus honorem amisit, alter **indeptus** est; A. p. 341. n. 38. indiviscitur, adipiscitur, et indeptus, adeptus, consecutus. Ita lege VI. p. 527. pro indepiscare, assequere: indepiscere vel assequare. Nam etiam indepisci antiquos dixisse probat Fest. p. 79. indepi-

Indigat, investigat, inquirit.
145. Indigatio, inquisitio.
Indegena, indenatus.
Indemnis, sine damno.
Indens, inserens.
Indicat, disserit, separat vel punit.
150. Indicium, ingenium, argumentum.
In discrimine, in periculo.
Indissertus, infans.
Indigitat, invocat.

sci, assequi, adipisci et quae exempla ex Plauto eius afferunt Intt. p. 458. Nota praeterea Papiam, qui perfectum indepsit, invasit profert et indeptus, adeptus explicat. cf. dict. ad Apul. T. II. p. 23.

144. 145. L. indagat et indagatio. P. indagare, investigare, inquirere; indago, inis, inquisitio, investigatio, ferarum agitatio, ordo, pro quo lego formido, quod venatorum est vocabulum; cf. lexic. voc. indago.

146. A. p. 338. n. 35. idigenus [l. indigenus], qui in eodem loco, ubi nascitur, habitat ut p. 341. 27. indegenus, inde natus .i. suo loco et p. 342. n. 68. indigenus, in patria manens. Is. Or. X. 147. indigena vocatus, quod inde sit genitus, id est in eodem loco natus et IV. 9. §. 39. indigenae sunt inde geniti et in eodem loco nati, ubi inhabitant. Serv. Aen. VIII. 314. indigenae .i. inde geniti cf. 328. Formam indigenus, quam ex glossis nunc cognovi, ex optt. codd. restitui apud Apul. Met. I. 1. **indigenum** sermonem, ubi vide dict. mea p. 10. P. indigena, dictus quod inde sit genitus.

147. ut A. p. 340. n. 129. A. p. 342. n. 60. indamnus innocens, bene serviens et p. 343. n. 87. indemnitas [l. indemniatus] sine damno, et n. 100. indemnis, non faciens damna. Is. Or. X. 141. indemnis eo, quod sine damno vivat et sine ulla culpa atque periculo. P. indemnis, quod sine damno vivat et dicitur innocuus. *Π*. p. 4. ἀζήμιος indemnus, indemnatus et indemnis ἀθῶς. Primum nota indemnis hic de eo dici, qui non nocet nec cui nocetur, qua significatione apud nullum, adhuc, quantum scio, scriptorem legi. Nam ut innocuus, quomodo a Pap. explicatur, etiam significatione dictum sit passiva, quemadmodum apud Virg. Aen. X. 301. ad q. l. vide Intt., innocens tamen et beneserviens ac non faciens damna interpretationes id non admittunt. Unum huius notionis exemplum ex Paul. Diac. afferunt Bened. in du C.: et **indemnis** quasi reus. Tum indemnus pro indemnis damnare non ausim, quod ex analogia firmari potest. Duplex est enim adiectivi formandi ratio, eius, quod ex substantivo et in particula negandi componitur. Aut enim sine ulla fere mutatione utrumque coniungitur, ut iners, infrons, insonus, innumerus, innubis, investis, inanimus, aut radici apponitur is vel us terminatio, ubi notandum est, non raro utramque terminationem in uno eodemque adiectivo reperiri, ita imberbis, imbellis, immanis, immunis, implumis, incoenis, indolorus, informis, inglorius, iniugis, inhospitus, iniurus, innubilus, inodorus, inorus, insomnis, intempestus, intestis, invius, inuxorus, invinius, insignis. Aliter imbecillus et imbecillis, inanimis et inanimus, indecoris et indecorus, inermis et inermus, infamis et infamus, infrenis et infrenus. Hinc apparet, eadem ratione, qua a frenum voc. dici potuit utrumque infrenis et infrenus, ab voc. armum vel arma, inermis et inermus, a voc. bacillum, imbecillis et imbecillus, ex analogia indemnis et indemnus non improbabile est in usu fuisse, ita tamen ut hoc rarissime, illud saepius veteres dixerint, id quod etiam de ceteris constat. Forsitan alia glossaria formam indemnus probent.

148. P. indens, inserens vel demonstrans et ita corrige VII. p. 527. indens, in serenum demonstrans in inserens.

149 Hoc glossema corruptum esse quisque videt; disserit non moveo; pro separat lege declarat, pro punit: promit ut P. indicare, demonstrare, promere. Nam promit explicat infra glossator: promit, dicit, producit, **disserit**, ostendit.

150. P. ind. documentum ab indicando dictum, signum, argumentum, quod pro ingenium praeferrem, nisi repetitum esset v. ingenium, indicium. Per se quamquam probandum est, tamen altius hanc significationem petitam esse quisquis videt.

151. De voc. infans, quod pro minus eloquente dicitur, cf. quae exposui ad Apul. Apol. p. 519. et Arnob. III. 6. p. 260. P. ineloquens, infans.

152. VIII. p. 291. indigitare, invocare, implorare, exorare, supplicare, incalare. Serv. ad Aen. XII. 794. Alii ab invocatione Indigetes di-

**Indidit, imposuit.**
155. **Indocilis, quin potius doctus.**
**Indiden, exinde, oa.**
**Inditum, inherens.**

**Indepetat, impedit.**
**Indubiae, indumenta.**
160. **Indubies, pax bello manens.**
**Inducit, charaxit virtutes.**
**Indignatio, ira.**

ctos volunt, quod indigcto est precor et invoco.

154. VII. 527. ididit imponit, ubi lege aut indit aut imposuit.

155. L. qui non potest doceri. VI. 528. indocilis stolidus, brutus, stultus. P. indocilis qui nihil potest discere.

156. L. ergo.

158. L. indupedit, ut P. indupedit impetit, ubi l. impedit. Primum mihi errare videntur, qui unam tantum huius praepositionis formam veterem probant atque omnibus locis aut indu aut endo legendum statuunt. Utrumque in usu fuisse et glossae confirmant ut Pap. endogetum, indigestum, ubi lege endogestum, ingestum; endogenia, naturaliter amoena, ubi lego naturaliter innata, endoplorato, implorato et endorigyum, irritum, ubi lego: endoritum irritum, ac tum induperator pro imperator, interposita du et indupetit, impetit; *Π*. p. 65. endo ἐνεὶς, ubi lege ἐν, εἰς. Quae sequuntur ἐζωσμένοι ἐν πολέμῳ, mihi referri videntur ad glossam Fest. endo procinctu, quam infra proferam: endodecarit μηνύσει, ubi corrige aut endodicabit aut endodicarit μηνύσαι; endoclusa ἐνκεκλεισμένη, endofestabat ἔσειεν, ὠργίζετο, ubi lege ἔπνιεν [ubi nota graeci verbi activam formationem quae repetita est v. infestantes σινοῦντες] endopesciscas ἐνεὶς, ubi lege endopescens ἐνεὶς ex Fest. p. 80. in laetam segetem pascendi gratia immittere; endopicus ἀνωθεὶς ἐνδοτέρω [ubi ego non corrigo cum aliis endopetitus ἀνωθεὶς ἐνδοτέρω, quo loco quid ἀνωθεὶς sibi velit non capio nisi certe endopeditus legere mavis et ἀνωσθεὶς. Ego emendo aut endotus i. intus aut endoterius i. interius ἔνδοθεν, ἐνδοτέρω]; endoplorato ἐπικάλεσον; endoribuum ἔνριθρον κατάριθρον [ubi lege ex Pap. endoriguum ἔρρυτον, κατάῤῥυτον, ut irriguus a glossis explicatur; nec cum aliis ἐνρεῖθρον et καταρεῖθρον]. Huc accedit Festi auctoritas, qui p. 57. habet endoitium initium; p. 58. endoplorato, implorato et endoprocinctu, significat autem, cum ex castris in proelium exitum est procinctos, quasi praecinctos atque expeditos. Nam apud veteres togis incincti pugnitasse dicuntur, unde sine dubio in glossis legendum est endocincti ἐζωσμένοι ἐν πολέμῳ. Praeter hanc endo formam indu aperte testatur Plac. p. 476. indu te, erga te vel ante te (?) et vocc. induperator et induperare, de quibus infra dicam, et indupedit, quod hic extat. Indu mari Enn. dicit apud Macrob. Sat. VI. 2. indu foro Lucil. apud Lact. V. 9. Itaque puto ex codd. esse de scriptura diiudicandum. At si recte animadverti, endoperator veteres non dixerunt ex usu, sed induperator et induperare. In versu Ennii apud Cic. de Div. I. 48 §. 107. omnes, quantum video, libri habent induperator, atque item apud Lucret. IV. 964. et XII. 1226. et apud Gell. XVIII. 9. §. 3. in versu Ennii. Ita etiam indupetit non endopetit apud Lucret. I. 124. I. 241. II. 101. et IV. 68. optimi codd. praebent, ut in hac quoque scriptura persistendum videatur.

159. ut I. p. 683. n. 6. indubiae, indumentum. VIII. p. 282. haeae induviae, pluraliter hoc indumentum et p. 288. induviae, indumenta, quod etiam inducula dicitur, et ita corrige VII. p. 564. indubina indumenta aut in induviae aut indumina [VIII. p. 288. indusiamen, **indumen**, indumentum, indicula].

160. L. induciae bello manente et ita corrige I. p. 682. 51. indubies, pax, bellum manens ex I. p. 683. n. 46. indubias, belli intervallum i. pax bello manente. A. p. 341. n. 29. induciae, pax bello manente vel delationes [l. dilationes] cf. Is. Or. XVIII. 1. 11. P. induciae sunt foederis partes, dictae quasi in dies ocia, dilationes. *Π*. p. 91. induciae ἀνοχὴ ἡ ἐν πολέμῳ ὑπέρθεσις ἀνακωχαί.

161. I. p. 682. n. 52. et p. 683. n. 53. induxit [l. cit], charaxat. P. charaxere, exinanire, scribere [l. charaxare] charaxatum .i. scriptum; charaxia, exanita [l. charaxata, exinanita vel charaxia, exinanitio]. Primum notandum est, charaxare duplicem habere significationem aut scribendi ac pingendi, quam pluribus locis demonstrat du Cang., aut delendi et oblitterandi quo inducere facere videatur. Itaque Gloss. charaxo, induco, cancello; Exc. Pith. charaxatis, scriptis inductis cancellatis. Is. 672. n. 31. charaxatis, scriptis. VIII. p. 154. charaxare. scribere, charactare, quod postremum corruptum est. Quia scribere significat.

**Indulens, spes in puero.**
**Indulgit, donat.**
165. **Indultum, donatum.**
**Induperator, imperator.**
**Industria, ingenium.**
**Indubitanter, intrepide.**
**Ineffabile, inenarrabile.**
170. **Inexspectatum, improvisum.**
**Inefficax, piger, iners.**
**Inexplorata, inexaminata.**
**Ineluctuabilis, inbellis.**
**Inenarrabile, non inarrandum, infandum.**
175. **Inenodabile, quod solvi non potest.**
**Ineptias, res vanas.**
**Inerticus, remissus, pessimus.**
**Inhermis, destructus bello.**
**Ineptus, non aptus, inutilis, inhabilis.**

etiam est notare, designare, atque ita puto pro virtutes legendum esse notat cf. du C.; aut virtutes per errorem glossatoris huc tractum est, cum pertineat ad voc. indoles.

163. L. indoles ut I. p. 683. n. 54. Pl. p. 473. ind., nobilitas generis. VI. p. 528. indoles, progenies, incrementi. VII. p. 564. indoles, ingeniositas, bona spes, virtutes, crementa. A. p. 339. 92. indolem, iuventutem et 340. n. 152. indoles, spes bonae virtutis. Non. p. 456. indolem adulescentium tantum consuetudo dicit (ur?) quasi nova sobole; indoles autem est crementum, veteres autem [etiam?] senum dixerunt. Fest. p. 79. indoles, incrementum, industria. Serv. ad A. X. 826.: indoles proprie imago quaedam virtutis futurae, quae repetit P., addens: indoles, origo, nobilitas generis, incrementum, soboles vel bona spes, indoles, iuventus, incrementum, iuvenilis aetas, quae dolos nescit, sine dolo et indole ingeniose aut bona spe. Vides diversissimas esse glossatorum de hoc voc. sententias. Primum videamus de significatione iuventus. Apertum est, hanc notionem habuisse h. v., ex exemplis, quae du Cang. profert T. III. p. 815.; at in Gloss. gr. lat. *εὐφυής* ingeniosus, indolens, non extat, sed ingeniosus ingenuus. Si indoles cum suboles confero, utrumque et concreto, qui dicitur, et abstracto sensu dici, mihi comprobatur. Nam *γενεά* ita explicant *Π*. p. 39. *γενεά* saeculum, generatio, natio, nativitas, propagatio, progenies, suboles, proles, procreatio, navitio (?), stirps cf. *γόνη* [p. 41.]: fetus, progenies, proles, suboles, propago, fetura, paritura. Ita etiam indoles, quod ab eadem radice proficisci probat Fest. p. 143. et ipsum ingenium est et ingeniosus. Ita aperte *Π*. p. 91. indolis [l. indoles] *ἐπίπονος*, *σπουδαῖος* et indoles *ἐπίπονοι*, quam significationem Fest. confirmat et indoles, *καλὴ ἐλπὶς ἐν νεωτέρῳ*, *εὐφυΐα*, *φύσις*. Forsitan vero etiam indolis defendi possit ab indoleo formatum, ut ab dormeo indormis *ἀκοίμητος*. Hinc puto tres potissimum esse huius vocabuli notiones: 1, incrementum, propagatio et progenies 2, bona spes virtutis in pueris ingenuis atque ita generis nobilitas [cf. exempla quae du C. profert] 3, industria ac sollertia, quia ex iis magnum ingenium non raro cognoscitur, quemadmodum industria infra explicatur ingenium et ingenium .... industria. Scripturam indules non plane damnaverim, cum adulescentia dixisse veteres notum sit.

164. L. indulget.

166. De h. v. dixi iam ad v. indupedit. Extat idem VIII. p. 295. VI. p. 528. [et induperatur, imperatur] et A. p. 340. n. 155. cf. du C. T. III. p. 817.

171. P. inefficax ignavus, piger, iners. A. p. 340. n. 21. inefficacis, inutilis.

173. Legendum est ineluctabilis ut apparet ex n. 405. sed non probandum imbellis, quoniam contrarium indicat. Proprie significat, ut Serv. dicit ad Aen. II. 324. quod nemo eluctari possit, ut effugiat. Est igitur fatale non declinandum. P. eluctabile, quod vinci non possit et A. p. 343. n. 98. ineluctabilis, luctu invictibilis [l. lucta invincibilis]. Erat, cum ineluibilis, indelebilis legerem. Sed vide infra n. 405.

174. A. p. 340. n. 24. indicibilis, inenarrabilis.

175. ut VII. p. 564. VI. 528. — VIII. 295. inenodabilis, insolubilis.

177. VIII. p. 292. inert. iners, remissus, laxus, semisomnis, ignavus, socors. Ego lego inerticulus ex Pap. inerticulus, remissus, pessimus. Idem vitium habet I. de Ian. inerticus, gravis, ignarus, remissus, ubi lege segnis, ignavus. Nam quae in cus desinunt adiectiva, ut modicus, scenicus, civicus, aquaticus, famelicus al. a substantivis formantur, ita ut inerticus per analogiam probari nequeat.

178. Ego lego desnctus, quod ut su-

**180. Iners, sine arte, piger, inefficax.**
**Inexplibilis, instabilis.**
**Inexcusabile, inelitabile.**
**Infamat, criminatur, impue loquitur.**
**Infamia, ignominia.**
**185. Infactum, inperfectum.**
**Infamis, sine honore.**
**Infandum, nec dicendum.**
**Infans, foetum.**
**Infastus, in horrore positus.**
**190. Infecta, corrupta, dissoluta vel tincta.**
**Infensus, manifestus, vicinus vel inportunus.**
**Inferiae, placatio inferorum.**

pra desuaetus scriptum facile in destructus abire potuit; ut P. inermis sine armis vel viribus.

180. Ita l. apud I. p. 683. 57. pro inesis, segnis, piger: iners. Nostra glossa repetitur VI. p. 528. Fest. p. 82. iners, ignavus vel sine arte. Is. Or. X. 141. iners sine arte et ob id ne operis quidem ullius. cf. Serv. ad Aen. II. 364. et IV. 198. Nam iners proprie quid sit Lucilius declarat: Ut perhibetur **iners ars** in quo non erit ulla.

181. Erat cum legerem inextricabilis, insolubilis ut A. p. 338. n. 15. et VIII. p. 292. inextrinsecabilis [l. inextricabilis], insolubilis. Sed nunc emendo: inexplebile, insatiabile.

182. Si sequeris *П.* p. 18. ἀπαραίτητος, inexcusabilis, inexcusatus, inrecusatus, inexorabilis, indeprecabilis, inrecusabilis: excusabilis defendi potest ac tum legendum inlitabile .i. quod litari non potest, vel exorabile, inlitabile. Inelitabile quamquam contra analogiam non est, tamen retinere non audeo, quia elitare usu non comprobatur.

183. L. impie loquitur ut supra n. 58.

185. Hanc glossam adde locis Arnob. II. 74. ubi cod. habet, ut **infacta** fiant quae facta sunt et Tertull. Apol. 11., ubi optimi codd. habent innatum et infactum. Aliud exemplum affertur du C. ex ann. 1312.: sed quoad haec **infacta** haberi censemus.

186. A. p. 343. n. 102. infamis, male famatus.

187. P. infandum, nec dicendum, sceleste vel nimium, ubi l. scelestum vel impium.

188. L. foedum. cf. Non. p. 56. infans, quod aut dici non potest aut fari non possit... Accius Athamante; priusquam **infans facinus** oculi vescuntur tui, quod exemplum repetitur p. 416. v. **vesci.** Ego dixi de hoc voc. ad Apul. T. I. p. 794. Infans explicatum infandus in aliis glossis non legi. Apud I. p. 680. n. 7., ubi alii infans corrigere volunt pro infaria non fatua, falsa aut fatuum efficit, ego, existimans hic duo glossemata confusa esse, lego infatua, non fatua [ex P. infatuus. non fatuus] infatuat, fatuum efficit. Ceterum etiam foetus defendi possit; nam infans non solum de puero qui fari nondum potest dicitur, sed etiam de foetu cf. Liv. XXIV. 10. **infantem** in utero matris clamasse et saepius apud Celsum. Ut illud probarem, me movit terminatio um, et quod litt. F. foetum, infans inter faedus et foedus scriptum est et ita etiam in P. ordinatur.

189. Idem habet Gl. cod. 7641. infastus, in honore positus vel quae ad sacra pertinent. Haec non capio. Forsitan legas in fascibus i. in honore positus vel in fastis, ubi res clarissimae inscribuntur.

190. A. p. 343. n. 75. infectio, inparsio, inunctio [l. inspersio, intinctio] et 93. infector, tinctor. P. infecta, uncta [l. tincta] colorata, infusa, non facta; cf. dict. ad Apul. T. I. p. 117.

191. Haec corruptissima esse intelligitur. Fortasse legendum est valde infestus et pro vicinus emendo aut iniquus, quod inicus scriptum, facile in vicinus corrumpi potuit, aut nocens. Si manifestus retinere vis, lege certe manifestarius, quod P. explicat nocens; quamquam per se id non significat, sed tantum aliis adiunctis notionibus, ut fur, praedo aliis. Idem repetit solito errore glossator v. manifestus. A. p. 342. n. 69. infensus, inimicus. Serv. Aen. II. 72. infensus proprie est plus quam inimicus, ab inimico maior. P. infensus, iratus vel offensus.

192. VIII. p. 291. inferia, sacrificium, infernalibus factum. A. p. 341. n. 49. inferiae sacrificia inferorum; n. 51. inferiae, obsequia mortuorum, in quorum honore(em) captivi occidebantur. Fest. p. 83. inferiae, sacrificia, quae diis manibus inferebant. Fusius Serv. ad Aen. X. 519.: **inf.** sunt sacra mortuorum, quae inferis solvuntur [cf. ad XI. 81.]. Sane mos erat in sepulchris virorum fortium captivos necari; quod postquam crudele visum est, placuit gladiatores

Inferior, infirmus, deterior, peius vel recessus.
Infestatus, iratus.
195. Infestus, infessus, molestus vel intuens.
Infidus, incredulus, sine fide, mendax.
Infimus, dehonoratus, infamis.
Infingit, tingit vel colore inmutat.
Infirmatur, decumbit.
200. Infinitum, immane.
Infit, fatus dicit vel cipit.
Infitiare, criminare vel negare.
Infitiae, mendacia, generationes.
Infitiatur, abnegat vel criminatur.

ante sepulcra dimicare, qui a bustis bustiarii dicti sunt. P. inf. dictae, quod inferis fiant; nam pro mortuis fiunt. Nota glossam VIII. p. 291. ubi singularis numerus inferia extat contra Gellii sententiam, qui XIX. 8. §. 13. disertis verbis pronuntiat, inferias et exsequias singulari numero scriptores veteres nunquam appellare, quam regulam, quantum video, probae latinitatis scriptores secuti sunt; cf. Voss. Arist. T. I. p. 495., ubi aliorum grammaticoaum testimonia afferuntur. Nisi Gellius veteribus tantum seriptoribus hunc usum vindicasset, glossatoris tantum errorem hunc esse dicerem.

193. L. inferior, inferius, deterior peius demissius [i. abiectius] cf. Stat. Theb. IV. 332; vel penitius [ut apud Lucret. III. 274.]. Idem vitium extat voc. recessus, inferior.

194. VIII. p. 293. infestare, molestare, guare, officere [ubi lego aut gravare aut iurgare]., P. infest., obiurgare, altercari, insectari. Nec nego me inclinare ad emendationem offendere pro officere, etiamsi hac significatione etiam infestare capi possit.

195. intuens depravationem esse puto glossae P. ubi extat: innocens, inquietus, ubi sine ullo dubio nocens legendum est, quod solum voc. inquietus respondet i. cui quies non conceditur. Notum enim est, infestus non solum de eo dici, qui infestat, sed cui infestatur ab aliis, cui requies laborum ac molestiarum non datur cf. Intt. ad Lucan. V. 500. et ad Sall. B. C. VII. 5. §. 3. Itaque A. p. 342. n. 52. infestus est, qui infert malum et cui infert (l. infertur). VIII. p. 293. infestus, molestus, gravis, acerbus, sublestus.

198. L. inficere, ut apud P. tinguit, inficit, colorat, fucat, occidit [quod posterius aperte falsum est. Sine dubio ante oculos habuit P. extinguit, ut ipse occidit interpretatur: occidit, affligit, extinguit, perdit, tollit]. Impingere, ex in et pingo compositum, latinum est, ita ut inficere tantum restet.

199. cf. supra v. decumbit.

201. L. fatur, dicit vel incipit. VIII. p. 295. infit, dixit. VI. p. 528. infit, infatur, hoc est dicere incipit. Fest. p. 83. infit, incipit sed diversae significationis est ab eo, quod est fit. Nam infit agentis est, fit autem patientis. Prisc. VIII. 18. 104. reperiuntur alia verba, quae in usu deficiunt personis, ut cedo . . infit. Quamvis et infio . . . apud Varronem inveniatur, cui regulae plane accedit P.: infit caeteris deficit; antiqui tamen infio dicebant incipit fari. Praeterea infe testantur Gl. *Il.* p. 92. infe ἄρξαι et VII. p. 564. infe, dic, narra, et ita puto infiens scribendum esse VI. p. 528. pro infens, dicens, quod participium notandum est.

202. VIII. p. 291. inficiari, negare, abdicare, diffiteri, abiudicare (abiurare?) n. 295. infitari (l. infiteri) inficiari, negare. A. p. 339. n. 74. invitiandi, negandi (inf.) ut p. 340. n. 14. invitiatur, contravenit p. 340. n. 15. infitior, nego; p. 342. n. 42. infitiatus, promissa non explens; p. 343. n. 79. infitiatio, negatio. p. 343. n. 20. inficians, dissimulans, promissa complere. Fest. p. 83. infitiari, creditum fraudare, ad q. l. vide Intt. Is. Or. X. 149. inficiator, negator, quia non fatetur sed contra veritatem mendacio innititur, cui P. addit mendax. Inficiatio, negatio debitae rei, cum a creditore deposcitur eadem et abiuratio. Ceterum cave ne infitiare corrigas in infitiari. Activa forma id protulisse veteres, probat VI. p. 528. infitiare, crimen inferre aut negare [ut Non. p. 130. infitiatores sunt falsi criminis obiectores ut Cic. de Orat. (I. 37.) cett.] et lex illa: Sei infitiat duplionem subeito, quam citant Intt. ad Fest. p. 467. De criminare cf. Eckst. ad Voss. Arist. T. II. p. 764. Infitio quantum video, nec lexica nec grammatici agnoscunt.

203. L. negationes ex Pap. qui habet inficiae, negationes mend., ut VIII. p. 291. inficiae, negationes. Terentius ille inficias ibit, sat scio et A. p. 341. n. 31. invisice negotiationes et VI. p. 530. invidiae, negotiationes ubi emenda: inficiae, negationes. Id tan-

**205.** **Inflammat, conflagrat.**
**Informis, ultra forma.**
**Infringere, refragare.**
**Ingenium, inditium, argumentum, industria.**
**Ingenitum, innatum.**
**210.** **Ingens, enormis.**
**Ingerit, statim minat vel ingerit, tumulat.**
**Ingit, carminat, pangit.**
**Incluvies, gula vel gutturum.**
**Ingraminat, in gramine rupit.**
**215.** **Ingruit, supervenit vel invadit.**
**Ingreditur, incedit.**
**Ingruit, cum turba venit et impetum retractum est autem hoc a gruibus qui simul volant id congruere convenire est.**
**Inherens, inditum.**
**Inhiat, inpedit vel incumbit.**
**220.** **Inhibere, detinere, momare.**
**Inhabitum, prohibitum.**
**Inhonesta, proba crimina.**
**Inhonestum, ludibrium, turpem.**

tum miror, omnia haec glossaria in nominativo inficiae convenire, quem nullo exemplo probare possum. *Π.* p. 92. infitias *ἄρνησιν*.

205. cf. supra v. conflagrat.

206. L. ultra formam ex Is. Or. X. 138. informis ingens, non quod non habeat formam, sed quod **ultra formam** magnitudinem habet, quae P. repetit.

207. cf. infra v. refragare.

208. cf. supra v. industria.

211. L. cumulat. Quid statim sibi velit, non capio; minat retinere possit, ut sit agit, ducit quia ingerit est introducit, nisi mavis legere minatur, ut glossator respexerit ad dictiones contumelias al. Ingerere esse cumulare, acervare probat praeter alia exemplum Senec. Thyest. 731. an scelus sceleri **ingerit.** P. ingerere, inferre, importare, illidere.

212. Ego l. iungit ac totam confusionem ex voce pangit ortam puto, quod et coniungere et carminare s. carmina componere significat, de quibus significationibus infra accuratius dicam.

214. De voc. gutturum cf. supra ad v. gula. Pl. p. 473. ingl., gula vel voracitas. p. 476. ingluviem, Cornutus ventrem, Plinius edacitatem. VI. p. 528. ing. spatium orale vel gutturis. Varr. apud Phylarg. ad Virg. Georg. III. 431. ingluvies sunt tori circa gulam, qui propter pinguedinum fiunt atque interiectas habent rugas. P. ingluvies ventris ab ingluendo, ubi l. venter, nam venter est edacitas, voracitas, uti notum est, ut ingluvies; cf. Intt. ad Horat. Sat. I. 2. 7. Pro ingluendo, lege inglutiendo .i. devorando, quod noli referri ad voc. inglutus, quam P. explicat infirmus .i. quasi non conglutinatus. Ceterum etiam inglutio in usu non fuit. P. ingluvies, ei, fames gulae (a) voracitas. Fest. ingluvies dicit quasi esse ingluvies, qua in etymologia consentit Is. Or. X. 137

214. L. ingramina rumpit ut I. p. 682. n. 44. et p. 683. n. 16. ingraminat, ager in gramen irrumpit (l. erumpit) aut l. in gramen erumpit ut P. ingraminat, in gramen erumpit et ita emenda A. p. 341. n. 52. ingraminat ager in gramine rumpit. Hoc voc. in lexicis non extat.

217. L. ingruit, cum turba venit et impetu. R . . . et congruere. Pl. p. 475. ingruit, imminet, impendet, ut tempestas. VIII. p. 291. ingruere, appropinquare, appropiare, approximare, quae interpretationes non satis aptae sunt. A. p. 340. n. 127. ingruentia, imminentia et n. 133. ingruerit, cum turba venit [l. ingruit]. Serv. ad Aen. II. 301. ingruit, invadit. P. ingruere, graviter irruere, cum impetu supervenire.

218. cf. n. 157.

219. L. intendit. P. inhiare, stupide intendere, habere [ubi noli emendare avere cf. Serv.] desiderare; inhians, intentus, attendens, concupiscens inspiciens (?) VI. p. 528. inhinians [l. inhians] attente inspiciens et A. p. 341. n. 71. iovanti os aperienti l. inhianti. Serv. ad Virg. Aen. IV. 64. inhians intenta per sollicitudinem et Georg. II. 463. inhiant, habere desiderant.

220. L. detinere, morare. Morare probum esse, testantur loci, quos citat Diomed. I. 395. Paucis absolvit, ne **moraret** diutius et quos praeterea affert ex Ictis Voss. de Anal. T. II. p. 757. ed. Eckst. Oud. ad Met. V. p. 323. meae ed. p. 312. *Π.* p. 116. moro, *διάγω*, *διατρίβω*, *παρέλκω* et moror, *διατρίβω*, *χρονίζω*, *βραδύνω*, *περιμένω*. VIII. p. 292. inhibere, prohibere, vetare, interdicere, interminare. A. p. 339. n. 55. inhibebant, prohibebant.

221. L. inhibitum.

222. L. probra.

223. L. ludibrium, turpe ut infra v. ludicrum, aut ludicrum, turpe. De significatione verb. ludibrium infra dicam.

Inhonestus, lipidinosus.
225. Inhumanus, immunificus.
Init, coepit, inchoavit, initiavit.
Iniustus, iniquus.
Inlectuus, qui ducit vel seducit.
Inlavare, inluere, descendere, influere.
230. Inlesum, inpopulabile.
Inlibat, non caedit.
Inlibata, intacta, incontaminata.
Incebrae, insidiae aut quod inlecite solicitant vel inducunt et reducunt.
Inlicitum, nefas plus quam nec dicendum.
235. Inligament, fibulae.
Inligat, innectit.
Inlinguis, mutus.
Inlustrat, conspicit.
Inlisus, caplosus.
240. Inlitum, oblitum.
Inludentes, carinentes, incippantes.
Inmanis, inormis, plus a mensura, infinitus.
Inmemor, dilabor.

224. L. libidinosus.

226. L. iniit.

228. Inlectuus neque analogia neque usu comprobari potest; unde ad coniecturam refugiendum est. Ab illicio duo tantum in usu sunt adiectiva illex et illicibilis, quae ad litterarum ductum huc minus referri posse videantur; ab allicere tantum allex formatur, a pellicere: pellex et pellax, ita ut tantum restet ab elicio: elicius formetur, quo nomine Iovem appellatum esse notum est. Itaque non ineptum sit, emendare inlicius, vel quod per analogiam aliorum vocabulorum potest defendi, illectivus, quod proxime ad litteras accedere mihi quidem videtur. In aliis, quotquot in promptu sunt, glossariis frustra medelam quaeres. Illicius extitisse probat substantivum illicium .i. illecebrae θέλγητρον, ut colliciae tegulae apud Fest. p. 84. commemorantur.

229. Illavare nec in lexicis nec in glossariis inveni; at per se non improbum est et alluere significat. Pro descendere legerim defundere, ut sit irrorare et irrigare.

230. Hoc quoque voc. in glossis et lexicis frustra quaeris. Unum tantum affertur in Gl. du C. exemplum in Vit. Notk. Balb. T. I. April. p. 594.: confidenter praesumebat de spiritu, qui eum ab infantia suis charismatibus illibaverat, ubi idem quod instruxerat, imbuerat, esse quisque videt Ego quod pro non caedit legam, non habeo. Forsitan huc faciat A. p. 341. n. 40. inclivae coesae, ubi lege inlibatae, non caesae.

233. L. inlecebrae . . . aut quod inlicite . . . . . et seducunt et ita corrige A. p. 341. n. 28. illecebrare, quae sollicitant vel inducunt in illecebrae res q. aut illecebra r'es quae; nam et singularis in usu fuit teste P., illecebrae, suasiones, voluptates, blanditiae. Illecebra etiam singulariter invenitur. Atque in multis Ciceronis aliorumque scriptorum locis extat. Itaque glossator illecebrae a inlicitus repetiit ut VI. p. 528. iniciunt, inlectant, inlicita, persuadent.

237. Nota inlinguis, quod in nullo lexico et glossario adhuc inveni. Repetitum est infra v. mutus, inlinguis, elinguis.

239. cf. supra v. caplosus.

241. cf. de v. carinentes supra s. v. et de incippantes n. 96.

242. Is. X. 135. immanis, quia non est bonus, sed crudelis atque terribilis. Manum enim bonum dicitur. Unde et κατ' ἀντίφρασιν dii manes, minime boni. Fest. p. 83. immanis, ferus sive magnus, unde A. p. 343. n. 97. immanis, egregius explicatur. Serv. ad Aen. I. 110. immane, eminens, altum... Quidam immane pro malo accipiunt poni propter naufragia, quae ibi solent fieri, nam manum bonum dicunt, ergo quod bonum contrarium, immane. Non enim potest pro magno accipi et ad v. 139. immania, aspera. P. immanis, non bonus. Nam mane (?) bonum est vel non manus assuetus .i. immansuetus, ingens, informis [l. inormis]. Immane, asperum: nam manum bonum antiqui dicebant. Immane, hispidum, horridum, ingens, plus a mensura.

243. Haec glossa supra iam scripta fuit nullo sensu, nam is qui immemor est non dilabitur, sed omnia memoria eius dilabuntur, ut Cic. dicit Phil. XIII. 5. alii . . . memoria mea dilabuntur. Ego accurate hanc glossam corrigere non queo. Is. Or. XI. 1. 13. explicat immemor: amens et X. 143. immemor qui oblitus est [ut P.], perdidit enim memoriam; Serv. Aen. I. 198. ignari pro immemores; II. 244. immemores, improvidi vel ... dementes, quoniam memoria in mente consistit; III. 616. immemores, dum trepidi . . . timentes et IX. 374. immemorem, amentem. Haec sunt quae ex glossis proferre possum.

Inmaturum, acervum.

245. Inmense, sine mensura.

Inmentem, inanimum.

Inminet, incumbit.

Inmobilis, immobilis, immotus.

In mente habeo, reminiscor.

250. Inmoderatus, abrutus, inmodestus.

Inmodestus, effaeminatus.

Inmundus, sordidus, inquinatus.

Innectit, inligat, involvitat aut augmentatur.

Innitens, incumbens vel confidens.

255. Innocens, innoxius, sine culpa.

Innocentia, bonitas.

Innodatus, adnixus, inligatus.

Innoxius, solitus, innocens.

Innubus, qui nulli nubet.

260. Innatum, . . . . . . . . .

Inopia, egestas.

Innuit, nutibus monet.

Inolescit, crescit vel iungit.

Inolevit, increvit, cessit aut infirmatur.

265. Inops, pauper.

Inordinatum, inconditum.

Inoppinatum, inprovisum.

Inormis, immanis vel plus a mensura.

Inpatienter, inabstinenter.

270. Inpendit, impendit, supereminet et praepedit, inopedat.

Inpensae, sumptus.

Inpensat, consumit.

Inpense, diligentius, sedule, enixe.

Inpenetrabile, quod penetrari non potest.

275. Inperitia, rusticitas.

Inperitus, nescius, rusticus.

---

244. L. acerbum. P. immaturum, acerbum, inconsideratum, festinatum.

246. cf. supra n. 70.

250. 51. cf. v. effeminatus. P. immodestus, impudens, improbus, petulans.

253. L. involutat, quod apud Apicium semel extat. Pro augmentatur legendum est augmentat, etsi dubito, hanc lectionem genuinam esse. Glossaria huic vulneri non medentur.

254. P. inniti, incumbere et confidere.

257. L. adnexus.

258. L. solidus. Nam innoxius et innocuus habent etiam passivam significationem rei illaesae, integrae atque ita solidae (unde VI. 528. innocue, inlaese), de qua notione vide lexica.

259. L. innubus, quia innubis est sine nubibus. VII. p. 292. innuba, innupta et ita emendo VII. p. 567. innubata virgo aut in innupta aut innuba, ut VI. 528. falso innuba virgo id est innubata, ubi lege innupta ex Is. Or. IX. 7. §. 11. cuius contraria innuba hoc est innupta, quae adhuc vultum suum non velat. Quamquam scio, nubere etiam de viris dici cf. Intt. ad Iuven. II. 135. nubit amicus, innuptus, innubus tamen, nisi feminino genere, non inveni apud veteres, alterum tantum in glossariis, ut etiam *Π*. 1. ἄγαμος innuptus, innupta caelebs et h. l.

260. Sine dubio lacuna ita supplenda est: innatum, ingenitum, ut supra n. 209.

263. L. crescit vel iungitur et

264. increvit, crevit vel confirmatur. VIII. p. 292. inolere, crescere, adolere, pullulare, fruticari. VI. p. 529. inolevit, increvit. A. p. 338. 12. ioluer̃, manserunt ubi lege inoluerunt, increverunt. A. p. 340. 15. inolevit, innotuit. Fest. p. 5. v. adolescit : inolevit crevit. Serv. ad Virg. G. II. 77. inolescere, concrescere. P. Inoleo . . . inolevit .i. crevit, invaluit consuevit (concrevit), inhaesit [cf. Gell. V. 21. inoleverat linguae illius vox]. Inolita, innata, naturalis, quae non destruitur [ubi interpone naturalis vis]. Inolescere sordescere [l. vel concrescere vel insolescere] vel crescere, vel in unum coniungi vel notescere [l. increscere].

268. cf. A. p. 340. n. 12. inormia, maxima; n. 19. inormis [l. inormitas] magnitudo; cf. du C. T. III. p. 840. H. et supra 242.

269. cf. supra n. 65.

270. Hic confusa sunt duo glossemata impendet, supereminet et impedit, praepedit et indopetit, uti legendum est; cf. n. 158.

272. Pl. p. 475. impensa vel impendendo [l. ab imp.] quod [est] erogando et scribitur per .n. VIII. p. 291. inpensa, sumptus dispensa; inpensare, consumere, abligurire, prodegere (l. prodigere). P. impensum, erogatum, largitum, vel magnum. VIII. p. 295. impendio, sedulo; impendiose, sedule.

274. P. imp. inaccessibile, non transibile.

275. De voc. rusticitas infra dicam.

Inpertit, dat, tribuit vel participat.
Inpertiunt, dividunt, praestant.
Inpetravit, meruit.
280. Inpiger, navus, agilis.
Inpingit, expellit vel recludit.
Inpius, iniustus.
Inplicatus, inligatus.
Inplorat, cum fletu invocat vel rogat.
285. Inposuit, indidit.
Inpopulabile, inlesum.
Inpotens, intollerandus.
Inportat, intulit, infert.
Inportunus, insolens.
290. Inportunus, improbus, verbosus.
Inprobat, depraecat, obtat vel maledicit.
Inprobus, procax, ingratus, iniquus.
Inprocinctu, ex apparatu.
Inproperium, maledictum, obproprium.
295. In promptu, in praesentia.
Inprovidus, incautus, inconsideranter.
Inpudens, convitiosus, protervus.
Inpulator, concitator, inritator.

277. VIII. p. 293. Impertiri, dare, donare, praebere tribuere, impendere, impertire, donare. VI. p. 529. explicat veneratur salvat, quod pertinere videtur ad Non. 472. impertit Lucil. XXVII. sospitat, impertit salutem plurima et plenissima. P. impartit, donat, tribuit, largitur, et partes dat. Impertio et impertior dicitur: e partior componitur impartio, is, ivi.

281. P. impingit, ostendit (l. offendit) incurrit, cadit (l. invadit) expellit, impellit. Ego quid recludit sibi velit non video, etsi infra recludit explicatur impellit. Lege detrudit id est compellit, ut apud Pl. Aul. II. 5. 8. et cf. supra v. detrusus.

284. VIII. p. 295. implorare, rogare. P. cum nostra glossa consentit, addens inquirit (ubi l. requirit).

285. cf. 154.

286. Idem habet VI. p. 529. et A. p. 341. 40., ubi extat impoblabile, et P. In lexicis et du C. non extat.

287. Defendi potest haec interpretatio, quamquam in nullo glossario repetitur. Nam qui sibi temperare non potest, insolens et effrenatus, ceteris est intolerabilis.

288. intulit suo loco non est.

289. 90. VIII. p. 293. importunus, protervus, pertinax, obstinatus. Improbus esse importunus probat locus Cic. ad Fam. IX. 21. plebeii quam fuerint **importuni**, vides. Verbosum significare voc. nunquam inveni; sed explicari possit, quia verbosi homines iniqui sunt et molesti.

291. L. impraecat, depraecat, optat vel maledicit. Imprecari enim non est maledicere, diras imprecari sed etiam optare, precari. Ita dixit Apul. Met. II. c. 28. incrementa solis augusti tacitus **imprecatur**, ubi idem est quod precatur (cf. *Π*. p. 88. ἐπιθειάζω imprecor) et ibid. IX. 25. ut maritus acceperat sonum sternutationis . . . solito sermone salutem ei fuerat **imprecatus**, ubi est optavit; ac Petron. c. 78. populus mihi bene **imprecetur**, ad q. l. vide Intt. P. imprecari, maledicere, deprecari, expugnare — imprecatur, optat, intente rogat, maledicit. Tum nota formam activam imprecat et depraecat; e quibus prius mihi quidem nondum sub oculos cecidit, alterum participio depraecatus, quod significatione passiva aliquoties legitur, firmari possit. De preco cf. Prisc. VIII. p. 380.

292. P. improbus, importunus, impudens, inimicus, pro quo lego iniquus, quod inicus scriptum in inimicus facile corrumpi potuit.

293. Idem extat VI. p. 529. A. p. 341. n. 41. inprocuncto, in apparatu, ubi lege in procinctu — in apparatu. Is. Or. X. 218. **in procinctu**, cum belli causa arma sumebant; ut P. et procintus, apparatus belli vel pugnae.

294. Idem extat infra v. maledictum. *Π*. 88. improperium, ὀνείδισις; impropero as ὀνειδίζω. VIII. p. 295. improperare, infamare. Plura vide apud Forcell.

295. VI. p. 529. in promptum, in apertum, in propatulum, ubi lego in promptu, in aperto, in patulo et VII. p. 564. in promptu, in evidenti.

298. Impulator per analogiam defendi non potest nec legitur, quantum scio, nisi in uno cod. Reg. 7611. et supra v. concitator. Ego emendo impultor, impulsator aut impultator. Nam pro pulsum etiam pultum antiquitus in usu fuisse, evincit frequentativum pulto, cuius frequens est apud comicos usus et ita *Π*. 151. habet pulso, pulto ἐκτείνω, κόπτω. Hinc pultor et pultrix factum est, quod tantum in compositione expultrix legitur apud Cic. Tusc. V. 2. §. 5. philosophia, dux virtutis indagatrix, expultrixque vitiorum, quem locum imitatus est Apul. de Mund.

Inpulsus, detrusus, inclusus.
300. Inpune, sine poena, sine vindicta.
Inpubes, puer intrabarbis.
Inquesitio, indigatio, investigatio.
Inquesitor, quaestor.
Inquam, dixi.
305. Inquinatio, sodor.
Inquirit, percontat, explorat, abscultat.
Induis, dixisti.
Inquid, dixit.
Inquiunt, dicunt.
310. Inridit, insultat.
Inritum, provocatum, amaricatum, concitatum.
Inrogat, inportat, infert, intulit.
Inruit, ingerit.
Inrumpere, obrepere, inrepere.
315. Insanitur, furet
Insaciabilis, inexplicabilis, insaturabilis.
Insatiata, abida.
Inscitia, impericia, rusticitas.
Inscius, ignavus vel alienus.
320. Inscriptum, titulum.
Insecutio, secta.
Insepultus, inumatus.
Insertum, insitum.
Insidiat, fraudatur, coat.
325. Insidiae, fraudes, inlecebrae.
Insigne, obile.
Insignis, altus, nobilis, clarus, decorus.
Insignit, exultat, decorat, hornat.

Prooem. cf. adu. m. p. 334., de quo voc. ut minus dubites, cf. etiam Lact. Inst. III. 13. §. 15., ubi eadem leguntur. Quoquo te vertis, impultor, impulsator et impultator non habent veterum exempla, quibus defendi possint, licet ego non dubitem omnia tria probare. Impulsor a litterarum ductu nimium recedit.

299. cf. supra v. detrusus.

301. L. pueri imbarbes, cf. VIII. p. 295. impubes, adolescentes, iuvenes; VI. p. 529. impubens, lenis imbarbis (l. impubes, laevis, imb.). A. p. 339. 85. impuberes, inberbes; p. 340. n. 141. inpubis, inberbis et p. 343. n. 95. inpuber, inberbis. P. impubes, bis, puer imberbis, ephebus, commune. Nota imbarbis, quod in lexicis non extat.

302. L. inquisitio, indagatio.

305. L. inq. sordes. P. inquinatus, sordidus, contaminatus.

306. De percontat vide infra. Pro abscultat l. auscultat, ut supra v. abscultat.

307. L. inquis et tum inquit. Inquisti pro dixisti habet VI. p. 529. et inquierunt dixerunt VII. p. 564.

310. cf. infra 350.

311. L. inritatum. De voc. amaricatum cf. supra.

312. intulit, ut supra.

314. Obrepere et inrepere non apta sunt. Requiro obruere et inruere.

315. L. insanit, quamquam idem extat supra v. furit.

316. L. ins., inexplebilis ut supra n. 181.

317. L. avida.

318. L. ignarus cf. supra v. expers et expartia aliena.

321. Haec glossa perversa est. Ego malim insectio, sectio aut insecta, secta. cf. Fest. p. 83.

324. L. inuncat ut VIII. p. 291. inuncare, decipere. Hoc glossema munit locum Dig. XLVIII. 19. 28. qui saluti dominorum **insidiaverint**, ubi alii perperam mutant. Hanc formam activam altero exemplo firmat du C.

325. VI. p. 529. insidiae, molestia, fraudes. Is. Or. X. 151. Proprie est insidere dolo aliquem exspectare; unde et insidiae nominatae sunt, ut habet etiam Serv. ad Virg. Aen. XI. 531. et P. repetit, addens: insidiae loco sive telo fiunt: fraudes, doli pluraliter declinantur. Nihilominus apud Sall. apud Char. I. 75. dixit: **insidia** prima et *II*. p. 96. insidia λόχος, ἔνεδρα; hae insidiae singulare non habet (?) ἐπιβουλαί, ἐνέδρα.

326. L. nobile. VIII. p. 289. insignis, illustris, celticus, nobilis, egregius, augustus, authenticus, egrex: insignia, nobilitas. Non. p. 331. insigne dicitur magnum vel praestans. P. insigne ornamentum nobile ... insignis, nobilis, praecipuus, gloriosus, magnae famae — insignior, nobilior. Insigniter, egregie, nobiliter, excellenter.

328. L. exaltat et ornat. VIII. p. 289. insignire, ornare, venustare, decusare, polire et p. 283. insignire, nobilitare quod etiam pro pingere dicitur et p. 294. insignire, honorare, vel nobilem facere. Pl. p. 474. insignit, insigne facit vel signum imponit, translatum ab animalibus, quae nota signantur [quae repetit P.]. cf. Fest. p. 84. A. p. 340. n. 28. insilitus, nobilis, clarus, ubi lege insignitus. Serv. ad

Insimulat, accusat, incriminat.
330. Insitum, inseminatum.
Insitum, satis collogatum vel insertum.
Insolens, inportunus, inpotens, intollerandus.
Insolescit, crescit, augmentatur.
Insomnis, inquiete.
335. Insons, innocens.
Inspicare, diffidere vel modum spicare.
Inspicit, diligenter inquirit.
Instigat, cogit, hortator.
Instat, est.
340. Instaurat, recuperat, renovat, reintegrat.
Institutus, eductus, instructus, inbutus.
Instructus, praesumtus, confidens.
Instruem, lingnorum.
Instrumentis, virilibus, armis.
345. Instrumentum, quod instruat.
Insuescit, extra consuetudine effacit.
Insuetare, insolenter invadere.
Insultare, insolenter invadere.
Insultare, insultanter inridere.
350. Insultat, inridit.
Insuper, quin etiam.

Aen. XI. 886. insignis, nobilitas, clarificas. P. insignitus, ornatus, designatus — insignire, ornare, decorare, exaltare.

329. insimulare, incriminare. A. p. 838. n. 17. insimulat, accusat. Fest. p. 82. insimulare, crimen in aliquem confingere. Nota voc. incriminare, quod ex aliquot postremae latinitatis scriptoribus testatur du C. In cett. glossariis non legitur. De activo crimino cf. Non. p. 470. Prisc. VIII. p. 377. et viros doctos, quos citat Eckst. ad Voss. Aristarch. T. II. p. 764. P. criminor pro crimino invenitur, unde apparet, illud de Papiae sententia rarius extitisse.

330. 331. L. in satis collocatum vel insertum.

333. Noli emendare inolescere, quod antea iam habuimus. Ita dixit Arnob. IV. 11 mala ista, quae dicitur fervant et quotidianis accessionibus insolescant. Hieron. in Helv. n. 18. novem mensibus uterus insolescens i. tumescens ac crescens. P. insolevit, illabavit(?), inhaesit, invaluit. Ita Tert. adv. Nat. II. 12. Denique simul coepit et Coelo vox insolescere, i. tumescere. de Carn. Chr. 4. describe uterum de die insolescentem, ubi Rig. habet de die in diem inolescentem et de Cult. Femin. II. 11. ut gloria insolescat.

334. L. aut inquietus aut inquies.

336. L. diffindere in modum spicae. VIII. p. 293. inspicare, acuere. Virgilius ferroque inspicat acute. Serv. ad Georg. I. 292. inspicat, incidit ad spicae et aristarum imaginem. P. inspicare, faces findere.

337. L. inspicit.

339. Haec glossa perversa est.

340. Recuperat probum est; nam qui id quod amisit, denuo recipit, id redintegrat, unde recuperare rempublicam, potentiam domesticam eodem sensu dicitur; P. instaurare, reparare.

343. Haec corrupta sunt et sine dubio ex loco cuiusdam scriptoris deprompta, ubi in struem legebatur. Nam strues est lignorum acervus, ut infra explicatur.

344. Virilia sunt pudenda, qua significatione apud Graecos ὄργανα, apud Latinos instrumenta dicuntur; cf. Arnob. V. 11. ac sustulit foedi operis instrumenta. cf. Intt. ad Petron. c. 130. p. 800. ed. Burm. Arma vero pro cuiuscunque artis vel artificii instrumentis dici probant loci Virg. G. I. 160. quae sint duris agrestibus arma, ubi Serv.: arma .i. instrumenta, ut ulibi; Aen. I. 177. Cerealiaque arma, ubi Serv.: Arma enim generaliter omnium rerum instrumenta dicuntur, quae repetit P. v. arma.

346. L. efficit ut P. insuescere, extra consuetudinem efficere.

347. VI. p. 529. insuetare, inclementer vel insolenter invadere VII. p. 565. insuetare, insuenter invadere, ubi aut lege insuete aut insolenter et A. p. 341. 46. intersuitare, insolenter invadere. P. insuete invadere vel insultanter. Itaque puto etiam in seqq. glossis legendum insuetare, insultanter invadere: insultare, inridere. Antea insultare legere malebam. Contrarium me docent cetera glossaria, quae et insuetare et insultare habent. Certo legisse id Papiam, ex interpretatione insuete invadere evincitur.

348. 349. Quomodo hic corrigendum sit, modo dixi. A. p. 339. n. 60. insultans, ridendo contradicens; p. 343. n. 123. insultare, contradicere. Non. 330. insulare, insilire .... iniuriosius aliquid dicere. Serv. ad Aen. II. 330. insultare est in alienum dolorem

**Intaminata, inconcussa.**
**Intantum, adeo.**
**Intendit, intentat.**
355. **Intentione durus, provicax.**
**Intelligo, calleo.**
**Intemerata, integra, inviolata.**
**Intemperantia, levitas vel audacia.**
**Intempesta, certum tempus noctis id est conte gallos vel omnino silentium media nocte.**
360. **Intempestivo, non suo tempore.**
**Intentus, contemplatio.**
**Interdum, alias, aliquotiens, nonnunquam.**
**Intersum, intervenio.**
**Intervaldum, spatium.**
365. **Inter . . . tantisper.**
**Intercapedo, interiectio.**
**Intercedit, subrepsit.**
**Interdiu, interdiem.**
**Interfectus, occisus, extinctus.**
370. **Integra, inviolata.**
**Integro animo, sincero.**
**Interest, distat, differt.**

gaudere, exsultare vero gaudere. et X. 20. insultare est inimicis irridere per cavillationem; exultare vero gloriari et laetum esse. P. insultare, insilire et de alterius iniuria gaudere.

352. A. p. 342. n. 44. intaminatus, inmaculatus. P. intaminatus, incorruptus, inpolutus, integer.

355. Pone signum interpunctionis post: durus; nam qui intentione est durus, est pervicax, ut legendum puto, id est sua sententia ac voluntate persistens. P. intentio, propositum alicuius, voluntas aliquid faciendi. Aliter etiam corrigi possit intentiosus, quod VIII. p. 290. explicatur contumax, quod adiect. alibi frustra quaeres. Hoc magis probo.

357. Is. Or. X. 127. intemeratus, incorruptus et nulla temeritate violatus, quae repetit P. Serv. ad Aen. II. 143. intemerata, incorrupta vel integra et XI. 584.: intemerata, inviolata, incorrupta.

358. Idem habet VI. p. 529.

359. L. . . . . ante gallos. A. p. 339. n. 78. intempesta nocte; media nocte. Apertissime Varr. VI. 5. unde omnes glossae exhaustae sunt: Inter vesperuginem et iubar dicta **nox intempesta** . . . Intempestam Aelius dicebat, quom tempus agendi est nullum, quod alii **conoubium** appellarunt, quod omnes fere tunc cubarent; alii ab eo quod sileretur, **silentium noctis**, quod idem Plautus **tempus conticinium**; VII. 72. nox intempesta quo tempore nihil agitur. Fest. p. 82. imtempestam noctem dicimus pro incertiore tempore, quia non tam facile noctis horae quam diei possint intelligi. Is. Or. VI. 31. 10. Ergo intempesta inactuosa, quasi sine tempore .i. sine actu, per quem dinoscitur tempus . . . . Ergo intempesta dicitur, quia caret tempore .i. actu. Serv. ad G. I. 247. intempesta, inactuosa, alta, crassa. Isidorus suam glossam descripsit ex Serv. ad Aen. III. 587. qui tantum fusius exponit. P. haec omnia compilavit: intempesta nox, media nox, obscura, taciturna; intempesta .i. importuna quando nihil potest agi et omnia quieta sunt; nam tempestivum est opportunum. Intempesto dicitur quasi intempestivum vigilantibus: certum tempus noctis est, ante **gallorum cantum** vel silentium omnino media nocte. Intempestum medium noctis tempus.

360. VIII. p. 293. Intempestivus quod in tempore congruo non fit. Boethius: intempestivi funduntur vertice cani et p. 295. intempestus, incongruus [ubi l. intempestivus]. A. p. 339. n. 79. intempestiva, intemperata [l. intemporata] oportuna [l. importuna aut inop.]. P. tempestivum, intemperatum, non suo tempore, subitaneum, ubi l. intemporatum, quod voc. nota. Atque ita lege in glossa, quam Henschel. addit ad v. intemperata: intempesta nox, intemperata; Germ. intemperata noxia intempesta [l. nox imtempesta]. Aliud enim est intemperatus ἄκρατος, aliud intemporatos s. intemporarius.

361. Nota hoc voc. hac significatione nuspiam alibi dictum.

362. Alias esse interdum probat Hand. Tursell. T. I. p. 221. et P. alias, in alio tempore, interdum, aliter, ad alios fines.

365. L. interim, ut infra v. tantisper.

366. VIII. p. 290. int. spatium, intervallum, interstitium. Fest. p. 82. intercapedo, tempus interceptum, cum scilicet mora est ad capiendum ut Π. p. 98. interc. διάστασις καιροῦ, διάστημα χρόνου, διωρία, διάστημα; cf. Munk. ad Fulg. Myth. p. 603. Stav.

367. Aut l. subrepit aut intercessit.

368. VIII. p. 291. interdiu diu. Plautus interdiu quasi claudus sutor domi

Interimit, interfecit, occisit.
Interior, domesticus.
375. Interire, perire.
Interiora, secreta.
Interius, introrsus.
Interlitus, intercessio verbi, quando inter se obliterantur.
Inluctat, reluctat, inpedit.
380. Interlunium, interstio lunae.
Intermittit, omittit.
Interna, interiora cordis.
Interitus, pessum, pestilentia.
Internitionem, mortem vel poenam.
385. Internuntius, legatus qui cum renuntiat, redit.
Interpellat, adiit.
Interpellavit, interrupit.
Interpolat, interponit.
Interponit, inserit.
390. Intestina, interanea.

sedet. A. p. 338. n. 48. interdiu tempus, inter diem et noctem. Fest. p. 54 interdiu, cui est contrarium noctu. P. interdiu, per diem.

373. L. aut interemit . . . occidit aut interficit occidit.

378. Hoc glossema repetitur in Ital. Lat. Ms., quem citat du Cang., ubi explicatur: La intercessione del verbo. Tum vides inter se falsum esse et legendum, quod interfoedatum, corruptum vel simile significat. Atque ita legendum puto apud I. p. 683. n. 28. interlectus, interfedarus, varie per intervalla fuscatus : interlitus, interfedatus varieque cett., ut intervalla sint, ea quae inter singulas patent lineas spatia, in quibus correctio poni solet. Alii volunt interpolatus, ut P. interpolatus, interfedatus, varieque maculatus, corruptus. Interlitus interpretatur P. intermixtus distinctus (?) VI. p. 529. et A. p. 341. n. 45. explicatur interlinitus.

379. L. interluctat, ut VIII. p. 291. interluctare, impedire. De activa verbi lucto forma vide Eckst. ad Voss. Arist. T. II. p. 767. Oud. ad Apul. Met. XI. p. 779. Hoc vocabulum in nullo lexico extat.

380. L. interstitio lunae. P. interl. tempus illud lunae inter deficientem et nascentem, quando est XXX.

382. Cordis probum est. Est dicta pars pro toto, ut in voc. cordapsum (quod citat P.) .i. ileon .i. dolor intestinorum. Ita infra intestina explicantur interanea, ut apud Veget. interna boum.

383. Videtur glossographus pessum pro substantivo accepisse; nam eadem ratione infra dicit pessum, pessimum, pestis, interitus. Ibi fusius de hoc voc. exponam.

384. L. internecionem. I. p. 683. n. 49. internecies, mors, iactura, quod cum aliis cave ne mutes, nam Is. Or. V. 16. §. 17., ubi interneciei vulgo legitur, Codd. variant inter internecii et internecivi, quas emendationes librariorum existimo. Hoc idem affirmat VIII. p. 289. internecies, mors. Fest. p. 82. internecio, vitae privatio, a nece denominato vocabulo. P. internecio quasi quaedam hominis maxima necio, mors vel poena, internectus, i facit, abiecta c. causa euphoniae.

385. VIII. p. 290. internuncius, nuncius. A. p. 341. n. 42. internuntii, qui inter partes nuntium afferunt. P. intern. mediator, interpres. Ego lego pro renuntiat: renuntiavit, quia in eundem locum, unde egressus est, redit. Aliter nominatur intermedius vel intermedia, ut legendum puto pro intermina in Gloss.; ut VI. p. 529. intermina, internuncia, obiecta vel mediatrix, et VII. p. 565. qui tamen habet intermia, atque intermina, separabilis [l. ins.] aut termino carens. P. habet interminia, mediatrix, internuncia, inseparabiliter, termino carens, ubi lege inseparabilis et. Glossator intermedius et interminus confudit. VI. p. 529. extat interpres, interventius, ubi lege internuncius.

386. L. adimit, ut Tryphon. Dig. 23. 5. 16. lex Iulia non interpellat possessionem .i. interrumpit et adimit.

388. VIII. p. 294. interpolare, obscurare, obtenebrare, obnebulare. VII. p. 565. intervulsus, interpolatus et VI. p. 529. interpolatus, infedatus, varieque maculatus sive per intervalla fuscatus [cf. supra interlitus]. A. p. 340. n. 30. interpola, reprobata [l. interpolata]. P. interpolare, inquinare, interrumpere, interponere, intervenire, ubi aperte vides, interpolare esse interpellare, uti etiam in lexicis est, quae duo ex Curtio afferunt exempla cf. du C. T. III. p. 866. ed. H.

390. *Π*. p. 98. interanea ἔνθερα, ἔγκατα; interaneus ἐσώτερος. VI. p. 529. habet intestina viscera vel intranea. Equidem quî interaneus, si latinum est, defendam, non habeo. Ea enim, quae in neus terminantur adiectiva, formantur aut a substantivis ut pedaneus a pes: erroneus ab erro aut ab adiectivis in us desinentibus, ut subitaneus, supervacaneus. At vero adi. extraneus eadem ratione formatur ut

Interres, malus.
Intestabilis, sine fraude, sine testimonio.
Intestinum, intimum, domesticum.
Intimus, interior, domesticus, honoratus, praeclarus.
395. Intrat, penetrat.
Intrepide, indubitanter,
Introrsus, interius.
Intuetur, cernit, vidit, inspicit.
Invadit, supervenit, ingruit.
400. Invalida, infirma, inrobusta.
Invenit, devestit.
Inventor, repertor.
Invexo, absoluto.
Invicem, alternum.
405. Inbicillis, infirmus, ergotus, ineluctuabilis.
Invidia, zelum.
Invidiosus, qui invidiam patit.
Invidus, qui alterius felicitatem inimicatur.
Inviolantum, integrum, intactum, intemeratum, inlibatum.
410. Invisibile, quod videri non potest.
Invium, sine via vel timore, ABATON.
Inumatus, insepultus.
Inundatio, diluvium.
Inundata, inrigata terra.
415. Inutilis, incommodus.
Iocus, lasciviae, lusus, cacinnus.
Ippago, aurigarius.

intraneus, cui oppositum est. Ita in med. aevi latinitate dicitur intraneus, hostis et intranei pro indegenis, teste du C. Quodsi igitur latinum est voc., intranea necessario scribendum existimo. At sunt quae mihi dubitationem iniiciant; primum quod constans est apud Colum. IX. 14. §. 15. exemptis interaneis codd. lectio, nisi quod alii r duplicant, et ita etiam apud Plin. XXX. 20. et XX. 46., quantum video, lectio non ita multum differt. Huc adde, quod in *Π.* p. 98 legitur interata ἐξεντεριοθέντα et interato ἐξεντερωθέν [l. tum], unde apparet verbum fuisse interare, quod gr. ἐξεντερίζω significaverit. Hoc servatum est praeterea in voce exenterare, quod puto in exinterare mutandum esse ex analogia voc. interare et interanea. Atque sunt qui ita ubique legant. Hoc probato, ab ἔντερα dicta esse interare et exinterare, interanea recte formatum esse possis dicere, ita ut intraneus et interaneus plane inter sese differant. Quod cum librarii ac mediae aetatis scriptores ignorarent, utrumque confuderunt. Aliud est introneus, quod habet VIII. p. 290.: interior, intimus, penitus, penitissimus, intimus, internus, impositus, immissus.

391. L. interpres, medius (cf. infra malus interpraes). P. interpres, mediator, medius, expositor, pacificator, auctor concordiae.

392. L. sine fide. A. p. 340. n. 151. intestubilis, sine fine testium, ubi l. intestabilis, sine fide p. 343. n. 108. int. sine testimonio. Is. Or. X. 135. int., cuius testimonium non valet, et quod dixerit, irritum improbatumque sit. P. int. sine fide ac testimonio, cuius testimonium non valet.

393. Idem habet P. Ita habet A. p. 342. n. 55. intestinus, comprovincialis.

394. Intimus, si explicatur honoratus, cogitandum est de amicitia et familiaritate, qua eum dignari solemus, qui summo penes nos est honore et gratia.

395. Nota voc. inrobusta, quod in nullo glossario et lexico inveni.

401. L. invertit, divertit cf. supra ad v. diversat.

403. Hanc glossam non capio. Invexo si verbum est, absoluto non respondet. Forsitan legendum sit innoxio, absoluto .i. libero crimine et innocenti.

404. Ego malim alternis.

405. L. aegrotus. De voc. ineluctuabilis iam dixi ad n. 173.

406. De voc. zelum infra suo loco dicam.

407. A. p. 342. n. 46. invidiosus, cui invidetur vel qui invidet; cf. Is. Or. X. 134. invidiosus, qui ab alio patitur invidiam. P. inv. felix ille, qui de alio patitur invidiam.

408. L. inimicatur .i. inimicus fit et est, de quo voc. vide du C.

409. L. inviolatum. P. inviolatus, intactus, integer.

410. A. p. 343. n. 16. inaspicabilis, invisibilis.

411. L. sine via vel tramite, ἄβατον.

412. L. inhumatus.

416. L. cachinnus.

417. I. p. 682. n. 58. habet ipparius, aurigarius. Ippago repetit Gl. Par. 7641. Forsitan legendum sit hipparchus, quod quamquam explicatur magister equi-

**Ipsus, se ipsus, ipse.**
**Iracundus, fervidus, minax.**
420. **Irascitur, succendet, indignatur.**
**Iris, arcus caelestus.**
**It, vadit.**
**Itus, gressus.**
**Itavero, itinestet.**
425. **Ititidem, titem, iterum atque iterum.**
**Itiner, iter longum.**
**Itine, ita vero.**
**Iubar, lucifer, claritas vel ortus solis.**
**Iocunditas, delectatio, ammoenitas.**
430. **Iudicat, decernit, exponit, memorat.**
**Iudices, censures.**
**Iudicium recuperatorum, ubi agitur op reparationes.**
**Iudex privatus, arbiter.**
**Iugis, continus.**
435. **Iugiter, perseveranter.**
**Iugum, servitutis captivitas.**
**Iumenta, pecora vel animalia.**
**Iunctio, copula.**
**Iuncceum, lectile.**
440. **Iunctura, conmissura.**
**Iuncus, scirpus.**
**Iurgat, litigat, rixat.**

tum, tamen etiam pro equi magistro et rectore dici possit, ut idem fere sit aurigario, qui in circo equos regit ac ducit. In ceteris glossariis hoc voc. frustra quaeres.

418. P. ipsus antiqui dicebant pro ipse. cf. Serv. ad Aen. II. 60. et Prisc. XIII. 8. p. 564. quod et **ipsus** invenitur a vetustissimis prolatum, neutrum in um desinens facit.

420. succenset.

421. L. coelestis.

423. cf. A. p. 343. n. 130. itus, ingressus; 132. itio, itus, iter.

424. L. itane, scilicet.

425. L. item.

426. Non. p. 482. itiner dictum pro iter, idemque repetit p. 490. Is. Or. XV. 16. §. 8. Iter autem et itiner diversam significationem habent. Iter enim est locus transitu facilis, unde et appellamus itum. Itiner autem est itus longae viae et ipse labor ambulandi, ut quo velis pervenias, quae repetit fere iisdem verbis P. Hoc discrimen non agnoscit Prisc. VI. 8. p. 245.: quamvis antiqui hoc iter, iteris et **itiner itineris** dixerunt. Quid A. p. 343. n. 135. sibi velit explicans: itiner praevius equidem non capio.

427. L. itane.

328. Pl. p. 474. i. splendor solis vel lunae vel stellarum, quod in modum iubarum radii ipsorum extenduntur, quae extant etiam apud Is. III. 72. §. 18. VIII. p. 286. iubar quod et pro nomine cuiusdam stellae et pro splendore dicitur et p. 290. iubar, splendor, fulgor, radiamen, claritudo, coruscamen, emicamen. VI. p. 530. iubar solis radius vel stella, quae ante solem apparet, quae extant etiam in P. Varr. de L. L. VI. §. 6. ut ante solem ortum, quod eadem stella vocatur iubar, quod iubata, Pacuvianus dicit pastor: exorto **iubare** noctis decurso itinere et VII. §. 76. **iubar** dicitur stella **Lucifer.** Fest. p. 87. iubar stella, quam Graeci appellant φωςφόρον, hoc est lucifer, quod splendor eius diffunditur in modum iubae leonis. Is. Or. III. 72. §. 18. Lucifer dictus ..... Hic proprie et **iubar** dicitur, quod iubas lucis effundat, quae descripsit ex Serv. ad Aen. IV. 130. iubare exorto: nato Lucifero. Nam proprie cett.

431. L. censores.

432. L. ob reparationes.

434. L. continuus. Pl. p. 477. iuge, sine defectione, perenne ac perpetuum. VIII. p. 288. iugis, assiduus, frequens, continuus, P. iugis connuus, assiduus, sine defectione; iugiter, perseveranter, diu et semper.

436. L. servitus, captivitas ex I. p. 683. n. 31. iogunium, ubi emenda iugum boum vel collum cf. P. iugum, collum, servitium vel lignum quod in cervicibus solet poni bovum, captivitas; par bovum.

439. L. iunceum ex I. p. 682. n. 59. Idem extat cod. Par. 7641. Sine dubio ita nominatum est lectile quod e iuncis constabat.

442. VIII. p. 281. (a ius) iurgo, quasi iure te ago. 288. iurgare, litigare, conviciare, exprobrare, contumeliare et p. 291. iurgare, rixare. P. iurgari, altercari, litigare, purgare [l. pugnare] iurgo et iurgor idem significabant antiquitus cf. Eckst. ad Voss. Arist. T. II. p. 766. De rixo cf. Non. p. 477. et eundem p. 771.

**Iurgium, vadimonium, lis.**
**Iurgium, rixa, contentio.**
**445. Iuris consultus, iuris peritus.**
**Iudicium experiri iudicarū,.**
**Ius, lex, scriptura,.**
**Ius cyricium, ius romanum; romani autem scirites,.**

443. 444. Pl. iurgio, incursatione [l. incusatione]. VIII. p. 288. iurgamen, iurgium, lis, litigium, rixa, cavilla, altercatio, contumia, contumelia, altercamen atque ita emendo iurgium pro inuum, iniurium in A. p. 340. n. 149. A voc. ius repetit Varr. de L. L. VII. 93. Fest. 77. iurgatio, iuris actio. Is. Or. XVIII. 15. §. 4. Iurgium dictum quasi iuris garrium, eo quod hi qui causam dicunt, iure disceptent, quae repetit P.

445. A. p. 344. n. 143. iurisconsultus, legis doctor.

446. L. iudicari.

448. L. ius Quiritium .... Quirites.

449. Hic error quî explicandus sit, dictum est voc. consecrat.

451. VIII. p. 288. iuvencus, bos iuvenis.

**Iussit, consecravit, imperavit.**
**450. Iustum, aequum, rationale.**
**Iuvencus, taurus.**
**Iuventas, ipsa aetas.**
**Iuventus, inventum, multitudo.**
**Iuxta, prope, circa, erga, poene.**

452. 53. Pl. p. 474. iuventus, iuventus, iuventa. Iuventus iuvenum multitudo; Iuventas dea iuventutis; iuventa ipsa nostra aetas est. Sed nostri in plerisque aliter posuerunt. Idem exponit Serv. ad Aen. I. 590. et IV. 32. Non. p. 433. iuventus, iuvenes; iuventa aetas ipsa. P. iuventus vel iuventas una aetatum hominum seu collectio iuvenum; iuventa ipsa dea, iunonis filia: uxor herculis. Iuventa et iuventas ipsa aetas est; iuventus vero iuvenum multitudo — iuventus hominis aetas; iuventa vero decus iuventutis sed abutitur. Ex his legerim iuventus iuvenum.

454. iuxta ex confusione erga explicatum est, quia erga est circa ut apud Apul. de Dogm. Pl. I. c. 15. ubi vid. adnot. mea p. 202. cf. supra erga.

# L.

**1. Labat, titubat.**
**Labefacit, conmovet, convelit vel subducit.**
**Labefactor, praedator.**
**Laberna, ferramenta latronum.**
**5. Labernas, qui filios alienos seducit.**

1. P. labat, deficit, nutat, solvitur, vacillat. — Labo as neutrum et labor, eris deponens in una significatione ponuntur.

2. L. convellit, ut etiam P. habet. VIII. p. 300. labefacio, quod et pro maculare dicitur et pro labi (?) et p. 323. labefactare et labefacere, labilem facere.

3. Nota hoc vocabulum, quod, quantum scio, nullo glossario legitur nec du Cang. habet. Praedator vero per se vix ferri possit, cum hac significatione labefacere non legatur. Rectius emendaveris perditor .i. corruptor, qua notione legi labefacere, probant Intt. ad Tac. Hist. II. 93. Ne tamen quid dissimulem, extat locus Petron. 85. ubi praedator corporis nominatur corruptor pudicitiae.

4. 5. I. p. 684. n. 29. Laberna, ferramenta latronum vel grassatorum vel furum et p. 30. Laberna, qui filios alienos seducit et n. 50. laberna, latro aut qui filios alienos seducit et p. 685. n. 36. Laberna, gladiator. VI. p. 530. laberna, latro aut qui filios alienos seducit aut ferramenta latronum. A. p. 346. n. 129. Laverna, ferramenta latronum, quae repetuntur ibidem n. 11. P. laberna gladiator vel fuit [l. fur], ferramentum latronum vel dea furum vel qui alienos filios seducit, ex quo glossemate apparet laberna et laverna idem esse; nihilominus P. habet infra: Laverna, dea furum vel latro qui alienos filios seducit; laverna, ferramenta latronum; A. p. 347. n. 13. Laverna, homo qui filios seducit et dea furum. Cetera glossaria

**Labes, macula, crimen vel emersiones.**
**Labescit, movet, convertitur.**
**Labitur, vacilla, deducitur, cadit.**
**Labos, labor, miseria, aerumna.**

id non agnoscunt, sed scribunt ubique Laverna, quaudo dea est furum; cf. infra n. 75. VIII. p. 301. [a lateo] Laverna dea furum [cf. p. 324.], ut habet etiam A. p. 346. n. 32. Non. 134. Laverna, dea, cui supplicant fures. Fest. p. 87. Laverniones, fures antiqui dicebant, quod sub tutela deae Lavernae essent, in cuius luco obscuro abditoque solitos furta praedamque inter seluere. Hinc et Lavernalis porta vocata est. Acron ad Horat. I. 16. 60.: Laverna in via Salaria lucum habet; est autem dea furum et simulacrum eius fures colunt et qui consilia volunt tacita; nam preces eius cum silentio exercentur: sic dicta fortasse a latendo; nam fures olim laterniones et laverniones dicebantur — Comm. Cruq. a lavando, nam fures lavatores dicuntur. Ex his intelligi potest, originem huius voc. iam ab antiquis in dubitationem vocatam esse. Nostris temporibus sunt, qui ab Graecorum λαβεῖν i. sumere id petere veliut atque Laberna scribi praeferant; cf. Intt. ad Fest. p. 475. Varias h. voc. significationes ut inter se conciliaret Graevius, legendum putavit pro ferramentum dea: daemoniam, et pro gladiator, grassator. Primum nota in aliquot locis pro Laverna scribi Laberna, ut apud Arnob. II. 26. et IV. 24. atque in ea scriptura glossaria fluctuare videmus. Ego a partibus eorum sto, qui Laverna legunt et a lavare repetant originem. Nec me ita movet Schol. auctoritas, quam et ipsa voc. significatio, quia qui lavant, omnia abducunt et tollunt; et analogia vocum; ut lucerna, taberna. Atque ita legendum puto apud Petron. c. 140. §. 15., ubi inter levatores, quam librarii puto emendationem esse, et leccatores, quod sententiae non respondet, codd. variant. Certe non intelligo qui Doed. Syn. T. VI. v. Laverna a levare voc. petere possit. Haec habeo de origine et scriptura. De significatione haec notanda sint. Laverna de ipsa dea dici, certum est et de furibus quoque poni probat locus Auson. Epist. IV. 104. Hic est ille Theon poeta falsus Bonorum male carmina Laverna, ubi alii minus recte taberna malunt. Nam deam furum dixit pro ipsa fure, ut saepius eadem ratione dii pro iis, quibus praesunt et rebus et personis ponuntur. Nisi omnes id haberent glossaria, facile pro laverna legere posses cum Fest. labernio. Ne tamen negligas, nostrum glossarium habere Lavernas. De significatione: ferramenta latronum, nihil afferri licet, cum, quantum scio, nullo loco comprobetur. Fusius, non tamen accuratius agit de hac dea Hartung in libro: Religion der Römer T. II. p. 52. sqq., qui a latere petendum putat cum aliis veteribus. Animi causa ponam hic glossam A. p. 348. n. 10. ubi Laverna explicatum est actualis causa, quae versio est voc. πραξιδίκη, quo nomine apud Graecos haec dea appellata est, cf. *II.* p. 155. Πραξιδίκη Laverna.

6. L. demersiones aut eversiones. VIII. p. 323. Labes, lues, foeditas, macula, luvio, quod etiam repetitur v. litura, foeditas, foedulentia, spurcitia, faeculentia, lutulentia, lunies, lunio, putor, labes, ubi Mai emendavit luvio et luvies, pro quo malim illuvio et illuvies vel tabes et sanies. VI. p. 531. labae [l. labes], ruinae, maculae, et A. p. 346. n. 5. Labes, ruinae, macula vel pestilentia. F. p. 90. Labes, macula in vestimento dicitur et deinde μεταφορικῶς transfertur in homines vituperatione dignos. Serv. ad Aen. II. 97. labes ruinam significat a lapsu; unde apparet, me recte emendasse demersiones. Pro voc. lapsus dixit Arnob. V. 40. labem imbris, ad q. l. vide adn. p. 480. De signif. macula plura dixit Oud. ad Apul. VI. 22. p. 424.

7. L. movetur. VIII. p. 323. labascere, nutare, vacillare, labi. VII. p. 566. Labescitur [l. labascitur], movetur, convellitur. VI. p. 530. Labescit, movetur, compellitur [emenda convellitur]. A. p. 346. labescit, fortunam perdit; [unde emenda 347. n. 14. lavescit, furtinam prodit]. Non. p. 473. labascor pro labo. Accius: quod non labascatur lingua. Prisc. VIII. 14. labo, labasco. Apparet legendum esse ubique labasco, non labesco, quod analogiae repugnat. Vitium est etiam Pap. qui habet: labescit, convellitur, movetur, vacillat.

8. L. vacillat.

9. A. p. 346. n. 120. Labos, labor. Non. p. 487. vapor et vapos, timor et timos et labor et labos, ita sunt ut color et colos. Serv. ad Aen. I. 453.: cum secundum artem dicamus honor, arbor, lepor, plerumque poetae r in s mutant [ubi pro lepor legerim c. Guelf. labor, quia idem habet Is. Or. I. 16. 23., qui Serv. describere solet] causa metri.... Sed ecce in hoc loco et sine metri necessitate honos dixit. Item Sallustius paene ubi-

10. **Labrus, convulsus.**
**Laboriosus, sollitus.**
**Lapsari, saepius labi.**
**Lacerat, laniat, lacinat.**
**Lacertum, quod vulgo lacinosum dicit,.**

15. **Lacertum, concisum vel brachium,.**
**Lacere, membra discerpere,.**
**Lacerna, caverna.**
**Lacertos, musculos brachiorum.**

que labos posuit . . . cf. ad Georg. II. 256. Labor et labos citat Prisc. V. 13. p. 211. cf. Wagn. Var. Lectt. ad Ecl. III. 56. P. labor et labos. Labor, studium, cura, vigiliae, miseriae, calamitas.

10. L. labsus, convulsus. De scriptura labsus, quae in optimo cod. Med. Virg. fere semper invenitur, cf. Wagn. Orth. Verg. p. 462.

11. L. sollicitus. A. p. 348. n. 17. Laboriosus est et qui laborem subfert et qui infert, quae significationes notae sunt.

12. L. lapsare, ut VIII. p. 323. lapsare, labi et A. p. 347. n. 31. lapsantem [l. es] lubricantes, cadentes. Et ita corrige VI. p. 531. lapraentes, laventes in lapsantes, labentes.

13. Magna est de voc. lacinare inter viros doctos dissensio; quod alii iis in locis, ubi legitur lancinare, substituere malunt. Primum monendum est, lacino et lancino in Glossis inveniri, ut apud Pap. lacinare [corrupte habet licinare] lacerare, frequenter laniare et lancinare, bellicare [i. vell.] trucidare, lacerare. Extitisse hoc voc. mea quidem sententia aperte probat adverb. laciniatim, quod omnium codd. auctoritate firmatur apud Apul. Met. VIII. 15. non **laciniatim** disperso, sed cuneatim stipato. Huc accedit locus Tertull. adv. Marc. I. 1., ubi codd. Lugdun. et Vindob., quos ipse contuli, habent: Prometheus deus omnipotens blasphemiis **laciniatur**; hodie tamen legunt lancinatur. Atque apud Senec. Epist. 32. §. 2. diducimus [vitam] in particulas ac laciniamus scribendum esse mihi quidem ob codd. fidem et sententiam persuasum est. Apud Apul. Met. X. c. 31. lectio ita variat, ut diiudicari vix possit. Magis dubius sum, num lacino an lacinio legendum sit. Quae enim in ino desinunt verba aut a substantivis, ut a ferrum ferrumino, aut a verbis formantur, ut a sto, stino quemadmodum destino, obstino, praestino, a farcio—farcino, ab coinquo — coinquino. Ita a lanio — lancinare et a lacio, cuius radix est lac [cf. lacere infra], formari possit lacino et lacero, quod prius cum a lacinia petendum putarent librarii, mutarunt in lacinio. Lacinare explicat Pl. p. 481. lancino est lanio frequenter. Lancinare per lances dividere. VIII. p. 317. [a lancea] lancino .i. lanio, unde Prudentius in libro Hymnorum: omne quicquid **lancinamur**, non dolet et p. 327. lancinare, laniare. A. p. 346. n. 124. lancinat, bellicat [vell.] trucidat quae repetita sunt p. 347. n. 20., lanciat h. t.; cf. dict. mea ad Arnob. II. c. 8.

14. L. laciniosum. P. laciniosum, laceratum, pannosum, varium.

15. Duo glossemata hic confusa sunt laceratum, concisum et lacertum, brachium, cf. supra concisum, laceratum. Lacertum gen. neutro dixisse veteres probat Non. p. 210.

16. Fest. p. 87. Lacit, inducit in fraudem. *Π.* p. 103. lacio, cis *ἐπάγομαι*. Hac significatione discerpendi, quantum scio, lacere nunquam dictum est. At non muto. Est a Graecorum *λάσκω* unde *λακίς* et *λακίζω*; nec aliena est lacessere voc. notio, ut recte explicat P.: lacessere dictum a canibus vel feris, quae solent **lacerando** provocare, quae descripsit ex Placid. et infra lacessit . . . . lacerat.

17. Gloss. Vulc. p. 706. Laverna, pallium, fibulatum [l. fimbriatum] quo soli milites olim utebantur. VIII. p. 318. lacerna, palla verrens, unde Iuvenalis: humero revocante **lacernam**, quod repetitur p. 327. VII. p. 566. L., genus cucullae subtilis et L., pallium fimbriatum, quo olim soli milites utebantur; unde et in distinguenda castrensi urbanaque turba, hos togatos, illos lacernatos vocabant. Inde autem lacernae quasi amputatis capitiis fimbriarum neque ita laxis, ut sunt penularum, quae descripsit ex Is. Or. XIX. 24. 14. et Pap. repetit. VI. p. 530. L., genus cuculae subtilis. L., stola vestis. Lacernum stola vel vestis. Hinc emendo A. p. 347. n. 28. lanterna fanosum in pannosum et n. 38. Lacerna capa episcopi. Fest. p. 87. (ex lacerare) lacinia . . . . lacerno quod minus capitio sit. P. Lacerna g. cuc. subt. genus byrrhi utrumque villosi, quo utuntur viri vel feminae. Ex his quae exposui, hic legendum puto cucula vel paenula pro caverna. At nota, caverna infra v. penula repeti.

18. VI. p. 530. lacerti, murices in

**Lacertuosus, musculos.**
**20. Lactat, barbatur.**
**Lacessit, provocat, inritat vel lacerat.**
**Lacessit, inrogat, elicit, inditat.**
**Lacunas, lacus aquarum quasi lacus.**
**Lacunae, foveae aquarum, in quibus et pisces latere possunt.**
**25. Lacur, calactorium, torcular, palus vel silanus.**
**Laeticia, gaudium, alacrimonia.**
**Laetum, prosperum.**
**Lamyro, blandus.**
**Laniator, lanilabius.**
**30. Lamina, aurea, petalum.**
**Lanciam, pugionem, flammea.**
**Laniat, lacerat.**

bracchio [l. mures], quod habet etiam A. p. 346. n. 158. et p. 347. n. 17. lacerti, bracha oratia ubi lege: brachia fortia. Is. Or. XI. 1. 117. Lacerti sive mures .... appellanturque a nomine similium animalium sub terra delitescentium, ubi nota mures pro musculis dictos esse.

19. L. musculosus. Nota lacertuosum hic scriptum esse, ut infra v. musculosus et apud P. lacertuosus, valens, constans, fortis pro lacertosus. Quae mea sit de his adiectivis in osus et uosus desinentibus sententia, exposui ad Apul. Met. V. 16. p. 347. Cum enim ea tantum, quae a quartae declin. substantivis formantur adiectiva, in uosus desinant, ut vultuosus, fluctuosus al., factum est, ut posteriore aetate cum in aliis tum in iis quae in tuosus exierunt, haec forma praelata sit, ut portentuosus, montuosus atque ita etiam lacertuosus et infra lutuosus pro lutosus. Hanc uosus terminationem Apuleium certe praetulisse, eod. l. demonstravi, ubi etiam de variis virorum doctorum sententiis egi.

20. L. latrat, baubatur. Nam lactare est lac porrigere nato, ut explicat VIII. p. 327. VI. p. 566. lactantia ubera sane et qui lacte nutriuntur et ipsae quae nutriunt principaliter lactantes dici possunt; A. p. 348. n. 53. lactans fetus, quod adhuc lac sugit. Aliud est lactare, decipere, ut Non. habet p. 16. lactare est inducere, mulgere [l. mulcere] vellere [pellere aut fallere] decipere. Fest. p. 87. Lacit, inducit in fraudem. Inde est .... lactat. P. lactare decipiendo seducere, circumfraudare. — Baubari habent etiam alia glossaria, ita tamen ut activam formam praeferant, quam lexica non habent. P. aperte: baubare, latrare canum est, baubo, bas, avi, baubatum. VI. p. 511. baubat, latrat; baubant, latrant. A. p. 277. n. 94. baubant, latrant, quod repetitum est ibid. n. 6. *Π*. p. 21. baubant, latrant ὑλακτοῦσιν, baubantur, ὑλακτοῦσιν; baubo, ποάζω [ubi lege βαΰζω].

21. Pl. p. 478. lacessam vocabo, ubi l. provocabo. p. 481. Gl. Vulc. p. 706. lacesse, inretio [l. inrito] VI. p. 530. l. iniuriare. Non. p. 133. lacessere, positum provocare. P. lacessit, affligit, detrahit, instigat, provocat, exasperat. Priores interpretationes pertinent ad convicia et iniurias.

22. L. lacuna, l. aquarum quasi locus ex P. Lacus dictus quasi aquae locus; stat enim nec profluit, idem stagnum ab eo, quod stet, cuius diminutivum lacuna facit [cf. Is. Or. XIII. 19. 2.]. Lacuna dicitur omnis aquarum congeries, vorago, foveae aquarum, in quibus pisces latere possunt. VIII. p. 311. (a liqueo) haec lacuna .i. lacus, unde Ovidius Met. in VIII. tenet ima lacunae lenta salix et p. 326. lacuna, lacus. Fest. p. 87. lacuna est aquae collectio a lacu derivatur, quam alii lamam alii lustram dicunt. Serv. ad G. I. 117. lacunae sunt fossae in quibus collecta aqua stare consuevit, quasi lacus minores.

25. L. calcatorium t. p. vel lacuna. Primum per se intelligitur. cf. Is. Or. XV. 6. 7. torcular dictum eo, quod ibi uvae calcentur atque extortae exprimantur. Forus est locus, ubi uva calcatur, unde et calcatorium dicitur ... Lacus dictus, quod decurrit ibi frugum liquor, quae repetit P.

27. De hac voc. laetus notione vide, quae dixi ad Apul. Met. III. 23. p. 194.

28. L. lamyros, blandus atque ita etiam apud I. p. 684. n. 31. Est Graecorum λαμυρός, quod *Π*. p. 114. explicat lepidus. De grata protervitate potissimum apud posteriores Graecos dicitur.

29. L. lanio, lanius. *Π*. p. 103. μακελλάριος, laniator et p. 118. μακ. lanio laniator. VIII. p. 328. laniator, lanio et hic lanius, idem sunt.

30. Interpone l. a., petalum, ad q. v. vide.

31. Lanceam, pugionem, frameam. P. lancea est asta amentum habens in medio.

Languidus, inbecillus, inherbatus.
Languida, lenta, affecta.
35. Languit, defecit, torpit.
Laniosum, pinnosum.
Lanista, magister laniatorum.
Lapsina, lapus.
Lapes, ignominia, turpitudo.
40. Lapidicinae, lapidiceta.
Laquearii, domorum tegnarii.
Lar, domus honesta.
Large, venefice, benigne.
Largitio, distributio, dim'sio.
45. Lapilli;, gemmae, gemmulae.

33. De v. inherbatus .i. innervatus cf. supra v. elanguit.

34. A. p. 348. n. 45. languis, lentus, ubi l. languidus.

35. L. languet, deficit, torpet.

36. L. laciniosum, pannosum cf. supra laceratum.

37. I. p. 684. n. 41. lanistra, lanarius, ubi corrige in lanista, laniarius, quod voc. miror Facciol. voluisse latinitate expelli. Aliud enim est lanarius, aliud laniarius et utrumque per se probum est. Prius reiici vetant glossae Isid. et P. Itaque hoc quoque loco pro laniatorum lego laniariorum, quod voc. idem esse dicit Isidor. ac lanista. A. p. 345. n. 48. lanistae, gladiatores vel carnifices. Is. Or. X. 159. Lanista, gladiator i. carnifex Tusca lingua appellatus a laniando scilicet corpora. P. lanista, laniarius, carnifex a laniando corpora, gladiator, macellarius, qui carnes laniat ferro. Esse etiam magistrum gladiatorum probant loci Suet. Aug. 42. et Caes. 26.

38. L. lapsina, lapsus ut P. et A. p. 348. n. 9. habent. Cave igitur ne cum aliis labina corrigas, quod etiam probum est, cf. I. p. 684. n. 49. labina, lapsum inferens et VIII. p. 323. labina, terra labilis VII. p. 566. labina, lapsum inferens vel aquae per viam alluviones vel terra aquosa et mobilis, in qua labimur. VI. p. 531. lavina, lapsum inferens. P. labina, lapsum inferens d. alluvio. Labina terra aquosa et labilis, in qua quis labitur dicta a labe (i?) vel quasi lapsum inferens. Utrumque enim per analogiam probatur. Quae enim in ina terminantur substantiva, aut a verborum radicibus formantur ut a sarcio : sarcina, a fodio : fodina, a farcio : farcina, aut a substantivis, ut a fiscus, fiscina, a furca, fuscina al. Hinc non recte agunt, qui lapsina in lapsiva corrigendum existimant, quod quamquam analogia defenditur, tamen auctoritatem non habet. Nam in *Π*. p. 132. ὀλισθηρός lapsivosus, lubricus corrige lapsinosus.

39. L labes.

40. VIII. p. 312 (Lapis) componitur lapidicaedius .i. lapidiscaesos, qui etiam lapidicida dicitur et haec lapidicina locus vel domus ubi caeduntur lapides. VIII. p. 326 lapidicaeditis [l. caedius] lapidum caesor, qui et lapidicida et latomius dicitur. VI. p. 531. lapicaedina (non lapicidina, ut vulgo). A. p. 346. n. 133. lapicedina, locus, ubi caeditur lapis et p. 348. n. 8. lapicina [lapicida] sector, caesor lapidum. P. lapicidina, locus ubi lapides caeduntur et lapidices, artifices lapidum. Primum nota glossarum inconstantiam in horum vocc. orthographia. Qui tamen lapidicina scribunt, ut etiam *Π*. 104. lapidicina λατομία λιθοτομεῖον, λιθοξεῖον et lapidicinarius λιθοξόος λαξευτής, pugnant contra analogiam. Nam lapicidina eadem ratione formatum est, qua fodina, patina, unde voluit glossator lapicaedina scribi, non lapicidina; Lapicida vero ut homicida compositum est. Vitium apud posterioris aevi scriptores usitatum fuisse probant glossae et loci; cf. du C. Quid vero h. l. lapidiceta sibi velit non capio.

41. Idem extat in Gl. Salm., nisi quod pro domorum ibi legitur tectorum tignarii. Extat h. v. etiam in Imp. Const. Cod. Theod. 13. 4. 2. architecti, laquearii, albarii, tignarii. Adiectirum laquearius habet VIII. p. 311. laquearius, a, um, unde Iosephus in octavo : de lignis caelatis opere laqueario auro vestitis et VI. p. 531. laqueareae, catenae aureae ubi tamen l. laquearia ex P. laquearia, camerae, catenae aureae et A. p. 345. n. 66. laquearia, funes, lucernae i. aureae catenae, ubi lucernae videtur esse interpretamentum vocis candelabrum. A. p. 347. n. 33. Laquearia, catenae, candelabrum. cf. Vitr. VII. 5. candelabra aedicularum sustinentia figuras.

42. VIII p. 320. lar, ris pro domo, quod etiam pro igne dicitur, unde in antiquo proverbio dicitur: vidi larem in laribus. A. p. 344. n. 8. lar, domus cum. Ego malim genius. p. 346. n. 6. lar, ris domus et p. 347. n. 18. lar, genus domus, ubi l. genius domus ut emenda I p. 685. n. 4. Largens domesticus, in lar. genius dom. Is. Or. XX. 2. 24. antiqui domos lares dicebant. P. lar domus vel ignis.

43. L. benefice.

44. L. distributio, dimensio, de quo errore vide supra v. dimensio.

Largitur, gratificatur.
Largus, qui copiose dat, comulus, beneficus.
Lares, domus
Larva, daemon vel umbra errans.
50. Larvare, demoniorum.
Lasciviae, iocus, lusus, cacinnus.
Lascivus, molissimi actus homo.
Lasciviens, luciens.
Lasiscere, lassare.
55. Lassitudo, labor.
Lassus, magidu, gravadus.
Latebra, latibula, loca obscura.
Latices, liquores, aquae, laterès.
Latrices, botriones, caprioli.
60. Latrix, aqua, liquor vel palans racemus.
Latens, absconsum, remotum.
Latenter, clam, absconse.
Latentius, secretius.

46. De passiva largiri voc. significatione cf. Eckst. ad Voss. Arist. T. II. p. 756. Pap. largiri, tribuere; Prisc. largio pro largior, quod commune antiquitus.

47. A. 348. n. 41. largus, gratus, gratiosus. P. largus, munificus, humanus. In nostro glossemate legerim: qui copiose dat, cumulatus aut humanus, quod saepius homanus scriptum reperitur.

49. VI. p. 531. Larva, umbra, maleficus incantator. A. p. 346. n. 131. L. umbra exerrans, pro quo mendose p. 347 n. 15. scriptum est: umbra excessans 348. n. 1. larba portentum diabulus et larna, simulacrum. Serv. Aen. VI. 152. Unde ortum est, ut lares colerentur in domibus, unde etiam umbras larvas vocamus et Apul. de Deo Socrat. c. 15. qui ob adversa vitae merita, nullis bonis sedibus, incerta vagatione seu quodam exilio punitur, inane terriculamentum bonis hominibus, ceterum malis noxium id genus plerique Larvas perhibent. Mart. Capell. II. §. 162. ed. Kopp.: verum illi Manes, quoniam corporibus illo tempore tribuuntur, quo fit prima conceptio, etiam post vitam iisdem corporibus delectantur atque cum his manentes Lemures. Qui si vitae prioris adiuti fuerint honestate, in Lares domorum urbiumque vertuntur, si autem depravantur excorpores Larvae perhibentur ac Manes. P. Larvae ex hominibus facti daemones dicuntur, qui mala (e) meriti fuerunt, quorum naturam esse dicunt terrere parvulos, in angulis garrire tenebrosis [cf. Is. Or. VIII. XI. §. 101] et Larvae, noxiae umbrae, damnatorum animae. Larva imago quod ante vultum portant cf. Horat. Sat. I. 5. 64. Quod larva simulacrum explicatur, refertur ad Graecorum εἴδωλον, cuius est versio; cf. *Π*. p. 59. εἴδωλον simulacrum, larva, imago. Nam pro magica quadam imaguncula poni probat locus Apul. de Mag. c. 63., ubi simulacrum alicuius dei, cuius cultus Apuleium adversarii insimulaverant, extremo capite nominat larvam his verbis: Hunc denique qui larvam putat, ipse est larvans. Denique larva Plaut. Merc. V. 4. 20. Cas. III. 4. 2. pro homine insano et malefico ponitur. Ita habet P. larvus, umbratilis, falsidicus maleficus, ubi ego legerim larva. Restant duo Glossariorum loca, quae huc pertinent, primum I. p. 685. 48. ubi extat, limulla, larva, ex quo corrigit Graev. limula, parva lima minus probabiliter. Ego malim larvula, larva parva, ut extat A. p. 344. n. 28. larbula, egisigrimma, nec aliter corrigendum est alterum glossema: VIII. p. 329. limutua, larva. Praeterea legi possit: Larunda, larva. Nam larundam esse lamiam docet P. Larunda quidam lamiam dicunt. Lamiam vero ut larvam inter noctis terriculamenta fuisse et veneficas dictas, probant Is. Or. VIII. 11. §. 102. et Apul. Met. I. 17.

50. L. larvale, daemoniosum, ut habet VII. p. 561. Larvalis daemoniosus vel cantator, ubi l. incantator et VI. p. 531. larvalis, daemoniosus. Quid A. p. 348. n. 47. legendum sit pro larbalis statuas — cl...pta, ego non video.

51. De signif. cachinnus cf. dict. mea ad Arnob. II. 53. P. lascivia, iocus, petulantia.

52. Plenius P. lascivus, libidinosus, foedus, petulans, mollissimi actus homo. Is. Or. X. 160. lascivus, quod sit laxus id est solutus et vanus.

53. Ego malim gestiens vel laetans.

54. L. lassiscere, lassari. P. habet lassasco, lassare, incipio [l. lassari] infirmor.

55. Male explicavit lassitudo glossator; nam est molestia ac defatigatio, quae ex labore suscipitur.

56. L. languidus, gravatus.

57. L. latebrae. A. p. 348. n. 7. latebra, fovea, refugium et 20. lacebrosus [l. latebrosus] locus refugii vel homo latitans.

58. L. aquae latentes et n. 59. latices. cf. supra v. capreoli et botryon. VIII. p. 301. (a lateo) latex .i. aqua;

Latibula, lustra, latebrae.
65. Latona, mater apollinis et dianae.
Lator, auctor, sentiae institutor.
Latrat, invidet, gannit.
Latrina, secessus.
Latrus, laepus.
70. Latro, praedator, grassator.
Latro marinus, pirata.
Latrunciat, per naves pungant.
Laventia, conlavenice;.
Laventibus, praetereuntibus.
75. Laverna, dea furum.
Lavit, detersit.
Labium, labellum.
Lauticiae, mundiciae.
Lautumniae, citanae, carceres, custodiae.

p. 324. latex, aqua, lympha. VI. p. 531. latex aqua quae latet in venis. A. p. 348. n. 51. latex, rivus. Fest. p. 88. latex lapsu profluens aqua dicitur. Utimur tamen hoc vocabulo et in vino. Is. Or. XIII. 20. §. 4. latex proprie est liquor fontis. Et dictus latex, quod in venis terrae latet. Serv. Aen. I. 686. Latex proprie est aqua ab eo, quod intra venas terrae lateat: sed et vinum latet intra uvam; unde nunc dixit laticem. P. Latex vinum, eo quod in vasis [uvis?] lateat. Itaque n. 60. lego latex, aqua, liquor, botrus, racemus.

64. VIII. p. 324. latibulum, latebrae, occultatio et A. p. 346. n. 1. latibulum, defensaculum. P. latibulum, tenebrosum lustrum.

66. L. sententiae.

67. L. inridet cf. gannit supra. De notione maledicendi et irridendi cf. Intt. ad Horat. Sat. II. 1. 85., ad Quint. Institt. XII. 9. 8. et dict. mea ad Apul. Met. p. 678. P. latrare indecenter vel impudice verba proferre.

68. Pl. p. 478. latrinis locis quibus solebant lavari sordida. P. latria, secessus, publicus locus ubi lavari solebant sordida; locus privati secessus a lateo. VIII. p. 301. latrina, cloaca. p. 324. l. cl., sterquilinium, coenistergium. A. p. 347. n. 25. latrina, secessum. cf. Non. p. 212.

69. Ego malim laevus, scaevus ut P. item perperam latrus levus. Ita explicatur *II*. p. 113. λαιός, scaevus, levus.

70. Pl. p. 478. latro, satelles a lateris custodia. VI. p. 581. latrones, venatores. Varr. de L. L. VII. 52. latrones dicti ab latere, qui circum latera erant regi atque ad latera habebant ferrum, quos postea a stipatione stipatores appellarunt aut qui conducebantur; ea enim merces dicitur λάτρον. Ab eo veteres poetae nonnunquam appellant latrones, quod item et milites cum ferro aut quod lateant ad insidias faciendas. Fest. p. 88. Latrones antiqui eos dicebant, qui conducti militabant ἀπὸ τῆς λατρείας. At nunc viarum obsessores dicuntur, quod a latere adoriuntur vel quod latenter insidiantur. Is. Or. X. 159. Latro insessor est viarum a latendo dictus; Aelius autem latro est inquit, latero a latere, insidiator viae. Serv. Aen XII. 7. Latronis, insidiatoris a latendo, sed modo venatoris et est graecum; nam λατρεύειν dicunt obsequi et servire mercede. Moris autem erat, ut imperator hos et circa se haberet et primos mitteret ad omne discrimen. Unde nunc dixit latronis telo fixum leonem, quia etiam venatores operas suas collocare consueverant sqq. P. Latro, incessor [insessor?] viarum a latendo dictus vel a lateris custodia. Latro venator aliquando. Latro est, qui furatur et occidit, unde a latitando in insidiis dicitur.

72. L. ex I. p. 684. n. 32. per naves pugnat. Huc refero glossam VI. p. 581. laturorum genus navis et latrociniorum, ubi equidem lego latronicum vel latronium genus navis ad latrocinium, de quo adi. vid. du Cang. Alibi hoc glossema non legitur.

73. Ego l. labentia, conlabentia et 74. labentibus.

78. Ita habet etiam A. p. 345. n. 63. atque ita emenda VIII. p. 329. lauciae, mundiciae.

79. Ego lego lautumiae, catenae [quod cathaenae, ut apud P. scriptum, causam corruptelae dedit] vel cisternae cf. cautumniae, citanae. I. p. 673. n. 30. cautumnae, citanae. et n. 35. citenae, cautumniae, quae glossa emendationi catenae apertissime favet. P. habet cautumniae, citeanae et citenae, cautumniae. Hoc uno exemplo, quam insulsi saepius fuerint in his vocc. emendandis Benedict. volebant legi cotumiae, citeanae i. consuetudines municipales, coutûmes des cités francogallice, quo quid ineptius sit, vix cogitari possit. Nec melius Henschel., du Cang. lexici novissimus editor, correxit cautumne s. citene. Totam dubitationem dirimit nostrum glossarium, quod lautumniae habet. VIII. p. 328. latumium, genus supplicii ad verberandum et latoma, ubi lapides caeduntur.

80. **Lebetes, ollae.**
**Lecebra, seductio,**
**Lectitat, sepius legit.**
**Ledit, remordit.**
**Lectus, electus.**
85. **Legator, internuntios.**
**Legio, falanx.**
**Legislator, promulgator, legifer.**
**Legipraecor, legum constitutor.**
**Legio, numerus certus militum, ut aiunt, sex milia.**
90. **Lena, palla.**
**Lenis, limpidus vel quod grave non est, mansuetus.**

Plautus : ibis pol in latomas lapidicinas, et lautumnae, catenae, bacae, pedanae, columbaria et laconia [l. latomia], genus catenae. A. p. 344. n. 10. lautume, carceres. p. 345. n. 64. latumiae, verbera; p. 347. n. 12. lautumia, custodia. Varr. de L. L. V. §. 151. Quod Syracusis, ubi delicti causa custodiuntur, vocantur latomiae, inde **Lautumia** translatum vel quod hic quoque in eo loco lapidicinae fuerunt, quo cum loco cf. Fest. p. 87. Is. Or. VII. 27. §. 23. Est et lautumna supplicii genus ad verberandum aptum inventum a Tarquinio Superbo ad poenas sceleratorum. Iste enim prior lautumnia [l. lautomias ex Arev. et codd. Germ.] tormenta, fustes, metalla atque exilia invenit. P. lautumni (a) custodia carceris (res). Lautumniae, vincula, cathenae, carceres. Primum nota, in glossariis saepius corrupte scribi, lautumniae contra originem. Denique restat, ut de vocibus bacae, pedanae et columbaria dicam. Ex hoc glossemate intelliges, recte se habere apud Prudent. περὶ στεφ. I. 46. carcer illigata duris colla **bacis** impedit et Psych. pro oem. 33. artita **bacis** liber colla erigit, ubi boiis alii praeferunt, negantes de vinculis bacas dici. Pedana etiam ad vincula et carcerem refertur cf. infra ad vocem pedatum et columbar genus vinculi est; cf. Plaut. Rud. III. 6. 5. Pap. columbar genus vinculi neutrum est.

80. Pl. p. 480. lebeta, olla generis feminini. A. p. 347. n 51. levetas, ollas. Is. Or. XX. 8. §. 4. lebetes aeneae sunt a graeco sermone vocatae; sunt enim ollae minores in usum coquendi paratae. Serv. Aen. III. 466. lebetas, ollas aereas, unde apud Plac. lego lebetas, ollas et apud Isid. post lebetes interpono ollae. Pl. glossam repetit Pap. addens: lebes, vas coquendi aliquid super ignem, olla aenea. — Lebes, etis secundum regulam prisciani femininum est, sed tamen Ovidius masculinm facit: viginti fulvos operoso ex aere lebetes. Locus, quantum video, in Prisc. libris non extat nec unquam feminino genere lebes a veteribus usurpatum est in locis qui hodie extant. Unde nota hanc regulam.

81. VI. p. 531. lecebra, occulta blanditio; et A. p. 317. n. 46. lecebra, seductio, occulta blanditio et Pap. lecebra sed. occ. blandities voluptas, atque ita etiam in gloss. S. Germ. scribi notat du Cang. Miror tamen, nemini in mentem venisse, lecebra neutiquam defendi posse, quoniam omnia, quae in bra desinunt substantiva aut a verborum radicibus formantur, ut latebra, salebra, tenebrae, scatebra, vertebra, aut a supinis quamquam rarius, ut dolabra, quod si verum est, pro lecebra lege lacebra a lacio, quod primitivum supra habuimus; cf. Fest. p. 87.

82. L. remordet.

85. L. internuncius. Posterioris est latinitatis cf. du Cang. VIII. p. 297. lego .i. mittere, unde legator legatorius, legatus et legatio. Hanc significationem lexica non habent.

86. L. promulgator legis, legifer.

87. L. legifer, auctor legum, constitutor.

90. VIII. p. 324. Lena ioculatrix vel genus pallii. VII. p. 566. laena, amictus rotundus duplex, ut Iulius Suavis, Suetonius vero ait toga duplex, qua inflabulati flamines sacrificant. Huius vestis inventor Laenas appellatus est. Hinc emenda VI. p. 531. laena tota duplex in toga d., vestis. A. p. 347. n. 41. lena, toga duplex, vestis regia et sagum italice dictum cf. Varr. de L. L. V. §. 133. laena, quod de lana multa, duarum etiam togarum instar. Ut antiquissimum mulierum ricinium, sic hoc duplex virorum. Non. p. 541. laena, vestimentum militare, quod supra omnia vestimenta sumitur. Fest. p. 87. Laena, vestimenti genus, habitu duplicis. Quidam appellatam existimant Tusce, quidam graece, quam χλαμύδα dicunt. Is. Or. XIX. 23. l. propria vestis est .... Gallis **laena.** cf. Schol. ad Iuv. III. 283. antiqui amphimallum laenam appellabant. P. Lena graece amictus villosus, rotundus, duplex cett. ut VI. p. 531. ac Lenas proprium cuiusdam, qui invenit laenam. Lena .i. coitus, sagum quoddam vel palla, ubi quid coitus sibi velit non capio. Ego lego birrhus; cf. I. p. 667.

91. Limpidus tantum ferri potest, si

Lenocincentes, conciliantes vel seducentes.
Lenocinium, seductionem.
Leones, domestici, adsaecula.
95. Lente, leniter.
Lenta, languida, ociosa.
Lentetur, opciose facie.
Leppitudo, cpyfora.
Lepidum, gratissimum.
100. Lepos, urbanitas, ioconditudo, pulchritudo, elegantia.
Lepos, sermo subtilis vel lenis.
Letale, mortale.
Lethae, obliviones.
Lethoragi, mortiferum.
105. Letiferum, obliviae dentes.
Letio, lamentabile.
Letum, mors, mortale.
Leva sinistra.
Levigat, linit, dealbat.

h. l. lenis et levis esse dicis; ut levis pro nitido, splendido dictum sit.

92. 93. L. lenocinantes. I. 684. n. 54. Lenocinatur, turpi adulatione famulatur et n. 53. lenociniis. Donatus: Pronunciabat autem cum suavitate cum lenociniis miris et n. 44. lenocinium, lecacitas. A. p. 346. n. 9. lenocinantes, conciliantes. et p. 347. n. 42. Lenocinat, conciliat. Gl. Arab. p. 706. lenocinium, uxoriae meretricationes mariti consensu. VIII. p. 304. lenocinor .i. laccaciter vivere, unde lenocinator . . . lenocinium. et p. 324. lenocinium, lenitas [l. levitas] vel lecacitas. VI. p. 531. lenocinio meo beneficio meo ubi lego veneficio cf. Non. p. 1. et lenocinium, uxore meretricante, amanti consensio, quae emenda ex Gloss. Arab.; A. p. 346. n. 138. lenocinium, habitatio meretricum ubi l. adulatio, quod repetitur p. 347. n. 55. A. p. 349. 58. l., nutrimentum meretricum. P. Lenocinari, seducere, conciliare, turpi adulatione blandiri; et lenocinium, meretricatio, circumventio, seductio. Ceterum nota activam formationem lenocinat, quam tamen non probo, quod sine exemplo et contra analogiam verborum est, ut vaticinor, sermocinor, patrocinor, ratiocinor.

94. L. lenones . . . . adseculae [de quo supra egi]. I. 684. n. 42. leno, lecator, mediator. [VI. p. 531. lenona, legalia ubi l. lenonia lecalia]. A. p. 344. n. 5. lenones, venenosi vel suasores. et n. 9. lenones, conciliatores meretricum. Fest. p. 85. Lenones ab alliciendo adulescentulos appellati. Is. Or. X. 160. leno, conciliator stupri, eo quod aliorum mentes blandiatur et deleniendo seducat, quae repetit P.

97. otiose fiat. I. p. 685. n. 8. lentandus, flectendus. et VI. p. 531. lentantes, tardantes, sed pro lentitantes, frequentantes aperte legendum est ventitantes, freq. Serv. ad Aen. III. 384. lentandus .i. flectendus, unde lentum vimen dicimus .i. flexibile. Et quidam lentandus nove verbum fictum putant sed in Annalibus legitur: Confricati, oleo lentati, paratique ad arma a verbo lentor. P. lentare, tardare: lento are activum unde lenteo. Hinc corrige VIII. p. 319. et lenteo, es, tardare in lento as tardare et lenteo.

98. L. lippitudo, epiphora.

99. Pl. p. 479. Lepidus mollis dicitur a lepore, quod animal mollissimum est. Facetus vero qui iocos gestu et factis commendat a faciendo dictus, quae repetit P. — VIII. p. 304. (a lenio) lepus . . . . et lepidus suavis p. 324. lepidus, lenis, suavis, mitis, mansuetus. A. p. 345. n. 67. lepidum, voluntarium, ubi lege cum Oehl. voluptuarium. et p. 348. n. 32. lepidum, speciosum.

100. Pl. p. 479. lepor, urbanitas, elegans et mollis ac faceta unde homines tales lepidi vocantur. VIII. p. 304. lepor, urbanitas. p. 324 lepor, urbanitas, facetia, curialitas. VII. p. 566. lepus [lege lepos], blandities, quod habet etiam P. A. p. 344. n. 11. lepor, subtilitas. A. p. 348. n. 47. lepus [l. lepos] iocundus puer et p. 349. n. 54. lepos, animal vel humanitas. P. lepos, oris, eloquentia vel facundia et lepos urbanitas, iocunditas, voluptas a lepore, quod est mollissimum, [adde animal], unde gratum aliquid lepidum dicimus. Praeterea nota voc. iocunditudo, quod in glossariis nondum inveni.

101. Lethe pro oblivione dici probat locus Lucan. V. 221. ubi vide Intt. In plurali numero equidem nondum inveni.

104. L. lethophagi, oblivia edentes, ut P. habet lethophagi, oblivionem edentes, quod perperam habent pro lotophagis.

106. Quid legendum sit, nescio, sed lesum vel lessum scribendum mihi persuadetur. Id enim de planctu dici probant, quae Intt. proferunt ad Cic. de Legg. II. 23.

108. ut VIII. p. 323.

109. VIII. p. 325. laevigare, alleviare. et VI. p. 531. laevigatio, levifactio. A. 345. p. 95. Levigantes, na-

**110. Levisata, genus armorum est.**
**Levum, sinistrum, contrarium.**
**Lex, ius, scriptura.**
**Libere, degustare vel tenere.**
**Libabi, sacrificium.**
**115. Libella et trinuntium deminutivo modo libra haec tres untias.**
**Liber, dialus.**
**Libor, immolor.**
**Libramentum, aequilibrium.**
**Libripens, librat.**
**120. Librat, modulat.**
**Libripendens, quod libra pendat.**
**Licenter, locite.**
**Licitatur, cautione vel vinditione exponitur.**
**Licitum, licentia.**

tantibus, ubi lege inalbantes; nam inalbare et dealbare idem significant. et p. 347. n. 43. levigata, limpidata. P. levigare, polire, linire, dealbare, lucem facere [l. levem] vel lenem cf. Colum. XII. 41. §. 16. Pro linire lege aut lenire aut linere.

110. I. p. 685. n. 43. Levisata, toga militaris. Cum nostro glossemate consentit A. p. 347. n. 49. P. Graev. legendum putat lacerna, quod, quantum a litteris recedat, apparet. Difficile erit de hoc vocabulo iudicium, quia glossae ipsae inter sese de significatione discrepant; nam Isid. ad vestimenta, ceterae ad arma referunt. Ego corrigere quid non audeo. Apud Pap. haec glossa non extat.

112 L. ius scriptum.

113. 114. L. Libare . . . . tangere libavi, sacrificavi. Pl. p. 489. Libare est leviter aliquid contingere ut si quis invitatus ad convivium vel potum perexiguum quoddam de esca vel potione sumat, non valde vel nimium satis. VIII. p. 314. libo, as, sacrificare. p. 326. libare, sacrificare, immolare, victimare. A. p. 347. n. 57. libat, degustat, deminuit. Serv. A. I. 256. oscula libavit, leviter tetigit. et V. 92. libavit dapes : leviter gustavit. P. libare, sacrificare, gustare, fundere [cf. Is. Or. VI. 19. §. 32.] leviter tangere.

115. P. libella, tertia pars ponderis, parva libra, unde lege teruncium . . . . . teruncius.

116. cf. supra v. dialus.

118. VIII. p. 309. et 326. libramentum, aequatio et A. p. 347. n. 67. libramentum, libratio. P. habet libr., aequilibrium.

119. L. librator aut qui librat. VIII. p. 310. libripens, ensis [l. endis] eo quod de manu eius pendeat libra, unde Naevius : qui libram tenet nominatur libripens et p. 326. libripens, qui libram tenet. Prisc. VI. 18. p. 287. A pendendo quoque compositum libripens, libripendis. Gaius in I. Institutionum : Adhibitis non minus quinque testibus .... item libripende . . . et qui libram aeneam teneat, qui appellatur libripens, unde in Gl. VIII. legendum puto pro Naevius : Gaius. cf. Gell. XV. 13. §. 11. P. libripens, libripendis a libra et pando componitur, id est trutinator aut qui pensat aliquid. Ita lego infra n. 121. libripens, dis, quod libra pendat.

123. L. auct. v. vend. VIII. p. 315. licitor, aris .i. venumdare, unde Ambrosius super Hegesippum; quautae illud temperantiae fuit, ut promto in libidinem viro formam suam venalem faceret et pulcritudinem licitaretur, et inde licitator, ris mercator et licitatus, venditus et haec licitatio, venditio, quae repetuntur p. 327. A. p. 346. n. 46. licitatur, auctiouatur. Nota primum passivam huius voc. notionem, quae veterum exemplis non probatur, etsi etiam P. ita habet: licitari vaenditione exponi [*Π*. 106. licitatus, *διακηρυχθεὶς*]; licitatio proposita venditio, cum emptor super vendito augmentum facit; licitator [ita lege pro lyciatur] auctionator vel qui augmentum facit conmutando. Praeterea in Glossis legitur vocabulum licitator, quod pugnatorem esse dicit I. p. 685. n. 11. licitator, gladiator, apparitor, occisor, cui multa licent. VIII. p 329. licitator, persecutor, gladiator, apparitor, lictor, grassator, tortor, spiculator, perlitor, occisor, cui multa facere licet. VI. p. 531. licitator, suasor, provocator, quae repetit P. Non. licitari, congredi, pugnare, addens duo Enn. et Caecilii loca. Fest. p. 87. licitati, in mercando vel in pugnando contendentes. Ingenue fateor, mihi hoc probari non posse. A licere vel liceri haec propter significationem deduci non possunt, etsi licitare, licere, permittere in usu fuisse testatur VIII. p. 329. et *Π*. p. 106. licitare *ὑπερθεματίσαι*. Ego puto radicem huius voc. eandem esse, quae voc. lacere, cuius frequentativum sit lacito ut agito, mussito, fluito a praesenti formatum, quod etiam licito sonuisse mihi quidem non improbabile est; nam Not. Tiron. p. 149. extat lixit, illixit prolixit, quod pro illexit prolexit dictum esse apparet. Sed pro certo hoc affirmare non audeo quamquam ita notiones

125. **Licium, filus.**
**Lictor, oficialis.**
**Lictores, genus officii, qui fasces ante iudicem portant.**
**Ligamentum, admentum.**
**Ligones, rastros.**
130. **Ligurrit, linguit.**
**Liliae, genus floris, albae rosae.**
**Limavit, sociavit.**
**Limen, introitus..**
**Limbus, fibula, torum.**
135. **Limpedat, olimat.**
**Limpidum, manifestum, tranquillum**
**Linis, accuratus.**
**Lingula, coclicare, linguacla.**

voc. licitator pene explicari possit. Huc accedit, quod VIII. p. 304. licium [cuius tamen prima producitur] a lacio petitur, quod fieri non potuisset, nisi lacere et licere in usu fuissent. cf. Varr. de L. L. VI. 96.

125. VIII. p. 304. licium .i. filum in subtegmine telae nodatum, quae p. 325, repetuntur. P. licia sunt, quibus flamina [l. stamina] taelarum ligantur, quasi ligia dicta, quae P. mutuatus est ex Is. Or. XIX. 29. 7. De masculino filus cf. quae dixit Voss. ad Arist. T. I. 433. Förtsch. Ex hoc glossemate apparet recte apud Arnob. I. 59. filus et filum legi: Nonne aliud haec utria, aliud dicitis hos utres, coelus et coelum, nonne item **filus** et **filum**, item crocus et crocum: non item fretus et fretum, ex q. l. filus quamquam veterum exemplo confirmari non potest, tamen hoc genere extitisse evincitur. In aliis glossariis filus non inveni.

128. cf. supra v. admentum.

129. VIII. p. 328. ligones, quod terram levent, quasi leviones, quae habet Is. XX. 14. 6. et repetit P. addens: fossoria—ligo fossorium, rastrum, ferrum.

130. VIII. p. 318. Ligurrire . . . lingere. p. 327. ligurrimen, linctio. VI. p. 532. ligurret, liquet [l. ligurrit, lingit] ligurrit, summitate degustat ut P. ligurrire, summatim gustare, lingere a lingo vel lego. A. p. 346. n. 151. lemuriae, larvae lingurrit, ubi emenda lemures larvae et lingit, ligurrit ut p. 347. n. 59. lingurrit, linguit et Pl. 479. lemurum, larvarum.

132. Hanc notionem ex Non. p. 334. mutuatus est glossator, qui limare explicat coniungere, quia qui caput atterunt sese osculantur et ita limare caput dicuntur; cf. infra sociare limare. Atque ita emendo Pl. p. 478. limasses, conlocasset in l. consociasset. VIII. p. 318. limare, purgare. P. limare, purgare, polire, acuere, producere [i. detegere eruere]. *H.* p. 107. limatur, rimatur, terit ζητεῖ, ubi lego limat, nec tamen cum aliis terit corrige in quaerit. (cf. du C. T. IV. 117.). Nam limare esse terere, consumere probant lexica. Diversa igitur glossator inter sese miscuit.

134. L. fibulatorium. I. p. 685. n. 9. limbus, navis piratica vel clavus in veste regia [sive ipsa vestis, de quo glossemate cf. quae notata sunt in du C. T. IV. p. 118. VI. p. 532. limbus, genus vestis mollis, quae in ludis geritur et ita corrige p. 531. licibus, genus vestis muliebris in limbus. A. p. 344. n. 31. lembum, purpureum vestimentum in imo habet clavatum(?). quae corrupta sunt ex Non. 541. limbus, muliebre vestimentum, quod purpuram in imo habet cf. Serv. ad Aen. II. 616. et VI. p. 137. limbus est fascia, quae ambit extremitatem vestium. Is. Or. XIX. 33. 7. limbus est, quam nos ornaturam dicimus, quae habet etiam P., addens: quae ambit extremitatem vestium aut ex filo aureo contexta assutaque extrema parte vestimenti; limbus, ora vestis, auro texta vel fibulatorium. Ceterum limbus et lembus confudisse glossatores, probat praeter Isid. Gl., etiam Is. Origg. XIX. 1. 25., ubi codd. habent limbus et VI. p. 532. limbus, navicella non grandis.

135. cf. infra olimat. L. oblimat. G. oblimat, limpidat. P. oblimat, limpidat, sulcos ducit, limo replet. cf. du C. IV. p. 119. H. VIII. p. 329. limpidare, dilucidare, clarum facere.

136. cf. infra tranquillum.

137. Quid pro linis legendum sit, pro certo affirmare non audeo. Ego malim limus vel limis ut Fest. p. 86. limis, obliquus .i. transversus. Tum corrige accurvatus. Idem repetit VIII. p. 328. limis, obliquus. Non. p. 133. limum, obtortum Varr. Manio: Altus alieno sciens, sed **limus** inter limites culinae. Vel etiam cogitari possit de limo. veste cf. Is. Or. XIX. 22. 26. Limus est vestis, quae ab umbilico usque ad pedes producitur. Haec autem vestis habet in extremo sui purpuram limam .i. flexuosam (i. accurvatus). unde et nomen accepit. Nam limum obliquum dicimus. Prius mihi omnium maxime probatur. Accurvatus enim quamquam in usu non fuit, tamen contra analogiam formatum non est.

138. L. cochleare, lingulacula. Prius lexica probant. Alias notiones profert Fest. p. 86. et Gell. X. 25. §. 3. Est Graecorum μύστρος, unde et mensuram lin-

**Linio, lintio, lini textor.**
**140. Linitus, sedatus, placatus.**
**Lenos, splene.**
**Lippitudo, oculorum dolor.**
**Liquidum, defecatum, dilucidum, lene.**
**Liquor, aqua.**
**145. Lirantes, arantes.**
**Lis, rixa, contentio.**
**Litantium, sacrificantium,**
**Litatio, exoratio.**
**Litat, placat, persolvit, dat, sacrificat.**
**150. Litices, cornices id est cornu canentes.**
**Litigat, vadatur, rixat, iurgat.**
**Livegat, mittit.**
**Liberalia, dies festi.**
**Liberales, a libertate dictae, ut sunt litterae liberales.**
**155. Libere ago, fiducialiter ago.**
**Liberalis, munificus, humanus.**
**Liberalitas, donatio qui fit a divitibus.**
**Liberaliter, humaniter.**
**Liberatus, exutus vel separatus.**
**160. Liberi, filii nati utroque sexu idem mares et feminae.**
**Lixa, aquasii enim dicebant antiqui, unde elixare dicimus.**
**Livor, invidia.**
**Locuples, dives, opimus.**

gula significat. *Π*. p. 127. *μυστρίον*, ligula *μύστρος* lingula *μύστρον* legulam (l. ligulam).

139. Idem habet *Π*. p. 116. *λινουργός*, linio, lintearius, ubi non cum aliis emendandum *λινοῦφος* lintio, quod extare apud Sarisb. Polycr. IX. 2. dicunt; cf. du C. Equidem unde lineo et lintio petam, non habeo. Pro lintio quin legendum sit lineo, non dubitandum est, cuius verbum linteo quamquam non in usu fuit, extitisse tamen id apparet e participio linteatus, ita ut linteo formatum sit ut epulo, edo, bibo alia id genus substantiva. Linio qui defendam, non habeo. Erat igitur, ut duo hic glossemata confusa et linio explicatum fuisse sedo, ut infra sedat, linit vel simile quid existimarem.

141. L. liene, splene, ut item peccatur infra v. splene.

143. Ita Plaut. Epid. V. 1. 36. Animo liquido et tranquillo es; tace ubi vide Intt. Hinc limpidus, quod est liquidus, glossator explicuit supra tranquillus.

145. VIII. p. 321. lira, ae dicitur proprie sulcus aratri VI. p. 532. lirantes arantes et lira, sulci infimus ductus lira dicitur. Ita emenda A. p. 346. n. 148. lirantes, apantes in arantes et p. 347. n. 64. lirantes, errantes, arantes ubi prius falso hic appositum sit, cum potius sit delirantes. Non. p. 17. delirare est de recto decedere: lira autem est fossa recta, quae contra agros tuendos ducitur et in quam uligo terrae decurrat. Non. addit exemplum Pomponii, ubi lirarit dictum est pro confoderit. Serv. G. I. 97. cum primo agri arantur .... cum tertiantur lirari dicuntur. cf. Varr. de R. R. I. 26. P. lira, genus arationis, cum agricolae facta semente dirigunt sulcos, in quos seges decurrit; lirantes arantes.

150. L. liticines, cornicines ut A. p. 346. n. 144. (a voc. lituus quod emenda A. p. 347. n. 60. lactus, tuba). Varro de L. L. V. §. 91. tubicines a turba et canendo, similiter liticines. Fest. p. 86. lituus appellatus quod litis sit testis. Est enim genus bucinae incurvae, quo qui cecinerit, dicitur liticen. Gell. XX. 2. 2. ubi vide. P. liticines cornicines, qui cornicantur; qui cornu canunt.

152. Idem repetitur infra v. mittit. Legendum esse levigat apparet, quamquam qui mittit explicem, non habeo. Incidi in sententiam extitisse verbum mitio, formatum ut mollio, lenio a mollis, lenis, a quo formatum est mititas. Quod si probas, mitit scribendum est. Sed ingenue fateor, me huius verbi ne vestigium quidem in glossis invenisse.

156. VIII. p. 325. liberalitas, humanitas, benignitas.

157. L. quae fit.

160. Unum monere velim, quod mihi quidem offensioni fuit. VIII. p. 307. extat, ab hoc nomine, quod est liber, dicitur hic liberus ri .i. filius ingenuus et p. 325. liberus, filius ingenuus, quae verba hic posui, quia adhuc creditum est, nominativum huius v. esse liber; nam in raris, quae extant, exemplis tantum obliqui casus inveniuntur. Num hic nominativus a glossatore sit fictus, an revera ita formatus sit, pro certo affirmare non ausim. Etiam du C. exemplum non cognovit.

161. L. lixa aqua; sic enim cett. Ante oculos habuit glossam I. p. 685. n. 24. lixe aquam, quae per milites ambulant, antiqui lixum dicebant, ubi Ions. emendat: lixa quum (qui) per milites ambulant, antiqui lixam dixerunt; Graev.: lixa aqua, lixae, qui per milites ambulant. Aquam antiqui lixam dixerunt; alii denique: lix aqua .... aquam antiqui

Loculus, lucellus.
165. Locutus est, cecinit, prodixit.
Longa, producta.
Lollium, malus terre tubercula.
Longa intercapedine, longo interstitio, longo intervallo.
Longe, procul.
170. Loquax, verbosus.
Longitudo, proceritas.
Longum, procerum, prolixum.
Lorica, thorax, monimentum militum.
Lubricum, labitus.
175. Lucana, fovea.
Lucar, vectigal vel egrotatio qui fiebat in lucis.

licem dixerunt. Audiamus cetera glossaria. VIII. p. 312. lixeo, lixui lixum i. in aqua coquere; inde lixus, a, um, coctus et haec lixatura .i. coctio, quod etiam hoc lixamen dicitur et hoc lixamentum et hic lixo, portitor aquae . . . . lixeo componitur relixo et elixeo, coquere et inde elixus, coctus . . . et elixatura, coctura. et p. 326. lixere, in aq[u]a coquere — lixus, coctus, lixatus. VI p. 532. lixa, aquam dicebant antiqui, unde et elixare aliquid dicitur et lixa, serva militis. A. p. 346. n. 4. lixa, servus et p. 346. n. 149. lixae, qui exercitum sequuntur questus causa. Omnia haec glossemata ex Non. p. 48. aperte deprompta sunt: elixum, quicquid ex aqua mollitur vel decoquitur; **nam lixam aquam veteres esse dixerunt**, unde et lixae dicti, qui militibus aquam ad castra vel ad tentoria solent ferre. Eadem fere leguntur p. 62. lixarum proprietas haec est, quod officium sustineant militibus aquae vehendae; lixam namque aquam veteres vocaverunt, cum quibus verbis cf. Is. Or. XX. 2. 22. P. lixa aqua dicitur ab eo, quod sit soluta : lixa antiquitus aqua dicta — lixa, servus militis vilis, luxuriosus, mercenarius dictus ab eo quod sit solutus. Id certe constat, lixam veteres pro aqua dixisse et lixas fuisse proprie eos, qui militibus aquam portaverint, calones, unde I. p. 685. n. 49. lixiones, aquae portitores. Itaque in Isid. Gloss. ita correxerim: lixae aquarii [i. e. aquae portitores cf. Iuvenal. VI. 331. ibique Intt.] qui (aquam) pro militibus baiulant; antiqui aquam lixam dixerunt.

164. L. locellus. Pl. p. 481. loculus locus dicitur ad aliquid ponendum in terra factus, unde tractum est per diminutionem, ut loculos dicamus et locellos ad vestes vel pecuniam custodiendam [ut Is. Or. XX. 9. 3. et P.] VIII. p. 327. loculus, parvus locus vel alicuius rei involutio.

165. Notum est loqui de vaticiniis dici; cf. Stat. Theb. VIII. 181. Intt. ad Sil. I. 128.

167. Lego mala terra herbuscula.

174. L. labile ut Serv. ad A. V. 84. lubrica anguis, labilis. — VIII. p. 300. labiliter et hic et haec labilis, hoc labile. et p. 323. lubricum, labile et lubricare, labilem facere atque ita lege VI. p. 532. pro lubrica inania — lubr. labilia vel laevia [cf. Mart. IX. 58.] Is. Or. X. 158. lubricus ab eo, quod labitur. Serv. A, II. 474. lubricum dicitur et quod labitur, dum tenetur et locus, in quo labimur. ib. XI. 7. lubricus mobilis, fallax. Saepissime labilis adi. legitur apud Arnob.; cf. dict. mea ad VII. 4. p. 593. P. lubricus, labilis, luxuriosus, levis, frivola, defluens. Lubricus dicitur locus ab eo, quod ibi labitur quis : Lubrica, lena meretrix. Aliud est voc. lubicrum, quod glossaria explicant, vallum sine fossa ut VI. p. 532. Exc. I. p. 685. n. 26. et Voss. apud Oehl., cum glossarium ipsum habeat, lubricum vallum, imo fossa. De la Cerdae emendatio ludicrum, vallum, sine fossa mihi ludicri quid videtur habere. Ego emendare quid non audeo. Denique restat glossa I. p. 685. n. 46. lubicrum, lutum cum labina, quae alibi non invenitur.

175. L. faba ex P. lucana, faba, aut, quod mihi probabilius est, utroque loco legendum est, lucanar, fovea, ut apud Ugot. est lucanar, fovea in luco. In aliis glossariis frustra hoc voc. quaesieris. Hoc certe explicari possit a lucus voc., illud nihil habet, unde defendi possit. Aliter lucanum est, quod matutino fit, ut VIII. p. 325. lucanus splendor, matutinus et componitur antelucanus .i. eruptio aurorae et P. lucanum, matutinum a luce, quod voc. nota.

176. L . . . . erogatio, quae fiebat . . . ex I. p. 684. n. 35. VIII. p. 308. lucar, aris, pecunia ex luco collecta, quae repetuntur p. 325. VIII. p. 567. lucar, altus locus vel vectigal vel erogationes, quae solebant in lucis fieri, quae P. ita habet: lucar, lucus aptus vel vectigal vel aes quod ex lucis trahitur et lucar erogatio, quae solebat in lucis fieri ut A. p. 348. n. 79. ubi vitiose extat ergatio. VI. p. 532. lucus [l. lucar] vectigal. A. p. 345. n. 101. lucar, negotiatio [erogatio?] A. p. 348. n. 78. lucer, vectigal. Fest. p. 88. lucar appellatur aes, quod ex lucis captatur; cf. etiam voc. lucaris : lucaris pecunia, quae in luco erat data. et

Lucernae, lychni.
Lucernarium, candelabrum.
Lucidum, praeclarum.
180. Lucifer, lucar.
Lucem surgo, lucem vigilo.
Lucolenta, luce plena, splendida.
Lucubratio, vigilia.
Lucrosus, questiosus.
185. Lucrum, adquaesitio.
Lucus, unum boculum vel locus amoenus.
Lucus, idolum vel obscurum aut densitas arborum.
Ludicrum, ludibrium, dedecus, turpe.
Lues, pestis, mortalitas, pernicies.

p. 217. Pecunia, quae erogatur in ludos et spectacula, appellatur lucar, dicta, quod e lucis captetur; *Π*. p. 108. lucar, *θεατρικὸν γελιαν* [l. *ἀργύριον*], *μισθὸς ἀπὸ φίσκου*, *μισθὸς θεατρικὸς*, *θεωρικόν*, *τὸ λυκόφως*; lucaria, singulariter, lucar, *θεατρικὰ χρήματα*; lucarius, *θωρακοποιός*. Vides in his glossis multa falsa esse. Primum lege pro lucar, locus altus vel aptus — locus, saltus, nam lucar significasse silvam et lucum probat Gloss. Lat. Gall. 7692. lucar, forestage. Tum pro lucarius *θωρακοποιός* lege loricarius. Huc pertinet locus VIII. p. 308. a [lucus] lucar et lupercus sacerdos Iovis, lucum eius colens et hoc lupercal .i. fossa lupercalium ludorum in luco quasi theatrum facta.

177. Ita emenda I. p. 684. n. 55. licini, lucernae [ut vitiose extat etiam in VI. p. 532. sed paulo rectius legitur lucini] in lychni [et p. 685. n. 15. licini lychni] candelae, lucernae, cicindilia, ut P. habet. Ita puto voc. licinius s. lichinius e latinitate pellendum, cuius exempla ex medii aevi scriptoribus profert du C.; ubique enim lychnius lego. Nec habet P., ut idem falso putat **Licinius**, dictus quasi lucinius, quod lumen det: est enim cicendela lucernae, sed habet **lychnius**, nec Isid. Or. XX. 10. 2. Licinius legitur, sed, ut in P., **lychnus** autem, quasi lucinius est enim cicindela lucernae. Atque ita emenda Gl. Arab. p. 706. Vulc. licinius, quasi lucius; est enim cicindela luc. in lychnius vel lychnus, quasi lucinius. Aperte habet Varr. de L. L. V. §. 119. lucerna post inventa, quae dicta a luce aut quod id vocant Graeci *λύχνον*, ut docet etiam Serv. Aen. I. 726. De voc. cicindela (ita enim legendum est cum Arev. apud I. Or. XII. 8. 6. et optt. Plin. codd. nec cicendula) haec habet P.: cicendela, scarabaeorum species dicta, quod volans candet (I. ex quo haec descripsit P., dicit: gradiens vel volans lucet), unde dicitur cicendele, quia similiter luceat, ut cicendelia, quae vitreas lampadas vocamus. Fest. p. 33. cicindela, genus muscarum, quod noctu lucet, videlicet a candela, unde etiam candelabra putantur appellata. *Π*. p. 97. *κάνδηλα*, cicendela Not. Tir. p. 163. candela, candelabrum, cicindela. Corrige ex hac glossa VI. p. 532. linicendelia, lucernae in lychni, cicindelia, lucernae.

178. VIII. p. 308. lucernarium, candelabrum, quae repetuntur p. 325 et Pap.

180. Nota hanc significationem voc. lucar, quae defenditur *Π*. p. 108. lucar *λυκόφως*.

181. Ego emendo lucino, surgo, luci vigilo. Extitisse lucino probat P., explicans suadeo, ubi aperte legendum est surgere, ut etiam Ian. de Ian. lucinare, suadere vel luci vicinare i. surgere vel luci vigilare et VIII. p. 567. lege pro lucinantes suadentes — surgentes.

182. L. luculenta. VIII. p. 325. l. clarus, splendidus, decorus, venustus, coruscus. VI. p. 532. luculentus, lingua clarus, disertus ut habet etiam P., l., quod sit lingua clarus et sermone splendidus (quae deprompta sunt ex Is. Or. X. 154.). P. luculentum, clarum, luce plenum; nam antiqui lentum pro pleno dicebant; inde somnolentus et temulentus.

184. L. quaestuosus et in seq. adquisitio.

186. L. nemus, arboretum vel locus amoenus cf. P. lucus locus amoenus, ubi multae arbores sunt. Quid pro idolum legendum sit, non assequor. An latibulum?

188. Pl. p. 477. ludicrum, spectaculum, ludibrium. VIII. p. 303. ludicrus, ludo plenus. VI. p. 532. ludicra, quae ludis geruntur vel inhonesta, ut habet Is. Or. XVIII. 16. 1., quod in ludis geruntur aut in scenis. Serv. ad Aen. XII. 764. ludicra ... vilia, digna ludo. Haec apud antiquos ludibria dicebantur, non ut nunc in mala significatione. Ludicrum esse ludibrium probat locus Arn. IV. 1. utrumne istud sit puerile, **ludicrum**. P. ludicrum, turpe, ludibrium. Ludicra, quae in ludis geruntur, turpia et inhonesta ludorum certamina.

189. VIII. p. 301. lues, macula p. 324.

190. **Lucubria, tristitia, feralia.**
**Luit, persolvit.**
**Lumuatorum, coxalae.**
**Lupal, lupanar.**
**Lumpae aquae vel undae.**
195. **Luna, chinthia, foeba.**
**Lupana, meretrix.**
**Lupanar, locus turpis meretricum.**
**Lupanaria, loca in quibus meretrices sunt.**
**Lurida, pallida.**
200. **Lusus, iocus, cacinnus.**
**Lustra, latibula ferarum vel turpium hominum.**

lues, macula, sordes. VI. p. 532. lues, mortalitas. cf. Is. Or. IV. 6. 19. quem locum descripsit P. Mortalitas esse idem quod mors docent lexica; cf. quae dixi ad Arnob. VII. 51.

190. L. lugubria.

191. VIII. p. 324. Luere, puniri. Serv. A. I. 136. luetis, persolvetis. Accuratius agit de h. v. Serv. Aen. X. 31. luere, solvere poenam, purgare, laxare.

192. L. lumbatorium, coxale, ut P. habet. I. p. 684. n. 36. corrupte habet libatorium, coxale. Idem est vestimentum, quod Is. Or. XIX 22. §. 25. lumbare vocat: Lumbare vocatur, quod lumbis religetur vel quod lumbis haereat. Hoc in Aegypto et Syria non tantum feminae sed et viri utuntur . . . . Hoc a quibusdam et renale dicitur, quia renibus alligatur. Alibi etiam lumbo nominatur, ut I. p. 684. n. 23. lumbones, cingula circa lumbos; p. 685. n. 13. lumbare, subligar. VIII. p. 328. lumbar, zona, lumbare, subligar, cingulum, cinctorium, cinctura, perizoma. Plura vide apud du C. T. IV. p. 158. H.

193. Idem legitur apud I. p. 684. n. 38. Formatum est a lupa .i. meretrix, ut a Minerva — Minerval. al. Alibi hoc voc. non inveni.

194. L. lymphae.

195. L. cinthia, phoebe cf. s. v. chintia.

196. 197. 198. Lupana voc. idem est, quod lupa, ut Commodianus habet in Instr. 59.: In feminas congruit cultura Lupanas, unde aedes, in quibus sedent lupae, lupanaria appellantur. VIII. p. 316. lupa, uxor lupi et aliquando dicitur pro meretrice et tunc inde dicitur lupanar .i. domus meretricum. p. 327. lupanar, meretricum tugurium, prostibulum, proseucha, ganeum, casella, crissatorium. Pl. p. 478. lupam meretricem a rapacitate vel a libidine huius animalis, unde et lupanar dicitur. A. p. 348. n 77. extat lupiraria, meretrix, ubi lege lupanaria m., cuius voc. exemplum profert du Cang. ex Act. S. Afr. M. T. II. Aug. p. 56. quod esset **lupanaria** (Africa). Fusius I. Or. XVIII. 42. 2.: Lupanar vocatum ab eisdem meretricibus, quae propter vulgati corporis levitatem lupae nuncupabantur. Nam lupae meretrices sunt a rapacitate vocatae, quod ad se rapiant miseros et apprehendant. Serv. ad Aen. I. 173. nam et meretrices **lupas** vocamus: unde et **lupanaria** et 607.: lupanaria per contrarium dicimus, quia parum lustrantur. III. 647. Lupanaria lustra dicimus: ubi habitant lupae .i. meretrices, dictae ab obscenitatis et odoris similitudine.

199. I. p. 685 n. 28. Lurore, colore luteo. VIII. p. 302. (a luere) luridus, obscurus, tenebrosus. p. 324. luridus, obscurus, pallidus. VI. p. 532. l. pallore deformis. A. p. 344. n. 14. luridus, pallidus. et p. 345. n. 91. luridam, luto pollutam. F. p. 90. luridi, supra modum pallidi. Is. Or. X. 162. luridus, quod sit pallidus a loro dictus, quod huius modi habet cutem quae repetit P. addens: luridus, pallidus, lividus, tabidus, merens, dives, si coloris, pallens, ubi emenda macens, livens, decolor, pallens.

201. Pl. p. 478. lustris, locis abditis, in quae potandi libidinumque causa secedebant. VIII. p. 313. lustrum, quod et pro ferarum receptaculo et pro quinque accipitur diebus (?) et hic lustro lustronis .i. ille, qui vagus est et nihil agit, nisi fors lustrat unde Naevius de quodam: vagus, inquit, est et lustro qui locus glossema probat. Ita apud Is. p. 684. n. 47. legendum est: lustro, vagator pro vagatur. Tum firmatur etiam emendatio Scal. in Catull. 114. 7. tamen ipse et maximu' **lustro**, ubi perperam legunt maximus ultor. Apud Fest. p. 24. v. aleo lege ex codd.: Naevius: Pessimorum pessime, audax, ganeo, **lustro**, aleo, ubi praeferunt lurco. Lustro Naevium dixisse probatur fragmentis eius in Gl. VIII. Praeterea VIII. p. 326.: lustrum quinque annorum spatium vel saltus ferarum. VI. p. 532. lustrum, quinquenni tempus aut lumen [ubi l. lustramen aut luimen .i. purgatio]. A. p. 348. n. 75. lu-

Luteum, color croceus.
Lustrum, quinquennium.
Lutum, caesum.
205. Luxum, luxacio pedes.
Luxoria, commissatione potatus.
Luxoriosus, qui cum meretricibus convivia facit.
Lynchni, lucernae.
Licor, eluvies.
210. Lymbus, naves piratica.
Lymfa, aqua, liquor.
Lymfator, furiosus.

stra, cubilia ferarum. Varr. de L. L. VI. §. 11. lustrum nominatum tempus quinquennale a luendo .i. solvendo, quod quinto quoque anno vectigalia et ultro tributa per censores persolvebantur. Non. p. 135. lustratus, luxuriosus a lustris, abditis locis et p. 333. lustra dicuntur ferarum habitacula.... lustra etiam lupanaria dicuntur. Fest. p. 89. lustra significat lacunas lutosas, quae sunt in silvis aprorum cubilia. Qua similitudine hi, qui in locis abditis et sordidis ventri et desidiae operam dant, dicuntur in lustris vitam agere. Et cum eiusdem vocabuli prima syllaba producitur, significat nunc tempus quinquennale, nunc populi lustrationem; cf. Is. Or. V. 37. 2. et XIV. 8. 29.: lustra obscura latibula ferarum et luporum cubilia sunt, unde et lupanaria lustra dicuntur, per contrarium scilicet, quia parum lustrantur cf. Serv. ad Aen. III. 647. IV. 151. et prae ceteris ad I. 607. Hunc refero A. p. 345. n. 92. lustrum, inluminatio [nisi hic legere mavis lustratio]. P. lustra lupanaria loca vel abdita, ubi emenda vel loca abdita.

202. Non. p. 549. Luteus color proprie crocinus est. Is. Or. XIX. 28. 8. Luteus color est rubicundus, quod est croceus. Nam crocus lutei coloris est, quae repetita sunt ex Serv. ad Aen. VII. 26. Gell. II. 26. 15. Luteus rufus color est dilutior, unde ei quoque nomen esse factum videtur. P. luteus roseus vel rubeus, rubicundus vel luteus, et: luteum, splendidum, quae verba deprompsit ex Fulg. S. A. p. 567. Merc. Pro lutes, splendentes lege lutei apud P. luteola crocei coloris.

204. L. caenum. P. lutum dictum per antiphrasin quidam putant, quod non sit mundum. Nam lorum (l. lotum) est mundum, quae verba descripsit ex Isid. Or. XVI. 1. 4. Ita corrige A. p. 344. n. 30. lutum, mundum aut in lotum mundum aut lutum, immundum.

205. VIII. p. 318. (a ligurrio) lixa ... et luxuria, quasi lixiria eo quod a lixis frequentatur et inde luxuriosus .... luxuries et luxuria et luxus .i. luxuria in vestibus et cibis. VI. p. 531. laxis laterum, compagis dissolutio (l. luxus l.) A. p. 348. n. 76. luxus, luxuria. Non. 55. luxum .i. vulsum et loco motum, quod nunc luxari ignari Latine dicimus. Inde luxuria, quia a recta vivendi via sit exclusa et eiecta (cf. Is. XX. 2. §. 22.). P. luxa membra dicuntur, cum loco moventur, i. quassata; luxus dicitur quasi laxus; cf. de luxu pro luxatione, quae protuli ex gloss. et locis vett. ad Apul. T. II. p. 68.

209. Scriptum fuit antea lycor, ut supra v. eluvies, lycor, ubi vide.

210. L. lembus. Pl. 479. lembus, navis brevis. Gl. Arab. p. 706. lembus, navicula brevis dicta et capulus et cumba et lintris [quocum cf. Is. XIX. 1. 25., unde depromptum est glossema]. VI. p. 531. lemba (?) navicula, navis perita (l. piratica). A. p. 345. n. 54. lembus, brevis navicula. P. lembus, genus naviculae velocissimae, quas dromones dicunt.

212. Pl. p. 480. lymphari .i. bacchari et furia quadam aut daemonibus inpletum rotari huc atque illuc et discurrere, sicut lympha .i. aqua; sicut aqua huc atque illuc derivata aut fusa discurrit. Sunt quidam, qui dicunt lymphaticos spiritu quodam aquarum perturbatos agitari. I. p. 684. n. 56. limphaticus, quod aquam timeat, quem Graeci ὑδροφόβον dicunt. VIII. p. 328. lymphaticus, insanus, vecors, vecordiosus, vehemens, eximens (exiliens) rabidosus, rabidus, daemoniosus. VI. p. 532. lymphator, bacchator. A. p. 346. n. 147. limphaticus, quasi fanaticus ex aqua. p. 347. n. 56. limphatus, bacchatus. n. 61. lymphatica, aquatica: cf. Varr. de L. L. VII. 84. in Graecia commota mente quos nympholeptos appellant ab eo lymphatos dixerunt nostri. Serv. Aen. VII. 377. lymphata, percussa furore lympharum, ut cerritos a Cerere di-

cimus. P. lymphari, bacchari, discurrere, sicut aqua. Lymphaticus proprie dicitur, qui ex aqua contrahit .i. huc et illuc discurrere sed pro furiosis usurpant hoc poetae. Lymphaticum latini ob aquae metum vocant .i. aquaticum, stolidum, qui aquam timet, hunc graeci ὑδροφόβον dicunt. cf. dict. mea ad Arnob. I. 1. Apul. T. I. p. 274. et II. 384.

218 L. lutosus. cf. supra ad 19. lacertuosus.

# M.

1. Mavor, Mars.
Macellum, carnifitia.
Macer, tenuos, subtiles.
Macinamentum, triumphum.
5. Macinatur, mala cogitat.
Mactat, immolat, delet, deruit.
Mactavit, immolavit, perculsit.
Macula, nota, vitia.
Madedus, maredus, udus, liquore umectus vel a sanguine.
10. Madet, udum est.
Magalia, mappalia, id est loca pastorum.
Magis, potius, alioquin.
Magis ac magis, quin potius.

1. VIII. p. 364. Mavors, Mars, Hesus [Ares?] Maspiter [l. Marspiter] Gradivus. Mavorticus, bellicus, bellicosus, bellax, pugnax, Martius.

2. L. carnificina, ut supra, ubi cf. VIII. p. 348. (a macer) macellum et hic macellio .i. macellarius, qui carnes vendit. Ita Non. macellum dictum pro macilentum. Varr. de L. L. V. §. 146. hoc erat antiquum macellum, ubi olerum copia. Ea loca etiam nunc Lacedaemonii vocant macellum [cf. Hesych. v. μάκελλοι et μάκελα]. §. 147. Haec omnia posteaquam contracta in unum locum quae ad victum pertinebant et aedificatus locus: appellatum macellum, ut quidem scribunt, quod ibi fuerit hortus, alii quod ibi domus fuerit, quoi cognomen fuit macellus eett. Fest. p. 94. Macellum dictum a Macello quodam, qui exercebat in urbe latrocinium, quo damnato censores Aemilius et Fulvius statuerunt, ut in domo eius obsonia venderentur. Is. Or. XV. 2. §. 44. Macellum dictum, quod ibi mactantur pecora, quae repetit P. Sed aliter v. Machera vocabatur locus in macello, ubi maxime actiones fiebant commercii, unde et macellum dicitur. De significatione carnificina vide supra s. v. h.

3. L. tenuis, subtilis.

4. L. machinamentum. Eadem glossa repetitur in cod. Reg. n. 7641. sine ullo sensu et infra tropheum vel macinamentum. Quid eo loco ponendum sit, nondum inveni. Forsitan legas monumentum.

9. L. marcidus. Notum enim est marcidus eadem ratione, qua madidus, ad ebrios referri, qui prae vinolentia languent; ut Sen. Med. 69. gradu marcidus ebrio cf. Intt. ad Stat. Theb. IV. 652. ubi Liber appellatur marcidus. Madidus de ebriis dici demonstravi ad Arnob. V. 11. p. 430. et Apul. T. I. p. 111. P. Madidus, infectus vino vel aqua vel qualibet re atque ita lege madidum est promatum est, humectum est, emollitum infectum apud I. p. 686. n. 51. aut etiam madium est; nam madius mensis est maius ita dictus quia terram madeat teste P.

11. Pl. p. 566. magalia, quasi magaria, quia mager punica lingua villa dicitur. Erit igitur una littera commutata l pro r et magalia, tuguria id est rotunda aedificiola in furnorum modum parva, quas alii cassas vocant, unde P.: magalia, lingua punica casa pastoralis, et dicta quasi magaria; quia magar punici novam villam dicunt. Haec deprompta sunt ex Serv. Aen. I. 421. cf. IV. 259. A. p. 352. n. 5. magalia, casa barbarorum. et n. 11. magalia, casae afrorum .i. servorum. Is. Or. XV. 12. 2. magalia, aedificia Numidarum agrestium oblonga, incurvis lateribus tecta, quasi navium carinae sunt, sive rotunda in mo-

Magister, gubernator.
15. Magister navis, nauclerus.
Magistratus, iudicis senatus vel genus curiae.
Magnanimitas, fortitudo animi.
Magnanimus, liberalis, munificus.
Magnifica, praeclara, eximia.
20. Magnificentia, mirificentia.
Magnificus, magna faciens.
Magnitudo, molis comulus.
Magnus, corustus.
Magior, fortior.
25. Maia, medica, obstetrix.
Maiores natu, seniores.
Maius, plus, amplior, maior.
Maius est, praestat, concedit.
Mala, parva, prospera.
30. Malebat, volebat.
Maledicere, obstrectare vel resistere.
Maledictum, inproperium.
Maledictus, execratus.
Maledicus, maledicens.
35. Male use, abusi.
Malles, velles aut maius ult.
Malo, volo.
Maluit, voluit.
Malum, arbor navis vel genus pomi.
40. Malum cogitat, macinatur.
Malus, interpraes.
Mamillae, papillae, ubera, mame.
Mamat, affluit, defluit.
Mancipare, quasi manu capere.
45. Mancipator . . . . . . .

dum furnorum. Et magalia dicta, quasi magaria, quia magar Punici novam villam dicunt, una littera commutata l. pro r. magaria, tuguria.

14. De magistro pro gubernatore cf. Intt. ad Virg. Aen. I. 119. V. 176. et Cort. ad Lucan. II. 696. Etiam pro nauclero dicitur; cf. Ulp. Dig. XIV. 1. 1. est enim magister navis, cui totius navis cura mandata est.

16. L. indices.

18. VIII. p. 333. hic et haec magnanimis et hoc me, unde magnanimiter adv. audacter . . . . Dicimus quoque magnanimus a, um pro audax, unde Statius Achilleidos: magnanimum Aeacidem formidatumque Tonanti; p. 360. magnanimus, audax, praesumptuosus. VII. p. 567. magnanimis, fortis. Ita scribe apud Is. Or. X. 157. e codd. Longanimis sive magnanimis pro magnanimus et ita etiam legendum forsitan sit ex iisdem codd. magnanimis, eo quod magni animi et magnae virtutis. P. magnanimus et magnanimis dicitur .i. liberalis et munificus. Ceterum nota adiectivi formam in is, quae in nullo lexico, quantum video, invenitur.

21. Is. Or. X. 167. magnificus a magna faciendo nomen traxit.

23. cf. supra curustus.

25. id est *μαῖα* II. p. 123. obstetrix, *μαῖα*. De medica pro obstetrice cf. quae dixi ad Apul. T. I. p. 333.

28. L. antecedit.

29. L. improspera vel probra.

31. L. obtrectare; cf. infra resistere.

32. De v. improperium cf. supra.

36. L. magis velles.

39. Inter se commixta sunt malus et malum. VIII. p. 337. (a malus) haec malus, i arbor pomarii et quandoque dicitur pro ligno, in quo velum dependet, unde Ovidius: pendentia carbasa malo, et inde dicitur hoc malum, li pro pomo. et p. 361. malus pomum, ipsa arbor, quae fert pomum; malum, pomum. VI. p. 532. malum, melum [*μῆλον*] malus arbor, extremitas; arbor navis, ubi quid extremitas sibi velit non capio. cf. Serv. ad Aen. V. 487. quem descripserunt Is. Or. XIX. 2. 8. et P.

40. L. machinatur.

41. cf. supra ad v. interpres.

42. VII. p. 567. mammae et ubera hominis scilicet, pecudis ubera solummodo. De his vocc. agit Is. Or. XI. 1. 74. 75. 76., quae partim habet ex Serv. Aen. XI. 803. P.: mammae mulierum dicuntur, mamillae virorum, ubera pecudum.

43. L. manat.

44. VIII. 335. (a manu) hoc mancipium .i. famulus, servus et dicitur mancipium quasi manu captum, quia illi hoc nomine praecipue censebantur, qui in bello capiebantur et in servitium redigebantur . . . mancipor dicitur pro servire et p. 360. mancipari, servire, famulari. A. p. 349. n. 15. mancipavit, subdidit. et p. 352. n. 11. mancipatus, vinctus. Varr. de L. L. VI. 85. mancipium, quod manu capitur, quae repetit Fest. p. 96. [aliter idem p. 102.]. P. mancipium non sexum sed con-

Mancus, mancaster.
Mandila, maxilla.
Mandire, manducare.
Mandat, transmittit.
50. Mandit, manducat, masticat.
Mandrator, capillator.

ditionem significat; mancipium dicitur quicquid manu capi subdique potest, ut homo, equus, ovis. Mancipare, mancipium facere; manutradere, in servitutem redigere, nutrire [l. vincire] mancipare in potestatem mittere; mancipatio dicta qui [quia] res a manu capitur; mancipatus est, vinctus est. Nota in seq. glossa voc. mancipator, quod nec in glossariis nec in lexicis legitur.

46. [a manu] manus, eo quod minime habet manum et ita lege A. p. 349. n. 31. mancus, curtus pro murcus curtus et VII. p. 533. mancus, conlapsus pro marcus. Is. Or. X. 180. mancus, manu ancus, ubi lego manu carens, ut habet P. Nota voc. mancaster, quod eadem ratione formatum est, ut a calvus, calvaster al.

47. Hoc voc. in nullo alio glossario legitur. Ut mandibula legam, persuadere mihi non possum, praesertim cum infra repetatur. Sed alia me commovent, ut mandula legam. Extat enim apud Plac. p. 485. glossa: manas, malas, maxillas quam repetit P., ubi sine dubio manda legendum a mandere .i. dentibus molere. Manda idem esse existimo, quod mandibula. A manda, si probum est, recte formatur deminutivum mandula vel mandilla. Cetera glossaria tantum mandibula, ae habent, ut A. p. 351. l. mandibula, apta ad manducandum. VIII. p. 336. et p. 361. et P. nec mandibulum, ut lexica volunt; formatum enim est et tribula, subula, fabula feminino genere, cum saepius desinant haec substantiva in um. Aperte etiam habet Is. Or. XI. 1. 45. mandibulae.

48. et 50. L. mandere. VIII. p. 336. mando, is, didi mansum .i. comedere [cf. Prisc. VIII 11. p. 402. mando, mandis, eius praeteritum perfectum quidam mandi, alii mandui, alii mandidi esse voluerunt] et p. 361. mandere, comedere. Supinum manditus habet VII. p. 567. et VI. p. 532. mandet, commasticet, ubi lege mandit, commasticat; Varr. de L. L. VII. 95. mandier, dictum a mandendo. P. mandere, masticare, comedere.

51. L. cavillator. Supra v. cabillator extat mandator, calumniator. Difficile est de h. v. iudicium. Unde hoc voc. derivatum est substantivum, profertur in Glossis I. p. 686. n. 46. VI. 532. manda, deceptio, fraus et p. 533. manda, deceptio, fraus. His locis mandra legendum esse, auctor est Gebhardus. Sed nescio, quid inde proficiatur, cum nec mandra nec manda, ut mandrator vel mandator, habeat unde explicari possit. Nam mandra, quae cellula est monachica, et mandra, quod voc. bubulcum significare, qui nomina boum mandat memoria, testatur Gloss. Lat. Gal. cod. G. 7657., quomodo huc referri possint, equidem non capio. Quicquam tamen corrigere, mea quidem sententia vetat consensus glossariorum, quae constanter mandrator habent. Etenim mandator legendum esse et explicandum auctor [Anstifter], quis hoc Oehlero l. c. p. 339. affirmanti credere velit? Nam ut mandator id significare possit, tamen intelligi non potest, quomodo significatio irridendi et cavillandi hinc enasci potuerit. Quae omnium promptissima est, emendatio manticulator, nimium a litteris recedit, quamquam significatio proxime accedit, quod fraudator est, ut manticulare, fraudare; cf. supra v. fraudare et manda fraus, deceptio explicatur. Ad id voc. tamen voc. originem esse reducendam, mihi quidem probabile est. Mantica enim tamquam deminutivum est voc. manta, quod extitisse et pallium notasse, testantur loci, quos du C. T. IV. p. 245. H. profert [cf. lectus — lectica, scutum — scutica, lorum — lorica]. A mantica tum per deminutionem formatum est manticula, id est parva mantica et hinc manticulari i. fraudare. Quod si probas, manta et mantator ubique legendum est. Haec habui, quae de voc. origine afferrem. De significatione voc. manticulare dubitandum non est; cf. I. p. 686. n. 27. manticulare, fraudare vel decipere quae repetit VI. p. 532. Pl. p 484. manticulatio, fallacia vel lenocinia. A. p. 349. n. 29. manticulare, fraudare, ut p. 352. n. 3. Fest. p. 97. manticulari, dicuntur, qui attrectant manticas, ut furentur. Unde poetae pro dolose aliquid agendo hoc verbo utuntur. Pacuvius: ad manticulandum dolose adgreditur [cf. dict. mea ad Apul. T. II. p. 557.] *Π*. p. 112. τεχνάζομαι, manticulor; manticularius κλέπτης et p. 145. πειράζω tento, manculor ubi sine dubio legendum est manticulor et supra v. fraudator, manticulator et fraudare manticulare. P. manticulare, dolum vel strophas excogitare. Nunc de voc. mandrator glossas audiamus. I. p. 686. n. 2. mandratur, cavillatur. et P. mandrator, cavillator.

**Manducare, mandire.**
**Manes, dii mortuorum inferi.**
**Manicat, per manum tenet vel a mane surgit.**
55. **Manifestum, probatum, perspicuum, limpidum.**
**Manifestus, vicinus.**
**Manipularius, directus.**
**Manipulus, operarius.**
**Mansitat, manet vel frequentat.**
60. **Mansuefacit, mansuetat.**
**Manuale, orarium.**

52. L. mandere. VII. p. 583. mansa, manducata, comesta cf. supra v. mandire.

53. VIII. p. 349. [a maneo] plural. hae manes (?) ium et dicuntur manes, eo quod apud inferos maneant. VII. p. 567. manes, dii mortuorum ab aëre, quia manus .i. rarus est ubi lege clarus. VI. p. 532. manibus, umbris, defunctis, presbyteris (?) Fest. p. 91. inferi dii, manes, ut suppliciter appellati bono essent, et in carmine Saliari Cerus manus, intelligitur creator bonus. Is. Or. V. 30. 14. . . . manum enim antiqui bonum dixerunt. [cf. Serv. ad Aen. I. 139.]. Alii mane existimant vocari a manibus, quorum conversatio a luna ad terram est. Alii putant ab aëre, quia manus .i. cla rus atque perspicuus. X. 139. manum bonum dicimus; unde et κατ' ἀντίφρασιν dii manes, minime boni. Non. p. 66. manum dicitur clarum [cf. VII. p. 568. manus, rarus (lege clarus) atque perspicuus]. . . Nam inde volunt etiam deos Manes manes appellari, i. bonos ac prosperos, quod melior mors sapientioribus quam vita probetur. De Manibus fusius agit Serv. ad Aen. III. 63. et VI. 743. qui IV. 490. manes explicat, quod ad inferos manent i. abeant. P. manes mortuorum deos pagani dicunt, quorum potestatem inter lunam et terras asserunt, quos putant dictos ab aëre, quia manu .i. ratus est [ubi l. quia manus .i. clarus est], vel quia late manant per auras, vel per antiphrasim: manes i. mites, cum sint immanes et terribiles.

54. VIII. p. 364. manicare, mane surgere. et P. manico, as, per manum tenet vel mane surgit cf. Schol. ad Iuv. p. 168. Cram. et du C. v.

57. Directus defendi nequit etiamsi P. et VII. p. 568. idem habent: manipulosus, directus. Ego utroque loco aut manipularius, dux, rector lego; cf. A. p. 351. n. 146. manipularius, dux vel qui regit exercitum, aut ex VIII. p. 367. manipulosus, spissus vel directus, ubi emendo collectus.

58. et 75. I. p. 686. n. 5. manua (manus) manipuli [ut A. 352. n. 9. manua, manipula]et n. 37. manipulum, qui auxilium dat in bello. VI. p. 532. manipulus, operarius. Varr. de L. L. V. §. 88. manipulos exercitus minimas manus, quae unum secuntur signum. Is. Or. IX. 3. 50. Manipuli dicti sunt milites sive quod bellum primo manu incipiebant, sive quod antequam signa essent, manipulos .i. fasciolos stipulae vel herbae alicuius pro signis faciebant quae repetit P. [cf. XVIII. 3. 5.] Non. p. 556. manipuli sunt manus militum vel collecti viri. De significatione operarius cf. du C. p. 233., qui manipulum servum famulum esse demonstrat. Ita lege apud P. manipulus, ligatura culmorum, remuneratio oparii [operarii].

59. VIII. p. 349. mansito, frequentatio, quod etiam maso, as per syncopam dicitur [ubi lego manso] VIII. p. 363. mansitare, vel mansare frequenter manere. Praeterea extat p. 366. mantare, saepe manere, quod probant Fest. p. 97. Non. 505. mantat pro manet Caecil. Hypobolimaea rustraria: . . . in eadem **mantat** malitia et VIII. p. 367. mantare saepe manere ac comparari possit mersare et mertare cf. Fest. p. 93. mertat pro mersat antiqui dicebant. P. mansitat, frequenter manet et ita hoc gl. pro vel frequentat legerem manet frequenter. Ceterum nota mansare frequentativum, quod in lexicis frustra quaesieris.

61. Idem habet I. p. 686. n. 6. p. 687. n. 28. manuale, liber ad gerendum aptus, qui enchiridion dicitur ut habet etiam VIII. p. 360. VIII. p. 334. manuale pro quodam libro. VII. p. 568. manuale, logion orale. VI. p. 533. m. orale; et A. p. 351. n. 149. manuale, urarum [l. orarium, non urnarium ut Oehl. voluit]. Apud P. corrupte legitur: manuales, forfices ferrarii, longum ferrarium ubi emenda: m. f. f.; manuale, logium, orarium; cf. P. logium, manuele quod latino dicitur romale, ubi corrigo logium manuale q. l. d. orale. Huc pertinet A. p. 352. n. 16. manuelem, analogium graece lectorem, ubi lego manuale, ἀναλόγιον graece lectorum [cf. *II.*

**Manubias, praeda hostium facta, manu capta.**
**Manubiae, hostium spolia, id est manu capta.**
**Mappalia, casae pastorum.**
65. **Marcet, marricet.**
**Mare, equor, pontos, pelagum.**
**Marem, amfictricem.**
**Mares, marculi vel mariti.**
**Margidus, lassus vel gravatus.**
70. **Margo, extrema pars cuilibet rei,**
**Maris, mavors.**
**Marino colore, ceruleo.**
**Marricet, marcet, languet, dolet.**
**Marsuppum, sacculum.**
75. **Manipulus, paucus vel brevis numerus militum.**
**Masticat, medit, manducat, commedit.**
**Mater magna, soror abiae.**
**Matella, lagina.**
**Matertera, soror matris.**
80. **Matrea, noverca.**
**Matrimonium, coniugium.**
**Maturius, citius, velocius, celerius.**
**Maturus, constans.**
**Mavult, magis vel potius vult.**
85. **Maxilla, mandila.**
**Mavis, mullus.**
**Maximum, praecipuum.**
**Meantes, ambulantes, pergentes.**
**Meat, secat vel manet, pergit vel redit.**

ἀναλόγιον manuale et du C. v. analogium].

62. L. praeda de h. Pl. [VI. p. 566.] manubiis aut praeda est, quam victor exercitus de hostibus reportat aut spolia populorum, quae nihilominus victor exercitus tollit; nam hoc significat manubiis, quasi manus vim passis. et p. 462. manubiae dicuntur spolia hostium quae a rege aut duce eiusdem manibus deportantur; ut exuviae et induviae dicuntur. VI. p. 533. m. spolia, quae manu detrahuntur i. vestis mortuorum [quae repetit P.]. A. p. 350. n. 68. manuviae, res manu captae. Is. Or. VIII. 2. 8. m. eo quod manibus detrahuntur. Non. p. 138. manubias, munus exuvias [cf. p. 432.].

64. ut A. p. 350. n. 97. et 351. n. 145. et 352. n. 20. maparia, tentoria, papillionis, ubi lego mappalia, tentoria papilionis. A. p. 351. n. 2. mappalia, decerpere, casa pastoralis, ubi lego tabernacla, casae pastorales. Fest. p. 101. mapalia, casae Poenicae appellantur, in quibus quia nihil est secreti, solet id vocabulum solute degentibus obiici [cf. p. 169. et Intt. p. 503.]. Serv. ad Aen. IV. 259. mapalia Afrorum casas. A. p. 352. n. 16. magalia, casae afrorum i. servorum. De voc. papilio cf. infra.

65. Legendum est aut marcidat aut marcerat. cf. *Π*. p. 112. marcidat et marcerat τήκει τήκεται. Not. Tir. p. 183. marcet, marcescit, marcerat, marcescibilis. In cett Gloss. non inveni, praeter Arab. Lat. p. 707. marcido, turpo, dissipo.

67. Lege mare, amphitriten.

68. L. masculi. Mares unquam masculos significasse me quidem fugit. Puto errorem esse glossatoris, ex alio glossario suum glossema repetentis, in quo, ut in P., mas voc. ducendum esse a maritus scriptum fuit. P.: mas ris i. vir; cuius diminutivum masculus; inde masculinus dicitur maritus et marito.

69. L. marcidus et ita lege VI. p. 533. pro marcus, conlapsus aut mancus aut marcidus; et pro marcica, vargila lege marcida, languida aut vapida, ut VIII. p. 366. marcidus, vapidus, flaccidus.

70. L. cuiuslibet.

71. L. Mars.

73. cf. n. 65.

74. L. marsuppium uti Non. p. 141. I. p. 686. n. 38. mafortia, marsupium, ut VII. p. 567. mafortium, marsuppium, bazena (crumena?). Is. Or. XX. 9. 5. marsupium, sacculus nummorum, quem Graeci μάρσυπον appellant. P. marsupium, sacculus pecuniae. a graecis nomen inflexum. VIII. p. 366. mafortia, marsupium, bursa, moculus (l. sacculus) loculus, crumena.

76. L. inedit, ut P. masticat comedit.

78. L. lagena (a madeo) matula, vas ad urinam recipiendam, quod etiam hoc matellum dicitur; p. 368. matula vel matellum vas ad recipiendam urinam. et A. p. 351. n. 160. metalla (l. matella), genus vasorum, ubi antiqui mingebant. Fest. p. 94. matula, vas urinae. Non. p. 543. matella, aquarium vas.

80. Ex Graecis gloss. hoc descripsit; est μητρυῖα, noverca (cf. supra μαῖα].

82. P. matura sunt, quae apta sunt ad manendum.

85. cf. supra n. 47.

86. L. mavis, magis vis.

87. Quid secat et manet sibi velint

90. **Medetur, medicatur, curat.**
**Medicatur, remediat.**
**Medianus, qui in medio est.**
**Medimnum, trea modia.**
**Mediocrem, paulum.**
95. **Mediri, curari, sanari.**
**Meditolium, locus qui in medio campo eminet.**
**Meditolium, medioterrendum.**
**Meliusculat, breviat melius.**
**Mel, nectar.**
100. **Melopeos, quasi carminis factor.**
**Melopeum, dulcem compositum.**
**Melos, dulcis sonus vel contio carminis.**
**Melotes, pelles sordidas.**
**Memet, me ipsum.**
105. **Membrum, artus.**
**Mendacium, infitias, mendum.**
**Mendax, falsi loquax, infidus.**

nescio: pro manet lege manat ut A. p. 351. n. 154. meat, commeat vel manat. Forsitan in commeat vera latet voc. secat coniectura, nam hoc c^meat scriptum facile in secat abire potuit. Ita secat infra meat explicatur. Atque ita corrige A. p. 353. n. 33. meat, manat pro meat, murat.

92. ut A. p. 352. n. 36. et P. VIII. p. 364. medianus, medius.

93. A. p. 349. n. 24. medemnium (l. medimnum) modios VI. P. medimna, mensura est quinque modiorum dicta, quod medietor (tur) decem modiis, qui sunt perfecti numeri .i. X. medietas quae descripsit ex Is. Or. XVI. 26. §. 15., ubi pro metiatur lege medietur .i. dividat. Hic errore tres modios medimnum continere prolatum est. Vulgo sex modios medimnum habere dicunt. Neutrum medimnum probat Non. p. 213.

95. L. mederi. De passiva voc. notione cf. Intt. ad Hieron. Epist. 22. 8. ut ex hoc stomachi dolor et frequens medeatur infirmitas. In cett. gloss. non inveni.

96. Pl. p. 483. meditullium dicitur, in quo aliqua meditantur sive ad docendum sive ad discendum. VIII. p. 353. et 364. meditullium, medietas. VI. p. 533. mediotellum, medio terrarum. A. p. 349. n. 35. mediotoloneum, mediaterraneum. et p. 352. n. 27. meditullium, medioterrarium vel in medio campo eminens locus ut P. et 41. meditullio, in quocumque applicaverit loco ante vesperum (??) Fest. p. 92. meditullium dicitur non medium terrae sed procul a mari quasi meditellium ab eo, quod est tellus. P. meditulium locus meditationis ad docendum vel discendum vel in quolibet alio loco, unde glossam A. p. 352. n. 41. corruptam puto. In cett. glossis lege meditullium, media terrarum et meditullio, medio terrarum.

97. meliusculat verbum est, quod in nullo glossario adhuc inveni. Forma tantum meliusculus in usu fuit. Glossam corruptam puto ex P. meliuscula, parum melior dimin.

100. VIII. p. 366. melopoeius, carminis fictor. Nostrum glossema repetitur VII. p. 567. et P. A. p. 349. n. 28. melopeus, carminis factor et corrupte p. 351. n. 152. moleseus q. c. f. A. p. 351. n. 115. melopeum, dulce compositum, ut nostro glossario corrigendum est, et etiam P. habet.

102. L. cantio. VIII. p. 357. melos, dulcis cantus et p. 365. melos dulcis cantus, quod et melodia et melodiama dicitur. VII. p. 568. melo, cantu. A. p. 351. n. 15. melops [l. melos] dulcis sonus. P. melos, suave, sonus dulcis, cantilenae a suavitate et melle dictum.

103. VII. p. 568. et P. melotes, pelles ovium sordidae. A. p. 352. n. 31. melotes, pelles sordidae. Is. Or. XIX. 24. 19. melotes, quae etiam pera vocatur, pellis est caprina a collo pendens praecincta usque ad lumbos. Est enim habitus proprie necessarius ad operis exercitium. Fiebat autem prius, ut quidem existimant, de pelliculis melonum. Unde et melotae vocatae sunt. Primum nota P., qui hanc glossam descripsit, pro melotes et melotae habere melotis, ac dein plurimos codd. apud Isidor. pro melotae scribere melotes, unde mea quidem sententia melotis et melota huius voc. formae sunt. Unum extat melota formationis exemplum in Vulg. Hebr. XI. 37. circumierunt in melotis, in caprinis pellibus. Huc refero glossam A. p. 349. n. 19. merotis [l. melotis] pellis simplex ex uno latere dependens. Formam melota vindicat P. melota ex pellibus caprinis esse dicitur, ex una vero parte dependens. Alii vero dicunt, quod ex pellibus aspis taxi, qui melus dicitur, fiat, unde melota vocatur, qua utuntur monachi in Aegypto propter asperitatem. Plura vide apud du C. T. IV. p. 350.

106. P. menda in culpa operis vel corporis, mendum vero mandacium, et mendum in libris proprie, unde emendare dicitur; nam mendacium in ceteris rebus est.

107. Falsi loquax distinguendum puto, cum falsiloquus non falsiloquax in usu fuerit.

Mensare, saepe mingere.
Menstrua, a mense dicta, id est tricensima.
110. Mensum, mensuratum.
Mensura, norma.
Merenda, meridia.
Meque, et me.
Mercatur, emit vel nundinatur.
115. Mercedarius, qui dat mercedes.
Mercendarius, qui accipit mercedes.
Meretrix, lupa, lenia, scortum.
Merges, festus cum quibus messus colliguntur.

108. L. minsare. VIII. p. 35. minso, as frequenter mingere, unde minsator minsatus, minsatio et minsatilis .i. quod cito emingimus, sicut nimis aquosa et parum cocta cerevisia, et hoc minsaterium vas, quod recipit mictum, quasi nimia minsatione tritum et minsito aliud frequentativum et inde verbalia. VIII. p. 363. minsare, ministrare (l. minsitare) frequenter mingere et minsaterium vas ad recipiendum urinam vel mictum, urinal, lotiatorium. In Ioh. de Ian. extat minsatorium, quod sine dubio unice probari poterit. In cett. glossariis haec voce. frustra quaeres.

109. VIII. p. 350. menstruus, quod secundum mensem evenit, sicut infirmitas capiti et profluvium sanguinis mulieri. VIII. p. 364. m., quod s. m. ev., sicut dolor capiti vel pr. s. quod accidit mulieri, quod et menstruosus et menstruus et mensaticus et menstruatus dicitur. VI. p. 532. menstrua a mense dicta i. tricensimaria. A. p. 349. n. 39. menstruum, defectio luna (?) et p. 352 n. 39. menstrae (l. menstruae) mensales. cf. Is. Or. XI. 1. 140. quem descripsit Pap. P. menstruus a mense pro mensuus causa euphoniae assumit tr. et menstruum, tempus unius mensis. Nihilominus mensuus in usu fuisse videtur, certe VII. p. 568. extat mensui, mensales et VI. p. 532. mensui, mensuales. Pro tricesima lege tricesimaria; ita enim purgatio mulierum menstrua dicitur apud Sext. Plac. 12.

110. Ita corrige A. p. 352. n. 32. mensuum, mensuratum in mensum. De passiva verbi metior notione cf. Eckst. ad Voss. Arist. T. II. p. 756.

112. Fest. p. 92. merendam antiqui dicebant pro prandio, quod scilicet medio die caperetur. Is. Or. XX. 2. 12. merenda est cibus, qui declinante die sumitur, quasi post meridiem edenda et proxima coenae. Unde et antecoenia a quibusdam vocantur. Item merendare quasi meridie edere, quae repetit Pap. et XX. 3. 3. merum .... Hinc et merenda, quod antiquitus id temporis pueris operariis quibus panis merus dabatur (haec habet P.) aut quod meridient eo tempore, i. soli ac separati, non ut prandio aut in coena ad unam mensam. Non. p. 28. merenda dicitur, cibus post meridiem qui datur. Haec contraxit P. Meridia quid sit nescio. In nullo gloss. legitur. Meringa, quod pomeridianum prandium significat, postremae est latinitatis, ut hic restituere non audeam. Unum profert du C. locum IV. p. 373. Cod. Ms. Consuet. Coloniens. e Bibl. Atrebat. Praeposito maiori ad meringam datur unus denarius et albus panis et l. stopus vini, nec minus merendina improbatur, quod non solum nimium a litteris recedit, sed etiam qui a du C. IV. p. 371. profertur, locus annum 1360 p. Ch. n. non superat; hoc vel glossarium certe decimi vel noni est seculi.

115. I. p. 687. n. 22. VII. p. 568. VI. p. 533. A. p. 352. n. 34. M. qui dat mercedem pro labore sibi impenso. VIII. p. 337. et 361. m. ille, qui mercedem dat; A. p. 351. n. 153. mercharius, qui mercedem dat, laboret sibi impenso. quae corrige ex Isidor. Gl. P.: m. qui pro l. sibi imp. d. m. Ita pro mercedes ob consensum Gl. emendo hic mercedm.

116. VII. p. 568. mercenarius, mercator. A. p. 352. n. 35. m. qui accipit [adde mercedem] (cf. Is. Or. IX. 4. 31.) P. merc., qui accipit mercedem, negotiator, institutor, ubi corrige institor. Ceterum nota mercenarius adi. significatione mercatoris, quam du C. probat exemplis, quae annum 1267. non superant. Papias glossam non habet.

117. L. lena. VIII. 337. meretrix dicitur, quasi propter mercedem tricans .i. fricans. Is. Or. X. 182. m. dicta, quod pretium libidinis mereatur. P. meretrices a merendo stipendia libidinis dictae.

118. L. fustes ... messes. VIII. p. 358. merges, garba segetis, unde et haec merga, furca cum qua garba portatur. VII. p. 568. mergitis fasces spicarum vel lini quae habet etiam P. A. p. 351. n. 106. mergite culmi manipulos spicarum, ubi l. mergites ... manipuli. n. 156. merge fustes, quibus messes colliguntur vel corvi marini et mergi fustes quibus menses [l. messes] c. vel corvi marini, ubi vides, merga et mergus inter sese confudisse glossographum. P. merges a mergo manipulus vel lignum, quo colligitur messis vel id totum, quod messor metendo simul

Meritus, dignus.
120. Mero animo, simplici, fido, sincero et integro.
Meror, tristitia, lacrimae.
Metallis, vinculis, carceribus.
Meticulosus, dolendus.
Metus, timor, terror.
125. Mi, meus.
Micare, fulgorare, splendere.
Migma, palea, minuta.
Mihimet, mihi ipsi.
Minax, iracundus, fervidus.
130. Munificentia, publicum opus.
Minimus, exiguus.
Minister, famulus, servus, officialis.
Minister regalis, aulicus.
Minitatur, adsidue minatur.
135. Minor, inferior.
Minornatu, iunior.
Minuit, deminuit.
Minutatim, paulatim, sensim.
Mirificentia, magnificentia.
140. Mire, admirabiliter
Minutio, deminutio.
Mirificus, admirabilis.
Mirum in modum, mirum supra modum.
Miscitur, coïtur, convenit.
145. Miseranda, misera, infelix.
Miseria, erumna, clades, calamitas.
Missicius, qui militiam exibet.
Missile, iaculum.
Misit, iecit.
150. Missit, frequenter mittit.
Missus, coniectus, inpulsus.
Mitigat, mollit, componit.
Mitigat, temperat, mollitur.

mergit, unde et dicitur. His glossis aperte elucet, merga et merges confusa esse; aliud enim est merges, fascis culmorum ac spicarum, aliud merga, quam accuratissime describit Varro R. R. I. 50. ... haec comprehendit fascem. Ita h. l. legendum mergae vel utrumque glossema corruptum existimo ac scribendum merges, fascis : mergae fustes.

120. Ita VI. p. 583. pro meto, animo simplici fido lege mero. A. p. 352. n. 47. mero animo, simplici ac sincero.

123. Pl. p. 484. m. metuendus. VIII. p. 366. meticulus vel meticulosus, metu plenus. P. m., timidus metu plenus. Dolendus quod hic legitur, defendi nequit, unde emendo dubitans ex glossa, quae infra legitur: trepedus, timidus, dubitans. Etiam Pl. glossa corrupta est, quod, quantum scio, meticulosus, ut verbi etiam analogia fert, non horrendus est, sed is qui plenus est metus.

127. P. migma hebraeum est i. mixtura, palea minuta vel tritura frumento permixta. Hebraeum si vera est scriptura, defendi liceat ex negligentia glossographi, qui id in Vulg. Esaei. 30. 34. legi vidit: et tauri tui — commmixtum migma, sicut in area ventilatum est. Papiae error videtur non esse, quia addit migma μίγμα graece commixtum latine. Π. p. 124. μίγμα mixtura.

129. Is. Or. X. 177. minax ab acie oculorum, quando furiose ardescunt, ut amplius [eminus?) videns pertimescat.

130. ut I. p. 666. n. 7. VI. p. 534. m. munerum datus, publicum opus, donatio. P. m., largitas, liberalitas, publica donatio. Pro opus utroque loco legerim munus, quod ita extitisse puto, ut m prius absorpserit sequens atque onus quod ita corruptum est, abierit per glossatoris sollertiam in opus. Tum munus dictum est pro publico ludo, qua notione munus saepissime poni docent lexica.

139. cf. supra n. 20. VIII. p. 335. et 361. mirificentia, mirum. In cett. gloss. non extat, at legitur Chrysol. Serm. 63. mirabilium mirificentiam esse pervidemus.

144. L. miscetur. Misceri de coitu dici probant Intt. ad Virg. Georg. IV. 75. Convenire idem esse, exposui supra v. convenio, coeo.

147. unde I. p. 686. n 10. missilius, qui missilia exibet corrigenda sunt. Eadem habet A. p. 351. n. 119. et 352. n. 48. P. habet missius, qui mittitur, ubi l. missicius. Praeter Inscriptt. non legitur, nisi in uno Sueton. loco Ner. c. 48. agnitus a quodam missicio praetoriano, ubi esse nomen proprium perperam nonnulli ponunt. Glossaria hanc significationem vocabuli satis muniunt. Pro exhibet lego exhibuit, quod sensus necessario postulat.

148. VIII. p. 342. missilis ad mittendum habilis, unde iaculum quodcunque missile dicitur, et p. 342. missile, telum, pilum, iaculum, vibraculum, amentarium. A. p. 352. n. 57. misile, balisia [l. balista]. P. missilia, hostilia tela, quae mittuntur.

150. Missit ferri non potest, ita ut legendum sit aut missitat, quod apud opti-

Mittit, livigat.
155. Mitra, corona.
Monet, convellitur.
Moderari, regeri.
Moderat, reget.
Moderator, rationabilis.
160. Modestus, quietus.
Modicum, quietum, paululum, parvum.
Modicus, praevalus.
Modo, nunc.

Modulat, librat.
165. Modulatio, dulcido vocis.
Modulus, brevis modus.
Moechus, adulter cum marita.
Moenia, aedificia publica.
Moenit, struit, aedificat.
170. Molestus, infestus, vexus.
Moles, magnitudo.
Molestae, vix, aegre.
Moleste fert, angitur.
Molestia, dolor, tristitia, meror.

mos scriptores in usu est, aut missat, quod quamquam exemplo firmare non queo, tamen extitisse apparet e derivatis, ut missatio missaticus [i. legatus] quae medio aevo usitata fuisse docet du C. IV. p. 445.

154. Haec glossa aut corrupta est aut legendum mitio is, quod nullo exemplo nec scriptoris nec glossarii probari potest, nisi apud P. ubi miteo, es unde mitesco legere malis mitio mitis, quod mihi quidem ob analogiam magis persuadetur, nam omnia quae in is desinunt adiectiva, ut lenis, mollis formant verba IV. coni., ut lenio, quamquam etiam in eo in usu sunt, ut a mollis molleo. Supra levigare explicatur linit inalbat.

155. Pl. p. 483. mithra, pallium [l. pileum] phrygium vel Persarum aut ornatus capitis. VII. p. 569. mitra, kappa, kapitis ornamentum. A. p. 352. n. 55. mitra, cinctium vel ligatura capitis [ubi lege cinctum; cf. Porph. ad Hor. Art. Poet. 50.] et *Π*. p. 38. cinctum, *ζῶσμα* et dict. mea ad Apul. T. I. p. 1020.] Is. Or. XIX. 31. 4 mitra est pileum Phrygium caput protegens, quale est ornamentum capitis devotarum. Sed pileum virorum, mitrae autem feminarum. cf. Serv. ad Aen. IV. 216. et IX. 616. P. mithra, phrygium pileum id est tiara eadem et citharis vel metalla, ubi lege cidaris [Is. Or. XIX. 30. 6.] et metaxa [nam mitra etiam funis fuit; ut P. mitra funis est quo navis medio cingitur; metaxa vero est *σειρά* cf. Forcell.].

156. Aut emenda movet compellit aut movetur compellitur. At sine dubio ex priore glossemate hic falso adscriptum est; nam n. 213. C . . convellitur, movet, extat; movet non ad hanc glossam sed ad priorem conatur referendum est.

157. L. regere aut regi. Non. p. 471. moderant pro moderantur Pacuvius Periboe: Neque tuum te ingenium moderat, quae repetuntur p. 472. cf. Serv. ad Aen. VII. 756. cf. Voss. Arist. T. II. p. 768. Eckst. P. moderare, temperare, coërcere, compescere, modero et moderor idem significat antiquitus. Moderat, fraenat, gubernat, sub condicione habet.

158. L. regit.

159. Nota hanc significationem, quae repetitur v. rationabilis. Qui enim ratione ac sana mente utitur, ceteris imperat imperitis ac temerariis.

160. cf. Plin. Pan. 20. Iter placidum ac **modestum**, ad q. l. vide Arntz.

162 L. parvulus.

164. 165. L. dulcedo. Raro significatione librandi ac pensandi legitur; cf. Intt. ad Gell. I. 1. §. 1. in **modulanda** . . . . longitudinis praestantia . . . VI. p. 533. modulant, librant, ut corrige A. p. 352. n. 65. modolant, liberant. De activa et passiva formatione vide Prisc. VIII. p. 380. Kr. qui exemplo non addito, extitisse utrumque dicit nec tamen invenitur in libris veterum locus, quo hic usus comprobetur. P. modulo et modulor idem significat antiquitus. Modulatur, librat, cantat; modulatio, dulcedo et suavitas vocis.

167. [a meo] moechus .i. adulter dicitur a meo, quia frequenter de una uxore ad aliam meat.

168. 169. I. p. 686. n. 11. moenit, str. aed. A. p. 350. n. 59. moenia, superior domus. et p. 353. n. 74. munia, aedificia, ubi cum Oehlero non emendo moenia; nam ut Fest. p. 100. docet, moenia et munia promiscue dicta sunt: Moenia et muri et officia et p. 102. moenia praeter aedificia significant et munia .i. officia. Ita p. 351. n. 151. munia, aedificia. Is. Or. XV. 2. §. 18. moenia duplicem habent significationem. Nam interdum moenia abusive dici omnia aedificia publica civitatis . . . Proprie autem moenia sunt tantum muri quae descripta sunt ex Serv. Aen. XI. 567. cf. Serv. ad Aen. II. 252. per moenia, per domos ut supra. 234. Moenia enim et publica et privata dicuntur.

170. L. vexans.

171. P. moles, magnitudo, vastitas, congeries, difficultas.

175. **Molitur, cogitat, disponit vel parat.**
**Mollis, quietus, mitis.**
**Mollit, temperat, mitigat.**
**Molosus, canis rusticus.**
**Molum, mensura vel rationale.**
180. **Momentum, quasi mortamentum amatione.**
**Monilia, monimenta in cervice mulierum vel equorum pectoralia.**
**Monit, corrigit, increpat.**
**Monocentaurus, homo caput habens bovis.**
**Monocerus, quadrupes unum cornu habens.**
185. **Monticulus, ager, terrae congeries.**
**Monstrum, ostentum, quod extra nascitur.**
**Moratur, constitit, versatur.**
**Morbus sacer, alphus.**
**Morte affitio, mortifico.**
190. **Moribundus, similis mortuo.**
**Moreficando, moram faciendo.**
**Moritur, defungitur, exspirat.**
**Morosus, displacidus.**
**Mors, nex, laetum, exitium, suplicium.**
195. **Mortale, laetabe, exitiosum.**
**Mos, consuetudo.**
**Motus, commotio.**
**Mox, continuo, exemplo.**
**Mucro, summa pars hoc est capud gladii.**

178. L. molosus. VIII. p. 339. [a molio) secundum quosdam dicitur molossus .i. canis magnus et quasi ad demoliendum paratus et inde molossicus, mordax vel rapax. VI. p. 333. m., canis rusticus, ut P.

179. L. modium. m. modicum, rationale. Nam modicum est moderatum, teste P.

180. L. motamentum a motione. VIII. p. 332. (a moveo)momentum, quod cito etiam transitu moveatur. Aliter A. p. 353. n. 69. m. quasi motamen a motione, et n. 71. momentum, stilus in quo mentana [l. momentana] exsequatur; namideo momentana vocabulum sumpsit, quod cito et ad modicum inclinatur, si aequaliter non pensetur. Quae habet etiam P. sed corrupte: momentum stilus, a quo momentana, quia cito admodum stili inclinatur : sumpsit nomen. Momentana [quod voc. frustra in lexicis quaeres] est libra, teste Is. Or. XVI. 25. 4. Trutina est .... facta propter talenta et centenaria appendenda, sicut momentana pro parva modicaque pecunia. Haec et moneta vocata. et P. momentana duabus in lancibus et uno in medio stilo librata aequiter constat dicta, quod parva modicaque pecunia in ea solita sit appendi.

181. L. ornamenta.

182. L. monet.

183. ut Pap. cf. Is. Or. XI. 3. 38. Monocentaurum nomen sumpsisse ex tauro et homine, qualem bestiam dicunt fabulose in labyrintho fuisse inclusam.

184. Is. Or. XII. 2. 12. Rhinocerus .... Latine interpretatur in nare cornu. Idem et monoceros .i. unicornus, eo quod unum cornu in media fronte habeat pedum quatuor. Si Pap. auctoritatem sequi velis, legendum est unicornis, ut bicornis.

185. L. agger.

186. L. extra naturam nascitur ut habet P. Ex compendio n (a) vitium explicatur; nam ob sequentis voc. primas easdem litteras hoc voc. librarius omisit.

187. L. consistit, tergiversatur uti infra.

188. Error est glossatoris. Nam morbus sacer qui idem est comitialis, non est ἀλφός i. vitiligo, impetigo, petigo; cf. *II.* p. 9. Rectius conveniat huic explicationi sacer ignis; cf. Is. Or. IV. 8. 4. vel regius cf. Is. Or. IV. 8. 13.

190. VIII. p. 338. et 362. m. mortuo similis vel mori incipiens, ut Is. Or. X. 181. m. morienti similis [ut P.], sicut vitabundus viventi similis, quae repetita sunt ex Serv. ad Aen. X. 341.

191. L. morificando ex I. p. 686. n. 19.

192. L. exspirat. cf. Intt. ad Virg. Aen. X. 731.

193. VIII. p. 355. m. tardus quod repetitur p. 365. A. p. 349. 21. morosus fastidiosus vel superbi [us] P. m. difficilis, fastidiosus, querulus, tardus; cf. supra l. D. n. 306.

194 195. L. letum et letale.

198. L. extemplo.

199. L. teli ... caput. VII. p. 569. m. summa pars gladii vel cuiuslibet teli, ut habet Is. Or. XVIII. 6. 3., qui sua deprompsit ex Serv. Aen. XI. 817. Isidorum descripsit P.

**200.** **Mugit, boat, stridet.**
**Mugitus, stridor.**
**Mulerosus, mulierarius.**
**Mulcat, verberat, cruciat.**
**Mulcatores, peremptores,** *αναιρεν.*
**205.** **Mulcatur, abono separatur.**
**Mulcavit, vinxit, ligavit, vel produxit.**
**Mulcere, calcare, vexare.**
**Mulcet, linet, placat, delectatur.**
**Multa, condemnatio, plurima.**
**210.** **Multat, damnat, contaminat.**
**Multatio, damnum pecuniae.**
**Multitudo, falanx, agmen.**
**Muna, munera, quae militibus dantur.**
**Munia, officia.**
**215.** **Mundus, purus.**
**Municipatus, ius ipsius muncipii.**

200. Noli emendare stridere et stridor, quae vocc. etiam de elephantorum barritu ac vehementi boatu dici probant loci Ovid. Met. VIII. 287. et Hirt. B. Afr. 72. et 84.

202. L. mulierosus. cf. Non. p. 28. mulierosi dicti mulierum appetentes et 142. mulierositas, cupiditas femineae voluptatis P. m adulter. Mulierarium virum faemelarium [l. femellarium] antiqui dicebant.

203—207. VIII. p. 366. m. pugnis vel virgis caedere. Serv. Aen. XI. 839. mulcari, proprie de verberibus dicimus. P. m. affligere, vexare, calcare, caedere et ita emenda n. 208. mulcare, et *ἀναιρεν* ego emendo in *ἀναιρεῖ* et refero ad n. 204. VIII. p. 365. multare [l. mulcare] verberare, flagellare, depuire, percellere, decutere, plagiare, vapulare. Pl. p. 483. mulcator, qui corpora afficit et cruciat. VI. p. 534. mulcatores, peremptores ut A. p. 349. 32. [ubi corrupte mulgatores, ut A. p. 351. n. 126. et 353. n. 84.] A. p. 353. n. 78. mulcare, calcare vexare. P. mulcator, peremptor, qui corpora afficit vel cruciat. Praeterea nota voc. mulcare, quod A. p. 349. n. 33. et p. 352. n. 82. etiam explicatur vinxit, ligavit, qua significatione equidem nunquam legi, in hac gl. lego pro produxit percussit ut A. p. 350. n. 64. multata (l. mulcata) percussa. Tum quid sibi velit glossa mulcatur a bono separatur non satis assequor, nisi forte referre velis ad glossam P.: multatur condemnatur, seducitur. Extat vero voc. mulcare pro mulcere, ut Pl. 484. mulcator, delinitor, compositor, mulcere enim delinire est a mulso dictum, vel verbis blandis delenieus a mulso .i. melle, quod acceptum lenit fauces dolentes aut oppletum sordibus stomachum solvit. VIII. p. 345. (a mulceo) dicitur mulco .i. mulcere, unde Iosephus in XV.: convocans eos oratione mulcavit, et inde mulcator, mulcatus, mulcatio et 363. mulcare, mulcere, mitigare. P. mulcator dictus quod blandus verbis mulceat animum, translatum a mulso, quod solet fauces dolentes lenire et ita habere Althelm. de Vit. Cap. 7. Denique si potuit, coeli mulcare catervas testatur P. Ita probari possit mulcatur, seducitur, a bono separatur. At forsitan his omnibus locis legendum sit mulsare. Adde quod Pl., ut editum est glossarium a Mai T. VI. 567., habet mulcifico, frequenter mulceo mulcere enim blandire est vel verbis blandis delenire animum translatio a mulso et seqq. ut supra, nisi quod pro lenit legitur linire et pro solvit: solet, unde emendo solvere, solet. Hic offendo in v. mulcifico, quod analogiae cett. verborum cum facere s. ficare compositorum non respondet, quippe quae aut ab adiectivis aut substantivis formantur. Itaque etiam in aliis glossariis non extat. Est igitur cur emendem mulso lenio, frequenter mulceo. cf. Is. Or. X. 178.

208. L. lenit . . . delectat.

209. Forsitan legendum sit c. pecuniaria, ut infra multatio. Varr. V. §. 177. multa pecunia, quae a magistratu dicta, ut exigi posset ob peccatum. VIII. p. 365. repetitur a multus; Fest. p. 99. multam Osce dici putant poenam. P. mulctare, condemnare, lacerare, contaminare; mulctavit condemnavit, mulctatur, condemnatur, seducitur de quo v. supra; mulctata (l. mulcata) quassata, afflicta, vim passa.

213. L. munia ut corrupte habet etiam I. p. 686. n. 20. n. 21. munia, officia salvationis (l. salutationes) vel munera. A. p. 351. n. 27. munia, officia militiae. A. p. 351. n. 33. munia, officia, salutationes. Miror apud Isidor. Oehl. non emendasse salutationes, cum in suo glossario invenerit, sed Nansii tantummodo protulisse coniecturam salvationis. Ego minus recte correxi prius cf. ad Apul. I. 516. salvationes; nunc retineo salutationes, vel salutationis, qua significatione officium prae ceteris dici probavi

Municiparis, civis municipii.
Municipium, opido.
Munifex, qui munus dat, honorificat, munificat.
220. Munificus, liberalis, honorificus.
Munimen, tuiti vel firmamentum.
Munita, structa.
Murivit, significat.
Mura, celsa agrestis.
225. Mures, regalis purpora.

ad Ap. 1. d. P. munia, officia civitatum tributa. Muna cum Henschel. du C. T. IV. p. 573. non probo. Nam nisi forte loco Chart. Ital. ann. 1287. voverunt quod apportabant ad sepultarum unam munam pro munam legis minam; corrige unum munium, qui singularis quamquam non extat nisi in glossis, ut P. munium, munitio, murus; munium, officium vel tributum et VII. p. 569. muninm, munitio, murus et m. off. functionum, tamen genitivo muniorum satis confirmatur, qui in Inscriptt. pluries extat et dativo muniis (i. officiis) apud Is. Or. XV. 2. 10. quem posteriorem frustra in lexicis quaeres.

217. L. municipales et oppidum. VIII. p. 344. municeps, castellanus, vel princeps, qui munitionem capit (unde A. p. 349. n. 37. minicipatum, principatum) et municipium, castellum et hic municipalis. p. 367. municipales, castellani, qui municipium custodiunt et municipatus, dignitas vel defensio municipii. Haec vero mihi probari nequeunt, quia nullo veterum loco firmantur. Ego hanc totam glossam aperto glossographi errore exortam puto, qui ante oculos habuit Is. Or. IX. 3. 21. princeps dictus a capiendi significatione, quod primum capiat, sicut municeps ab eo, quod munia capiat. Nam aliter Is. Or. IX. 4. 21. muncipes sunt eodem municipio nati, ab officio munerum dicti, eo quod munia publica accipiebant . . . . municipales, originales cives et in locum officia gerentes, ubi ex P. lego in loco. A. p. 350. n. 53. municipium, civitas. et p. 351. n. 181. modica civitas. Accuratissime agunt de municipium voc. Fest. p. 105. et Is. Or. XV. 2. 10. quem descripsit P.

219. cf. I. p. 686. n. 45. qui habet munifer, qui munia fert et ibid. n. 3. manifex, manum dans, ubi lego munifex, munia dans, quia manifex significare id non potest. VIII. p. 367. munifex, qui munera dat. VII. p. 569. munifex munerarius, qui munera fert, qui munus facit id est officinm aliquod, unde corrige A. p. 351. 123. minaxiaratus munifex, qui munifacit .i. al. off. et A. p. 351. n. 85. munifex numerarius (?) vel qui munus facit id officium aliquid vel municipalis unum est iderium, quae postrema verba non capio. P. munifex munerarus, qui munera facit vel munus i. officium. VI. p. 534. munifex, munerarius. Ubique legendum munifex aperte testatur Is. Or. X. 168. manifex, quia munera fert. De voc. munificat vide VIII. 367. munificare locupletare vel largiri vel firmare (?) Ego hic novam glossam statuo converso ordine legens munificat, honorificat. P. munificare, muneribus honorare ut A. 351. n. 125. munificus, honorificus.

220. Pl. 482. munifica et . . . us dicitur, qui alicui multa munera dat vel ille, qui munus suum .i. officium quod debet implet [quae repetunt P. et Is. X. 166.], ut puta munifica Sicilia imperio R. .i. quae ei impositum munus praestat, obsequium (?) VIII. p. 344. munificus .i. largus, quasi munera faciens et p. 867. munificus, largus, dapsilis, dapidus.

221. L. tuitio. P. munimen vel munimentum dictum, quod manu sit factum; defensio.

223. Hoc quid sibi velit non capio I. p. 686. n. 42. habet murrire, clamare, proprie murium, quod tamen propter interpretationem ferri hic nequit. Proxime accederet mutivit, quod probarem, ni glossa ipsa adversaretur. Mutire enim est loqui, ut Fest. explicat p. 101. et 169. ad quem l. vide Intt. p. 508. et Non. p. 18. et VI. p. 534. mutire, leniter loqui. Fusius de hoc voc. egi ad Arn. IV. 18. p. 364.

224. Difficile est de hoc v. iudicium. Ego etsi invitus emendare cogor, mura, casa, agrestis, non ignarus, hoc postremae esse latinitatis voc. atque exemplis eius tantum aetatis probari posse, quae nostro glossario est inferior. cf. du C. v. mura.

225. L. murex ut A. 350. n. 56. Pl. 483. m. dicitur cochlea maris acuta, quae alio nomine conchylia nominatur, ex qua purpura nobilis inficitur. Dicuntur et murices petrae in littore, similes huius muricis acutissimae et maribus [l. navibus] perniciosae quae repetit P. VIII. p. 361. murices, vestes purpureae. Prudentius rex ipsum coos aestuantem murices. [A. p. 351. n. 132. muricae, ostro purpura, ubi l. murice. P. murex, herbasorex (?) murex vel eminens saxum vel regalis purpura, color vel sanguinis de conchyliis, cum qua glossa cf. quae habent Is. Or. XII. 6. 50. et Non. p. 461. et 549. murex, color

Murgisso, caudus murmoratur.
Murmurat, iocatur, musitat.
Mutinarius, inutilis.
Mus, sorix.
230. Musculosus, lacertuosus.
Muscus, genus herbae.
Muscula, ulna, brachium.
Musitat, musat, murmurat.
Mutabilis, variis.
235. Mutata, beata.
Mutilat, minuit, vellit, fraudat.
Mutus, inlinguis, elinguis.

purpureus. Serv. ad Aen. IX. 614. Murice — purpura.

226. L. callidus, murmurator, ut Pl. VI. p. 567. A. p. 351 n. 159. ubi perperam mergisco extat; I. p. 686. n. 24.; cf. Pl. p. 484. murgissor, irrisor, lusor, ubi emendo murgisso, et ita emenda VIII. p. 343. (a murmur) mugissor in murgisso et VIII. p. 362. murmurcones, murmuratores, mugissores, mussitatores in murmurones . . . murgisones. et A. p. 353. n. 89. murgisci, callidus, murmurat in murgiso, c. murmurator. VI. p. 534. murgiso, callidus, murmurator, fallax et murgisso callidus, veterator, murmurator. Fest. p. 100. murgisonem dicebant a mora et decisione. P. murgisso, c., murm., irrisor, illusor. Sunt qui pro murmurator legi velint moratores, quia Fest. murgisso deducit a mora et decisione, ut sit quasi moricisones. Quamquam speciosa et ingeniosa est Dacer. emendatio, ob glossariorum constantiam ei accedere non audeo. Unde voc. petendum sit, mihi quidem non satis liquet. Ad eandem radicem id pertinere, unde murmurare derivatur, certum videtur esse, quod in eo quoque, ut sequens glossa docet, notio irridendi et iocandi inest, quam tamen exemplis confirmare nequeo. P. murmurare, incondite vel mala voluntate aliquid contradicere; cf. Non. p. 427.

228. Ego lego murcinarius, mutilus ex I. p. 686. n. 24, etsi inutilis per se non videtur falsum, cf. VIII. p. 342. muriscidus, homo ignavus et remissus et ad nihil aliud utilis, nisi ad mures scindendos; unde Plautus in Epidico: vae tibi, inquit, muriscide homo, ubi alii legere volunt murcide.

229. L. sorex.

230. cf. supra litt. L. n. 19.

231. A. p. 351. n. 81. muscus, g. h. mollissimae, quae etiam P. habet, addens lanugo.

232. L. musculi aut musculus; nam muscula est parva musca. P. musculi pro tibiis et brachiis ponuntur, quod nota. VIII. p. 362. musculus, quaedam pars brachii.

233. L. mussat, ut I. p. 686. n. 22. pro murrat, murmurat. VIII. p. 343. (a mutire, murmurare) [ut emenda A. p. 358. n. 80. muttit murmurat pro minuit, murm.] musso et mussito. VIII. p. 362. mussare, mussitare, murmurare, mutire, quae repetita sunt p. 367. VII. p. 569. mussant, timeant, pavent, dubitant, murmurant. A. p. 351. n. 124. lege musitat, murmurat pro mutilat, m. et n. 130. mussat, murmurat pro murrat m. et n. 142. musitat, manet, emenda aut in m. mussat aut mansitat, manet. A. p. 352. n. 76. musat, murmurat et n. 86. musitat, prae timore dubitat. Varr. de L. L. VII. 101. mussare dictum, quod muti non amplius quam μῦ dicunt. Fest. p. 101. mussare, murmurare. Non. p. 427. mussare hominum est occulte quid et pressa voce loquentium quod celatum velint. P. musitat, leviter [l. leniter] in auribus loquitur, murmurat. Noli tamen putare, ideo musitantor quod VI. p. 534. legitur et leniter explicatur, esse verum quemadmodum voluit Henschel. IV. p. 588. voc. musivatur. Hic lege musicanter, ut A. p. 349. n. 50. et 353. n. 83. cf. A. VII. 569. et musicum, dulce carmen [ita emenda VI. p. 534. musuleum, dulce carmen in musicum]. Hinc lege musicatur, mulcet placat, lenit pro musinatur. VII. 569. et P. Musivatur, quod in P. legi dicit du C., nihil nisi corrupta voc. est lectio. Musicare apud postremae latinitatis scriptores in usu fuit, etsi alia significatione.

235. L. variata aut novata.

236. Pl. p. 484. mutilare est aliquid, quod sit integrum, detruncare: ut si quis homini manum amputet, mutilabit eum aut arboris partem aliquam vel aedificii, quae repetit P.; VIII. p. 341. mutilo pro detruncare dicitur. Ita emendo VI. p. 534. mutibum sine cornibus semitruncum et motinum s. c. s. in mutilum. Atque potissimum de quadrupedibus cornuti generis sed cornu carentibus dicitur, uti lexica docent. Huc refero glossam VIII. p. 343. mutilum pecus deminutativum a muto, ubi emendo deminutivum aut deminuto cornu a muto. et A. 353. n. 79. mutilat, contaminat, uti lego contruncat. P. mutilat, violat [hinc VI. p. 534. mutilat, placitum violat aut iurat et p. 533. molitat, placitum violat [ubi quid pro placitum legendum sit non habeo, pro iurat lege mutat] truncat, debilitat convellit in membra dispertit, retondit (ubi lege retondet aut tondet, ut P. muti-

lum, caput tonsum, mutat, murmurat (ubi musat, murmurat legendum est, falso hic appositum) imminuit, exquirit (exhaurit?).

# N.

1. Nabat, cogit, conpellit, accelerat.
Nabat operam, operam dat.
Naviter, studiose.
Nabus, impiger, celer, industrius.
5. Naca, cancer.
Nactus, invenit, inventus vel adeptus.
Nam, quomodo ceterum.
Namo, narro.
Nare, natare.
10. Narus, peritus, sciens.
Nanciscor, fruor.
Nario, subsannans.
Nascitur, gignitur.

1. L. navat. VIII. p. 384. navare, strenue officium facere. et 385. navare, compellere vel accelerare. VI. p. 534. et VII. p. 570. navit, strenue agit. A. p. 354. n. 42. navat, frangat, ubi lego factat. et n. 56. navare, strenuae officium, ubi adde facere. P. navat, strenue implere, operam dare, ubi bis pone operam; cogere natare, ubi emenda navire. Ceterum nota significationem accelerare, cogere, quae nullo lexico confirmatur. Nec tamen falsam et ficticiam esse eam, efficio ex adi. navus, quod VIII. p. 385. explicatur: celer a navium celeritate, quod aliter properus, currax, alipes, praepes, volucer, citatus, cursilis, acupes, quasi ad eundum acutum habens pedem et A. p. 354.

4. navus, celer, industrius vel sciens et fortis, quae repetita sunt ex Fest. p. 108. navus, celer ac strenuus a navium velocitate, ubi c. B. legerim celeritate. ex ipso F. p. 110. navos a celeritate navis dicimus. P. navus, celer, industriosus, fortis, impiger, agilis, prudens: navus a notitia viae dictus i. prudentia; navus, qui rem quamcunque continuat vel gubernat, unde et navis dicitur. A. p. 354. n. 8. naviter, studiose, fortiter. P. naviter, bene, industrie, caute, quae decripta sunt ex Pl. p. 480. naviter est b. et ind. et c., ut navis sit gubernator, tractum a navi, unde navi dicuntur boni, ignavi stulti, navi natandi(?) quae non intelligo, nisi velis emendare navire, navare. Nam navire s. navere in usu fuisse probat praeter glossaria, quae prius attuli, P. qui et navare habet et navit (alii codd. navet) strenue agit. De navus cf. supra gnavus.

5. Idem extat in P. Cetera glossaria nihil praebent.

6. VI. p. 534. nactus, inventus, nanctus, occasionem adeptus. A. p. 553. n. 4. nanctus, invenit. 354. n. 36. nancisceretur, inveniret. et n. 1. 2. nanctus, inveni; nanctus occasione (l. em) adeptus vel potius (lege cum Oehl. potitus). p. 355. n. 28. nec invectus sum, non inveni ego lego non nactus sum cf. Fest. p. 137. v. renanscitur. Ceterum nota formas nactus et nanctus; Serv., quem sequitur P., posteriorem unquam in usu fuisse docet ad Aen. I. 480. Sciendum tamen est, licet alia euphoniae causa varientur vel in generibus vel in numeris, nactus tamen et passus n penitus nunquam accipere. P.: nactus fecit absque n. Contra hanc Servii sententiam pugnat Wagn. Orth. Verg. p. 459. In vetustissimis aliis codd. formam nanctus inveniri probat Mai. ad Cic. de Rep. p. 49. n. 6.; cf. quae exposui ad Apul. Met. p. 354. 576. et 640. De passiva verbi nancisci notione, quae in solo participio admitti posse videatur cf. quae dixi ad Apul. p. 576. nanctaque libertate.

8. Glossa corrupta est. Erat, cum emendarem narrito, narro ut VIII. p. 385. narritare, frequenter narrare, vel nago, nato (vel ut Dac. voluit natare cf. Fest. p. 506) ut I. p. 688. n. 30. nagare, huc illuc fluctuare, vaccillare quemadmodum repetunt VIII. p. 385. et P., vel quod aptissimum videtur nario sanno (cf. infra nario).

10. cf. supra v. gnarus.

12. ut I. p. 688. n. 47. et P. Contra VIII. p. 384. narius, subsannator, derisor, delusor, iniuriator, iniurius, ludificator. Ita emenda A. p. 354. n. 59. nario, subsannas et n. 6. navaurio, subsannas quae glossa in nullo lexico extat. Factum est a narire, nares fricare, subsannare, ut bibo, edo, ludo, epulo alii. Hinc apparet, narius ferri non posse.

Natos, natices.
15. Natinare, negociare.
Nat, natat.
Nata, filia vel generata.
Nativum, generalem, genetivum.
Natrix, serpens.
20. Natura, corpus.
Naturalem, genetivum.
Navarcus, nomen navigantis.
Navalis res, ad navem pertinentes.
Navigans, triarcus.
25. Navis, carina.
Navita, nauta.
Nautibellum, pugnam maritimam facere.
Naustagium, naufragium.
Ne, non.
30. Nebulam, nubem cavatam, caliginem.
Nebulo, tenebrosus, obscurus, impostor.

14. L. naticae, de quo voc. cf. du C. T. IV. p. 604.

15. L. negociari. Idem habet I. p. 687. n. 48. et firmatur Fest. p. 107. et p. 179. natinatio dicebatur negotiatio et natinatores ex eo seditiosi (ubi alii scribunt sediosi, alii negotiosi) negotia ferentes. Ego natino eadem ratione factum puto a nato, ut farcino a farcio, destino a sto, coinquino a coinquo; ut iam recte vidit Martin. in lexico. In P. hoc voc. non extat.

17. Ita emenda VI. p. 584. nativum, naturale, genitivum pro gentium.

19. ut A. p. 354. n. 35. VIII. p. 369. (a nare) natrix .i. serpens quidam, qui veneno suo inficit aquas, unde Lucanus: et natrix serpens violator aquarum. et p. 382. natrix, serpens aquaticus, qui veneno suo inficit aquas. cf. Is. Or. XII. 4. 25. Non. p. 65. natrices dicuntur angues natantes.

20. Ita lege I. p. 687. n. 49. natura, corpus, ingenium, genitura pro nutinare; Oehl. vult. naturale; nec aliter legendum est I. p. 687. n. 59. natura, genitura, pro nitura, ut perperam etiam extat VI. p. 535. — P. natura, ingenium mores animus.

22. I. p. 688. n. 11. extat nauricus, princeps navis ubi lege navarchus aut nauclerus. VIII. p. 369. nauclerus, secundum Isidorum ille, qui habet navem in sortem, quia cleros sors dicitur (cf. Is. Or. XIX. 1. §. 3.) et navarchus, i. princeps navis, quia archos princeps dicitur; quae duo glossemata repetuntur p. 382. et a P. Quid pro nomen navigantis legendum sit non capio.

23. L. navales. A. p. 354. n. 5. navilis, natat res ad navis pertinens, ubi lege navilis; navalis res, ad naves p. [De voc. navile cf. du Cang. T. IV. p. 611.].

24. L. trierarchus, de qua glossa dicam infra v. triarchus.

26. Pl. VI. p. 567. nautam et navitam. Haec distinctio est: navita poeticum est, nam rectum est nauta; sed metri causa a poetis una littera addita est; quae fere iisdem verbis leguntur apud Is. Or. XIX. 1. 5. Ita emendo I. p. 687. n. 54. nabita nancta, in navita nauta. VIII. p. 369. navita, ae, navis custos, unde hic nauta per syncopam; p. 383. navita, nauta, navicularius, gubernator, gubernio, nauclerus. A. p. 354. n. 55. navita, nagitator ubi l. navigator [cf. Fest. p. 180]. P. habet: navita, a nave dictus, quod est rectum poetice pro navita dictum [l. nave].

27. Hoc voc. in nullo glossario et lexico adhuc inveni. Ego malim nautibellare vel navibellare.

28. Ego emendo ναυάγιον vel nauagium. Ceterum lexica latina et glossaria hoc voc. non habent.

30. Pro cavatam legerim atram, opacam vel simile quid.

31. cf. infra n. 72 VIII. p. 378. nebulo ille, qui vanus est, ut nebula, quae repetuntur p. 382. VI. p. 535. nebulo, circumventor, latro, mendax, inductor, fallax et nebulones, praestigiorum nebulis illudentes. A. p. 354. n. 67. nebulo, indutor [l. inductor] fallax. et p. 355. n. 14. nevula, indoctor vallorum sive latro, ubi lego inductor, fallax, s. l. Fest. p. 107. nebulo dictus est, qui non pluris est, quam nebula, aut qui non facile perspici possit, qualis sit (cf. p. 177. et 524.). N. p. 18. nebulones et tenebriones dicti sunt, qui mendaciis et astutiis nebulam quandam et tenebras obiiciunt, aut quibus ad fugam fugitivis et furta haec erant accommodata et utilia. P. nebulo, glutto, vanus, obscurus, mendax, inductor, illudens, fallax. Tenebrosus si in glossario retinere vis, hoc errore glossatore tractum est, qui scivit esse obscurum et ita cum nebulone composuit. At obscurus est nebulo, quia translata significatione de eo dicitur, qui tectus, simulatus et ad fraudem paratus est, cf. Cic. de Off. III. 13. ubi extat: versuti potius, obscuri, astuti, fallacis, malitiosi, callidi, veteratoris vafri, ad q. l. vide

Negat, occidit, iugulat.
Neodicendum, infandum.
Necem, mortem.
35. Necerant, flaverant.
Necessarius, desideratus.
Necesse, oportune.
Necessitudo, affinitas, amicitia.
Nectar, mel.
40. Nectens, fila torquens.
Nectit, obligat.
Nec ne, nec non.
Necopinatum, nec suspicatum, id est contra opinionem.
Neentes, fila torquentes.
45. Nefandus, nec dicendus.
Nefarius, sceleratus.
Nefarens, scelere pollutus.
Nefas, illicitum, scelus, piaculum.
Negligentia, desidia, incuria.
50. Nemirum, non est mirum vel valde mirum est.
Nemo, ad hominem pertinet.
Nemora, condensationes arborum.
Nemosum, densum, spissum.
Nempe, certe vel nonne, numquid, non.
55. Nemus, silva.
Neniae, fatue, vanae.
Nenon, nonne.

Beier. Hac notione tenebrosus, quantum scio, nunquam legitur. Itaque si quid emendandum est lege tenebrio. Prius putavi, hic duo glossemata esse confusa et legendum nebulus, tenebr. obscur. ut VIII. p. 384. nebulus, nubilus, nubidus, obscurus, caliginosus. Adiectivum nebulus in glossariis et lexicis praeter h. l. nondum inveni.

32. L. necat.

35. L. neverant, filaverant ut supra. cf. VII. p. 570. net, filat; neunt, filant; neverat, filaverat; P. nere, filare. De voc. filare cf. du C. Praeter haec glossaria id voc. nusquam legi.

36. Ita supra desideratus, necessarius, quia quod desideratur, necessarium est vel vice versa.

37. VIII. p. 382. inde necessarius, utilis; nam necesse aliquando pro utili dicimus, unde in seqq. oportunus, necessarius, desideratus. et P. necessarium, utile, vel amicum vel aut inevitabile significat.

39. cf. Serv. ad Virg. Aen. I. 433. nectare, melle abusus propter suavitatis similitudinem. P. nectar, genus odoris, dulcedo; nectar, purum mel et dulce, quo dii utuntur.

40. L. neens, ut P. neo nevi, quod est fila torquere, filare cf. infra. Minus probe etiam P. post: nectit, ligat, iungit, texit

41. Fest. p. 107. nectit, ligat.

42. Ego emendo neve [ut VI. p. 535. necve, nec non] ex P. neve, neque, vel non. VIII. p. 385. neu, neque, ut ne vel corruptum est ex necue pro neque, ut infra neque nec non.

44. Hanc formationem reiicere non ausim. Obstat primum locus Tibull. III. 3. 36. stamina qui ducunt quaeque futura neunt ubi Scaliger. dicit, neunt a neere esse formatum nec iis assentiri queo, qui libri Monac. lectionem canunt, cum aperte librarii sit emendatio, praeferant. Ad hanc codd. auctoritatem accedit glossariorum dignitas, ut VI. p. 535. neunt, filant [ibid. nit, filat ubi emenda aut neit aut net] et VII. p. 570. neunt, filant; A. p. 354. n. 61. nentes, fila torquentes.

47. L. nefarius.

51. cf. P. nemo, ab homine tractum, quasi ne homo.

53. L. nemorosum. P. nemorosum, opacum, silvestre.

54. Sequentia vocc. vel nonne ex errore hic apposita a glossatore sunt.

56. Pl. p. 486. neniae, ineptiae, alias carmen mortuorum. et VI. p. 567. nenias, deleramenta vel proprie carmen funebre. VIII. p. 385. naeniae, vanitates vel mendacia vel cantilenae vel carmina, miseriae. Ovidius. naeniaque involucres falsa figurat anus et alibi ducit supremos naenia nullos choros; cf. VI. p. 535. nenia, deleramenta proprie. VII. p. 570. neniae, carmina senilia [ubi emendo flebilia vel funebria]. A. p. 353. n. 11. nenias (l. nenia) carmen funebrae mulierum vel deleramentum. P. habet nenia, finis, alias caro mortuum [ubi l. cantio] (cf. Fest. p. 105. naenia est carmen, quod in funere laudandi gratia cantatur ad tibiam. Sunt qui eo verbo finem significari putant. Quidam volunt naeniam dici eo, quod voci similior quaerimonia flentium sit. Quidam aiunt, naeniae ductum nomen ab extremi intestini vocabulo; Graeci enim νέατον extremum dicunt sive quod chordarum ultima νεάτη dicitur, extremam cantationis vocem naeniam appellaverunt). P. naeniae supervacua res carmi-

Neofytus, novellus, rudis.
Neominia, novilunium.
60. Neptis, nepus femina.
Nequaquam, nullo modo.
Neque, nec, non.
Neque enim, non enim.
Nequeo, non possum.
65. Neque quisquam, nec modicum.
Neque eunt, non possunt.
Nec quicquam, sine causa, frustra.
Nervi, vincula.
Nescius, ignavus, inperitus.
70. Neuter, ne hoc nemo nostrum.
Neutrum, nec hoc nec illud.
Nebulo, latro, mendax.
Nex, mors, supplicium.
Nexus, obligatio, obligatura vel obligatus.
75. Ni, nisi vel nisi si.
Nictit canis, cum acute cannit.
Nidar, nidor, odor.
Ni fallor, nisi fallor.
Nigrum, obscurum, tenebrosum vel pullum.
80. Nihil interest, nihil differt, nihil distat.
Nihilominus, nihil minus, si quo minus, non minus.

na senilia [cf. supra] et moralia, quae in mortuis dicunt, epitaphia: naeniae vanitates, deleramenta, proprie caro funebris [l. cantio]. A. p. 354. n. 10. habet nenias, species, ubi lege ineptias. Nostro glossemati addiderim res. Naenias esse res nugatorias demonstravi ad Arnob. VI. 12. p. 507. ubi vide.

58. neophytus, ut VIII. p. 385. neophytus, noviter conversus, tiro, A. p. 353. n. 25. neopitus, nuper baptizatus. et p. 354. n. 12 neoffitus, rudis, novellus, quae deprompta sunt ex Is. Or. VII. 14. 6. neophytus graece, latine novellus et rudis, fidelis vel nuper renatus interpretari potest, quae etiam P. repetit,

59. L. neomenia ut P. A. p. 353. n. 1. neomeniae, kalendae. et A. p. 354. n. 11. neomenium, novilunium [l. neomenia]. p. 355. n. 31. neomenias, mensuum novorum, ubi l. aut mensum [de quo genitivo vide ad Arnob. III. 29.] aut mensium. Nota voc. novilunium quod in nullo lexico extat.

60. L. nepos. Pl. T. VI. p. 567. neptis, nepos. Is. Or. IX. 5. 26. nepos autem utriusque sexus est. Nam ut neptis dicamus in iure est propter discretionem successionis admissam, quae repetit P. et uterque hausit ex Serv. Aen. XII. 519. De feminino nepos cf. Non. p. 215., quod voc. inter communia Voss. in Aristarch. [cf. T. I. p. 332.] non retulit.

66. L. nequeunt.

67. L. nec quicquam.

68. ut P. nervi, vincula, cathenae, ex quo glossemate Is. Or. V. 26. 11. suppleo. Fest. p. 107. nervum appellamus etiam ferreum vinculum, quo pedes vel etiam cervices impediuntur.

69. L. ignarus.

70. Ego emendo nec hic nec ille, ut VIII. p. 385. neuter nemo alter vel neque ille neque iste. P. neuter neque ille nec iste, quasi nec uterque vel nemo nostrum. cf. Pl. VI p. 567. neuter ad masculinum genus refertur, ut puta neuter amicorum venit id est nec hic nec ille.

74. L. obligatura ut *II*. p. 123. obligatura, *καταδεσμος*, quod voc. du Cang. in Gloss. non adnotavit.

76. L. gannit, ut P. qui pro nictit habet nictim, quod utrumque depromptum est ex I. p. 688. n. 3., ubi cod. Voss. perperam legit garrit cf. supra lit. G. n. 5. VIII. p. 372. nicto as nicii vel nictai [ubi lege is et nixi et nota perfecti formam, quae alibi non legitur], quod proprie pertinet ad canes, quando bestiarum vestigia sequuntur, unde et Caecilius de quodam cane bene inquit nictit holetque, quo exemplo deceptus est glossator, ut p. 383. explicet: nictire, olere sicut canis faciunt. Ita emenda VII. p. 570. necne. canis dum gannit in nictit et A. p. 354. n. 45. nicto, latro. et n. 64. nectit canis c. a. g. ubi emenda nictit. Haec glossa ex Fest. p. 109. hausta est; eam tamen describere longum est. Num praesens sit nictio, ut Gloss. VIII. extat, an nicto, ut A legitur, non constat, cum praeter Ennii exemplum, quod Fest. affert et Caecilii, quod in Gl. VIII. legitur, nullus, quantum scio, alius locus reperiatur, bisque duobus exemplis tertia praesentis forma appareat.

77. De hoc voc. iudicare non queo, quia in aliis lexicis et glossariis non legitur. Nidor legere, explicatio vetat.

81. Nihil minus non damno cum Beiero ad Off. III. 9., ubi nihilo plus

Nihilum quando dicimus, currit per casos et nomen est, ut in nihilum, et ab h' nihilum.
Nimbus, nubis pluviosa.
Nimirum, valde mirum, sine dubio.
85. Nimis, valde.
Nimius risus, cacinnus.
Niniosus, garrulus, nugax, nugator.
Ni quid, nisi quid.
Ni quis, nisi quis.
90. Nisi, ni, nisi si, si non.
Nisi si, nisi quia.
Ni super, proxime.
Nisus, conatus.
Nitellae, nitores parvi.
95. Nitens, incumbens.
Nitet, splendet, lucet.
Nitidus, linis vel accuratus.
Nitens, contendens.
Niti, conari.
100. Nitor, conor vel splendor.
Nives, alpes.
Nixus, incumbens vel nitens.
Novale, nova cultura.
Novales, campi culturae dediti.
105. Novella, nitis vel nova.
Nobilis, genere clarus vel opere.
Novus, rudis.
Nocet, ledit, obest vel contrarium est.

legi vetat. At non solum hic legitur sed habet etiam P. nihil minus pro minime duae negationes pro una. et nihilo minus, sine dubio sic quoque non minus, ut h. g. emendandam puto. De discrimine inter nihil minus et nihilo minus agit Gernh. ad Cic. de Off. I. 21. §. 72.

82. L. casus et ad hoc nihilum vel ab hoc nihilo. cf. Varro de L. L. IX. 54 et X. 81.

83. nubis non emendandum est; nam habet hunc nominativum Plaut. Merc. V. 2. 38. ubi alii legunt nubs; tum ego pro ater: atra praetulerim, unde factum ut apud *II.* nubecula et nubicula deminut. extet, V. p. 535. et VII. p. 570. nimbi, venti aquis mixti, ut habet etiam P. et nimbus, pluvia. A. p. 353. 30. nimbus, storm.

87. I. p. 687. n. 51. niniosus, garrulus, ubi emenda naeniosus, garrulus ut habet P. In cett. gloss. hoc voc. non legitur, nec in lexicis inveni, cf. supra naeniae. Ita naeniari est vana loqui, ut P. habet et A. p. 355. n. 10.

91. De hac significatione vide Intt. ad Amm. Marc. XXII. 11. Poterant ... defendi, ni Georgii odio omnes flagrabant, ubi est nisi quod.

92. L. insuper ut infra proxime insuper, ubi vide.

94. Scribe nitelae. cf. I. p. 688. n. 11. nitellae, neutrones, parunitores, deminuti, ubi lege nitores parvi, nitoris deminutio vel nitores deminut., ut alii iam ante me viderunt. In eo tamen erravit Isidor. quod deminutivum esse nitela putavit, unde tamen Graevius commoveri non debuit, ut parvi reiiceret. Haec enim constans est glossographorum sententia, ut VI. p. 534. nitella nitoris deminutio; A. p. 354. n. 69. nitelli [lege nitelae] nitores deminutivae. et p. 355. n. 20. nitellae, nitores deminut.

97. L. laevis vel rectius lucens vel ornatus.

101. cf. supra.

103. 104. VIII. p. 376. hoc novale ager, qui singulis annis renovatur, unde Virgilius in Bucolicis: impius haec tam bene culta novalia miles habebit et p. 383. novale ager saepius innovatus. VI. p. 534. navales [l. novales] campi culturae dediti et p. 535. novales campos vel silvas satas, ut VII. p. 570. novales campi et silvae nuper satae. Nota esse generis communis fem. et neut. [cf. Non. p. 215. et Serv. Georg. I. 71.] quam glossam repetit P. A. p. 353. n. 17. novalia agri primum scisi. Varro de L. L. V. §. 39. (ager) contra qui intermittitur, a novando novalis. Fest. p. 109. novalis ager novae relictus sementi. cf. p. 183. Serv. l. c. proprie novales sunt primum arva proscissa. P. novalis ager primum proscissus vel qui alternis annis vacat causa novandarum virium. Novalia enim semel cum fructu et semel vacua sunt. Novalia agri a novando per singulos annos dicti.

105. L. rudis ut n. 107. VIII. 383. novellus aliquantulum novus et p. 385. novellus nuperus.

106. cf. A. 354. n. 78. nob. familia, bona genere, ubi lege nobili familia, bono genere quae postrema supple p. 355. n. 82. ubi nobili familiae perverse extat.

Nomenculator, nomen est officii pro nomen clamare ad prandium.
110. Nominatissimus, opinatissimus.
Non dubium, verum.
Nonne, ne non.
Nonnullus, aliquis.
Nonnunquam, aliquotiens, interdum, alias.
115. Non queo, non posso.
Non secus, non dissimile.
Nerat, noverat.
Norma, mensura vel aequitas.
Nosmetipsi, nos vero ipsi.
120. Nota, macula.
Notus, incestus, de adulterio notus.
Notissimus, novissimus.
Noverca, matrea.
Noxa, culpa vel crimen.
125. Noxius, nocens.
Nubilo, fraudator, pessimus vel obscurus.
Nudare, detegere, dispoliare vel publicare.
Nudi, exerti, dispoliati.
Nugaces, vani, factui, insani, inutiles.
130. Nugacitas, vanitas, insania.
Nugator, verbosus.
Nuit, promisit vel nutum dedit.
Nullo modo, nequaquam.
Num, numquid.

109. ut VI. p. 535. nomenculator, nominis sciscitator quae repetit P. A. p. 354. n. 79. nomenclator, genus officii et nominum (?) Fest. p. 66. fartores, nomenclatores, qui clam velut infarcirent nomina salutatorum [l. salutandorum] in aurem candidati. P. nomenculator, qui nomine convivas vocat per c et u nomen officii est. De forma nomenculator non dubitandum est; cf. Schneider. Grammat. Lat. T. I. p. 171. Hinc lego h. g.: nomenculator nomen est officii quod nomen clamat ad prandium. cf. Senec. Epist. I. 19.

115. L. non possum.

121. L. nothus incertus de adulterio natus. P. nothus per h dicitur quia natus sit de nota culpa vel infamia. Pl. p. 487. nothus dicitur qui de patre nobili gignitur et matre ignobili: cui contrarius est spurius, qui de matre nobili et matre ignobili generatur; et Pl. VI. p. 568. notus (nothus) qui de adulterio nascitur; notus dicitur quia nota culpa, turpitudo macula est vel infamia. Potest etiam de filiis concubinarum dici notus. VIII. p. 373. et p. 383. notus pro quolibet adultero dicitur ubi Mai. legi vult adulterino, sed male, quod adulter adiective non raro ponitur pro adulterinus, Is. Or IX. 5. 23. nothus dicitur, qui de patre nobili et de matre ignobili gignitur, sicut ex concubina. Est autem nomen Graecum et in latinitate deficit, quae repetiit ex Serv. ad Aen. VII. 283. Haec fere habet etiam P. Incertus coniectura non solum gl. superiore probatur et inferiore. n. 144. sed etiam sententia, quia fere semper de origine nothorum parum constat.

122. cf. ad v. imus, ubi demonstravi, per errorem tantum glossographi dici, novissimum et notissimum habere eandem significationem. Ego malim legi narissimus .i. gnarissimus. Nam dixisse veteres narus pro gnarus aperte testatur Cic. Or. 17. et passiva significatione pro noto et cognito saepius legitur apud Tacitum; cf. Böttich. Lex. Tac. p. 223.

123. cf. supra v. matrea.

124. VI. p. 535. noxia, mors, supplicium ut VII. p. 570. noxa, culpa m. s. Fest. p. 109. noxa ponitur pro peccato aut peccati poena. Non. p. 438. noxa et noxia hanc habent diversitatem, quod est noxa peccatum leve. Aliter Serv. ad Virg. Aen. I. 41. noxia culpa est; noxa autem poena.

126. Non audeo nubilo mutare in nebulo, quamquam facillime quis in hanc emendationem incidere potest et eo forsitan confirmetur sententia, quod alibi non extat hoc substantivum. Sed cum multa habeat hic codex vocc., quae alibi nuspiam leguntur, hoc retinui, praesertim quod et per significationem et analogiam probum est. De notione vide, quae dixi supra ad v. nebulo.

127. cf. supra voc. dispoliat.

129. L. fatui ut A. p. 354. n. 52. nugas [l. nugax] nequam, nequus. P. nugaces, vani, fatui; nugacitas, insanitas, inutilis, ubi lego insania, vanitas; nugas, inutilis qui ad nullam utilitatem pertinet, ubi lege nugax et ita VI. p. 535. nugorem inutilem in nugacem.

132. VIII. p. 376. nuo, inde annuere, sed non est in usu; VII. p. 570. nuit, operuit, texit vel annuit promisit

135. **Numen, deunculum, divinitas.**
**Numquid ego, egone.**
**Numularius, collectarius, mensarius.**
**Nunc, modo.**
**Nuncupat, nullo in loco vel nominat.**
140. **Nundinatio, propositio.**
**Nunquis, pridie vel ante tempus.**
**Nusciosus, qui plus vespere videt.**
**Nutabundus, nothus, incertus.**
145. **Nutat, vacillat.**
**Nutibus, gestibus vel conatibus.**
**Nutu, potestate vel gestu oris.**
**Nutus, cognitus vel conatus.**
**Nutret, alet, educat.**
150. **Nutricius, deliciosus, vernaculus.**
**Nutrix, altrix, educatrix.**

ubi lege permisit et duo vocc. confusa sunt nubere et nuere. A. p. 354. n. 81. nuit, misit [l. permisit]. P. nuo, nuis adiuvo, assentio. VI. p. 535. nuit, adnuit, promisit, nutu dedit [l. permisit]. Huius simplicis verbi exemplum ex scriptoribus afferri non licet, sed extat etiam *Π*. p. 112 nuo νεύω.

135. deunculum explicari nequit. Erat cum emendarem divaculum, quod etsi non extat, tamen per se probatur. Divatus enim probant glossae *Π*. p. 59. pro divo, qui inter deos relatus est; hinc a divare factum divaculum, ut a divinare: divinaculum, quod subst. sola P. auctoritate nititur pro sortibus. Sed significatio ceteris vocc., quae in aculum desinunt, non respondet, quod haec substantiva rem locumve exprimunt ei rei aptum, quae primitivo notatur. Itaque emenda divum, divinum.

137. VI. p. 535. et A. p. 355. n. 37. num. nummorum praerogator. P. numularius, qui numos facit vel monetarius. Numularius in officinis monetariis is est qui argentum, antequam cuderetur, approbavit.

139. nullo in loco ex alia glossa hic perverse appositum videtur.

140. P. n. quasi praepositio et A. p. 355. n. 39. n. quasi prositio, ubi lego propositio, proponere enim esse venale aliquid exponere inter omnes constat, etiamsi nullum extare videtur exemplum, quo substantivum propositio eadem notione legi probetur. VIII. p. 384. nundinator, mercator, institor, mango, mercenarius; A. p. 354. n. 47. nundinam, [l. nundinat] mercatur.

143. VIII. p. 384. n. qui plus vespere videt sapit et olet. Nostram glossam repetunt VI. p. 535. A. p. 354. n. 50. Apud Fest. p. 108. extat: nusciciosus, qui parum videt propter vitium oculorum quique plus videt vesperi, quam meridie. p. 108. nusciosum Ateius philologus ait appellari solitum qui propter oculorum vitium parum videret. At Popilius Aurelius nusciciones esse caecitudines nocturnas. Aelius Stilo, quod plus videret vesperi, quam meridie nec cognosceret, nisi quod usque ad oculos admovisset. Aliter Fest. p. 90. luscitio, vitium oculorum, quod clarius vesperi quam meridie cernit. Non. p. 135. lusciosi, qui ad lucernam non videt et μείωπες a Graecis vocantur. Fulgent. Exp. Serm. ant. p. 561. habet luscitiosos dici voluerunt interdiu parum videntes, quos Graeci μύωπας vocant. P. habet nosciosus, qui vespere plus videt, quamquam eum scribi voluisse vel scripsisse nusciosus docet litterarum ordo, cum ante nusquam positum sit hoc voc. Luscicius, quod in die parum videt habens obscuratos oculos; lusciciosus, qui vespertino aut nihil videt aut parum; luscus dictus quod ex parte lucem sciat. Cum unde vocab. nusciosus s. nuscitiosus, ut alii volunt, petendum sit, mihi non liqueat, nec de ipsa eius voc. significatione inter veteres constet, alucinationes proferre nolo.

144. Non recte nothus explicatum est, errore glossatoris, qui supra incertus nothus et nutabundus expositum vidit.

146. Ita emenda VI. p. 535. nutibus gentibus in gestibus. et p. 536. nutu potestate deifica ut A. p. 354. n. 83. et p. 355. n. 38. Conatibus non plane damnaverim, praesertim cum in seqq. repetatur explicatio, etsi nisibus a nisus, rectius sit. Est enim interdum inclinatio rei pondere suo devergentis. P. nutus, quicquid oculo significatur vel manu; nutus, voluntas, maiestas, praeceptum potestas.

148. Confusa sunt nutus et notus.

149. L. nutrit, alit.

150. cf. supra v. deliciosus.

151. Ita emenda nutrice gerula pro gurula.

# O.

1. **Ob, propter.**
**Obans, gaudens.**
**Obbalum, undique munitum.**
**Obcurrit, circumibit.**
5. **Obductio, depositio.**
**Obeunda, obsequenda.**
**Obessus, crassus, pinguis vel occupatus.**
**Obest, nocet, contrarium est.**
**Obicere, opponere.**
10. **Obices, quod obponitur.**
**Obile, insigne.**
**Obit, circumiit, obcurrit vel manet.**
**Obiit, obticuit, mortuus est.**
**Obiurgat, increpat, corrigit, munit.**
15. **Oblectari, delectari.**
**Oblectat, delectat vel blanditur.**

2. L. ovans. VIII. p. 401. ovare, ovatizare, laetari, gaudere, tripudiare, exultare, laetificare (?). Ovanter, gaudenter, laete, laetanter. A. p. 357. n. 13. obans, gaudens. Fest. p. 114. ovantes, laetantes, ab eo clamore, quem faciunt redeuntes ex pugna victores milites, geminata o littera. P. ovat, gaudet, exultat, exilit.

3. L. obvallatum, ut corrige etiam cum Graevio I. p. 689. n. 4 pro obvallum, undique munitum et aperte extat A. p. 357. n. 8. VIII. p. 403. obvallare, vallare p. 404. obvallatus, circumdatus. Fest. p. 110. ob praepositio alias ponitur pro circum, ut cum dicimus urbem obsideri, obsignari [obpugnari?], obvallari. Ita emendo VI. p. 536. pro obulatum, undique erectum : obvallatum undique septum aut u. cinctum.

4. L. aut occurret aut circumivit.

5. L. oppositio cf. P. obducta, opposita, contraria.

6. Ego malim obedientia, obsequentia, quo voc. utitur Caes. de B. G. VII. 29. Ita restituo A. p. 356. n. 63. obedientia, gignentia pro obeuntia gignere, quae glossa sententiam non habet ac puto gignentia librarii inscitia positum pro parientia .i. obsequium, quia parientia a parere deduxit. Obsequenda certe iam grammaticae regulis improbatur.

7. VIII. p. 398. obesus, circumesus, macer, macilentus, quae posterior significatio errore glossatoris addita est. VII. p. 571. obesus, grassus. A. p. 356. n. 62. obessus, pinguis et ita emenda A. p. 357. n. 4. obsessus in obesus, crassus, pinguis. Non. p. 361. obesus pro uberi et crasso saepius ponitur. Fest. p. 113. obesus, pinguis, quasi ob edendum factus. P. obesus plus est quam pinguis, corpulentus, cruratus, plenus, distentus. Obessum dicitur, quod forinsecus est, crassum quod intrinsecus.

10. VIII. p. 401. obex, ubi pes offendit. Fest. p. 112. obices, pessuli, serae. P. obes [l. obex] oppositio, obicis facit obiicio et obices, oppositiones, valvae, compages, qui opponuntur; haec obex. Sed de genere dubitant iam veteres cf. Serv. ad Aen. VIII. 227. et X. 377.

11. Haec glossa errore glossographi orta est. Supra enim legitur insigne, obile, ubi nobile legendum dixi. Hinc obile hic pro more glossographorum repetitum est. Miror hoc du Cang. non vidisse, cum veram hanc esse glossam opinatus obile hinc repetat, quia signi vices praestet. Haec glossa repetitur cod. Reg. 7641. Ita etiam emendaverim A. p. 357. n. 30. obilem lites in nobilem, inclitum.

12. L. moritur.

13. Si obticuit vera est interpretatio, quemadmodum in seqq. repetitur, pro mori dictum est voc. eo, quod qui mortui sunt omnium maxime obticent.

14. L. corripit, monet cf. supra v. corrigit. I. p. 689. n. 6. oblogat, increpat, ubi lege obiurgat, nec oblegat, ut du C. voluit ex P. oblegare contradicere vel contra leges venire, circummittere et oblegatum, iniunctum, mandatum. Ita etiam VI. p. 596. et VII. p. 571. oblegare, contradicere vel contra leges venire. VII. 571. oblegat, circummittit. Haec duo videntur esse vocabula, quorum prius a lex, alterum a legare i. legatos mittere petitum videtur. Itaque lego pro oblegatum, iniunctum, iussum. VI. p. 536. obiurgat ad vicem litigantium redarguit. A. p. 357. n. 1. obiurgat, oppugnat. P. obiurgare, repraehendere.

15. 16. Pl. VI. p. 568. oblectatur quasi cum lacte cum fraude. Ut Terentius: nisi me lactasses amantem. Unde oblectare dictum est quae extant Is. Orig. X. 199. qui tamen ha-

**Oblicteratum, oblivione obscuratum vel deletum.**
**Oblicus, transversus vel tortus.**
**Obligantes, circummittentes.**
20. **Obligat, nectit.**
**Oblimat, limpidat.**
**Oblique, adclive vel recte.**
**Obliquum, de angulo in angulo ducto.**
**Oblitteratus, a litura.**
25. **Oblituit, latuit.**
**Obmutescit, obstruitur, oblitescit.**
**Obnectare, contigare.**
**Obnisus, contra conatus vel contra positus.**
**Obnitentes, reluctantes, conantes.**
30. **Obnixus, humilis vel submissus.**
**Obnuberat, obtexerat.**
**Obnuit, operit, obtegit.**
**Oboediens, audiens, obsequens.**
**Oborruit, offendit.**
35. **Obortus, exortus.**
**Obpessulatus, clusis oppessulis dictum.**

bet oblectator A. p. 357. n. 18. oblecta, blandit, ubi lege oblectat. Blandire enim pro blandiri veteres dixisse, probat Voss. Arist. T. II. p. 750. ibiq. Eckst. P. oblectatur, blandimentis fovet delectae [delectat] quasi cum lacte cum fraude.

17. 24. VIII. p. 402. oblitterare, obscurare vel delere, oblitteratus, deletus, abolitus. A. p. 356. n. 53. oblitterarent, delerent et n. 75. oblitterans, delens. Nou. p. 146. oblitterare est obscurefacere et in oblivionem ducere; Fest. p. 113. obliteratum alii ab oblivione, alii a litore, quod ibi notata fluctibus aequari et tolli solent. P. obliteratur, deletur, de memoria exit, oblivione obscuratur. Obliteratum, deletum, obscurum, oblivioni datum.

20. L. oblegat et cf. ad n. 14.

21. et 103. Mirum est, multa glossaria et oblimat et olimat, quamquam eadem notione tamen diverso loco, habere ut VI. p. 536. A. p. 357. n. 25. et 34. et P. I. p. 689. n. 5. habet obilat, limpidat. P. oblimat, limpidat, sulcos obducit .i. limo replet. Ita corrige VIII. p. 400. pro obrutere, limpidare, clarificare, nitificare, oblimare l.... purificare. Hac significatione apud veteres non legitur. Duplex videtur esse vocabulum, quorum prius a limo petendum est, qua notione sola legitur [cf. VIII. p. 402. oblimare, obscurum facere. Claudianus humanas oblimat copia mentes] alterum a lima, unde Ioann. de Ian.: oblimare, limpidare deterrere (deterere), polire, demoliri, corrodere vel limo operire. Du Cang. obliminat limp. in P. legi dicit, quod equidem in mea ed. non inveni. Aliter Phylarg. ad Virg. Georg. III. 136. oblimet; Lucret. ne oblimet pro obturet et obcludat (cf. Claud. R. Pros. III. 29.). Alibi oblimet, temperet (ubi lege conterat).

23. 24. L. oblique, non recte et de ang. in angulum ductum.

27. L. obnectere.

30. L. obnoxius. P. obnoxius, subditus, vel obligatus, humilis, debitor. Hac significatione apud Liv. saepius legitur; cf. Intt. ad Liv. VI. 28. §. 7.

31. 32. L. obnubit. Obnuberat saepius in glossariis reperitur, ut Pl. p. 490. obnuberat, cooperuerat. Idcirco nuptiae ab nuendo (l. nubendo) puellis capita dicuntur. VI. p. 536. habet: obnuerat, obtexerat; obnuit, obtegit. VII. p. 571. obnuerat, obtexerat. A. p. 357. n. 15. obnuerat, contexerat; n. 10. obnuit, obtegit; n. 3. obnubit, operit, obtegit; et 23. lego pro obnavit, operit: obnubit. VIII. p. 401. obnubere, obtegere. Is. Or. X. 7. 10. obnubere, cooperire est; Fest. p. 112. obnubit, caput operit. Serv. ad Aen. XI. 77. obnubit, velavit. P. obnubit, obtegit, operit. Perfectum obnuberat in nullo veterum loco adhuc reperi. Val. Prob. in Cathol. 1485. habet nubuit, ubi forsitan nubit legendum est. Prae ceteris Servium miror, qui praesentis formam apud Virgil. explicat velavit. Ceterum nubi perfectum notandum est.

34. Legendum est obhorruit ut infra orret pro horret. Quid tamen sibi velit explicatio offendit, non video, quamquam infra eadem glossa repetitur. Forsitan legas oblanguit; cf. infra v. obtorpuit.

35 VI. p. 536. obortis, subito natis. P. obortus, subito natus, vel nihil profuturus.

36. L. clusus ab pessulis d. I. p. 688. n. 59. opersolatio clusis a persolis dictum, ubi l. clusio a pessolis d. quemadmodum etiam nostra glossa emendari queat. VIII. p. 400. oppessulare, offirmare a pessulo; p. 404. oppessulatus, clausus, firmatus, et ita emenda VI. p.

Obproprium, maledictum.
Obprobum, crimen turpem.
Obrepsit, subrepit.
40. Obruere, summergere.
Obrutam, ponderosam, gravem.
Obrutam, sepultam.
Obrute, invise.
Obscenum, turpem, sordidum.
45. Osculum, vasium luxoriosum.
Obscuri, ignoti.
Obscuritas, ferrugo.
Obscurus, tetricus, nebulo, tenebrosus.
Obsecundat, servit, obsequitur.
50. Obsedit, temet.
Obseptum, circumdat vel a sepe tractum.
Obsequens, serviens, oboediens.
Obsequitur, obsecundat, servit.
Obsertat, claudit.
55. Obsecro, subplico.
Obses, sequester.
Obsistere, obviare.
Obsit, includit.
Obsita, obsepta, inclusa.
60. Obspausum, ante suspensum vel extensum.

537. opsolutus in opersolatus [ex compendio op i. oper.] clausus, absolutus [occlusus]. A. p. 357. n. 5. opessulatus, clausis opressulis dictum, et p. 358. n. 52. oppersolatis, clausis sa pessulis dictum, ubi emenda, ut supra notavi. In P. lexico haec glossa non extat.

37. 38. L. obprobrium . . . turpe.

39. L. subrepsit.

41 — 43. Dubito quin per se obrutus possit gravis significare. At qui v. c. vitiis est obrutus ita tamquam gravatus iis est, ut submergatur. De significatione sepultus non est quod accuratius dicam. Pro invise lege invite; cf. P. obluere [l. obruere] affligere, opprimere; obrutus, afflictus, invitus.

44. VIII. p. 398. obscoenus, foetidus, putidus, spurcus, foetulentus, coenosus, coenulentus, sordidus, mendosus, maculosus, obsoletus. VI. p. 536. obseenum, turpe, poedum [l. foedum]. VII. p. 571. obscenas, ominosas, mali ominis. Varr. de L. L. VII. 96. obscaenum, dicta a scaena, ea ut Graeci σκηνή, ut Accius scribit, scena .... §. 97. sinistram vocant σκαιάν. Quare quod dixi obseaenum omen est omen turpe. Non. p. 356. obscaenum est immundum. Is. Or. X. 198. obscenus impurae libidinis a vitio obscuro dicitur, quae fere eadem habet Fest. p. 194. sq. Serv. ad Virg. A. IV. 455. obscoenum, mali ominis. P. obseaeni, immundi, turpes, muliebres; obscaenus ab obs et canendo vel caeno vel a unde et inquino; obscaenae ere .i. scaevae, male canentes; obscaenitas, turpitudo.

45. L. basium, luxuriosum.

47. cf. supra v. ferrugo.

48. cf. supra s. v. nebulo. Tetricus P. explicat tristis, obscurus, superciliosus, rigidus a tetro.

49. VIII. p. 402. obsecundare, favere, obtemperare, allubescere, obedire, parere. A. p. 357. n. 2. obsecundat, obtemperat. Non. p. 147. obsecundanter, obsequenter. P. obsecundare, obsequi, dicto parere.

50. L. tenuit.

54. L. obserat. P. obserare claudere obseratum clausum. VIII. 404. obserare, offirmare.

56. Idem habet VI. p. 536. et A. p. 357. n. 22. P. obsides sunt, qui dari soleat cum onere custodiendi.

57. obviare ea notione apud posterioris aetatis scriptores in usu est. P. obviare, contrarium esse, adversari, repugnare.

58. 59. L. obdit. Pl. VI. p. 568. obdet, obiiciet, suggeret et ita legendum est Pl. p. 491., ubi extat: obdit, obiciet, suggesserit; et ibid. obdendi, claudendi, pessuli, quod claudi diligentius conservanda consueverunt. Ita emenda obsit, inclusit A. p. 357. n. 19. in obdit, includit. P. obdere, obiicere, claudere. At obsit per se etiam probari possit; tum lege includat, ut P. obsit, impediat; obsit, includat. P. obsita, obsidione vallatus, circumdatus. Is. Or. X. 197. obsitus, obsessus .i. undique insidiis convallatus. A. p. 357. n. 26. obsita, obsepta.

60. L. obpansum. VIII. p. 401. oppandere, praetendere: oppansus, praetensus vel obpansus (?) p. 404. op pansus, velatus. VI. p. 537. oppansum, velum in scena, quod undique panditur ut A. p. 357. n. 113. et A. p. 358. n. 51. habent, nisi quod pro panditur extat pandendum. A. p. 356. n. 66. obpanso, obiecio [l. obiecto]. P. obpansum, obiectum, obductum, extensum.

Obstenatu, rogatu.
Obstenatus, disperabilis, inrevocabilis
Obstetrix, quae corrupte obsetrix.
Obstinat, opponit.
65. Obstinata, obdurata.
Obstipum, inaequale, obliquum, contra positum.
Obstitutus, obsessus.
Obstrepunt, turbant.
Obstrictus, constrictus.
70. Obstruitur, obmutescit, obstruitur.
Obticuit, mortuus est, obiit.
Obticescit, obmutescit, obturatur.
Obtestatur, adiurat, rogat, obsecrat.
Obtorpuit, obstipuit, frigduit, oborruit.
75. Obtrectare, maledicere, obsistere.
Obtruit, tremit.
Obtestatu, rogatu.
Obtrivit, peremit.
Obtruncat, occidit, iugulat, nectat.
80. Obtundit, retundit, evitat.

61. 62. 64. 65. L. obstinatu et desperabilis. Pl. p. 490. obstinatus est, qui aliquid praecipitantur et sine revocatione facere festinat, ubi emenda ex P. qui ad aliquid praecipitatur vel praecipitanter; VIII. p. 403. obstinatus, intentus, in malo confirmatus; obstinate, intente. A. p. 355. n. 24. obtinatus, perseverans. p. 376. n. 78. obstinatus, disperatus, inrevocabilis. VI. p. 536. et A. p. 357. n. 21. obstinat, opponit; obstinatio, duritia mentis vel intentia [o]. A. p. 357. n. 128. ostinat (obst.), desperat. F. p. 114. obstinat, offirmat. P. obstinat, desperat, indurat, opponit; obstinatus, obluctans vel affirmatio (l. offirmatio ut Pl. p. 491. obfirmatum, firme decretum, obstinatum) obstinatus, desperatus, irrevocabilis, pertinax. Ex P. et h. gl. apparet, fuisse substantivum obstinatus, quod tamen in nullo alio glossario et lexico invenitur.

63. Hanc glossam habet du C. T. IV. p. 687.

66. VIII. p. 402. obstippus, deorsum inclinatus. Persius (III. 80.) obstippo capite et figentes lumine terram. VII. p. 571. obstipeculus, (l. obstipo capite) inclinato capite, ut solent adversantes, quae repetit P. A. p. 356. n. 67. obscipum, obliqum, contra positum. p. 357. n. 24. obstipum, obliquum, c. p. Fest. p. 114. obstitum, obliquum. P. obstipus, inclinatus, intentus; obstipum, obliquum, inaequale. Difficile erit iudicium, ubi obstitum et obstipum praeferendum sit, nec a partibus eorum stare queo, qui alterutrum tantum legendum autumant. cf. Intt. ad Fest. p. 553.

67. obstitutus nuspiam alibi reperitur. Latinum esse voc. dubito. Forsitan emendandum sit obstipatus, quod tamen eadem ratione insolitum est, quia lectio apud Plaut. Merc. IV. 5. 16. valde dubia est.

68. P. obstrepit, circumsonat, impedit, obturbat, obmurmurat, contendit.

70. Pl. 490 obstruere, sive hominem prohibere sive locum aedificando claudere. P. obstruere, claudere, abscondere; obstructum, praeclusum, obpilatum, clausum. Obstrui per se obmutescere esse non potest, nisi additum est voc., ut os, aures [unde infra obturatur], vel simile quid. Equidem de hoc glossemate dubito. Pro obstruitur lego obturatur.

72. VIII. p. 402. obticescere, reticere. Not. Tir. p. 90. obticuit, obticescit. In cett. glossariis non legitur.

73. P. obtestatur, qui adversarios adiurat, supplicat, preces intendit.

74. L. obstupuit, friguit, obhorruit. VI. p. 536. obturpuit, infrigidavit. Ita emenda A. p. 357. n. 12. obt. obstipuit, infrigida in obtorpuit, obstupuit, infrigidavit. P. obstupere, infrigidari, amens effici vel mente turbari; obstupescit, animo percutitur.

75. P. obtrectat, detrahit, maledicit, resistit, interficit. VI. p. 536. obtrectans, resistens; obtrectatores, detratores. Is. Or. X. 199. obtrectator, malignus et qui obstringillando officiendoque non sinat progredi et augescere. Fest. p. 113. obtrectat, contra sententiam tractat.

76. obtruit sensum non habet; itaque lego obtrivit, peremit, ut in seqq. cf. P. obtrivit, peremit, obtulit, aut legendum est obtremuit, tremuit.

77. Quamquam obtestatu, rogatu rectius videtur esse, quam obstinatu, rogatu, hoc tamen non damnaverim. Obstinare enim de eo dicitur qui rogando instat. Ceterum nota etiam hoc substantivum, quod non invenies, nisi apud Pap. obtestatus, rogatio.

79. L. necat.

80. Pl. p. 489. obtundere est aliquid

**Occidentia, cedentia, iugulantia.**
**Occidit, iugulat, nectat, obtruncat.**
**Occipit, incipit.**
**Ocreae, suprae.**
85. **Occubuit, cecidit, declinavit, mortuus est.**
**Occulit, occultat.**
**Occultavit, abdidit, abscondit.**
**Occultum, absconditum, velatum, copertum.**
**Occuluit, occultavit.**
90. **Ocius, cito, citius, velocius.**
**Odiosus, qui oditur.**
**Odit, . . . . . . .**
**Offecit, impedit.**
**Offendit, oborruit.**
95. **Offibulare, concludere, circumdare.**
**Officia, munia.**
**Officialis, aggaro, minister, lictor.**
**Offractor, opercularius.**
**Offula, particula a runtidate collecta.**
100. **Olea, abozoliva.**

in angustias includere vel impellere ubi lege obtrudere ut P. habet. I. p. 688. n. 58. obtundit, obcaecat. p. 689. n. 1. obtunsus, obcaecatus; obtunsa, stulta vel stolida. VIII. p. 403. obtundere, reverberare. VI. p. 536. obtundis; obteris. VII. p. 571. obtundere est aliquid . . . . impellere vel obstruere; si hominem prohibere, si locum aedificando claudere; Is. Or. X. 198. obtunsus, hebetior et obclusior quasi ex omni parte tunsus. P. obtundere, impedire, hebetare, fuscare. Obtunsus, hebes, stolidus, stultus, quia acie sapientiae caret; obtunsa vox, raucida, gravis, dura. Haereo in notione obscurandi et fuscandi, quae nullo veterum loco probatur; itaque obtrudere praeferam, quod cum voc. obtundere confusum esse Gl Pl. et VII. p. 571. probant. Tum etiam evitare quî defendam non habeo, quamquam eodem modo supra extat evitare . . . . obtundere. Evitare enim est aut declinare aut vita privare [cf. dict. mea ad Apul. T. I. p. 168.] unde apparet, evitare perversum esse. Puto igitur legendum hebetare, quod evetare scriptum, ut supra evetus, stultus, vitii causa fuit.

81. 82. L. caedentia et necat.

84. Si P. ordinem sequi velis, hic ocreae rectum est, quamquam non capio, quid suprae sibi velit. Hinc puto glossographum ex glossario graecolatino hausisse errorem. Nam Ph. p. 107. extat κνῆμαι crura, suprae, pro quo surae legendum esse patet; ita ut κνῆμαι et κνημίς inter se commutata sint. Aliter equidem suprae explicare nequeo.

88. L. coopertum.

91. Passiva odisse verbi forma apud scriptores ecclesiasticos in usu fuit, ut Tert. Apol. 3. al.

93. L. officit aut impediit. VIII. p. 403. offex, impeditor. VI. p. 537. officere, tinguere, nocere. A. p. 356. n. 93. offecit, impedit. P. officere est alicui nocere, inficere vero colorem mutare. Prisc. quod discrimen ante oculos videtur habuisse et confudisse glossator, cum scriberet officere, tinguere. Locus Prisciani, quem P. in mente habuit, hodie non extat. Ita emenda etiam VI. p. 536. pro offectas infectas, — infestas.

94. cf. 34.

95. ut I. p. 685. n. 45. et A. p. 357. n. 14 VIII. p. 401. A. p. 356. n. 77. off., concludere. Ita lege VI. p. 536. pro offibebant, claudebant asseris: offibulabant, claudebant; quid asseris sibi velit non capio. Offibulare in lexicis non extat.

96. 97. cf. supra litt. M. n. 215 et 182. Pro aggaro l. agaso, de quo voc. supra dictum est.

98. Hanc glossam tantum in cod. R. 7641. repetitam legi, ubi extat offrator, apercularius nec emendari necesse est cum Carpent. effractor ex Is. cf. supra v. apercularius. Pro apercularius lege apertularius. Offractor bene dicitur de eo, qui vi fores offringit.

99. L. off. p. a rotunditate collecta ut P. habet. A. p. 356. n. 94. offa, pars fructus vel frausti, ubi lege frusti, ut p. 357 n. 32. offa, pars frusti. Quod vero addit P., offula significare poena, percussio, quodque repetitur VII. p. 571. offula, poena vel persecutio explicare non possum, nisi legi vis offensa.

100. L. arbos, oliva. VIII. p. 398. et p. 400. olea, fructus olivae. Contra Is. Or. XVII. 7. 62. olea gr. ἔλαιος dicitur, ex quo in latinum tractum est ut oliva dicatur. Olea autem ipsa est arbor, fructus oliva, sucus, oleum, Serv. ad Virg. Ecl. V. 68. olea et oliva dicitur et Georg. II. 63. oliva, fructus ipse, unde olivum dicitur. Legimus tamen et oliva de arbore. De terminatione arbos cf. quae dixi supra h. v.

Olli, illi.
Olim, praeteriti temporis.
Olimat, limpedat.
Olitinata, veterata, antiqua.
105. Ollo, cicinus.
Olimpiacos, diversa spectaculurarum luctamna.
Olympum, caelum.
Omenstrum, mappa.
Omitta, obvoluta.
110. Ommen, augurium.
Ommittit, intermittit.
Omnino, omnibus modis.
Onesiforus, lucrum ferens.
Onichinum, genus metalli.
115. Onustus, oneratus.
Onyx, genus marmoris.
Opaquum, ombrosum, contectum, obscurum.
Opem, auxilium.
Opereptiū, necessarium.
120. Operit, caelat, velat, tegit.
Opifex, artifex.
Opima, spolia ducis.
Opimus, divis, optimus, divitiis plenus.
Opinatissimus, nominatissimus, frequentatissimus.
125. Opinatissimus, celeberrimus.

101. VIII. p. 403. olli, illi; ollic, illic. A. p. 357. n. 33. olli, illi. cf. Varro de L. L. VII. §. 42. Ollic, illic habet etiam F. p. 115. Serv. ad Aen. I. 254. olli modo tunc propter sequentia. Pronomen enim non debet poni cum nomine et nullus dicit olli natae. Alias tamen olli significat; ad Aen. IV. 105. olli aut illi aut tunc, quae repetit ad V. 10. ad Aen. XI. 236. olli, illi. Hinc P. olli pro illi vel illinc aut tunc seu ibi, ubi lege olli et ollinc pro illi cett. VI. p. 537. olli, illi, cui tunc quod emenda in illic, tunc.

102. P. olim aliquando praeteritum significat, quondam, antea, aliquando. Olim de praeterito et futuro dicitur, sicut quando, aliquando, unquam.

103. cf. n. 21.

104. L. obliterata et cf. n. 17.

105. cf. supra v. cicinus.

106. L. olympiaca, diversa spectacula ludorum, luctamina.

107. L. olympus.

108. L. omentum, mappa ex I. p. 688. n. 54. et VI. p. 537. omentum, mappa ventris. VIII. p. 395. omentum .i. membrana porci vel crassitudo circa ventriculum, quod in Persio reperies: tamet omento popa venter. et p. 403. mentum, crassitudo. Ita emenda A. p. 357. n. 103. omentum, naffa. et p. 358. n. 42. omentum, maffa in mappa. n. 45. extat omentum, pinguedo super intranea. P. omentum, membranum, quod continet intestinorum maiorem partem. Perperam cod. Reg. 7641. habet omenenstrum, mappa, quae citat du C. Ceterum nota mappa h. l. pro membrana vel quasi linteo ventris dici. Aliud voc. est omentum, quod ab omen voc. formatum est. P. omentum ab omine, quia momento omnia capiebant, quod οἰωνὸν gr. dicitur; omentare auguria inspectare; omenta, auguria maiora, ut extat etiam in VII. p. 571. omentrum aug. mai.; A. p. 357. n. 102. omestrum, aug. mai. et p. 358. n. 41. omenstrum, aug. mai. Haec vocc. nota, quod in nullo lexico reperiuntur.

109. Ego emendo obdita, quod ovdita scriptum, corruptelam effecit. Constanter tamen ita legunt cetera glossaria VI. p. 537. A. p. 357. n. 104. omitta, advoluta et p. 358. n. 43. Obditus idem esse, quod obvolutus, demonstravi ad Apul. T. I. p. 51. et p. 904.

113. L. onesiphorus ut VI. p. 537. A. p. 358. n. 46. ubi perperam legitur luctum f. VII. p. 571. extat onesiphorus, habundans, quae coniungit P.: onesiforus, lucrum ferens, abundans. Nomen est proprium.

114. L. onychinum; et ita emenda cod. R. 7641. onychinum, genus natali. P. onycinus, gemma: genus metalli vel lapidis. VIII. p. 403. onyx, lapis eo quod habeat in se candorem ad instar unguis, qui dicitur onyx gr. Ita corrupte VI. p. 537. omax, g. m. pro onyx. A. p. 356. n. 65. onix, g. m. et p. 357. n. 100. ontax, g. m. Is. Or. XVI. 8. 3. onyx appellata, quod habet in se permixtum candorem in similitudinem unguis humanae. Graece enim unguem ὄνυχα dicunt, quae repetit P., addens onyx, genus marmoris.

119. L. operae pretium. VI. p. 537. op. pr. nec. vel laboris pretium.

120. L. celat.

122. A. p. 357. n. 110. opima spolia, quae dux detrahit et occiso duce et p. 358. n. 49. op. sp., quae d. d. et occ. duce caelat in telis [consecrat in templis? cf. Serv. ad Aen. VI. 860.].

123. L. dives.

124. VIII. p. 403. opinatissimus, vul-

Opinatores, aestimatores vel militares.
Opinio, dubia fama.
Opinor, aestimo, arbitror, credor.
Opinosa, ingentia certamina.
130. Opitulator, auxiliator, subveniens.
Oplere, oblivisci ad plenum.
Opperientes, expectantes.
Operit, observat, expectat.
Oppidanus, ex civitate brevi.
135. Oppido, valde, nimis, vel castello vel municipium.
Oppidum, castellum vel civitas brevis.
Oppignerat, plus quam pignerat.
Oppilago, curcilla.
Oppilat, inclaudit, obstruit, obturat.
140. Opponere, obicere.
Opportunus, necessarius, desideratus.
Optimum, praecipuum.
Optingit, sorte venit.

gatissimus. P. op., nominatissimus, frequentatissimus. cf. supra v. celeberrimus et nominatissimus. De voc. cf. Intt. ad Gell. XI. 4. et Flor. II. 7.

126. I. p. 689. n. 12. op., existimatores vel arte militares quae repetuntur, VI. p. 537., ubi pro existimatores ex mere medii aevi scribitur extimatores. Opinatores sunt exactores militaris annonae, qui iidem arbitratores nominantur, teste du C. citante gloss. cod. Reg. opinatores, aestimatores, arbitratores atque ita legendum putat Henschel pro arte militares. At dubito arbitratores hos annonae exactores dictos fuisse, nam arbitrator nihil est, nisi aestimator; tum nimium a litterarum ductu recedit voc. *II.* p. 126. opinator *ὁ τῆς στρατιωτικῆς ἀννώνης ἀπαιτητής*, unde equidem emendo actores militares.

128. Retine credor. Opino enim activa forma veteres dixisse probant, quae affert Eckst. ad Voss. Arist. T. II. p. 769. P. opinatur, **existimatur**, suspicatur.

129. Ego malim opiniosa, ut apud Cic. Acad. IV. 47. ubi tamen habet activam significationem. Haec glossa repetitur Cod. Reg. 7641. I p. 688. n. 47. Opiniosus habet etiam VIII. p. 397. Certamina quid sibi velit, non assequor.

131. Idem habent VI. p. 536. et A. p. 357. n. 112. P. oppletum, oblivium usque ad plenum. VIII. p. 402. opplere, implere Terentius: mulier lacrimis opplet os. Pl. p. 491. obpletum, oblitum usque ad plenum, quod vitiosam oblivisci glossam explicet; nam oblitum falso ab oblivisci nec ab oblinere glossator repetiit. Nec tamen ita haec glossa mibi probatur.

132. 133. Vix puto activam huius verbi formam defendi posse; certe nullo veterum exemplo defenditur. Operire enim est obtegere, cooperire, obducere, ut VIII. p. 403. explicatur: opperiri, exspectare, praestolari. At glossaria alia idem habent: VI. p. 537. **opperire**, expectare, sollicite; **opperit**, observat, comperit (?). Contra p. 537. obperibere, exspectabis. A. p. 355. n. 9. operientes, exspectantes; operiunt inveniunt [includunt?]. A. p. 358. n. 48. opperit, exspectat, observat; n. 50. opperiri, exspectari Fest. p. 113. opperiri, exspectare. P. opperitur, expectat, sperat; opperior, praestolor, pulso, opperiens, expectans.

134. P. oppidani vocabantur, qui ceteris locis habitabant, quam in Roma. Nam oppida cetera, sola Roma urbs dicebatur et oppidum, civitas modica. VIII. p. 397. oppidum, castellum . . . oppidanus, castellanus. A. p. 358. n. 58. oppidum, castellum, civitatula. VIII. p. 400. oppido, valde, apprime, admodum, nimium, eximie. P. oppido, obiter (?) vel omnino, valde, satis, adverbium est.

137. Idem habet I. p. 688. n. 48. cf. supra v. curcilla.

138. VIII. p. 387. Item ab ore oppilo verb. neutr. os claudere, quod tamen melius, ut aliis placet, dicitur ab ope vel ab opilione. p. 399. oppilare, os claudere, obturare. p. 403. oppillare, obturare. A. p. 356. n. 69. et 358. n. 20. obpilat, cludit. P. oppilat, obturat, obclaudit. Obturare est enim claudere; cf. A. p. 356. n. 34. obturantes; claudentes. Fest. p. 112. obturare ex Graeco trahitur, ab eo quod illi ostia dicunt *θύρας*. Ceterum errat glossographus, dicens, neutra significatione oppilare dici, cum non solum glossae sed etiam veterum loci contrarium comprobent

141. VIII. p. 400. opportunus, utilis, fructuosus, frugalis, necessarius, officiosus, commodus, frugi. A. p. 358. n. 55. oportunus, necessarius, desidiosus, ubi l. aut desideratus aut desideriosus, quod posterius tamen nuspiam legitur. P. oportunus, congruus, ne-

Optio, optatio, electio.
145. Opus museum, carmen musarum.
Oratio, oris ratio vel actio vocum.
Orbanus, affectibus destinatus.
Orbitas, amissio filiorum.
Ordinarius, miles qui integro ordine militat.
150. Ordinat, componit, struit.
Ordinat, creat, statuit.
Ordinatum, statutum.
Orcinus, morte manumissus.
Ordinatum est, denique.
155. Ordinatur, incipit.
Ordo, acies.
Orfanus, pupillus, orbus a patre.
Ore, regionum fines.
Orgia, mysteria.
160. Origo, stirps, radix, prosapia.
Orion, nomen stellae.
Oritur, nascitur, surgit.
Oroscopus, circulus signorum.
Orret, sordet, squalit.
165. Orsus, locutus vel qui loqui coepit.
Ortus est, ingressus est.
Orbita, semita viae vel strata.
Ospes, pereger.
Os, osum, rostrum.
170. Ostent . ., monstrum.
Ostentat, ostendit multa.
Ostentatura, ostensus.
Ostentum, ostensio, praeter consuetudine.
Ostes, perduelles.
175. Ostiarius, ianitor.
Ostrum, purpora tyrea preciosa.

cessarius. Opportunum enim est, quod pro desiderio aut rerum necessitate apte obtingit.

144. VIII. p. 400. optatio, quae aliter dicitur haec optio per syncopam .i. per abscissionem mediae syllabae. P. optio, libera voluntas, arbitrium, electio.

145. Haec habent VI. p. 537. et A. 358. n. 53., ubi vitiose extat musorum.

146. Haec extant in VI. p. 537. omisso vocum voc.

147. L. aut orphanus aut orbatus, affectibus destitutus. Affectus enim sunt liberi, parentes ac necessarii; cf. quae exposui ad Apul. de Dogm. Pl. c. 22. T. II. p. 248. nec augetur carissimis orbatus affectibus.

149. I. 688 n. 50 ord. m. qui in integro ordine est vel numero. Nostram glossam repetunt VI. p. 537. et A. 357. n. 122. Accuratius Is. Or. IX. 3. 33. Ordinarius est, qui per ordinem militat nec adhuc aliquem consecutus est gradum honoris. Est enim gregarius .i. humilis militiae, quae repetit P.

154. cf. supra v. deniquae.

155. L. orditur.

158. L. orae. VI. p. 537. ora pro fine et p. 536. obre, fines regionum vel optio, ubi l. orae f. r. Quid optio sit, nescio. A. p. 358 n. 63. oro, fons vel firdens, ubi l. ora, fons [i. initium cf. infra] vel fines. I. Or. V. 29. 2. ora finis est temporis, sicut et orae sunt fines maris, fluviorum, vestimentorum; cf. XIX. 24. 20. Fest. p. 189. orae, extremae partes terrarum .i. maritimae dicuntur, unde et vestimentorum extremae partes, quae quidem et primae dici possunt. Caecilius in Aethrione usus est pro initio rei.

159. VIII. p. 398. orge, ira unde et orgia festi Bacchi dicimus, ubi frequenter ad iram incitabantur. A. p. 358. n. 118. orgia, mysteria Bacchi, Fusius Serv. ad Aen. IV. 302. Sciendum. orgia apud Graecos dici sacra omnia, sicut apud Latinos caerimoniae dicuntur [cf. Is. Or. VI. 19. 36.]. Sed iam abusive sacra Liberi orgia vocantur vel ἀπὸ τῆς ὀργῆς .i. a furore vel ἀπὸ τῶν ὄρων [a montibus vel a silvis]. cf. ad VI. 517. et 657. Eadem fere habet P.

163. L. horoscopus; cf. Is. Or. VIII. 9. 27.

164. L. horret . . squalet; cf. quae dixi ad Apul. T. I. p. 163. et p. 377. Ita horridae undae appellantur nigrae apud Apul. Met. VI. 14.

168. L. hospes, pereger, de quo voc. cf. infra.

169. L. ossum, de qua formatione cf. Prisc. VI. 13. T. I. p. 265; Eckst. ad Voss. Arist. T. II. p. 621. et dict. mea ad Apul. T. II. p. 548.

170. L. ostentum.

172. Utrumque voc. in nullo lexico et glossario invenitur. Est utrumque substantivum.

173. L. p. consuetudinem.

174. L. hostes.

175. VIII. p. 396. ostiarius, ianitor.

176. VIII. p. 395. ostrum, quaedam purpura diversicolor quae verba repetuntur p. 400. Is. Or. XIX. 28. 2. conchylium . . . idem et ostrum voca-

Otiosus, . . . . . . .

tur. Ostrum quod pro colore purpurae temperatur . . . . Ostrum exinde appellatum dicunt, quod ex testae humore elicitur. P. ostrum, ornamentum sellae regalis, purpura, conchylium.

177. P. habet otiosus, desidiosus, trepidus, piger.

---

# P.

1. Pabula, pascue.
Paceterra, pacenata.
Pactum, inditium, decretum.
Pactus, placidus.
5. Pactus est, pepegit.
Pagi, memoriae sine idolis.
Pagus, collegium curiae.
Pagus, possessio ampla sine aliquo iure, unde et pagano dicimus, alienum a iure vel sacris constitutionibus.
Palam, aperte.
10. Palantes, vagantes, dispersi.
Palate, massa caricarum.
Palestra, luctatorium.
Palla, lena.
Pallidus, semivivus.

2. Ego lego pacificata, pacata aut pace facta.

3. L. institutum.

4. L. pacatus, placatus.

5. I. p. 689. n. 34. habet pagae, ut etiam VI. p. 588. VII. p. 572., cum pagi contra praebeat A. p. 365. n. 23. et 364. n. 389., ubi vitiose extat: pagi, memoriae senaeidolis. P. unde habet pagae, memoriae. Du C. qui hanc glossam citat, pagae dictae videntur eo, quod paganis et gentilibus non liceret habere fana publica, ex quo imperatores Romani religionem Christianam amplexati sint. At primum non intelligo, quid memoriae sibi velit, quod voc. hic sententiam non habeat. Deinde paga pro pagus postremae tantum latinitatis scriptores scribunt, ita ut Gesner. hanc glossam adhuc bene explicatam esse recte neget. Du Cang. sententiae plane adversatur Isid. Or. VIII. 10. 1. Pagani ex pagis Atheniensium dicti, ubi exorti sunt. Ibi enim in locis agrestibus et pagis lucos idolaque statuerunt et a tali initio pagani vocabulum sortiti sunt

7. Idem habent I. p. 690. 30. VI. 588. A. p. 364. n. 392.; 365. n. 27. P. pagus, fluvius vel collegium curiae vel possessio ampla sine aliquo iure; unde paganos dicimus alienos a iure vel sacris institutionibus, ex quibus emendanda sunt quae n. 9. leguntur.

10. VIII. p. 418. palo, vagare unde Prudentius in libro contra Haereses ponens participium ait: palantes geminos fuga separat. et p. 471. palare, vagare, errare. A p. 361. n. 172. pallente, errantes, ubi lege palantes et p. 365. n. 14. pallentes, gr. fugientes vel passim vigantes [ubi l. palantes, vagantes. P. habet palantes, palam vagantes, dispersi, palantes, gaudentes, quae glossa repetitur VI. p. 588. A. p. 361. n. 158. et 365. n. 20. Si vera est huius voc. significatio, ut tripudiare, etiam palare dictum puto de iis, qui prae gaudio non consistunt atque huc illuc vagantur, etsi huius voc. notio veterum exemplo, quantum equidem scio, muniri non potest. Adiicit P. palanter, incomposite, disperse, vaganter; palabundi, vagi; palantur, vagantur.

11. A. p. 361. n. 148. palathas, caricas et p. 362. n. 265. parrula, masae, ubi l. palatae, massae. P. phalatae, massae caricarum; massae de ficis dictae, quia inter duos palos positae siccantur ad servandum et palatae in regnorum libro massae sunt, quae de recentibus ficis compingi solent. Est Graecorum παλάθη, de quo vide Hesych. Extat palatha Vulg. Iudith. X. 5.

12. A. p. 364. n. 385. p., agmina. A. p. 365. n. 5. pal. lucta. P. p. gr. lucta [l. luctatorium], ubi athletae exercent seu luctatio, quae fit in gymnasio.

13. VIII. p. 444. palla pro pallio. et p. 475. palla, pallium, mantele, diplois, penula, praetexta, chlamys, birrus, paludamentum. Non. p. 537. palla est honestae mulieris vestimentum; hoc est tunicae pallium.

**15. Paliurus, cardus herbae vel spinae.**
**Palma, genus victoriae.**
**Palma, vaticae divinationis.**
**Palpantia, trementia.**
**Palpare, adtrectare vel blandire.**
**20. Palteam, murum vel fastidium.**
**Paludamentum, vestimentum militare.**
**Parvarium, excipulum.**
**Pancra, rapina.**
**Pancratiarius, pugil.**
**25. Pandum, flexum, curvum.**
**Panegyricus, laus in principe dicta.**

Fusius Is. Or. XIX. 25. 2., quem descripsit P. Is. sua habet ex Serv. ad Aen. I. 6. 48. et XI. 576.

15. VII. p. 52. Paliurus, herba spinosa hoc est zura. A. p. 363. 282. paliurus, sinfullae [l. spina alba]. P. P. h. asperrima et spinosa, hoc est zura tuxita. I. Or. XVII. 9. 56. P. h. asp. et sp., quae habet ex Serv. ad Virg. Ecl. V. 39., qui addit: vel ut quidam volunt, spina alba.

17. Haec quid sibi velint, equidem non video.

18. 19. A. p. 365. n. 11. palpare, blandire vel adtrectare. Non. p. 472. Lucilius XXVIII: hic me ubi videt subblanditur, palpatur. Fest. p. 119. palpari, blandiri [cf. Prisc. T. I. p. 380. Kr.]. P. palpat, blanditur, assentatur, adulatur aut manu contrectat; palpare, manu tentare; fovere, blandiri; palpans, tremens vel relicto adhuc spiritu; palpitat, tremit, anhelat vel animo trahit non. n. est latinum; potest tamen a palpebris venire vel palpo. Ubi tremere, trepidare significat, legendum est palpitare. De blandiri voc. passiva notione dicto cf. Prisc. T. I. p. 367.; de palpare voc. cf. quae dixi ad Apul. T. I. p. 393.

20. L. palteum. I. p. 690. n. 40. habet fastigium, ut etiam VI. p. 538. A. p. 361 n. 158. et p. 366. n. 36. P. palteus, murus vel fastigium. Graev. mavult pluteum, quod du C. probat, quia plutei militibus sint muri instar. Haec ego capere nequeo. Ego retineo palteus, quia quid eius loco ponam non habeo. Ita corrige etiam I. p. 689. n. 35. palteum manu vel vestigium in murum vel fastigium.

21. VIII. p. 438. P. quaedam vestis militaris, unde Sidonius: monachum implet non sub palliolo sed sub paludamento et p. 477. p. vestis militaris. A. p. 359. n. 40. p. genus vestimenti bellici .i. hecaeli [l. chlamys] et p. 364. n. 72 p. vestimentum belli Varr. de L. L. paluda a paludamentis. Haec insignia atque ornamenta militaria; ideo ad bellum cum exit imperator .... paludatus dicitur proficisci. Quae propterea quod conspiciuntur, qui ea habent, ac fiunt palam, paludamenta dicta. Non. p. 538. p. est vestis quae nunc chlamys dicitur. Fest. p. 131. omnia ornamenta militaria paludamenta dicebant cf. Is. Or. XIX. 24. §. 9. qui Varronis sententiam de origine voc. sequitur. P. descripsit Isidorum.

22. Idem habet I. p. 689. n. 36. Est locus vel vas ubi panis servabatur, quod ab Isidoro excipulum dictum est, quia veteres panaria ope reticuli facere consueverant, unde Horat. illud nominat reticulum; cf. du C. *II.* p 28. ἀρτοφόρον panarium. et p. 60. ἐκδοχεῖον exceptorium, excipulum, excipula, conceptaculum. P. hanc glossam non habet.

23. I. p. 689. n. 37. panera, r. n. 40. panora, rapinâ. p. 691. n. 38. panchra r. VI. p. 538. et A. p. 364. n 314. habent, ut in hoc gl. extat. VII. p. 572. pancras r. A. p. 361. n. 162. parera r. et p. 364. n. 80. pancia r. P. pancra gr. rapina. Graev. haec ad Gloss. Is. adnotat: A pancra est verbum pancro, cuius compositum est apud Catonem impancro, teste Non., cui **impancrare** est **invadere**; rectius dixisset **rapere**. Locus Non. est p. 89. **impancrare** est invadere, verbum a graeco tractum, quasi πᾶν χρέας consumere. Varro: ecclesiam in regiam arcam **impancrarunt**.

24. VII. p. 572. pancratiarii, flagellis aut tormentis subiecti, aequo animo tolerantes coronantur. A. p. 360. n. 120. pugis [l. pugil] prancatiarius [l. pancrat.] et A. p. 363. n. 317. prancratrius, praemulcit plus lenit, ubi apparet duo glossemata contracta esse, ita ut pancratiarius pugil et praemulcet, plus quam lenit legendum esse videatur. P. p. pugil, qui praevicit et pancratiari, flag. aut tormentis subiici, unde aeq. a. t. coronentur; ex qua glossa emenda superiorem. Henschel. du C. citat T. V. p. 47. Bibl. Patr. tom. 3 p. 50. Sunt enim in saeculo Pancratiarii qui cum nimis caeduntur, et stant et fortes apparuerunt.

25. VIII. p. 448. (a pando) pandus .i. curvus. P. pandum, curvum, inflexum, quasi recurvum est; pandus, recurvus, convexus, sinuatus. Serv. ad G. II. 445. pandas, incurvas; cf. dict. mea ad Apul. V. II. p. 33.

26. L. in principem, ut emenda I. p. 689. n. 38. p. l. in promptu dicta; n. 40.

Pangit, ingit, carminat.
Pangit, coniungit, inligat.
Pansa, qui pedibus apertis ambulat.
30. Pansis, extensis, apertis, diffusis, sparsis.
Papiliones, tentoria.
Papilla, mamilla.
Par, aequale, simile.
Paradisus, viridiarium.
35. Paradoxus, qui se ad gloriam parat.
Paranymfa, pronuba.
Parasitus, bucellarius, adulator, blanditor.
Parasitus, paratus iniuriam faci et pati.
Parat, cogitat.
40. Paratior, promptior.
Parvum, pussillum, modicum.

panegyricis, laudabilibus. VIII. p. 478. pangericus, [l. panegyricus] laudando decantatus; pangerice, laute, laudate, laudabiliter; pangerista, laudator. A. p. 360. n. 92. pannagericum, cevaristias (?) laudabilem eruditionem; p. 362. n. 218. panegyricis, laudabilibus. et n. 232. panegyricum, licentiosum et lasciviosum genus dicendi. P. panegyricum, conventiculum, laus in principe dicta, aliquid laudabile.

27. I. 690. n. 32. pagit [l. pangit] aut palum figit aut citharam tangit; unde VIII. p. 467. pagere, palum figere et p. 475. pangere, canere, concinere, reboare, vociferare, cantare, iubilare, occanere, occentare, carminare; VI. p. 538. repetitur glossa I. In VII. p. 572. extat pangit, definit et pangitum, definitum, ubi lego pangit, defigit et pangitur, defigitur. A. p. 360. n. 139. pangit, coniungit. A. p. 364. n. 381. pangit, carmina iungit. Fest. p. 119. pangere, figere, unde plantae pangi dicuntur, cum in terram demittuntur [cf. VII. p. 572. pangatorio, plantatorio et P. pangratorium, plantatorium]; inde etiam versus pangi vel figi in cera dicuntur. P. pangere, fingere [figere] litteras scribere, carmina componere, cantare, psallere, coniungere, ordinare; pangit, palum figit, plangit [l. pangit] vel citharam tangi [l. tangit] definit [defigit] cantat, describit. Nostro glossario aut lege iungit carmina aut iungit, carminat, quod posterius magis probatur. Illigit additum est propter voc. coniungit.

29. 30. I. p. 690. n. 29. Pausa, qui ambulat pedibus in diversa tendentibus, ut habet A. p. 365. n. 15., nisi quod pansat corrupte ibi legitur. P. pansum, extensum, apertum, patefactum et ita lege VI. p. 538. pro pansum, aptum: apertum, quod corruptum est ex compendio aptum.

31. cf. I. Or. XV. 10. 3. (tentoria) papiliones vocantur a similitudine parvuli animalis volantis. P. papilio, tentorium vel scyrpeum vasculum.

32. Pl. p. 493. papilla, summa nuclea mamillarum. VI. p. 538. papillae, mamillae vel capita mamillarum; A. p. 364. n. 399. p., mammae. Fest. p. 119. papillae capitula mammarum dictae, quod papularum sint similes. Accuratius Is. Or. XI. 1. 75. p. capita mammarum sunt, quas sugentes comprehendunt. Et dictae p., quod eas infantes quasi pappant, dum lac sugunt: proinde mamilla est omnis eminentia uberis; papilla vero illud breve, unde lac trahitur; quae repetit P. Postrema Isidorus habet ex Serv. ad Aen. XI. 803.

34. Accuratius de h. v. agit I. Or. XIV. 3. 2.

35. VIII. p. 472. Paradoxus, ad gloriam extollendam paratus et 481. paradoxa, parata laus vel mirabilis laus. A. p. 362. n. 231. paradoxion (xon), admirabile. P. paradoxon est cum dicimus, aliquid inopinatum incidisse; paradoxus; qui se ad gloriam parat vel admirabilis. Explicatio quae, ut in nostro, ita in aliis glossariis apparet, ex perversa glossatorum opinione, para proficisci a parare, exorta videtur; quod probat seq. glossa paranympha, quod voc. in VIII. p. 439. deducitur a parare; cf. etiam parasitus.

36. VIII. 439. (a parare) paranympha .i. pronuba et p. 477. p. pronuba quae parientibus [l. nubentibus] assistit. VII. p. 572. p., pronuba. A. p. 364. n. 396. paranynfa, pronubfa. Is. Or. IX. 7. 8. p. dicta, quod nubentibus praeest quaeque nubentem viro coniungit. Ipsa est et paranympha. Nam nympha sponsa in nuptiis et nympha pro lautionis officio, quod ad nomen nubentis alluditur.

37. 38. L. facere. VIII. p. 438. (a parare) parasitus .i. lecator et dicitur parasitus, quasi in parapside situs. VI. p. 538. Parasitans, adulans; parasituli, buccellatarii [l. buccellarii] A. p. 360. n. 138. parasiti, adolatores; p. 362. n. 254. parasiti, socii. A. p. 364. n. 387. parasitati, buccellatori. et p. 365. n. 19. parasintul buccellatus [l. buccellarius]. P. parasitus, buccellarius, adulator, paratus iniuriam facere et pati a παρά quod est ad et

Parce, fata.
Parce, cupide vel exigue.
Parens, pater, genitor.
45. Paret, constat vel constet.
Parile, par, simile, aequale.
Pariter, simul, una.
Pari, nasci, gigni.
Parlata, tolerata.
50. Parma, scutum.
Parsimonia, parcitas, frugalitas.
Parsimonia, abstinentia, contia.
Passim, promiscue.
Passum, sapa, defretum.
55. Parta, creata vel adquesita.
Participat, multis communicat.
Participo, communico, do, tribuo.
Participem, compartem, consortem.
Partitur, dispertit.
60. Parva, vacua, exausta vel perversa.
Parvata, cupidus.
Parumper, satis modice vel valde parvum.
Pascha, passio.
Pastor, pecusius.
65. Patefacit, aperit.
Pater, genitor, parens.
Patera, filia a patenda.
Patescit, hiscit.
Patet, apertum est.
70. Patibulum, crux.
Patranter, admittente.
Patrat, generat, admittit, facit.
Patrem, parentem, genitorem.
Patres conscripti, senatores.

σῖτος cibus: parasitans, adulans et parasituli, buccellarii. De buccellariis copiose agit Salm. ad Script. H. A. p. 197. 238. 321. et 419.

42. P. Parcae, fata dicta sunt a paganis.

43. Si cupide defendere vis, puta hoc pro avare dictum esse, quamquam ne ita quidem significatio proba est.

45. Hoc aperte falsum est. Pro constet legendum puto vocabulum, quod obediendi habet significationem.

49. L. perlata.

51. 52. L. continentia. P. p. frugalitas, temperantia, parcitas, pietas, modica, continentia, ut VI. p. 538. p. pietas modica, ubi lego sobrietas, moderatio.

53. Non. p. 551. passum. Varro de vita P. R. l. I. passum nominabant, si in vindemia uvam diutius coctam legerent eamque passi essent in sole aduri cf. supra v. defretum.

55. L. adquisita.

58. vide supra conpartem.

60. Hic prava et parva sunt confusa. Vacua et exhausta explicari parva, non mirum erit ei, qui P. legerit explicare parvum: exiguum, modicum, invalidum. Ita etiam infra vacua, parva exerta.

61. VIII. p. 439. [a paro] parabata .i. cupidus. et p. 477. parabata, cupidus, cupidinarius. VI. p. 538. par bata, cupidus. Parabata habet etiam VII. p. 572 et P. Cum nostro glossemate consentit A. p. 364. n. 386. et p. 365. n. 18. Gl. Sang. parabates, transgressor, item socius in curru et miles in eo pugnans. *Il.* p. 141. παραβάτης, praevaricator, temerator, unde cupidus explicari possit.

64. cf. infra n. 98.

67. L. phiala a patendo. VII. p. 573 patena [l. patera] phiala, poculum, patera regalis, phiala. A. p. 364. n. 388. patera, fiala. A. p. 365. n. 21. patera, fiola vel bucula calices ubi l. patera, fiala, pocula vel calices. cf. Varr. de L. L. V. §. 122. I. Or. XX. 5. §. 2. paterae phialae sunt dictae, vel quod in ipsis potare solemus vel quod patentes sint dispansisque labris.

70. VIII. p. 440. (a patior) patibulum .i. cruciamen (ut 470.) Is. Or. V. 27. §. 34. P. vulgo furca dicitur, quasi ferens caput. Suspensum enim et strangulatum eo exanimat, sed patibuli minor poena, quam crucis. Nam p. appensos statim necat. P. p. crux vel stipes aut loca poenarum, in quibus cruciatus omnes patiuntur. P. est, in quo hominis appensi cruciantur, unde et dicitur. Dicitur et p. tabes .i. pertica; cf. quae dixi ad Apul. T. I. p. 239. et Arnob. I. 62.

71. 72. L. patrante. VI. p. 538. patrat, perficit aut demittit [ubi lego admittit]. A. p. 359. n. 71. patravit, perficit [l. perfecit] p. 365. n. 6. patrentur, propagentur n. 7. patrate, perfecte [l. perficite]. et n. 26. patrat, perficiat [perficit] admittit. P. patrare, perficere, admittere, consummare. Interpretatio generat pertinere videatur ad glossam I. 691. 13. patravit, patrem fecit, ubi Graev. iam patrem egit legendum esse monuit, cum

75. Patreus, vitricus.
Patriarcha, patrum princeps.
Patruelis, qui ex patruo tuo progeneratur.
Patruus, frater patris.
Patruus, magnus, frater avi.
80. Patulis, diffusis, apertis, extensis.
Patulum, amplum, apertum.
Pauculus, paucissimus.
Pavere, ferire.
Paulatim, sensim, minutatim, pedetimtim.
85. Paulisper, permodice.
Paululum, modicum, pusillum.
Paulum, mediocrem, modicum.
Paulus, requies.
Pausillum, parvum, modicum.
90. Pax, deus.
Paxillum, palum.
Peccat, delinquit.
Peccatum, admissum, delictum.
Peciosus, qui multa pecua habet.
95. Pectit, pectinat.
Pectus, thoracem.
Pecua, armenta.
Pecussius, pastor.
Pecudes, oves.
100. Peculatus, qui pecuniam publicam lucratus est.

sit generare, cuius significationis exempla apud du C. habes. Ego tamen legere malim palam fecit, cave, ne in prioribus propagentur in dubitationem voces, quia revera est patrare, idem quod palam facere, pervulgare. Exempla praebet idem du C. T. V. p. 139. *II.* p. 130. habet patro παιδοποιῶ.

75. Ex graecis hoc glossator descripsit. Lege πατρωός, patrous ut Graev. iam recte vidit ad I. p. 689. n. 48. et Gl. Ar. p. 708. patros [l. patrous] vitricus et VII. p. 573. patros gr. vitricus .i. matris maritus. Aut lege πατρινός s. πατρυός; cf. supra matrea. Hanc significationem lexica non habent. Patreus, vitricus habet etiam P.

76. VIII. p. 415. patriarcha, princeps patrum, quia archos dicitur princeps.

79. cf. Paul. Dig. XXXVIII. 10. 10.

80. Ita lego apud I. p. 691. n. 16. pro patibulum, res patens: patulum, quod miror Graevium non vidisse.

82. Ita habent VI. p. 538. et A. p. 364. n. 73. p. pacissimus [l. pauc.]. De hoc superlativo vide, quae dixi ad Apul. T. I. 916.

83. L. pavire. VIII. p. 425. pavio, is, pavii vel pavivi, tum tu .i. ferire, ubi nota perfectum ac supinum, quorum formatio, quantum scio, exemplis probari nequit. p. 473. pavire, percutere, percellere, depunire (l. depuire) debaculare. VII. p. 572. paviatur, tunditur a pavimento, ubi l. aut tundatur aut pavitur. A. p. 363. n. 295. pavit, tundit. Fest. p. 275. v. tripudium, pavire est ferire, a quo et pavimenta. I. Or. XV. 10 8. Vocata pavimenta eo, quod paviantur .i. caedantr.

88. Ita lege A. p. 365. 22. pro palus, requies. P. Paulus interpretatur pius ortus vel requies [a παύομαι].

89. L. pauxillum, ut emenda VIII. p. 465. paxillus et paxillulus et paxillatim .i. parum, unde Plautus in Epidico adversus illas paxillatim accedere quae repetuntur 481.; et VII. p. 573. paucillum, paululum emenda in pauxillum.

90. Ego lego pax, fedus.

91. Serv. ad G. I. 264. in cod. Guelf. vallos, palos, paxilla deminutive; alii volunt paxillus: neutrum exemplo potest firmari, cum nominativo h. v. nunquam reperiatur. P. habet paxillus, parvus palus a palo modicus (?) et paxillum, genus ferramenti, quo pertinere videatur A. p. 364. n. 400. pauxillum, nomen mensurae.

94. L. pecuosus ex I. p. 689. n. 49. et P. In lexicis non extat.

97. VIII. p. 472. pecua de communibus pecoribus, pecudes vero de minoribus, pecora de maioribus. quae repetita sunt. p. 421. VII. p. 573. pecua armenta vel loca, quae pecuaria appellantur, quae habet etiam P., et A. p. 365. n. 437. p. armenta.

98. Ego emendaverim pecuarius, quamquam idem extat supra v. pastor et Gl. Reg. 7641. VIII. p. 482. pecuarius, armentarius, pastor, busceta (?) pabulator. A. p. 364. n. 408. pecuarius, armenrius. I. Or. XVI. 18. 4. pecuarius vocabatur, qui erat dives ut P., p. antiquitus dicebatur, qui modo pecuniosus dicitur; pecuarius, armentarius.

100. VIII. p. 422. P. commune furtum de communi pecore. p. 472. p. lucrum, conquaestus, emolumentum de pecoribus. A. p. 360. n. 132. p., furatus de peculio puplico. A. p. 364. n. 403. p., furtum publicum

Pedagogum, ubi pueri erudiuntur.
Pedagogus, qui sequitur student ıd. ē.
Pedatum, carcer, papas.
Pedatimtim, qui leniturambulat.
105. Pedisecus, qui pedes sequitur domini sui.
Pedor, aurium surdor.
Pegaso, homo iocularis.
Peior, deterior.
Pelicatum, concuuium.
110. Pelix, rivalis, subcuba.
Pellax, fallax, dolosus, perversa loquens.

vel fotmelum, ubi lego furatus aut furatio. A. p. 366. n. 367. p., furtum publicum vel qui publicam pecuniam furatur; et p. 367. n. 103. peculator, qui pecuniam publicam rapit. Fest. p. 117. peculatus furtum publicum a pecore dictum, sicut et pecunia, eo quod antiqui Romani nihil praeter pecora habebant; cf. p. 206. et Intt. p. 566.; cf. I. Or. V. 26. §. 22., quem descripsit P.

101. L. paedagogium. VIII. p. 471. p., magisterium, magistratus (?) didascalatus VI. p. 537. p., eruditorinm puerorum, quae repetuntur A. p. 366. n. 70. P. hanc glossam non habet.

102. Quid haec sibi velint, non assequor. At cf. n. 105

103. VI. p. 538. A. p. 364. n. 410. pedatum, carcerem, pro quo VII. p. 572. habet padatum. Pedatum carcer habet A. p. 367. n. 94. Pedato agnoscit Non. p. 64. pro repetitu vel accessu. Si quid mutandum est, lege pedanam, ut VIII. p. 467. pedana, catena, compedes, bacae, columbar, quod tamen dicitur catena circa collum tantum. In ceteris gloss. et lexicis frustra h. v. quaeres.

104. L. pedetentim. A. p. 362. n. 216. peditemptim, paulatim. p. 364. n. 404. pedetemptim, caute, quasi pede temptans. et p. 366. n. 64. corrupte pedeseptim, caute, sensim. et n. 75. pedetemptim, lente ambulans vel caute, quasi pede temptans. P. glossam non habet.

105. L. pedisequus. A. p. 367. n. 107. pedisecus, pedisequa puero vel puellas sequentes dominos, ubi lego pueros vel puellas sequentes domini. Hic tamen puto pedisequus cum paedagogus commutatum esse, atque eodem modo forsitan supra pedagogus cum pedisequus voc. confusum videtur.

106. L. paedor aurium sordor. Pl. p. 492. paedor, sordes; p. 494. paedor genere mascul. dicitur, hic paedor et hi paedores, non paedora, ut Lucanus; longusque in carcere paedor, cui adversatur VIII. p. 410. et hic pedor i. pedum foetor, unde Lucanus...pedor; hinc etiam pedora plurali numero dicimus, sordes pedum vel aurium. VI. p. 538. paedor, sordes aurium vel sordium inundatio et pedora, aurium sordes. VII. p. 572. p., taeter odor. A. p. 361. n. 190. pedo et padurum, fetor ubi lego pedor et pedora (an pedorum?) fetor. et p. 365. n. 415. 416. pedor, odor gravis, unde pedere et p. aurium sordes. A. p. 367. n. 71. pedora, aurium sordes. Pedora, quam formationem iam Pl. impugnat, puto ex librarii errore, qui repetiit *a* sequens, exortum ac postea pro more glossographorum propagatum. De voc. sordor cf. infra v. squalor.

107. ut I. p. 691. 28., VI. p. 538. VII. p. 573. et ita emendo A. p. 369. n. 224. polimio, homo vanus in pegaso. A. p. 365. n. 428. extat pesago h. iacularis. et p. 366. n. 76. pegano, h. i. Martinius explicat petauristam.

109. 110. L. concubinm et pellex. Pl. 494. pellex, concubina. VIII. p. 416. pelex, cis, illa quae sub uxore habetur vel ante uxorem habita est dimissa, unde hic pelicatus, adulterium. VI. p. 538. pellex, sollicitatrix thalami maritalis a pellicando dicta (ex qua glossa emenda A. p. 367. n. 136. plex, sollicitaris animorum maritabium dicti a pelitendo); pellector, persuasor, incitator; A. p. 365. n. 419. pellex, rivalis, succuba, ut p. 365. n. 14. palix, r. s. A. p. 367. 104. pelex, qui per uxorem fruitur amicas, ubi lego qui pro uxore fr. amica aut amicas. Aliter vocem petit Non. p. 6. Is. Or. X. 228. peccator a pellice .i. a meretrice vocatus; et 229. pellex apud Graecos proprie dicitur; a Latinis concuba. Dicta autem a fallacia, subdolositate vel mendacio cf. Prisc. T. I. n. 191. et Fest. p. 121.

111. I. p. 691. n. 22. palax (l. pellax) dolosus, fallax. VIII. p. 416. (a pellis) pellax, fallax, fraudulentus, quae voc. repetuntur p. 472. v. pellere. p. 468. v. pellector, tegnosus, strophosus, **pellax**, depelliculator, pellarius [?] et p. 471. p., fallax.

Pellexit, in fraudem duxit.
Pellit, expellit, impellit.
Pelta, scutum, amazonicum.
115. Penace, imago pulcherrima.
Penates, domicilia, sacra.
Pendit, solvit, luit.
Pene, prope, iuxta vel circa.
Pedetemtim, palatim, sensim, caute.
120. Penetissima, interiora.
Penetralico, interiora secreta.
Penetrat, intrat.
Pensationes, tributa.
Pensio, resolutio.
125. Pensus, violenter oppressus.
Penula, caverna, lacerna.
Penum, promptuarium, cellarium.
Penuria, egestas, necessitudo.
Penuria, summa inopia.

A. p. 366. n. 59. p., fallax, dolosus. Is. Or. X. 204. pellax a pelliciendo. et 224. pellax d. et f. a pelle .i. vultu [cf. Varr. de L. L. VI. 84.]. Foris enim ut fallat, arridet sed nequitiam intus gerit.

112. Pl. p. 494. pellexeris, persuaseris; pelliciens, persuadens dicitur. VIII. p. 416. (a pellis) pellicio pellexi et pellicui, pellicitum .i. decipere, unde Livius: quaepiam te lydio fulgens decore et gratia pellicuit. VI. p. 539. perpexit, in fraudem induxit, ubi l. pellexit. A. p. 359. n. 41. pellexarat, deciperat [l. pellexerat, deceperat]. Nostra glossa extat Fest. p. 116. Serv. ad Aen. II. 90. pellacis, per blanditias decipientis; pellicere enim est blandiendo elicere.

114. Pl. p. 496. pelta est genus scuti in modum lunae semis vel magis terciae aut quartae, quibus eaedem Amazones utuntur in pugna. VIII. p. 452. peltes, ium, quaedam scuta, quibus proprie Amazones utebantur. et p. 478. peltes, genus scuti, quo quippe (?) Amazones utebantur [utroque loco peltes errore glossographi pro pelte i. peltae dictum puto]. Non. p. 555. peltae, scuta Amazonica. Is. Or. XVIII. 12. 4. pelta, scutum brevissimum in modum lunae mediae, quae descripsit ex Serv. ad Aen. I. 490. Ita emenda VI. p. 538. pellucnis lorica in pelta, brevis lorica.

115. L. pinaces aut pinacis [πιναχίς]. Pl. p. 496. pinaces dicuntur imagines mire depictae .i. tabulae marmoreae aequales. Item pinaces genera vasorum sunt. VIII. p. 428. pinax, cis tabula manualis ex pino facta. et p. 474. pinax, pugillaris ephemeris, tabula manualis.

116. VIII. p. 435. p., domus interiores. p. 476. p., domus interiores vel dii domibus praesidentes. Nostra glossa repetitur in VI. p. 538. et A. p. 365. n. 425. A. p. 359. n. 70. p. domestici dii. Is. Or VIII. 11. 99. P. gentiles dicebant omnes deos, quos domi colebant. Et penates dicti, quod essent in penetralibus .i. in secretis. De aedibus sacris dici probat locus Statii Theb. I. 641. supplexve Penates advenio.

119. L. paulatim.

121. L. penetralia. VIII. p. 476. p. domus, aedes, tegetes, domata, tecta, casae, penates, opellae, proseuchae. Fest. p. 116. p. sunt penatium deorum sacraria. p. 131. penetrale sacrificium dicebatur, quod in interiore parte sacrarii conficiebatur. cf. Is. Or. VIII. 11. 99., quem supra descripsi.

123. VIII. p. 471. pensatio vel prensio [l. pensio] taxatio, numeratio. VI. p. 438. pensationes, librationes, tributa. Nostram glossam repetit A. p. 366. n. 72.

124. L. persolutio. VIII. p. 445. pensio .i. aequatio vel ponderis aequitas. A. p. 367. n. 91. pensio, praetio, persolutio, ubi l. aut libratio aut ponderatio. cf. Fest. p. 116.

125. Corruptum puto ex pressus.

126. VIII. p. 445. p. i. pallium, unde Iuvenalis: et multo stillaret penula nimbo. A. p. 360. n. 134. p. lucerna [l. lacerna] in modum cucullae. p. 367. n. 111. penulam, cocula sine cappa. p. 368. n. 152. p., byrrum lictoris consulis. Is. Or. XIX. 24. 14. p. est pallium cum fimbris longis. De voc. caverna vide supra lacerna.

127. VIII. p. 435. penus, i. i. cellarium. Terentius in Eunucho: cum ad te cellulam omnem patris penum conferebam; et p. 477. penus vel penu indeclinabile cellarium. VIII. p. 484. promptuarium, cellarium, penu, repositorium. VIII. p. 479. promptuarium, cellarium, penus, promus. VI. p. 539. penum, cellarium, ut A. p. 366 n. 87. A. p. 363. n. 282. penum, cella; p. 368. n. 183. promptuaria, cubilia, ubi l. cella-

130. Peonium, meudicamen.
Pepigit, pactus est.
Peplum, stola.
Pera, sacculum pastorale.
Peragit, peragrat, perpetrat.
135. Peragere, percurrere.
Peragrat, aigrum gyrat.
Percenset, considerat.
Percita, concitata.
Percontat, inquirit, consulit.
140. Percrebescit, publicatur, diffamatur.
Percrebuit, publicavit.
Perculit, excussit, proturbavit, iactavit.
Perculit, percutit vel prostravit.
Perculsus, satis altus vel animo percussus.
145. Perculsus, motus, pertractus.
Percussi, admiratione moti.
Percussus, plexus, punitus, convulsus, iactatus.
Percutit, quatit, commovet.
Perdit, admittit.
150. Perdocilis, satis docilis.
Perdor, squalor, sordes.
Perduelles, hostes.
Perduellio, elevatio.
Perendiem, post cras.

ria; n. 187. promptuarius (um), ubi sunt omnia venalia et n. 191. promptuarium, cellarium. De ceteris omnia sunt nota.

130. L. paeonium, medicamen. cf. Is. Or. XVII. 9. 48. Paeoniae herbae vis in medicina notissima est vel etiam referri possit ad Paeona ipsum medicum, ut, quia clarissimus fuit, medicamen nominatum sit paeonium.

132. Idem habet A. p. 362. 15. et p. 366. n. 66. Is. Or. XIX. 25. l. peplum, matronale pallium ex purpura signatum, cuius fimbriae aureis staminis summitate resplendent. Serv ad Aen. I. 480. p. est palla picta feminea Minervae consecrata. A. p. 365. n. 423. extat peplum, mafortem, ubi lege mavortem quod voc. stolam significare docet I. l. d. 4.

133. VIII. p. 461. pera dicitur, quod lata sit et sinuosa. VII. p. 573. pera, sportella.

134. et 135. Has glossas inter se confusas puto, quod peragere nunquam peragrare et percurrere significare potest, Itaque peragrat priore glossa deleo ac pro peragere legendum peragrare censeo.

136. L. per agrum gyrat.

137. Idem habet A. p. 360. n. 88.

138. VIII. p. 467. percitus, valde citus. VI. p. 539. pertitus [l. percitus], celer, concitus. A. p. 366. n. 80. percitata, concitata [ubi l. percita]. Non. p. 115. percitum, dictum est percussum.

139. VI. p. 537. percontare, interrogare. Non. p. 474. qui plura profert exempla; cf. Apul. Met. XI. c. 19. percontaveram et Eckst. ad Voss. Arist. T. II. p. 770.

140. De scriptura crebrescere et crebescere cf. quae adnotavi ad Apul. T. I. p. 41.

142—148. n. 143. l. percussit. et n. 144. pro altus l. actus vel ictus. n. 145. l. pertactus pro pertractus.

149. L. amittit.

150. Idem extat VI. p. 539. Hoc voc. in nullo adhuc glossario et lexico inveni.

151. cf. supra 106.

152. VIII. p. 64. (a bellum) perduellis, ille pugil qui perseveranter perdurat in bello, unde Prudentius in Hymnis: venire in armis perduelles nuntiat; VIII. p. 470. perduellis, pugil. VI. p. 539. perduellium, rebellatio aut hostilitas. Cai. Dig. L. 16. 234. quos nos hostes vocamus, eos veteres perduelles vocabant, per eam adiectionem indicantes, cum quibus bellum esset. Varro de L. L. VII. 49. perduelles dicuntur hostes. Serv. ad Aen. IV. 424. inimici perduelles dicebantur.

153. L. rebellatio. Pl. p. 495. perduelliones, rebelliones, per quas bella oriuntur. Duellum enim dicitur, quasi duorum bellum. A. p. 366. n. 82. perduellio, rebellatio. F. p. 51. inde et perduellio, qui pertinaciter retinet bellum, quae nota, quod Fest. perduellio pro homine dixisse videatur. Praeter perduellio extitit etiam perduellum, ut recte legunt apud Non. p. 22. voc. gliscit ex Acc. Aenead. dis summa tibi **perduellum** est, quem locum Forc. citat, ignorans apud Varr. l. d. perduellum legi. Perduellium habet VI. p. 539., quam glossam n. 152. protuli et A. p. 359. n. 61. perduellium dicitur bellum eo, quod ex utraque parte genitur, quo tamen utroque loco rectius perduellum scribi puto.

154. L. perendie. VIII. p. 467. perindie, in alia die; cf. Is. Or. V. 30. 22.

155. Pereger, peregrinus, hospis, advena.
Perennis, aeternus.
Perexiguum, valde parvum.
Perfectio, efficatia.
Perficit, peragit.
160. Perfunctus, consuetus.
Perfruitur, consequitur.
Pergentes, ambulautes, viantes.
Pergere, porrigere.
Peribolum, deambulatorium vel belua marina.
165. Periclitatus, vexatus.
Periculum, discrimen.
Perimi, interfici.
Perstromata, tigmina vel accubitus.
Perritus, consultus, sciens, doctus, prudens, sapiens.
170. Perlax, fallax.
Permodice, paulisper.
Perniciosus, velox, maliciosus, temeriosus.
Pernicitas, temeritas, velocitas.
Pernicitas, conatio vel malitia.
175. Pernox, pervigilans.
Peroptatus, valde optatus.
Perpaucus, valde paucus.
Perosus, odibilis.
Perpendit, intellegit, aequat, aestimat.
180. Perpera, mala, prava, perversa.
Perpessus, passus.

155. L. hospes. cf. supra v. hospes, pereger. Pereger posteriore tempore pro peregrinus adi. dictum esse lexica satis probant.

160. L. perfructus, consecutus.

161. De voc. viantes cf. infra s. v.

163. L. porgere. P. porrigo et porgo. Haec forma ex poetis satis nota est.

164. Est Graecorum περίβολος. Π. p. 147 περίβολος, territorium conspectum [l. conseptum] murus, ambitus, moenia, et περίβολοι moenia ut supra v. deambulatorium ubi vide A. p. 361 n. 177. peribalus .i. in circuitu domus. Quid sibi velit vel belua marina non capio.

165. De passiva h. v. notione cf. Intt. ad Cic. de Amic. c. 17.

168. L. peristromata tegmina. VI. p. 539. p. genus stibadii. A. p. 361. n. 191. prostromata, protegmina, ubi l. peristromata. A. p. 365. 421. p., ornamenta. p. 366. n. 56. p. gemina accubitus, ubi l. tegmina. et 79. perstromata, tegimina. De accubitus cf. supra voc. accibitus, tigmina.

170. L. pellax.

172 — 174. Eandem vocc. pernix et perniciosus confusionem, quae in h. g. apparet, in aliis repetitam vides, ut VIII. p. 468., ubi vel contra usum agitur: pernix aliquando pro dampnosus et tunc habet mediam genitivi syllabam brevem, quando vero pro celer dicitur, tunc habet longam; p. 483. pernicitas, velocitas, celeritas, perniciter, velociter; VI. p. 539. pernicibus, celerissimis (de qua forma cf. Prisc. VII. 11. T. I. p. 329. Kr.). A. p. 359. 67. permiciter, velociter; A. p. 366. n. 60. pernicies, malicia vel velocitas. et n. 83. pernicitas, velocitas. Non. p. 368. pernix significat celer; cf. p. 444. Is. Or. X. 211. pernix a pernitendo tractum id est in conatibus perseverando [unde explicatur conatio]. Alii pernicem velocem intelligunt pedibus, cf. Serv. ad Aen. XI. 718. pernicibus modo velocibus modo perseverantibus. Nam pernix interdum velox interdum perseverans significat. Confusionem v. pernix et perniciem eo ortam in glossariis existimo, quod prius pernicem aut pernices cum perniciem et pernicies facili errore oculorum inter se commixta sunt. Certe utriusque significationis exempla afferri nequeunt. Ceterum temeriosus v. alibi non extat.

175. VIII. p. 467. pernox, pervigil Marcianus: pernox perdiaque sacris ululata chartis. Is. Or. X. 212. pernox, pervigilans nocte.

177. Hunc singularem alibi non inveni.

178. ut VI. p. 539. VIII. 470. p., exosus, odibilis. A. p. 359. n. 76. perosus, qui odit. et p. 366. n. 67. perorgium [ubi l. perosum] odiosum. Serv. ad Aen. VI. 435. perosus et exosus de eo tantum, qui odit, dicitur; qua iu re errat grammaticus; nam cum apud scriptores ecclesiasticos tum apud Tertullianum passiva significatione haud raro perosus legitur.

180. A. p. 360. n. 104. perpetram vitiosae [ubi l. perperam]. A. p. 366. n. 63. perpera, erratica. Non. p. 150. explicat perperos, indoctos, stolidos, rudes et insulsos, mendaces. Alia huius adi. exempla praebent Intt. ad Vopisc. Tacit. c. 6. nihil perperum. Π. p. 136. perperus, πέρπερος, προπετής.

Perpetes, aves volantes.
Perpetimur, sustinemur vel conligamur.
Perpetrat, peragit an perpetum perpetuum.
185. Perpetratum, peractum, perfectum.
Perplexa, perligata.
Perpesiticius, qui ferre potest.
Peragulum, . . . . . .
Perelexit, in fraudem duxit.
190. Perrexit, vasit, ambulavit, ibit.
Perrigere, pergere.
Perseverans, pertinax.
Perseverantia, pertinactia.
Persolvit, dat, litat, sacrificat, luit.
195. Persulla, persona.
Personare, personare.
Perspectus, intuens.
Perspicuum, manifestum, limpidum, clarum.
Perstromata, gemina.
200. Pertinax, quis vehementius sinet, ne consentiat.
Pertinax, perseverans.
Pervicatia, contumelia.
Pervicax, intentione durus.
Pervigil, pervigilans, pernox.
205. Pervium, quod pertransitus, id est planum.
Pessimus, verbosus, KACIC-TOC.
Pestilentia, interitus.
Pestis, pernicies, lues.
Pessuli, pieri, clavi lignei.
210. Pessulus, ostium.

182. L. praepetes.

183. L. sustinemus. Conligatur huc non pertinet et legendum puto perplectitur ita ut duo glossemata confusa sint cf. infra. A. p. 364. n. 402. perpetimus, toleramus vel male patimur, ubi l. perpetimur . . . . valde p., quae perperam repetuntur p. 366. n. 50. perperitimur, tol. vel male p.

184. L. perp., peragit et perpetem, perpetuum, de quo voce vid. dict. mea ad Apul. T. I. 126. II. 568.

186. Ita corrige A. p. 366. n. 68. perpexas, perligata in perplexa. Est ab inusitato voc. perplectere. Praeterea ne perligata quidem mihi comprobatur, cum perplectere minus sit perligare vel alligare, sed perplicare. Itaque utroque glossario corrigendum censeo perplicata, quod legitur apud Lucret. II. 394. Perligare non in usu fuit. Scio tamen a Festo p. 126. explicari plexa, colligata unde perplexa, ex quo apparet, perligata certe defendi posse.

187. L. perpessicius. Ita corrige A. p. 366. n. 84. persicius qui frequenter aliquid patitur in perpessicius.

188. Peragulum quid sit non video. An formatum est, ut coagulum? In lexicis nihil auxilii reperio.

189. L. pellexit cf. supra n. 112.

190. L. ivit.

191. L. porrigere, porgere.

193. L. pertinacia.

195. L. persolla. Pl. p. 492. persolas, personas, atque ita corrigo VI. p. 539. persona, persona vilis in persolla, quia deminutivum contemptum indicat, ut emenda VII. p. 574. persola personabilis, in per. vilis et ibid. persolas, personas; A. p. 364. n. 406. persolla, persona minor, ut emenda p. 366. n. 74. persolla, persona maior.

196. L. personare, sonare.

197 L. perspectans, intuens ut emenda VII. p. 574. praespectans, intuens.

199. L. peristromata, tegmina cf. supra n. 168.

200. 201. VIII. p. 471. pertinax, importunus; pertinacia, improbitas. Is. Or. X. 212. pertinax, impudenter tenens quasi pertinens.

202. VIII. p. 478. pervicax, superbus; pervicacia, superbia. VI. p. 539. pervicax, valde verbosus, perseverans [de verbosus vide s. v.]. Is. Or. X. 210. p. proprie dicitur, qui in proposito suo ad victoriam perseverat. Itaque hic lego in intentione d. et pro contumelia lego contumacia.

205. A. p. 366. n 75. pervium, perplanum.

206. De hac glossa agam infra v. verbosus.

209. VIII. p. 452. (a pello) pessulum, sera lignea, qua affirmatur [l. off.] ostium, ut p. 478., ubi pro qua extat unde. Pro pieri clavi legerim ferrei clavi vel lignei. Pessulus de ostio ipso dici, nuspiam legi.

Pessum, pessimum, pestis, interitus.
Pessumdatus, praecipitatus.
Pessum, praeceps, passibus temerarius vel peritum.
Petalum, lamina aurea.
215. Petitius, qui amat petere alienum vel petilius.
Petit, poscit.
Petitor, postulacius, rogatorius.
Petitores, uxorum proci, MNOTNPeC.
Petulans, temerarius, impurus, sporcidus.
220. Petulantia, libido, sporciditas.
Petulci, petulantes vel hilares.
Phylacteria, •
Piaculum, scelus, nefas, contra divinitatem factum.
Piaculum, quod in templis committitur aut sepulchris.

211. 212. 213. VIII. p. 410. pessum, subtus adv. unde Lucanus: sidentia pessum corpora caesa iacent, et componitur pessum do, . . .i. subtus dare. et p. 467. pessum, subtus, pessum dare, subtus dare, praecipitare, demittere. VI. p. 539 pessuma [ubi l. pessumdata] praecipitata, confractum; pessum, deorsum, praecipitium. A. p. 366. n. 69. pessum, interitum vel pessimum et p. 364. n. 12. pessuma [pessumdata] confracta decrepita, ut p. 367. n. 95. pesuma, c. d. Pro substantivo glossographos pessum habuisse, probat praeter glossaria, quae protuli, etiam glossa quae supra extat v. interitus. Quid pro passibus scribam non satis constat, forsitan legas pessimus; pro peritum lego praecipitium, ex compendio p̄cipitium corruptum.

214. VIII. p. 419. sq. [a peto] hoc petalum .i. forma quadrata ad instar tessarae quadratae, unde pavimenta templorum et palatiorum quondam sternebantur; unde Iosephus in octavo: stravit autem pavimentum templi petalis aureis; quae vocc. partim repetuntur p. 471. A. p. 360. n. 112. petalum, lamna aurea in fronte, in qua inscriptum nomen dei tetragrammaton, quae corrupte descripta sunt ex Is. Or. XIX. 21. p. c. a. in fr. pontificis, quae n. d. tetr. Hebraicis litteris habebat scriptum.

215. I. p. 690. n. 34. p. qui frequenter petit. VIII. p. 419. (a peto) peticus vel peticius [ubi lege peticius vel petilius] qui amat aliquid petere. et p. 483. peticius, qui saepe petit. VI. p. 539. peticius q. a. p. alienum, petilius qui supra ut A. p. 366. n. 77. 78. nisi quod habet aliena et super. et VII. p. 574. peticus et petilius q. a p. al. A. p. 364. n. 409. peticius, qui amant [l. amat] p. al. Petilius hac significatione dici lexica non denotant.

217. De voc. rogatorius cf. infra.

218. L. petitores uxorum, μνηστῆρες.

219. Nota verba spurcidus et spurciditas, quae in nullo lexico inveniuntur, sed ex regulis analogiae bene sunt formata. VIII. p. 419. (a petere) petulans et petulantia. et p. 471. petulans, lascivus, mollis, luxuriosus; et petulantia, luxuria; A. p. 364. n. 405. petulans et purcus et urini, ubi lege spurcus et petulcus; ut F. p. 196. petulantes et petulci etiam appelantur, qui protervo impetu et crebro petunt laedendi alterius gratia et h. g. n. 221. et p. 366. n. 55. petulantes, mobiles (l. petulantes molles). Is. Or. X. 213. petulans nunc quidem pro audace et improbo ponitur; olim autem acerbi flagitatores et proprie argentariorum pueri coactorum, eo quod pretia rerum crebrius et asperius exigebant, a petendo petulantes vocati.

221. VIII. p. 419. petulcus ille qui saepe petit coitum quod proprie de animalibus dicitur. et p. 471. petulcus saepe petens, coitum repetens quod de anim. frequentius d. VI. p. 539. petulum, (l. petulcum) lascivum. Is. Or. X. 231. p. ab appetendo, unde etiam meretrices petulcas vocamus, quae verba descripsit ex Serv. G. IV. 10. qui addit petulci, luxuriosi, lascivi, exultantes.

222. ut I. p. 690. n. 49. VI. p. 539. A. p. 361. n. 214. et p. 367. n. 124. Carmina hic sunt incantationes vel carmina contra incantationes quae amuleta dicuntur.

223. 224. Pl. VI. p. 569 piaculum, peccatum; rursus et sacra, quae purgant peccatum piacula dicuntur; unde quaedam sacrificia piacula dicuntur. VIII. p. 424. p. sordes vel sordis, ablutio; unde Macrobius de Saturnalibus; praeter multa affirmabat porco piaculum dare debere. p. 473. piaculum, expiationis peccatum, ubi lego expiationes peccati vel peccatûm. A. p. 361. n. 167. p. 363. n. 312. et p. 368. n. 178. proculum, abhominatio, ubi l. piaculum; A. p. 365. n. 430. p., culpa quae in templis vel in sepulcris committitur. et p. 367. n. 15. p.

225. Pyger, tardus.
Piget, pudet.
Pignora, res repositas.
Pignora, filia.
Pilicrepus, pilarius.
230. Pila, genus telorum vel rotunditas vel columna.
Pilleum, frygeum.
Pillida, lurida.
Pipiunculus, accipiter, acceptor.
Pinguis, copulentus, crassus, uliginosus.
235. Pinna, fastigium templi vel muri.
Pignosum, liniosum.
Pinus, sappinus.
Pira, ara lignis altioribus composita, id est, cum adhuc

rei piae iuelatio (ubi l. rei impiae ablatio) vel scelus in templis et sepulcris.

225. L. piger.

227. 28. L. res depositas et filii. cf. Pl. p. 496. pignora filiorum sunt vel affectuum inter se, pignera quae creditoribus dantur. Sed utraque confundit lectionis auctoritas ut VIII. p. 447. pignora filiorum; pignus, eris aliarum rerum. De re vide dict. mea ad Arnob. V. 13. III. 76. et ad Apul. T. I. p. 84.

229. I. p. 692. 18. pilicrepus, qui pila ludit. VIII. p. 417. p. qui ludit cum pila, quod etiam hic ludipilus dicitur, quod ludat cum pila.

230. Pl. p. 495. pila si brevis pi syllaba, omnis rotunditas vel de ligno facta, qua pueri in triviis ludunt. Si pi longa est, pila dicuntur tela grandia in bello necessaria, generis neutri, ut hoc pilum et haec pila. Item pilam dicimus genere feminino haec pila substentaculum, domus in (et) cuiuslibet aedificii. VIII. p. 417. pilum, telum. p. 470. pila dicitur quae sustentat parietem (cf. F. p. 116.); pila, polotellus cum quo ludunt pueri, . . pilum, telum, missile, vibraculum, iaculum. cf. Is. Or. XVIII. 69. et XVIII. 7. 9. pila sunt arma iaculorum atque telorum.

231. L. p. phrygium. I. p. 690. n. 46. pileum, calamaucum. VIII. p. 417. pileum .i. mitra, quia tegit pilos; p. 471. pileum, mitra, galerus, pelliris (l. cidaris cf. I. Or. XIX. 30. §. 6.) calonica. VII. p. 574. pileus masculino melius, quam neutro; antiqui masculino dicebant. Serv. ad Aen. IX. 618. pilea virorum sunt, mitrae feminarum, quas calanticas dicunt. Is. Or. XIX. 21. 3. pilleum est ex bisso rotundum, quasi sphaera media, caput tegens sacerdotale et in occipitio vitta constrictum. Hoc Graeci et nostri tiaram vel galeriam vocant. XIX. 30. 4. mitra est pileum phrygium, caput protegens, quale est ornamentum capitis devotarum. Sed pileum virorum, mitrae autem feminarum. Apud Is. in Gloss. pro calamaucum. VIII. pro calonica et Serv. pro calantica scribendum est calautica, ut apud Arnob. II. 23. pervetustus habet cod. ac probat. Non. p. 537. Sunt, qui calvatica scribi velint [cf. Peyron. ad Fragm. Cic. p. 115.] et a calvus petant, quia calvitiem detegat. At calautica unice probari posse, docet non solum forma calota, quae apud posterioris aevi scriptores invenitur, sed etiam calotte Francogallorum, quia constat au diphthongum saepius in o vocalem abiisse.

232. L. pallida, ut supra v. lurida.

233. ut I. p. 689. n. 55. VIII. p. 473. piptuncula, accipitur a pipiando ubi l. pipiunculus accipiter; unde lego apud I. p. 692. p. 29. pro pipilare resonare: pipiare, ut A. p. 362. n. 248. pipant, resonant lege pipiant. Pipare etiam de accipitre dici, probat locus Auct. Carm. Philom. 24. Pipiunculus a pipio pipire deducitur, quod ut pipo pipare in usu fuit. Acceptor pro accipitre dictum esse, docere videatur non solum hic locus sed etiam Π. p. 92. ἱέραξ, accipiter, acceptor, et Gl. Pith. acceptor, tirunculus qui scilicet pipit ubi l. pipiunculus et Π. p. 3. acceptor ἱέραξ. Π. p. 104. κεγχρὶς εἶδος ἱέρακος μικροῦ, titiunculus ubi l. pipiunculus et idem in Gl. S. G. pro tiunculus: pipiunculus. De voc. acceptor pro accipitre cf. du C.

234. L. corpulentus.

235. VIII. p. 428. pinna cuiusque rei summitas. et A. p. 360. n. 145. pinnaculum, quicquid praeminet. Varr. de L. L. (moenium) summa pinnae. Is. Or. XI. 1. 46. pinnum antiqui acutum dicebant, unde et bipennis et pinna. Serv. ad Aen. IV. 88. minae, eminentiae murorum, quas pinnas dicunt.

236. Ego lego pinnosum, superciliosum, ita ut prior syllaba sup per compendium scripta ob similem praegressam exciderit; cf. VIII. p. 472. pinnosus, superbus, elatus, tuberosus, insolens, hyperbolicus, superciliosus, arrogans, supinus, vesicosus, ampullosus.

238. Hanc glossam emenda ex A. p. 367. n. 129. pyra l. alt. conposita . . . . dicitur, cum vero ardet pira dicitur

non ardet; rogus dicitur, cum vero ardet; pira et glato, id est pira quod ignis dicitur.
Pirata, latro maritimus.
240. Pisema, specular.
Pistrix, genus bestiae marinae.
Placat, sedax, quiescere facit.
Placatus, delinitus.
Placenta, dulcia vel dilicias.
245. Placet, conlivescit.
Placidum, tranquillum vel pactum.
Placidus, quietus, mollis, mitus.
Plaga, nigra, vivax.
Plagiarius, abigeator.
250. Planum facit, erogat.
Plaudet, manus percutit.
Plausus, favor.
Plectitur, decollatur, percutitur.
Plectrum, unde liram tangent.
255. Plenitudo, comulus.
Plerique, aliquanti.
Plerumque, aliquotiens.
Plerumque, frequenter, adsidue.
Plexus, percussus, decollatus, punitus.
260. Plorat, flet.
Plus, amplius.
Plumentum, plumentarium.
Plusculum, plus quam optat.

a graeco πυρ enim ignem dicunt(ur) (?) cf. Is. Or. XX. 10. 9.

239. Pl. VI. p. 569. piratae sunt praedones maritimi, ab incendio navium transeuntium, quas capiebant, dicti; nam πῦρ ignis est. VIII. p. 417. (a pilum) pirata, raptor in aquis et dicitur pirata quasi cum pilo et rate pugnans. p. 428. (a πῦρ) pirata .i. nauticus latro, eo quod fere semper ignem ferat in navi. et p. 471. pirata, raptor in aquis et dicitur pirata, quasi πῦρ ignem habens in rate; cf. Is. Or. X. 220.

240. I. p. 689. n. 57. pisseima speculor. VI. p. 539. pisema, spelunca. A. p. 367. n. 113. pisaema speculatur. Nostram glossam repetit A. p. 361. n. 213. In lexicis nihil opis invenies. Ego specular rectum esse puto, quamquam quid pisema sibi velit et unde petendum sit nescio.

241. VIII. p. 415. p. dicitur pro quodam magno pisce, qui aliter dicitur balena. A. p. 367. n. 121. p. bibba [l. belua] marina. F. p. 25. balaenam, beluam marinam ipsam dicunt esse pistricem, ipsam esse et cetum; cf. Serv. ad Aen. III. 427. Non. p. 535. pistrix, bellua marina longi corporis sed angusti; cf. de hac belua, quae exposui ad Arnob. III. 31.

244. VIII. p. 442. (a placet) placenta libum, eo quod placeat et VIII. p. 474. placenta, libum. A. p. 361. n. 149. placenta, dulciamina.

245. cf. supra v. conlivescit.

246. 247. L. pacatum et mitis.

248. L. e virga, vibex cf. infra vibex.

249. Pl. p. 496. plagiatores, seductores. A. p. 363. n. 344. pl. mancipiorum vel pecorum alienorum distrator (l. distractor). et A. p. 367. n. 37. pl. abigeatur (tor) qui inducit (l. seducit) pueros vel sollicitat servos Is. Or. X. 220. p. ἀπὸ τοῦ πλαγίου .i. ab obliquo, quod non certa via gradiatur sed pelliciendo dolis. P. pl. hominum venditor; p. abigerator (?) qui mancipium aut pecus alienum seducendo distribuit (l. distrahit); p., qui seducit pueros et sollicitat servos alienos; plagiatores, seductores ἀπὸ τοῦ πλάζειν .i. erro obliquo, quod non certa via grassatur sed pelliciendo dolis. Ex his intellige, abigeator esse retinendum apud Paul. Sent. V. 18., quod h. v. glossariis defenditur.

250. L. erugat cf. supra v. erogat.

253. VIII. p. 477. plectere, punire, luere. VI. p. 540. plectitur, decollatur. A. p. 360. n. 106. plectator, vindicator, ubi lege aut plectitur, vindicatur aut plectatur vindicetur. et n. 121. plexus, percussus. P. plectere est punire, vindicare, subigere, morti tradere, supplicio affligere (afficere) et plexus, percussus. De voc. decollatur vide supra.

254. L. tangunt. VI. p. 540. p. percussorium citharae. A. p. 363. n. 342. pl. astella (i. hastella s. hastula) undae citharae moduleutur, atque eadem corrupte leguntur A. p. 367. n. 135 plextrum, astella, unde cythere modulantur. P. pl gubernaculum, lingua in corpore (l. lyra et cithara), percussorium citharae.

262. Utrumque voc. in glossariis et lexicis non invenio ac vix puto plumacium, plumarium legendum esse.

263. L. ex VI. p. 540. et A. p. 363. n. 337. quam oportet: ex compendio corruptum est.

**Pluteum, arma, sedile, armarium.**
265. **Poema, quod poeta composuit**
**Polet, abundat, crescit.**
**Pollens, potens.**
**Pollicetur, promittit.**
**Pollicitus, promisit.**
270. **Pollictor, ultimo honore affectus.**
**Pollictores, qui mortuos sepeliunt.**
**Polluit, inquinat vel inquinavit.**
**Pollutus, inquinatus vel immundus.**
**Polomum, locum sacrum.**
275. **Polum, caelum, speram.**
**Polus, orbis.**
**Pomarium, locus proximi maris.**
**Pompulatus, pompa plenus.**

264. VIII. p. 422 (a planus) pluteum .i. scriptorium, super quod scribitur, unde Persius: nec pluteum caedit nec demorsos sapit ungues. p. 472. p. scriptorium, atramentarium, notatorium, plumacium. VI. p. 540. plutei proprie crates corio contectae, quae in opere faciendo hostibus obiiciuntur, ut P. p. sunt crates crudo corio intextae, quae in opere faciendo vinciuntur (l. obiiciuntur) quae aperte repetita sunt ex Fest. p. 208. et Is. Or. XVIII. 11. 3. P. pluteum dicitur armarium e plantis, quae illic sternuntur, pluteum interior pars lecti et scriptorium.

266. VIII. p. 437. polleo .i.. nitere; p. 476. pollere, nitere; splendere, micare, radiare, fulgere, coruscare, fulgurare, gliscere, stellare, cluere, vernare, lucere, quae e more glossatoris sunt exposita et ex mala interpretatione nitere pro enitere partim profecta. VI. p. 540. pollit (pollet) crescit. A. p. 364. n. 363. pollen (l. pollens) enitens, eminens ubique. et p. 367. n. 139. pollens, exuberans. P. pollere, abundare, cum laetitia excellere, crescere, splendere.

269. L. pollicitus est.

270. Pl. VI. p. 569. pollinctum, funereum aut sepultum; pollinctores enim funeratores dicuntur. VI. p. 540. pollinctores, inhumatores vel cadavera sepultorum [ubi l. cadaverum sepultores] et pollinctus, inhumatus [quod ab inhumare petendum est]. A. p. 362. n. 240. pollinator [l. pollinctor] sepeliens. et p. 368. n. 155. pollinctores, qui sepulchra praebent mortuis. Non. p. 157. pollinctores sunt, qui mortuos curant. Fulgent. Exp. 559. pollinctores dicti sunt, qui funera morientium accurant. Serv. ad Aen. IX. 487. Romana consuetudo fuit, ut mortui lavarentur, ideoque hos, qui hoc officium implebant, pollinctores appellatos dicunt, qui mortuis os polline oblinebant, ne livor appareret extincti. P. pollinetum [l. pollinctum] funeratum aut sepultum; pollinctores, qui funera morientium curant, dicti quasi pollunctorum unctorum i. cadaverum curatores. Poll. ossium amatores vel cadaverum sepultores. Ita apparet, 270. legendum esse aut pollinctus aut afficiens et n. 271. pollinctores.

274. Diversissima ratione hoc voc. in glossariis exhibetur. I. p. 691. n. 29. habet polumum, locus sacrorum; VI. p. 540. pollimum, locus sacrorum; A. p. 364. n. 366. polumnum, locum sacrum et p. 368. n. 144. polumum, locum sacrum. P. polunium, locus sacrorum. Ego legere malim polluctum, epulum sacrum, quod mihi eo est verisimilius, quod apud P. post pollucere positum est; scriptum esse etiam poluctum lexica probant. Iam Cerda vidit polluctum legendum esse; reliqua vero verba coniectura non sanavit. Hinc factum est polluctare, consecrare. cf. VI. p. 540.

275. 276. L. sphaeram. VIII. p. 431. polus, caelum. A. p. 368. n. 145. polum, spera(m). Varro de L. L. VII. 14. polus graecum; id significat circum caeli. Is. Or. III. 36. et XIII. 5. 5. poli sunt circuli, qui currunt per axem; P. polus, summitas sphaerae ex utraque parte; coelum, sphaera, orbis, aether. Serv. ad Aen. I. 608. polus coelum dixit.

277. L. pomerium locus proximus muris. Idem vitium extat VIII. p. 479. **pometum**, pomarium, virgultum, viridarium, viretum; **postmurium**, insertorium. A. p. 360 n. 140. pomerium, spatium circa muros et p. 363. n. 309. pumerium, spacium quod circa muros est. cf. Varro de L. L. V. §. 143. pomerium, locus iuxta muros.

278. L. pompulentus aut pompaticus. VIII. p. 484. pompulentus, pomposus, festivus, ornatus. VI. p. 540. VII. p. 574. A. p. 364. n. 356. et p. 368. n. 50. pompulentus, pompa plenus quod voc. frustra in lexicis quaeres. Ex analogia vocc. somnulentus s. somnolentus turbulentus al. formatum est. P. habet populentus.

Ponderosum, gravem.
280. Pons, extrucio super fluvium.
Pontifex, summus sacerdos vel imperator.
Pontus, mare, pelagum, regio.
Populat, vastat, pugnat, praedat.
Populatus, expoliatus, vastatus.
285. Porcarius, subulcus.
Porro, longe vel utique.
Porrofugiens, profugatus.
Porrum, baium.
Portat, vehit.
290. Portator, vector.
Portendit, futura significat, porro tendit.
Portentum, quod ex diversis formis proponitur.
Porticus, atrium.
Portitor, qui aliquid portat vel nauta.
295. Poscit, petit, efflagitat.
Possessio, praedium.
Possim, queam.
Poscras, perendiem.
Postter, hodie, cras.
300. Posterior, ulterior.
Postrema, summo, novissimo, ultimo.
Posttripide, hodie.
Postulacius, petitor vel rogatus.
Postulacius, qui postulatur.
305. Postulat, petit, rogat.

279. L. ponderosum.

281. VIII. p. 456. Dicitur pontifex, quasi pontem .i. iter aliis faciens. Varro de L. L. VII. 83. pontifices, ut Scaevola Q. Pontufex M. dicebat, a posse et facere, ut potifices: ego a ponte arbitror; nam ab his sublicius est factus primum, et restitutus saepe, cum in eo sacra et uls et cis Tiberim non mediocri ritu faciant. Is. Or. VII. 12. 13. P. princeps sacerdotum est, quasi via sequentium. P. p. princeps sacerdotum, pontem faciens quasi via sequentium.

282. L. pelagus. Regio, quae ad Pontum sita fuit, est notissima; ita P., pontus, regio Asiae; iuxta Constantinopolin est sita.

283. VIII, p. 436. populor, destruere, devastare. Non. 471. populat est et passivum populatur. Serv. ad Aen. IV. 403. populat antique dixit. Nam hoc verbum apud veteres activum fuit, nunc tantum deponens est. P. populari, vastare, praedari, divulgare. Pro pugnat ego lego h. g. expugnat, ut P. populatio, devastatio populi vastitas, expugnatio, ruina, exitium, grandis solitudo. De populor verbo pass. signif. dicto cf. Eckst. ad Voss. Arist. T. II. p. 758.

285. P porc., porcorum custos vel subulcus.

286. P. porro, longe, procul, eminus, extra, caeterum, utique deinde, et porro, coniunctio expletiva .i. certe.

287. L. porrum prasum .s. πράσον ut I. p. 689. n. 58. porrum, basum. Hoc recte iam vidit Oehler. p. 247.

290. Non legendum esse portitor probat n. 294. P. porto, unde portatio, portator, portatrix. Apud sequioris latinitatis scriptores h. v. in usu fuisse, docet du C. T. V. p. 362. sq. H.

291. 292. Pl. VI. p. 569. portendere significare aliquid de futuris, i. porro tendere, unde et portenta dicuntur, quae significatu suo aliquid futurum ostendunt ut P. habet VIII. p. 463. [a porro] portendo .i. significare et dicitur portendo quasi porro tendo .i. a longe tendo, quando scilicet aliquid significamus de futuris, inde hoc portentum .i. monstrum; p. 480. portendere, significare, designare, exprimere, innuere. A. p. 369. n. 64. portenderent, significarent. P. portentum est, quod ex formis diversis proponitur.

294. VIII. p. 429. portitor, ianitor, ut p. 474. portitor, ianitor, ostiarius, valvarius, inclusor, patigiarius, clavicularius, inclusarius, portensis, qua significatione nunquam legi. A. p. 367. n. 140. p. navis vel quicumque aliquid portat. cf. quae dixi ad Arnob. I. 65. p. 109.

298. L. postcras perendie ut supra.

299. L. postridie cras ut A. p. 364. n. 357. vel postero die.

301. L. postremo.

302. L. postpridie ut I. p. 691. n. 54. VIII. p. 484. VI. p. 540. postpridie, altera die quod ego non probo; ibi enim postridie legendum est. Qui tamen Graevius postridie pro postpridie emendare apud Isidorum potuerit, non capio, quia non hodie id significat sed cras. Postpridie vero notat diem, qui pridie sequitur .i. hodie. Postpridie formatum est ut postcras.

303. I. p. 690. n. 52. p. ille qui postulat. VIII. p. 464. p. quod frequen-

Postumius, qui post patris obitum natus est.
Potare, bibere.
Potatio, humorum modicus.
Potator, bibitur.
310. Potestas, dicio.
Potiri, adipisci.
Potitur, consequitur, fruitur.
Potius, fruitus, consecutus.
Potius, magis, melius.
315. Potuerit, quiverit.
Potumdat, froat.
Pransorium, promulsarium.
Precare, rogare, petere, postulare.
Precedit, praevenit.
320. Praecelerat, antecedit.
Praecellens, emineus.

Praecerpit, delimat.
Praecepto, oboediens, dicto parens.
Praecipitat, urguet, impellit vel ab alto deicit.
325. Praecipitatus, pessum datus.
Praecipue, maxime, magne, optime.
Praeclarum, sanctum, nobilem.
Preconium, praedicatio alicuius rei.
Precox, prematurum.
330. Predat, predat.
Predes, vades i. e. fide iussores.
Predicit, ante dicit, futurum nuntiat.
Predium, possessio.
Prefatur, ante loquitur.

ter postulat, ut p. 480. VI. p. 540. A. p. 365. n. 449. p. 368. n. 147. p. ille, qui postulatur. P. post. ille qui postulat, petitor, rogator. Postulaticius unquam esse quod petitor. nego, quia quae in icius desinunt adiectiva et a supinis formantur, nunquam habent notionem activam, ut adscripticius, dediticius, facticius, insiticius, al. Tum obstat etiam usus, qui postulaticius passiva notione a veteribus dici docet. Itaque lego postulaticius, qui petitur, rogatur s. rogatus atque ita in cett. glossariis emendandum censeo.

306. L. postumus. Pl. p. 495. posthumus dicitur puer, qui mortuo patre nascitur, quasi post humum patris .i. post sepulturam. VIII. p. 457. posthumus ille, qui nascitur post patris humationem. et p. 475. p. puer post patris humationem natus. p. 479. p. post patris mortem natus ut Fest. p. 208. Is. Or. IX 5. 22. posthumus vocatur eo, quod post humationem patris nascitur .i. post obitum. Iste et defuncti nomen accepit. Sic enim lex voluit, ut qui defuncto patre nascitur, defuncti nomine appelletur, quae P. repetit. Serv. ad Aen. VI. 763. posthumus est post humationem patris creatus.

308. L. humorum haustus aut voratio vel potator humorum immodicus.

309. L. aut bibitor aut potatur.

313. L. potitus.

316. Si glossam sequentem et cod. Reg. 7641. sequeris, legendum est proat. Ego hoc corruptum puto ex propinat, poculum dat, ut in seqq. legitur Potum facile ex scriptura poclum oriri potuit. Vel emendandum puto potum dat potionat, cf. infra n. 479.

317. ut I. p. 690. 3. et P. VIII. p. 458. p. domus, ubi prandemus. et p. 479. pr. dom. ubi prand. vel discus. cf. du C. T. V. p. 420. H.

318. L. petere. De activa precare forma vide Voss. Arist. T. II. 758. et 770. ed. Eckst.

322. L. delibat cf. supra v. delimat.

326. Magne agnoscit etiam Cledon. p. 1920. et habet Tac. Ann. XI. 36. ubi corrigunt magna.

328. P. praec., laus, antecedens praedicatio alicuius rei.

329. VIII. p. 471. precox et praecocus, praematurus. VI. p. 540. praecoquus, temporaneus. VII. p. 572. praecoquus, temporicius. Non. p. 150. praecox et praecoca, quod est immatura. et p. 156. praecox .i. praecoqua. Is. Or. XVII. 5. 16. praecoquae (uvae) vocatae, quod cito maturescunt et ante omnes sole coquantur. P. praecox, genus uvarum praematuratum vel ceterorum fructuum. cf. dict. ad Apul. T. II. p. 606.

330. L. predat, predatur. De activo praedo cf. Prisc. T. I. p. 380. et Intt. ad Plaut. Rud. IV. 7. 16. P. praedavit, diripuit et praedor, aris praedatus et praedo idem significabat antiquitus.

331. VIII. p. 484. et A. p. 360. n. 122. praedes fideiussores. VII. p. 572. praedes, recuperatores. A. p. 368. n. 163. praes ab eo, quod est praesides vel iudices vel fideiussores Varr. de L. L. V. 40. praedia dicta,

**335. Prefixum, prerogatum.**
**Pregna, gravida.**
**Pre me tulit, valde me tulit id est laudavit.**
**Premulcet, plus linet.**
**Pre nimio, valido, multo.**
**340. Prenomen, cognomen.**
**Prepedit, inpedit.**
**Pretum, locus, quo in plano positus est.**
**Praeponit, consistit.**
**Preripere, ante rapere.**
**345. Preripit, ante rapit.**
**Prerogans, ante inpedens.**
**Prerogativa, gratia praemissa.**
**Prerogativum, beneficium antedatum.**
**Prerogativum, suffragium.**
**350. Praerogatum, praefixum.**
**Praesagium, divinatio, quod ante nuntiat.**
**Praesagus, praescius vel ante investigans.**
**Preseptum, circumdatum.**
**Presultatur, praemetiva.**
**355. Presertim, quam maxime.**
**Prae se tulit, plus quam oportet, tulit valde laudavit se.**
**Praesedium, auxilium praeparatum vel praesens auxilium.**
**Praestat, maius est vel concedit.**
**Prestat, melior est vel praebet.**
**360. Praestigiae, aenigmata, similitudines.**
**Praestigies, a praestigatore nomen accepit.**

item ut praedes, a praestando, quod ea pignore data publice mancupis fidem praestent. VI. p. 74. praes, qui a magistratu interrogatus, in publicum ut praes siet; a quo et quom respondet, dicit: praes, quae habet Fest. p. 122. P. praedes, fideiussores, vades, sponsores.

335. praerogatum esse praefixum vix habeo, qui defendam, nisi ita vis explicare, ut de beneficiis intelligas, quae ante alia ac prae aliis sunt fixa et constituta. Cum aliquando sit figere idem, quod firmare, roborare, erat cum praeroboratum hic et infra emendarem. P. praerogatum, praefixum.

336. L. praegnas, de qua voce cf. quae dixi ad Apul. T. I. p. 408. et II. 301.

337. A. p. 363. n. 326. et p. 368. n. 159. prae me tulit valde me laudavit.

338. A. p. 363. n. 317. praucatrius, praemulcit, plus lenit, ubi duo glossemata confusa apparet. Lego praemulcet, plus quam oportet, lenit. Ceterum praemulcere lexica non habent.

339. ut VI. p. 540. P. praenimium, validum multum ultra rectum. In cett. glossis et lexicis non inveni hoc voc.

342. Qui haec glossa emendanda sit, nescio. Pro quo legendum videtur qui. Fuit cum emendarem praepeditum, locus qui in plano non positus est.

343. L. proponit ac cf. supra v consistit.

346. L. ante impendens ut VI. p. 540.; ut P. praerogare, ante impendere. VIII. p. 368. praerogare, anteferre, proponere; p. 481. praerogativum, antecedens beneficium. VI. p. 540. praerogativa, beneficium ante oblatum, quod si reddideris, iamnon est praerogativum. A. p. 368. n. 168. praerogatam, donatam. P. praerogativa, gratia praemissa, vel propria dignitas, excellens meritum vel laus; haec praerogativa s. privilegium.

351. Ita A. p. 368. n. 156. pro praepagmen praedivinatio vel vaticinatio lege praesagium.

353. ut P. VI. 541. praesepta, circumdata.

354. Quid praemetiva sit, non invenio. P. habet praesulto, vocifero, praedico, adiuvo. Praesulto etiam apud Liv. extat. Erat cum praeiudicatur legerem, ut praesul index est; cf. infra.

356. VI. p. 541. et A. p. 363. n. 325. prae se tulit laudavit se. A. p. 363. n. 318. praestullit plus quam oportet quae ex nostra glossa emendanda sunt.

357. P. praesidium, refugium, subsidium, ornamentum, locus subsidii: praesidium est alteri loco utile positum auxilium quod ab exteris datur; subsidium, quod postea subvenitur.

358. Concedit hic est dat, exhibet.

360. VIII. p. 464. praestigium, calliditatis artificium, inde praestigiator, defraudator et praestigiosus, subdolus et versipellis quae verba repetuntur p. 480. VI. p. 541. praestigiarentur, ludificarentur et praestigium, falsitas, mendacium. A. p. 361. n. 208. prostringium [l praestigium] quod praestringit aciem oculorum [ut Is. Or. VIII. 9. 33. et P.]; p. 362. n. 232. praestringium, deceptio magica; p. 364. n. 350. praestrigiae [l. praestigiae] doli, insidiens [l. insidiae] ut A. p. 368. n. 160. praestigia, doli, insidiae. P. praestigiatur,

Praestigit, promisit.
Praestolare, expectare, sustinere.
Praestolator, expectans, observans.
365. Praestolatur, praesto est, observat.
Praestrepit, strepitum facit.
Presul, iudex.
Praetereuntibus, labentibus.
Praevalus, modicus.
370. Praevaricat, divaricat.
Praevenit, praeoccupat, anticipat, antevenit.
Praebere, prestare.
Prevignus, ante natus, id est filiaster.
Praevius, antecedens.
375. Privat, fraudat, alienat.
Privatus, alienus ab aliquibus rebus vel propriis.
Primarii, primores.
Primates, principes, proceres.
Primordium, initium.
380. Primus, principalis, summus.
Primoperum, genus officii.
Princeps, primus, prior.
Principia, acies, frons prima exercitus.
Priores, proceres, principes.
385. Prisco tempore, olim.
Priscum, antiquum.
Privilegium, lex non pupulica sed privata.
Proavus, pater avi.
Proamita, soror proavi.

ludificat [nam utrumque in usu fuit et praestigio et praestigior. cf. *Π*. p. 206. ψηφοπαικτῶ, praestigior]. Ex his glossis emendo hic praestigias a praestigiatore nomen acc.

362. L. praestitit, ut infra.

363. VI. p. 541. praestolare, exspectare, speculare. P. praestolatur, exspectat, sperat, optat. Praestolare exemplis probat Non. p. 475. Nota enim in seqq. sustentare explicari sustinere, exspectare, cuius significationis exemplum equidem invenire non possum.

366. Hoc voc. in aliis glossariis et lexicis non extat.

367. VI. p. 541. praesules, iudices ab eo quod praesunt iudicio. A. p. 368. n. 157. praesules, qui praesunt. et p. 161. praesul, iudex. Is. Or. X. 205. praesul vocatus, quod praeest sollicitudine. P. praesul dictus, quod praesit sollicitudine, nunc pro episcopo ponitur; cf. du C. T. V. p. 416.

369. L. parvulus, modicus ut supra v. modicus.

370. VIII. p. 469. et p. 473. et p. 478. praevaricare, infringere; praevaricator, transgressor. Is. Or. X. 223. praevaricator, male fidei advocatus et qui accusando nocitura vel in defendendo profutura praetereat aut inutiliter dubieque ponat mercedis gratia scilicet corruptus. Cic. quid enim tam varum .i. valde varum, ubi G. I. habet praevarium, ac recte quidem. Haec enim glossa Is. non ad praevaricare pertinet, sed legendum praevarium Cic. . . . . valde varum. Hanc meam sententiam veram esse, probat P. qui, cum post praevaricare habeat praevarium, valde varium, ostendit Isidorum, quem accuratissime exscribit, praevarium habuisse; unde ex latinitate praevarus voc. tollendum est, nam apud Apul. Flor. n. 19. (p. 91. m. ed.) praevaras mera est Scaligeri emendatio. P. praevaricare praeterire indebite (?) praevarico et praevaricor idem significabat antiquitus. cf. Prisc. T. I. p. 380. Kr. Voss. in Arist. praevarico omisit.

373. I. p. 691. n. 32. privignus, vulgo ante natus quae explicat Is. Or. IX. 6. 21. privignus est, qui ex alio patre natus est, et privignus dictus putatur, quasi privigenus, quia prius genitus. Unde et vulgo ante natus, ut etiam P. habet VIII p. 461. pr. eo, quod a matre privatur et p. 480. pr. qui a matre privatur et habet novercam; et A. p. 369. n. 210. pr. filiaster.

378. P. primas, atis inter reliquos maioris dignitatis vel potestatis. VIII. p. 466. primas, qui primus habetur in populo.

381. Ita habent etiam cod. Reg. 7641. et P. In lexicis ac ceteris glossariis non extat.

383. cf. Intt. ad Liv. II. 65. et Sall. Iug. 54.

387. L. publica. Pl. p. 496. privilegia, leges privatorum seu beneficia. quae a principibus conceduntur. Sed interdum a quibusdam pro legibus privilegia dicuntur quae verba repetit P. A. p. 369. n. 209. pr. primus honor et non publica lex sed privata. Is. Or. V. 18. pr. sunt leges privatorum, quasi privatae leges. Nam pr. inde dictum, quod in privato feratur.

390. Proat, potum dat.
Probat, manifestat.
Probra, crimina vel inhonesta.
Probrosa, turpia.
Probrum, vitium, flagitium.
395. Probum, idoneum.
Procacitas, intemperantia.
Procaciter, intemperate.
Procax, inportunus, inprobus.
Procax, verbosus, ingratus.
400. Procella, tempestas.
Proceres, priores, principes, primates.
Proceritas, longitudo vel altitudo.
Procerus, longus, altus, princeps.
Proci, petitores uxorum.
405. Proclivis, inclinatus vel indicesisus.
Procoma, quasi porro coma.
Procrastinat, differt.
Procreatio, generatio.
Procreatus, progeneratus.
410. Procul, longe.
Procul dubio, sine dubio.
Proculsit, mactavit.
Proculsus, qui, patre longius peregrinante, nascitur.
Procumbit, quando pecus accumbit.
415. Prodeant, videant.
Prodeit, proret.
Prodet, in maius levat.
Prodiens, ortus.
Prodigiosus, qui ante malum significat.
420. Prodigium, quod sive bonum sive malum praenuntiat.
Prodigus, profusus, largus.
Prodigus, consumptor, proditus, infeminis.
Proditio, delatio.

390. cf. supra v. potum dat.

398. 99. VIII. p. 412. et 468. procax, avidus et importunus ad petendum. F. p. 123. procaces, meretrices ab assidue poscendo. P. procax, immoderatus, importunus, qui inverecunde poscit; procaciter, contumeliose; procacitas, impudentia, temperantia [l. int.] VI. p. 541. procax, frontosus, verbosus, de q. v. infra dicam.

403. VI. p. 541. procerus, longus aut largus, ornatus, formonsus. A. p. 360. n. 103. procerus, excelsus. A. p. 364. n. 369. pocerus, ornatus, ubi l. procerus. F. p. 123. procera, prolixa et in longum protracta, quasi excera ob eius facilitatem. P. procerus, longus, immodicus, ornatus, formonsus. et ita l. VIII. p. 468. procerus pro procus, longus, prolixus, in longum extensus.

404. ut A. p. 364. n. 353. Pl. p. 494. procos .i. pronubos. VIII. p. 412. et p. 468. procus, novae coniugis appetitor. A. p. 361. n. 204. pr., nuptiarum appetitor. Non. 23. proci dicti sunt matrimoniorum petitores. Is. Or. IX. 7. 7. proci nuptiarum petitores a procando .i. petendo dicti quae extant etiam X. 214.

405. L. pr. inclinatus vel in descensum.

406. ut A. p. 368. n. 192. P. procoma, longa coma. et cod. R. 7613.

412. L. perculsit; cf. supra mactavit.

413. L. proculus. I. p. 690. n. 6. proculus, q. p. longe p. nascitur vel longe a patre natus; VIII. p. 412. proculus filius qui nascitur, patre procul existente a patria. cf. Fest. p. 123. P. pr., qui nascitur cum pater eius peregrinatur; a patria longe natus.

414. Referuntur haec ad versum Virg. Aen. V. 481. procumbit humi bos.

415. Ego l. bitant vel bitiant, de qua diversa huius verbi forma vide quae dixi v. biti.

416. Ego legerim prodit, porgit ut Prop. IV. 1. 115. Nauptius ultores sub noctem porrigit ignes .i. ostendit, profert. Porgit forsitan porcit scriptum fuerit, unde haec corruptela profecta esse possit. P. prodit, porro dat, unde ego in seqq. legerim pro prodet, in maius levat: in manus dat. cf. Gron. Observ. I. 12. p. 59. ed. Frot.

419. 420. VIII. p. 460. prodigium. res quaelibet horrenda et monstruosa, unde prodigiosus monstris plenus. et p. 484 prodigiosus, ignominiosus, iniuriosus. F. p. 202. prodigia pro futura praedicunt, ut I. Or. XI. 3. 3. Serv. Aen. II. 681. pr. quod in longum tempus dirigit significationem. De discrimine vocc. portentum, prodigium, ostentum cett. cf. Serv. ad Aen. III. 681. et P.

421. 422. L. perditus in fem. ut VI. p. 541. prodigus, perditus in feminis aut eversor, dilapidator rerum. VIII.

Producens, eluciens.
425. Producit, excutit, promit vel dicit.
Producto, edito.
Produxit, excelsit.
Proelium, dimicatio, pugna.
Profana, loca non sacrata.
430. Profanat, violat, contaminat.
Profanatum, contemptum.
Profanatus, sacrilegus, qui sacra polluit.
Profiteri, prosequi aliquid.
Profecto, certe.
435. Profectus, egressus.
Proficere, ambulare, incessere.
Proficiens, antepositus, provectus.
Proficiscitur, exit, progreditur.
Profligavit, extricavit.
440. Proflixit, prostravit.
Profluit, multum fluit.
Profugus, porro fugens.
Profundum, porro habens fundum.
Profusus, prodigus.
445. Progenies, proles.
Progestium, suburbanum.
Prohibentis, arcendis.
Prohibet, retinet.
Proinde itaque aut inde.
450. Proles, generatio, progenies vel filii.
Prolixa, longa.
Promatertera, soror proaviae.
Promit, dicit, producit, disserit, ostendit.
Promiscue, passim.
455. Promisit, praestitit.
Promissor, sponsor.
Promittit, stipulator.
Promius, liber.
Promptior, paratior.
460. Promptus, expeditus, praesens.
Promulgat, pronuntiat, praedicat.
Promunturium, saxum in mari eminens.

p. 460. prodigus, consumens vel ultra modum effundens; p. 479. pr. consumptorius, dilapidatorius, futilis, effluus, dispersorius, prodigus [l. prodigens]. A. p. 368. n. 175. pr., nimis largus vel persona turpis. Is. Or. X. 215. pr. sumptuosus atque consumptor, qui omnia porro agit et quasi proiicit. F. p. 130. homines luxuriosi, prodigi. P. pr. profusus, consumptor, luxuriosus, sumptuosus, glutto. Perditus de iis dici qui vehementissimo amore vexantur docent loci Plaut. Cist. I. 2. 13. et Prop. I. 13. 7., ubi vide Intt.

424. L. eiiciens, ut P. producit, in palam ducit vel facit; propalat, eiicit, proficere facit.

425. cf. supra exeutit.

426. L. exclusit cf. supra.

431. An contaminatum?

433. L. polliceri.

437. Haec habet I. p. 690. n. 15.

439. cf. v. extricavit.

441. P. profluere, abundare, effluere.

442. L. fugiens.

443. Is. Or. XIV. 9. 4. pr., proprie cuius porro sit fundus quae repetit P.

446. L. progestum et cf., quae docet du C. v. proastium T. V. p. 456. H.

447. L. prohibendis aut arcentis.

452. cf. Is. Or. IX. 6. 27.

453. Ita l. A. p. 368. n. 17. promserit, protulerit pro promisit et A. p. 368. n. 169. promit, loquitur, ostentat, manifestat.

457. L. stipulatur. Stipulari enim apud ICtos etiam promittere significare, notant lexica et glossae cf. P stipulari, promittere ex verbis iurisperiti, unde etiam stipulum appellaverunt firmum [cf. Forc. v. stipulatio] et stipulator, promissor.

458. L. bromius. Liber [i. Bacchus], de quo vid. Serv. ad Ecl. VI. 15.

462. ut VII. p. 575., in quo haec adduntur: Commune est enim insulis, ut promineant; inde et loca eorum promuntoria [haec etiam in P. leguntur]. Sic Sallustius de Sardinia; in orientem quam in occidentem latior prominet [quae verba descripta sunt ex Is. Or. XIV. 7. §. 1.] Corrupte A. p. 363. n. 827. promptuaria, eminens locus in mare. et p. 368. n. 172. promontoria, montes maris vel eminens [adde locus] in mare [i]. P. promontori. mumons, clivus collis, ubi corrige promontorium, mons. De scriptura promuntorium, quae in optt. codd. invenitur cf. Turneb. Adv. XIII. 18. Voss. ad Pomp. Mel. I. 13. et Mai. ad Iul. Val. Res gest. Alex. III. 23.

Promusus, promptus, expeditus.
Prona, declivia, incurva.
465. Pronefas, plus quam nec dicendus nec inlicitus.
Pronepus, filius nepotis.
Proneptis, filia nepotis.
Pronuba, paranymfa, quae nuptis auxilium dat.
Pronus, innixus, declivis, incurvus.
470. Propagare, originem ostendere.
Propagines, origines.
Propaga, origo.
Propalam, valde publice.
Prope, iuxta, paene, secus, simul, in se communi.
475. Propedat, impedit, quo ibit, proibit.
Propediem, cito citius.
Properanter, festinanter.
Properat, festinat, accelerat.
Propinat, poculum dat.
480. Propter, ob.
Propugnacula, loca septa.
Proret, prodeit.
Proripit, eripit.
Proritat, provocat, inritat.
485. Prorogatum, praefixum.
Prorsus, omnino.
Prosapia, genus, origo, progenies, stirps.

463. Ego malim promtulus.

465. I. p. 690. n 16. pr. plus quam nec dicendum vel quam inlicitum et p. 691. n. 31. pr. scelus, incontinentia. P. pro nefas, scelus contra iustitiam contra fas. interiectio est.

466. L. pronepos. VII. p. 575. p. dictus quia prope nepotem est. Ita Is. Or. IX. 5. 28. et P.

468. Pl. p. 494. p. est quae nuptis praeest quaeque nubentem viro coniungit, quod officium ad Iunonem pertinet, deam coniunctionis; VI. p. 541. pronubae, paranymphae, pronubante [l. pronubente] adsistente. A. p. 368. n. 190. pr. qui nuptiis [l. nuptis] auxilium dat. F. p. 129. pronubae adhibentur nuptis, quae semel nupserunt causa auspicii, ut singulare perseveret matrimonium. cf. p. 211. Is. Or. IX. 7. §. 8. p. dicta eo, quod nubentibus praeest quaeque nubentem viro coniungit. Ipsa est et paranympha [quae repetit P.]. Nam nympha sponsa in nuptiis et nympha pro lautionis officio, quod ad nomen nubentis alluditur.

470. Ego malim originem extendere vel portendere ut Is. Or. XVII. 5. 33. propagines a propagare dictae .i. portendere.

471. 472. VI. p. 542. propaga (o), posteritas. cf. F. p. 125. v. propages. Vix pro origine dictum puto; sed linea est originis, ut P. habet: propago, progenies, stirps, linea originis vel vitis.

474. P. prope, iuxta, secus. Quid cetera in h. g. sibi velint, non capio.

475. L. cohibet, prohibet. I. p. 690 17. propedat, impedit, cohibet et VIII. p. 472. propedare, impedire, tricare, irretire. Hoc voc. in lexicis non extat.

476. VI. p. 542. propedie [em] alia die. A. p. 364. n. 355. pr. cito. P. pr. alia die, cito.

479. VIII. p. 460. propinare, potum administrare, ut extat etiam in 480., ubi additum est potionare. A. p. 368. n. 188. propinantes, [vinum] ministrantes. Non. p. 33. prop. a graeco tractum est, post potum tradere. P. propinare, modo vinum ministrare significat; proprie autem sitim pellere significat. Nam gr. προπίνω pino, bino significat.

481. VIII. p. 468. p. defensio Is. Or. XV. 2. 20. pinnae murorum sunt dictae, quia ex his propugnatur, quae habet P. addens: prop. loca septa, murorum summae partes. Serv. Aen. IV. 87. prop., quibus porro pugnatur. et IX. 173. pr. pinnas murorum.

482. cf. supra n. 416.

484. Ita lege VI. p. 541. proritat, provocat, inritat pro promitat et eadem corrige p. 542., ubi extat: prorigat, provocat, inrigat. P. proritat, incitat, provocat. VIII. p. 469. proritare, provocare, incitare, irritare, commovere, procalare.

485. cf. supra 345. VI. p. 542. prorogatum, prolongatum et P. prorogat, distrahit, expendit, prolongat. Apparet praerogatum et prorogatum a glossographo esse confusa.

487. P. pr. genus progenies. cf. F. p. 124.

**Proselitus, peregrinus.**
**Prosperum, laetum, congruum, felicem.**
490. **Prospice, inante aspice.**
**Prospicient, speculantur.**
**Prostibula, meretrix, quae prostrat.**
**Prostibulum, locus, in quo meretrix est.**
**Prostituunt, proponunt.**
495. **Prostituta, proposita.**
**Prostravit, profligavit.**
**Protervus, pessimi, perversus, convitiosus, impudens.**
**Protegor, tueor vel defendor.**
**Protexere, comperire.**
500. **Protinus, actum.**
**Prohabile, racionale.**
**Provectus, antepositus vel proficiens.**
**Proverbium, similitudo.**
**Provincia, regio, pontus, pelagum.**
505. **Proviri portione, quis pro se.**
**Provocati, coacti, incitati, inritati.**
**Proximi, insuper.**
**Proxenita, quasi inter emptorem et vinditorem.**

488. P. proselytus dicitur adventicius, de quo psalmo vidua et advenam .i. proselytum et pr. dicitur advena et circumcisus, qui miscebatur populo; de graeco est quae postrema sunt ex Is. Or. VII. 10. 14. deprompta.

491. L. prospiciunt.

492—495. VIII. p. 469. prostituere, meretricem facere (meretriciam?) quod et prostare dicitur: prostibulum, domus meretricum, lupanar, tugurium meretricium, proseucha, teges, meritorium, ganeum. VI. p. 542. prostibulata meretrix, quae prosternitur. A. p. 362. n. 220. prostibulum, domus fornicaria ut P. et p. 368. n. 185. pr. locus meretricum vel meretrice (x) commmunioris usus. Non. p. 423. quod ante stabulum steut quaestus diurni et nocturni causa. cf. F. p. 124. v. prosedas. Is. Or. XVIII. 42. 2. theatrum et prostibulum eo, quod post ludos exactos meretrices ibi prosternerentur, ubi P. habet propter laudes exactas. P. prostibulata, meretrix prostracta ubi l. prostrata. Ita vides etiam in nostro gl. prostibulata meretrix vel prostibulum legendum esse vel ex Tertull. Apol. c. 6. omnibus locis prostibula retinendum. Hic enim solus est locus, ex quo haec forma defendi possit, quod nullus codicum, quos ego Parisiis Vindob. ac Lugd. Bat. contuli, aliter legit. Alter enim locus, quem afferunt lexica, Nonii ex Plaut. Cist. dubius adhuc est. Prostibulare apud sequioris lat. scriptores dictum fuisse, docet du C. T. V. p. 487. II. Ceterum prostituta pro proposita dictum improbo; nam qui affertur huc a Forc. locus, male intellectus est; cf. Arnob. V. 28. viam comiter Prosumnus edisserit atque in ipso limine prostituit inferorum, ubi non est in limine sistit, quod ne per significationem activam defendi licet, sed sensu obsceno positum, ut docent ea quae praegrediuntur: Prosumnus . . . ignominiosus amator dei . . . qui se ianuam Ditis atque Acherusios aditus pollicetur indicaturum, si sibi gereret morem deus atque uxorias voluptates pateretur ex se carpi. Addendum igitur existimo ex P. libidini; nam hic habet: prostituta, proposita libidini, subiecta.

497. L. pessimus. VI. p. 542. protervus, conviciosus. P. p., violentus, perversus, improbus, superbus. cf. supra con viciosus; de voc. pessimus cf. infra verbosus.

498. De passivo tueor cf. infra v.

499. L. protegere, cooperire.

500. L. actutum. Pl. VI. p. 570. p. adverbium temporis est, ut mox, continuo, statim.

501. L. probabile, quod provabile scriptum hic falso positum est.

504. cf. supra pontus, unde factum est, ut hic male etiam pontus et pelagum a glossatore appositum sit.

505. L. pro virili p. quisque pro se ut A. p. 368. n 181. VII. 575. pro virili portione quis pro se. A. p. 363. n. 331. cum nostro glossario consentit.

507. L. proxime. Insuper non habeo qui explicem.

508. L. venditorem, ut I. p. 690. n. 20., ubi additur: vel anteambulo. et p. 691. n. 20. pr. homo praecurreus quodcunque negotium. Ita corrige A. p. 363. n. 332. pronixneta, anteambulata in proxeneta, anteambulo. A. p. 368. n. 189. extat proxineta, anteambulo et 195. pronixeta, quasi inter praesintes emptorem ubi lego quasi interpres inter em-

Proximi, adfinis, cognatus.
510. Prudens, providens vel porro videns.
Pruina, aqua gelata vel tempestas, turbo, glacies.
Pruna, carbones vivi.
Publicatus, detectus, infamatus.
Publicanus, qui publica vectiquegalia exigit.
515. Publicani, qui publicam rem faciunt, non a peccando.
Pudet me, tedet me.
Pudicus, qui animo castus est.
Pudor, verecundia.
Puellaris, cultu similis puelle.
520. Puer, inbarbis, epotebus.
Puerpera, partus puellae, quae masculum generat.
Puerperum, partus, cum puer nascitur.
Puerperum, quae primum partum ponit.
Pugil, pancra.
525. Pugilare, parvum librum vel tabula.
Pugillum, pugnum.
Pugio, mucro.
Pugionem, lanceam aut pugnum.
Pugit, certatur.
530. Pugna, bellum, prohelium.

ptorem et venditorem atque ita scribendum puto in cett. glossis. Anteambulo ex falsa voc. praecurrens interpretatione additum videtur, cum minime conveniat.

509. L. affines, cognati.

511. VIII. p. 428. (a πῦρ) pruina .i. gelu, quia urit sicut ignis; VII. p. 575. pruina dicitur aqua alba hiemalis, quae antelucanum cadit super herbas. A. p. 369 n. 212. pr. genus nivalis (ubi lege glacies) vel aqua gelata. Is. Or. XIII. 10. 8. pr. est matutini temporis frigus, quae inde nomen accepit, quia sicut ignis urit, cett., quae repetit Serv. ad G. III. 368. pruinis, abusive nivibus [cf. quae dixi ad Apul. T. I. p. 836.] Nam pr. est matutini temporis frigus. P. pr. est aqua alba hiemalis. Quid tempestas ac turbo hic sibi velint, doctiores videant.

512. L. prunae.

513. Ego malim diffamatus.

514. 515. L. vectigalia. Verba non a peccando non intelligo; forsitan legas, unde nomen acceperunt, ut Is. Or. IX. 4. 32.

520. L. ephoebus, quod voc. cf.

521 — 523. L. pariens puella et puerperium. et n. 523. puerpera, quae. VIII. p. 407. puerpera, puerum pariens et inde hoc puerperium. VI. p. 542. puerpera, primi partus puella; puerperium, primus partus; item infans in utero formatus; puerperum (?), aetas puerilis, ut A. p. 363. n. 304. puerperium, aetas pueri. et n. 330. puerperium, primum partum pueris (pueri). et p. 369. n. 218. puerperium, primus partus vel qui (quae) primum partem (um) ponit [ubi puerpera et puerperium confusa sunt] id est infans. Is. Or. XI. 6. 14. puerperae sunt, quae annis puerilibus pariunt . . . Et dictae puerperae vel quod primo partu gravantur vel quod primum pueros pariunt, quae repetit P., addens: puerpera dicta proprie, cum primum enixa est eo, quod purae i. puellae vel puerae admodum pariant; et puerperium primus partus vel puer in utero formatus. Puerperium etiam aetatem puerilem significare, exemplo equidem confirmare non queo.

524. L. pycta vel pancratiarius ut supra. VIII. p. 414. p. victor; p. 468. pugillator, victor, pugil, braveta, agnonista, agonitheta, decertator, probillator. A. p. 360 n. 137. pugiles, qui feriunt; p. 361. n. 187. pugil, gladiator. Π. p. 164. πύκτης pugil, pugnator.

525. L. pugillares aut pugillar, quae terminationes tantum in usu fuerunt; A. p. 360. n. 119. pugillaris, tabula et A. p. 369. n. 220. pugillares, tabulas infantum. P. pugillaris, tabula quod pugno tenetur vel parvus liber; pugillares generis masculini semper pluraliter, quia pugillaris est, qui plures tabulas continet; pugillaris etiam singulariter dicitur.

526. Pugillum δρὰξ χειρὸς apud Π p. 151. ex falsa glossographi interpretatione ortum puto, qui, ut hic exstat, accusativum invenit. Itaque latinitate voc. pugillum exterminandum opinor.

528. Hic duo glossemata confusa existimo.

529. L. pugil, certator.

530. L. bellum, proelium.

Pulcher, speciosus.
Pulpae, carnes.
Pulentum, puleium.
Pullos, filios avium.
535. Pululat, geminat.
Pullum, nigrum.
Puncta, stigmata, signa plagarum.
Punit, indicat.
Pupus, puerculus.
540. Punitur, percutitur, plectitur.
Publita, locus qui sub geniculum est id est retro.
Pulvinar, capitale vel templum vel delubrum.
Pulvinaria, ariae mortuorum.
Purgat, expiat, limpidat, abluit.
545. Purpora, tyrea, praetiosa.
Pusillor, parvos, modicos.
Putet, foetet.
Pubertas, pueri tempus definitum XIIII. annorum.
Puberat, crescit.
550. Pubertas, tempori quo femina misceri potest.
Pubes, iuventus.

531. VIII. p. 427. pulpa tumida et crassa caro faciei vel suris [rae], quae repetuntur p. 473. P pulpa, caro accumulata. Is. Or. XX. 2. 27. XI. 1. 81.

533. L. puletum, pulegium .i. liber, in quem redigebantur acta publica; cf. du C. v. polyptychum T. V. p. 337. col. 3.

535. L. pullulat, germinat ut A. p. 369. n. 214. VIII. p. 409. pullulo, cresco; p. 467. pubescere, crescere, adolescere, fructicare, pullulare, incrementari, pubetare. A. p. 363. n. 335. pullantes [l. pullulantes] turgentes. P. pululat, geminat, crescit, violat. ubi l. virgat (unde virgosus, virgatus alia] vel virdicat ubi vide.

538. L. indicat.

539. VIII. p. 408. pupus dicebant antiqui pro hoc nomine, quod est parvus. P. pupus, puerulus. Non. p. 156. v. pupae et pupi.

541. L. poplites, locus qui sub geniculo est. Quid retro sibi velit non assequor. VIII. p. 470. poplites, genuum flexurae. A. p. 364. n. 470. poplites, suffragines. P. poples dicitur post plicam i. flexuram habens; et poples, genus flexurae.

542. et 543. I. p. 690. n. 24. habet pulvinceria, areae mortuorum. VI. p. 542. pulvinar, capitale. et VII. p. 575. pulvinar, capitale vel templum; pulvinaria, lecti strati, lucra sacra inrigua religiones, res divinae, sacra, arae, foci, numinum cultus [ubi lege loca sacra, sacri ritus] pulvinariae (a) caerimoniae. A. p. 360. n. 135. et p. 363. n. 294. pulvinar, templum. n. 156. p. lectum divitum, unde pulvillum, quae habet etiam P. et repetita sunt ex Is. Or. XX. 11. §. 3. A. p. 369. n. 227. pulvinar in modum plumaci. Varr. de L. L. V. §. 167. p. vel a pluribus vel a populis declinarunt. Serv. ad Georg. III. 533. pulvinaria pro templis ponimus, cum sint proprie lectuli, qui sterni in templis supervenientibus plerisque consuerunt. P. pulvinare, capitale plumacium, templum et pulvinaria, lecti, strata, caerimoniae, res divinae, templa, honores domini, sacra loca dicuntur, et pulvinaria lecti, qui sternuntur in templis, interdum pro templis. VIII. p. 467. pulvinar, pulvinus, plumacius (um), cervical, capitale, aureale. Pro ariae legerim areae.

544. P. purgat, mundat a sordibus, liquidat, [ubi l. limpidat] purum agit.

546. L. pusillos.

549. VIII. p. 467. cf. supra v. pullulare ubi extat pubetare, quod certe in pubedare emendandum est; nam pubeda est adolescens et ita lego VIII. p. 469. pro pacolere, adolesceere: puberare. VIII. p. 472. puberare, crescere. VI. p. 542. puberat, crescit, incrementer [l. incrementat] et ita lege A. p. 363. n. 305. pro puberis, crescis, crementat; et A. p. 367. n. 142. porgere [l. pubet] crescit, puberat, A. p. 368. n. 146. poberat [puberat], crescit. A. p. 369. n. 217. puberat, crescit, incrementat, ut P. habet, in cuius glossario pro popat, crescit praeterea extat ac legendum est aut pubet, crescit, ut infra, aut puberat. Hoc verbum in nullo lexico extat.

550. L. tempus, in quo.

551. Pl. p. 495. pubes modo iuventus modo pars corporis verenda vel potius oriendo [virilia?]. A. p. 369. n. 223. pubes, iuveneris [iuvenis] legitimos pilos habens. P. Pubes modo iuventutem modo genitalia significat; A. p. 363. n. 303. puba (pubes) virilia. A. p. 369. n. 216. pubae [es] virilia.

**Pubetenus, usque pubertatis loca.**

**Pubat, crescit, incrementat.**

**Pubinus, lectulus.**

**555. Pyram, instruem lignorum, in qua genitiles sacrificant.**

552. VI. p. 542. p. pro genitalia [l. prope] circa pudenda. P. p. usque ad inguinem (?).

553. L. pubet, ut VI. p. 542. puberet, cresceret et pubentes, crescentes, florentes, quae verba babet etiam P. A. p. 369. n. 215. pubentes, crescentes, turgentes. Ex locis glossariorum vides, pubere in usu fuisse contra sententiam, quam lexicographi proferunt.

554. L. pulvinus. Pl. p. 494. pulvinus, privati hominis cervical vel culcitra ut P. VIII. p. 409. pulvinus et pulvinar, ambo pro plumacio, quod efficitur de plumis pulli. VI. p. 576. pulv., lectum. A. p. 369. n. 221. p., lectulus.

555. L. struem ... gentiles.

---

# Q.

**1. Quaedam, aliquam.**

**Quaestio, examinatio, inquisitio.**

**Quaestor, inquesitor.**

**Quaestuosus, lucrosus.**

**5. Quaestus sum, culpavi.**

**Qualitas, posicio loci vel species.**

**Qualum, cofinum.**

**Quamquam et scilicet vel etiam, quamvis.**

**Quandam, aliquam.**

**10. Quandiu, usque quo.**

**Quando, aliquando vel quo tempore.**

**Quandoque, quandocunque.**

**Quanditas, modus designatus.**

**Quantocius, quanto velocius vel celerius**

**15. Quantulum, modicum.**

**Quare, quur.**

**Quassat, contundit, vexat, comminuet.**

**Quatenus, qua ratione vel usque quo.**

**Quatere, percutere, contundere.**

1. L. aliqua.

3. L. inquisitor.

4. I. p. 692. n. 37. q. ποριστής. A. p. 369. n. 26. quaestiosus, lucrosus. P. quaestuosum, lucrosum, acquisitum. VII. p. 576. quaestuosus, quaerimoniosus, quae ex Isidoro falso descripta esse apparet. Nam in Or. X. 232. extant eadem, ita tamen, ut appareat glossarum interpretatiouem excidisse, quae lacuna tam prisca videtur esse, ut glossographus temerarius utramque glossam coniunxerit. Forsitan extiterit in I. ut in VIII. 492. ubi quaestuosus et quaerimoniosus sese excipiunt: quaestuosus, quaestibus plenus vel lucrosus et quaerimoniosus quaerimonia plenus.

5. L. questus sum.

7. F. p. 49. Canifera mulier appellatur, quae fert canuam .i. qualum, quod est genus cistae. Serv. Georg. II. 242. qualos, per quos vinum defluit, qui et ipsi a colando dicti sunt, unde Is. Or. XX. 14. 13. qualus, corbes colaque prelorum, per quem mustum defluit, a colando dictus. P. qualus, corbes, quo uva portatur vel cola .i. cophinus prelorum, per quem mustum cett. VIII. p. 492. qualus vas ad uvas colligendas.

8. L. etiamsi.

13. L. quantitas.

14. ut I. p. 692. n. 38. et P. A. p. 369. n. 23 quantocius, velocius. VIII. p. 492. quantocius, valde cito, quod etiam quantociens dicitur ubi lego quanto ocius . . . . . quantocius d. VI. p. 542. Quanto citius, celerius, citius, ubi l. quantocius. Hoc voc. probant lexica. Est tamen inferioris latinitatis.

17. L. comminuit. A. p. 369. n. 20. q. vexat. P. q. vexat, corrumpit, ubi l. contundit frequentativum a quatere; quassatum, commotum, fatigatum, attritum. Non. 254. quassare est movere.

20. Quatit, concutit, commovit.
Quatitur, concutitur.
Quae, coniunctio.
Queam, possim.
Quem ad finem, quatenus.
25. Quempiam, quemcunque vel aliquem.
Queo, posso.
Querella, accusatio.
Querellatus, quaestus.
Querimonia, frequens querella.
30. Quaeritat, vociferat, clamat.
Querula, querella minor.
Quaerulus, adsiduus querellae.
Que, ve, et, scilicet.
Quaeunt, possunt.
35. Quaeverit, potuerint.
Quaevint, possint.
Quibusdam, personam referentis indicat.
Quibusque, quibuscumque.
Quidam, aliquid vel modicum alicuius rei.
40. Quidni, quod si non vel nisi.
Quid porro, quid deinde.
Quies, pax, silentium.
Quiescere facit, sedat.
Quietudo, pax, securitas.
45. Quietus, mollis, mitis, placitus.
Quin, utique, aliquando vel quin.
Quinam, qui vero, vel aliquid, quasi vero.

20. L. commovet.
22. L. que.
26. L. possum.
28. Errant lexicographi dicentes querelari tantum forma participii querelantes apud Serv. in Argum. ad Buc. inveniri. cf. VI. p. 542. querens, querelans, deprecans. Apud posteriores extitisse probant VIII. p. 492. querelare conqueri. VII. p. 576. querellatur, queritat, vociferatur, proclamat, protestatur, ubi duo glossemata confusa puto, quamquam ita etiam P. habet, addens querelor, aris aut legendum queritatur cf. infra. P. enim recte postea: querelatur, qui iniurias suas vindicat, per e solum scribitur et breviatur deponens. Apud I. p. 692. n. 40. extat querelantem, querelas afferentem. Ceterum querelare et querelari in usu fuisse docet exemplis du C. T. V. p. 556.
29. VII. p. 576. et P. querimonia, querela gravis. VI. p. 542. querimoniae, querellae graves. A. p. 369. n. 22. quaerimonis (ia) gravis querela et n. 30. quaerimoniae, accusationes. A. p. 370. n. 3. q. gr. querella vel accusatio.
30. L. quiritat. Non. p. 21. quiritare est clamare ab iis, qui Quirites invocant. Glossae habent omnes queritat, ut VII. p. 576. queritat, qui per publicum clamat et queritatur, qui assidue clamosus est et A. p. 369. n. 13. quaeritat, clamat. P. queritat, qui assidue clamosus est, clamat, saepe quaerit, ubi duo glossemata commixta sunt quiritare et quaeritare, ut VIII. p. 492. quaeritare, saepe quaerere et P. quaerito et quaeritor antiquitus idem significabant, unde supra quaeritatur atque infra populum alloquitur, ex quo utrumque distinxisse forma sed significatione coniunxisse glossographos apparet ut etiam in nostro glossario n. 56. Etiam in codd. confunduntur queritare et quiritare; cf. quae fusius exposui ad Apul. Met. T. I. p. 659. Ita etiam QuERites scribitur A. p. 369. n. 33.
32. L. querulus. A. p. 369. n. 27. quaerulus, requirens frequenter ubi aut glossarius scriptura quae deceptus aut legendum est conquerens. n. 29. quaerillus, garrulus (?). P. querulus, morosus, frequens in querela et p. 370. n. 2. quaerulus frequenter in querella vel accusator et n. 7. quaerus, gerulus [l. querulus garrulus].
34. 35. L. queunt et quiverint.
36. L. queant.
37. Hanc glossam non satis intelligo.
38. L. quiddam.
40. L. quid si non vel quidnisi, ut P. quidni, quidnisi, hoc magis quare, non videlicet, quidnisi.
41. Ita lege apud P. quid porro pro quid nisi porro, quid deinde et A. p. 370. n. 42. quid porro, pro quin porro, quid deinde.
44. ut P. VI. p. 543. quietudo, pax et securitas. *Π.* p. 154. quietudo, *ἡσυχία, ἠρεμία.*
45. Ita lege VI. p. 542. pro quietum, summum: securum ut P. quietus, tranquillus, securus, dictus quod ipse sibi animo securus neminem tangat.
46. L. vel qui non.
47. L. quidnam, quidvero vel aliquid, quasi vero (?). P. habet quidnam, aliquid, namquid. In particularum notione indicanda non accurati sunt glossographi.

Quin autem, utrumque autem.
Quin etiam, insuper, etsi magis autem.
50. Quinni, uti si dicas, quare non.
Quin potius, magis ac magis.
Quippe, maxime, utique.
Quippiam, modicum.
Quinquatria, minervalia.
55. Quirinus, romulus.
Quiritat, populo adloquitur.
Quirites, cives romani a quirino dicto.
Quis, quibus vel potest.
Quis ipsorum, uter.
60. Quisnam, quis vero.
Quisnam, aliquis.
Quisquilias, frumentorum purgamentum.
Quocumque, quorsum vel in parte.
Quodam, quodcumque.
65. Quodquas, tamquam.
Quodinquinatio, contagium.
Quominus, ideo minus.
Quorsum, quocumque vel qua in parte vel usque quo.
Quondam, aliquando, olim.
70. Quotocuique, quicunque de numero.
Quotus, quasi quis.
Quousque, quandiu vel usque quo.
Quousque, tandem abutere catellinam patientiam nostram.
Quur, quare.

48. L. utique autem ut supra quin utique.
50. L. quidni, uti si dicas: quare non.
51. P. q. p. magis ac magis.
52. P. quippe confirmativum adverbium est, sicut: scilicet, videlicet, profecto, et quippe, nimirum, sine dubio, certe.
53. A. p. 370. n. 38. quippiam, modicumque (?).
56. L. populum et cf. v. civicat et supra n. 29.
57. L. dicti.
58. L. potes.
61. L. quispiam vel quisquam, ut P. quispiam, aliquis et quisquam, aliquis, ullus.
62. VIII. p. 492. quisquiliae, quasi quicquid cadiae .i. quicquid superfluitatis cadit ex arbore vel ex maceria. A. p. 370. n. 9. quisquilias, stercora vel munditias [immunditias] P. quisquiliae, purgamenta terrarum vel de summitate cortibusque arborum. cf. Serv. Georg. I. 84. et Is. Or. XVII. 6. 28.
63. vel quam in partem.
64. L. quoddam.
65. Hoc insulsum est, etsi infra v. tamquam repetitur.
66. L. coinquinatio et cf. supra h. v.
67. P. quominus, ut non minus, ideo minus.
68. L. quam in partem.
70. L. quocunque ut A. p. 370. n. 46.
71. Perversa haec est glossa.
73. L. Catilina patientia nostra ut A. p. 370. n. 10. addens: increpantium est. Principium libri Ciceronis quod catellina senator perditus civium [l. perditissimus aut perditor] sub consule cicerone male vivendo patientia ipsius ciceronis male utebatur; abutero [l. abutere] male uteris.

## *R.*

1. Rabidis, furentibus.
Rabidus, furens.
Rabula, calumniator vel rabidus.

1. 2. VIII. p. 499. rabidus, rabie plenus. P. r., rabie plenus, furiosus, iratus, insanus.
3. Diversissimae sunt iam veterum grammaticorum de huius voc. origine sententiae. Fest p. 137. rava, vox rauca et parum liquida, proxime canum latratum senans unde etiam causidicus pugnaciter loquens rabula. Ita factum est, ut A. 371. n. 54. et 372. n. 1. extet rabula.

Racemum, uva.
Radiat, inlustrat, splendit.
Radicitus, a radice.
Ramma, manna.
Ramentum, pulvid quod raditur ab aliqua specie.
Ranum, de quo spina oriuntur.
Rancet, rancidum est.
Rapidus, velox, concitus.
Rastros, lignones.
Ratum, acceptum, rectum.
Ratum, certum, firmum.
Ratus, arbitratus.
Rates, naves.
Rationabilis, moderator.
Rationabile, iustum, aequum, probabile.
Rationem, viam.
Revelat, aperit.
Revelatio, visio, somnus.
Rebellat, repugnat.
Revellit, a loco removit.

raucus; et P. item interpretatur. Aliter Fest. explicat p. 136. 227. rabula dicitur in multis intentus negotiis paratusque ad radendum quid auferendumque vel est ita dictus, quia acrior est in negotiis agendis et quasi rabiosus, unde rabidus in h. g. explicatur. Non. p. 26. rabulae, litigiosi a rabie dicti et p. 60. rabula a rabie dictus est, quem nunc advocatum vel caussarum patronum dicamus. VIII. p. 509. rabulatio, sermocinatio; rabula, calumniator. Hoc voc. saepius in glossis corruptum est, ut VIII. p. 507 ravilla, causidicus quae lectionis corruptio invenitur etiam priore Fest. loco et VII. p. 577. revola, calumniosus et calumniator. et p. 501. revolus, mercator, clamosus, quod in rabulus mutandum videtur. Hanc enim vocem testatur VIII p. 507. rabulus, rabidus, rabiosus. et Ioh. de Ian. et Ugot. habent P. rabula, rabiosus; r. calumniator, raucus, vel in malis cum aliqua exercitatione promptus; rab. etiam patronus causarum, de quo Seneca in prima tragoedia [Herc. Fur. 172.] cett.

4. L. aut racemus aut uvam. A. p. 372. 9. racimus gr. butrus, ubi l. racemus gr. botrys. Is Or. XVII. 5. 14. rac. est botrionis pars et botrio graecum est, quae ex Serv. G. II. 59. Is. deprompsit et repetiit P. addens: rac., uvae modicus ramusculus, cum acinis uva parva et rac. grana uvae et pars. Quidam dicunt uvam totam esse contra.

5. P. radiat, micat, coruscat, fulgurat; transitivam h. v. notionem P. non agnoscit.

7. Huc referenda videtur glossa P. rama, excelsa, interpretatur est tamen viculus in xta bethlehem, in quo sepultus fuit samuel sed nunc translatus est in thraciam.

8. L. pulvis, quod (qui?). VIII. p. 506. r. pulvis, qui eraditur de aliqua specie. A. p. 372. n. 107. r. pulv. qui raditur de aliqua speciae. P. ramenta, rasurae cuiuscunque rei, aeramenta; r., pulvis, qui raditur ex alia (aliqua) specie, sul [pro quo l. scobs.]; r. purgamentum et ramentum tenue ramum tenuem vel aridum.

9. L. ramum, ut P. etiam h., qui tamen ramnus habet ut A. p. 372. n. 103.

10. Ita VII. p. 576. VI. p. 543. A. p. 372. n. 102. 5. P. rancet, rancidum, est amarescit a ranceo.

12. L. ligones ut p. 372. n. 6. A. p. 371. n. 52. r. ligones .i. metticas. A. p. 372. n. 8. rastrum, genus strumenti (instr.) rustici sappa. Varr. de L. L. V. 136 rastri, quibus dentatis penitus eradunt terram atque eruunt, a quo rutu rastri dicti. Is. Or. XX. 14. 6. rastra aut a radendo terram aut a raritate dentium dicta. P. rastri ferramenta culturae a raritate dentium dicti, hoc nomine et aratra dicuntur: rastri a radendo terram dicti; hi rastri et haec rastra dicuntur; cf. Non. 222.

13—15. cf. infra reor.

16. VIII. p. 501. (a ratus firmus) venit haec ratis .i. navis eo quod firmiter currat. VII. p. 576. r., naves, proprie ligna, quibus rustici profunda flumi num transeunt. Varr. de L. L. VII. 23. ratis dicta navis longa propter remos, quod ii, cum per aquam sublati dextra et sinistra, duas ratis efficere videntur. Fest. p. 136. r. vocantur tigna colligata, quae per aquam aguntur; quo vocabulo interdum etiam naves significantur. Is. Or. XIX. 1. 9. rates primum et antiquissimum navigii genus e rudibus tignis asseribusque consertum. Ad cuius similitudinem fabricatae naves ratariae dictae. Nunc iam rates abusive naves. Nam proprie rates sunt connexae invicem trabes quae postrema descripsit ex Serv. ad Aen. I. 43. P. repetiit Is. glossam.

17. cf. supra v. moderator.

20. Ita corrige VI. p. 543. revelat pro reblat, multa interpretatur et retilat, aperit vel demonstrat. P. reblata, interpretatur multa habeo et revelat, aperit, demonstrat, publicat.

Reboat, sonat, resonat.
25. Revulsus, exclusus.
Recedit, facescit, absistit, desistit.
Recensat, recitat, considerat.
Recensum, recognitum.
Receptaculum, sinus.
30. Receptum, admissum.
Receptus, reversus, regressus.
Recertator, antagonista.
Recessus, inferior.
Recidit, revolvitur, infertur.
35. Recidiva, renascentia.
Reciperatus, receptus vel reversus
Recipit, accipit, tollit.
Reciprocat, revolvet.
Reciprocatus, quid ad quod accepit.
40. Recisum, succisum.
Recitat, legit, considerat.
Recludit, reserat, aperit.
Recludit, impellit vel denuo claudit.
Recognitum, recensum.
45. Recolens, repetens.
Recordor, recolor.
Recte, rite, solite.
Recubat, accumbit.

24. A. p. 372. n. 16. r. resonat, reclinat [l. reclamat] remugit n. 28. reboabant, resonabant; cf. Serv. ad G. III. 223.

27. L. recenset. Sed nota, recensare numerare habere etiam VIII. p. 509.

29. A. 371. n. 93. et p. 372. n. 40. r. habitatio, receptionis xenodicum [xenodochion] et p. 372. n. 27. r. habitaculum vel receptorium. P. r. recipiens locus, perfugium, cubile.

31. P. receptus, reversus vel sublatus periculo, liberatus et recepit se, retulit se, reversus est.

32. cf. supra.

33. Haec glossa vitio exorta est; cf. supra inferior aut lege locus interior ut A. p. 371. n. 89. recessum, locum interiorem.

35. I. 693. n. 12. recidua, ex ruinis renascentia. Gl. Arab. p. 709. recidivum, germen pullulans. et VIII. p. 509. reciduare, saepe cadere et reciduus, saepe cadens; p. 508. recidivare. VII. p. 576. recidiva vel recidua, ex ruinis renascentia vel restaurata ex ruinis rediviva, crescendo et pullulando, quod glossema aperte probat, duo adi. et reciduus et recidivus in usu fuisse, quorum prius formatum est, ut residuus, perpetuus, assiduus, viduus, occiduus, innocuus al. Itaque non est cur Henschel. recidua apud I. emendatum velit in recidiva, quamquam hoc voc. in lexicis frustra quaeris. A. p. 372. n. 41. recidiviva [l. recidiva] sed integrata [l. redintegrata] recidua, duo conlapsa, ubi l. denuo conl. Serv. ad Aen. IV. 344. recidiva post casum restituta; alii recidivum proprie dicunt, quod excisum denuo nascitur. et X. 58. recidiva, renascentia. Tractus autem sermo est ab arboribus, quae taliis sectis repullulant. Ergo illud solum recidivum dicimus, quod postea renascitur. P. recidivare, renovare; recidiva ex ruinis restaurata, iterum nascentia; rec. reparata, pullulata, [pullulantia] rediviva, renovata.

36. P. r. revocatus, receptus.

37. Quî tollit defendere possim, non habeo.

38. L. qui dat, quod accepit, ut VI. p. 543. et A. p. 372. n. 26. VIII. p. 509. reciprocare, recurrere; reciprocus, repetitus. p. 509. reciprocatus, vicetudinarius [l. vicissitudinarius]; reciprocatio, alternatio. A. p. 372. n. 20. reciprocis, remissa ubi l. reciprocata. et A. p. 372. n. 35. reciprocum, invicem sibi reddentes vel vicarium. Varro de L. L. VII. 80. reciproca est, cum unde quid profectum, redit eo; ab recipere, reciprocare, fictum aut quod poscere procare dictum. Fest. p. 136. reciprocare, pro ultro citroque poscere, usi sunt antiqui, quia procare est poscere. P. reciproca, redditiva, rediviva (?) quod datur et accipitur.

41. Considerat perperam errore glossographi additum est ex praegressa glossa recenset.

42. 43. Pro inpellit ego lego includit. cf. VII. p. 572. reclaudit, aperit vel includit. et A. p. 372. n. 39. recluere [recludere], resolvere. Serv. ad Aen. I. 358. recludit, seclusos aperit, ostendit. III. 92. reclusis, nunc apertis, alias denuo clausis. P. reclausit, aperuit, inclusit.

45. ut Cic. ad Q. Fr. I. 2. 2. si . . . praecepta repetes. cf. Intt. ad Virg. Aen. VII. 123.

46. Ego lego recolo.

Recusat, contemnit, amuit, negat.
50. Recusat, abutitur, renodat, refellit, ligat, revincit.
Redarguit, convincit.
Redigit, revocat.
Redigo, recipio.
Redhibeo, reddo, restituo.
55. Redimitus, coronatus.
Reditus, regressus.
Redintegrare, renovat, in integro restituit.
Redivivum, a morte aut ab statere vocatum.
Redolet, renidit a latere spirat.
60. Reducit, decipit.
Reficiam, reparabo.
Redundat, superabundat.
Refellit, dissolvit vel recusat, convincit.
Referire, retundere.
65. Refert, recitat, recensus.
Refertum, repletum.
Refloratio, delibatio.
Refluit, redundat vel superabundat.
Refragare, infringere.
70. Refrenat, coërcet.
Refrontat, a fronte repellit.
Rufutat, reprobat, renuntiat, negat.
Regeri, moderari.
Regillus, regulus.
75. Regestum, relatum.
Regio, provincia, pontus, pelagum.
Regit, agitat.
Regressus, reversus, reditus.
Reluctantantes, obnitentes, inpedientes.
80. Relictus, destitutus.
Religiones, superstitiones.
Religiosa, sancta, cana.

49. 50. L. abnuit et pro renovat l. renuit vel renutat. Ita etiam pro abutitur aut abnuit aut renititur legendum existimo. Ligat ad sequentem glossam referendum est.
51. Vitio glossographi satis solito addita sunt revincit et ligat quia convincit a vincire non a vincere verbo petiit.
53. Recipio probum est, quia reducere, revocare significat, ut Virg. Aen. II. 524. et IX. 347. et cf. infra n. 61.
54. I. p. 693. n. 24. redhibere, reddere. VIII. p. 507. redhibere, rursus debere [l. habere aut reddere]. VI. p. 543. redhibere, repraestare, reddere. A. p. 372. n. 97. redhibet, reddet [l. reddit] et n. 33. rethinet [l. redhibet] reddet [reddit]. Fest. p. 135. redhibetur tum id proprie dicitur, quod redditum est, improbatumque (l. reciprocatum aut repraestatum) quod et qui dedit, rursus coactus est habere id quod ante habuit. P. redhibere, restituere, repraesentare, (l. repraestare) redimere, reddere.
57. L. redintegrat.
58. Quid ab statere sit non capio. An legendum a funere? Forsitan ex seqq. huc tractum sit a latere.
59. L. renitet, suaviter spirat ut P. red. bene olet, spirat suaviter. A. p. 371. n. 85. redoluit, satis doluit ubi l. oluit. cf. Serv. ad Aen. I. 436. redolere, tantum bonas res tradunt.
60. L. recipit et cf. supra n. 54.
63. P. Refellere, falsa esse convincere; tum, quae crimina redarguuntur, dissolvuntur.
65. Si hoc probum est, referendum puto ad significationem enarrandi et renuntiandi. Pro recensus lege recenset, quod ex superiore glossa recitat huc ex more glossographorum additum est.
67. Ita l. apud P. pro deliberatio et cf. supra v. delibato. Ceterum nota h. v. in lexicis non extare.
68. Ita l. apud I. p. 693. 2. refluentibus pro repluentibus, exabundantibus.
69. VIII. p. 508. refragari, resistere, obsistere. VII. p. 576. refragatur et refragat, demutat, remutat, repugnat ubi l. renutat, recusat et refragavit, refregit. Non. p. 468. habet refragabunt, pro suffragabunt (?). P. refragat, impugnat, dissentit, repellit; refrago, as, refragavit, refregit, convicit, recusavit.
71. ut I. p. 693. n. 26. et p. 372. n. 36. A. p. 372. n. 111. refontat, repellit a fonte.
72. L. refutat.
73. L. regere.
76. Haec male repetita ex glossa pontus, ubi vide.
78. Hic participium et substantivum confusa sunt.
79. L. reluctantes.
81. 82. Ego l. sacra vel casta. VIII. p. 502. religio a rigeo, eo quod rigida sit. Alii dicunt, quod religio dicitur, a religando eo, quod hominem ad ser-

Relinquit, demisit, inliquit.
Reliqua, residua.
85. Reliquiae, favillae.
Reluere, resolvere.
Remediat, currat, medicat.
Remes, remigator.
Remi, tonsae.
90. Reminiscor, regolor, recordor.
Remissius, commudius.
Remordet, ledit vel occultanter conscientiam pungit.
Remotum, absconsum, latens.
Renascentia, recidiva.
95. Rendis, requies ociosa.
Rendit, redolet.
Renititur, e contra conatur.
Renovat, redintegrat, restaurat.
Rennuo, recuso, nego.
100. Renuntiat, refluit.
Reor, arbitror, aestimo, indigo, cedo.
Repagula, quae impedimentum opponuntur vel recluduntur.
Reparat, restaurat, renovat.

vitium dei religet. Discrimen inter religiones et superstitiones exposuit praeeunte Cicerone Non. p. 431. Serv. ad Aen. VII. 349. religio metus ab eo quod mentem religet; XII. 181. religio dicta, quod ea homines religantur ad cultum divinum; XII. 817. superstitio, religio, metus Serv. ad A. II. 686. sacros restinguere (religiosos) sanctos ut venerabilius fieret; sane sanctum est interdum non idem, quod sacrum neque idem, quod religiosum, interdum non aliud, quam sacrum; cf. ad G. I. 269. Notionem religionis exponit Is. Or. VIII. 2. §. 2., et unde religiosus petendum sit X. 234. P. religiosum ad iustos homines pertinet, sacrum ad deum. Cana quod legitur, explicari vix possit, nisi de cana Fide, de cano iure al. cogitaveris. Itaque praefero casta vel sacra.

83. L. reliquit . . . vel liquit.

85. cf. P. reliquiae, cineres, ossa, animae Virg. troas reliquias danaum. Serv. ad Aen. II. 539. crematum corpus reliquias dicimus. cf. Aen. V. 47. ibique Intt.

87. L. curat. Supra s voc. medetur non legitur medicat sed medicatur. Remedio et remedior in usu fuisse, probant lexica, item de medico et medicor non est, quod fusius exponam.

88. L. remex. Remigator in lexicis non legitur. VIII. p. 494. remex. gis ille qui regit, unde remigium gubernaculum et remigo, unde remigator, remigatus et remigatio; et p. 505. remex, gubernio, gubernator, remulcator (ubi l. remigator). VII. 577. remex dictus, quod remum gerit, ut Is. Or. XIX. 1. 6. P. remiges, gubernatores navis; remex, navigator dictus, quod remum agat.

90. L. recolo, ut s. 45. et 46.

91. L. commodius ut supra h. v.

92. P. remordet, cruciat, sollicitat, saepe movet.

95. Ego malim residia, ut nonnulli legunt in Pl. Merc. Prol. 29., ubi tamen alii contra desidia praeferunt. Ex Is. haec glossa deprompta est, ubi rendis, requies otiosa extat et Gr. resides, requiescentes, otiosi legendum putat, ut P. resides, otiosi, pigri, quieti. Vel si mea emendatio minus probatur, lege reses, quies otiosa, ut quies adiective dictum sit pro quieta, de quo usu vide dict. mea ad Apul. T. II. p. 220., ubi extat in optt. codd. concordem sibi et quietem.

96. L. renidet. VIII. p. 509. renidere, olere, fraglare. A. p. 372. n. 17. et 38. renidet, olet. P. renidere, redolere.

99. L. renuo.

100. L. redundat.

101. L. indago, credo. Huc pertinent glossae n. 18. 14. 15. I. p. 693. 21. randum (l. rendum). VI. p. 543. rebiam (l. rebar) putabam; et rere, arbitrare, extimare, ubi l. reri, arbitrari, existimare, aut rere, arb., existima. A. p. 370. n. 24. rata, perfecta; p. 371. n. 40. rati, arbitrati. n. 44. rebantur, arbitrabantur; p. 372. n. 101. ratus, firmus, cui contrarius irritus; n. 105. raidum, arbitrandum (l. rendum) p. 372. n. 22. revereor, (l. reor) arbitror. n. 29. reviam (l. rebar), reputabam. Fest. p. 186. ratus sum, significat puto; item ratus, certus ac firmus. P. reor, suspicor, credo, existimo. Reor commune antiquitus. cf. Prisc. VIII. p. 367. Kr. Nihilominus non ausus sum rebam et rere infinitivum in glossis defendere, quia Prisciano non tanta fides habenda est. Notum enim est, multorum deponentium, quae adiectivam habere formam dicit, tantum participio perfecti passivi passivam notionem induere. Hoc monitum volui ne quis credat, me ignorare activam h. v. formationem.

102. VII. p. 577. R. ostia, carcerum in circo euntibus, unde equi cum quadrigis egrediuntur ut P. etiam habet. A. p. 871. n. 54. rep. impedimenta. et n. 88. rep. pudoris castra. p. 372. n. 18. r. quae ad impedimenta opponuntur

Reparatio, demptio.
105. Repedat, repetat, revertitur.
Repens, subitans, ulnatans.
Repente, subito vel serpente.
Repertor, auctor vel inventor.
Repertum, inventum.
110. Repertam, revisam.
Repetens, recolens.
Repignerat, pignus recipit.
Replet, explet.
Repletum, refertum.
115. Repluentibus, exundantibus.
Reponit, deponit, collocat.
Reprobrat, refutat.
Repsit, obrepsit, subrepsit.
Repudium, divortium, discidium.
120. Repugnat, conatur.
Repugnanti, conanti.
Repulit, expellit, alienat.
Requiescit, adquiescit.
Rescit, scit, comperit, cognoscit.
125. Reserrat, aperit.
Residua, reliqua.
Resipit, reconsiderat vel a se redit.
Resipit, intellegit.
Resonat, concinat, concrepat, personat.
130. Respersum, aspersum.
Respirat, redolet.
Respiratio, anxietas, suspirium.
Resistere, maledicere.
Restaurat, reparat, redintegrat.
135. Restituit, renovat, restaurat.
Reticet, tacet
Reticuit, tacuit, siluit.
Reticulum, cassiculum.
Retinet, detinet, coërcet.
140. Retoridus, igneus vel non valde currens.
Retractus, compressus.
Revera, utique.
Reverentia, honorificentia.
Reversus, reciperatus, regressus.
145. Revincit, convincit.
Revisus, iterum visus.
Revisam, repetam.
Revolvet, reciperat.
Revolvitur, infertur, recidit.

ut P. A. p. 373. n. 48. repagulum, ferrum curvum, qui ostia circitent, ubi l. quo ostia circi tenentur. P. rep., retinacula, obices.

104. Ego malim refectio.

105. I. p. 693. n. 4. revidare (l. reviare aut rebitare) reverti, redire, repedare. VIII. p. 507. retroire; p. 508 repedare, recedere, absentare, facessere, abscedere, abire, redire et repeditare, repedare, remeare, repatriare, abscedere, abire, redire. A. p. 372. n. 45. repedare, remeare, reverti. cf. Non. p. 165. et Fest. p. 137. repedare, recedere P. rep. reverti, retro pedem dare.

106. L. subitus, subitaneus.

108. Ita corrige VII. p. 577. refertor, auctor et repastor, auctor, inventor in repertor.

112. I. p. 693. n. 1.

115. L. refluentibus. cf. supra.

120. L. e contra conatur, ut supra n. 98.

122. L. repellit.

124. Haec glossa probat, etiam praesens h. v. in usu fuisse, quod multi grammatici et lexicographi negant.

125. L. reserat.

127. 28. L. ad se redit. VI. p. 543. respida, redi ad te, ubi l. resipe et A. p. 372. n. 24. residas, remipiseas ubi l. resipias, resipiscas. Is. Or. X. 236. resipiscens, eo quod mentem quasi post insaniam recipit aut quia resipit, qui sapere desierat. P. resipit, iterum sapit, recordatur, venit ad salutem, ad se revertitur, fit sui conscius.

129. cf supra v. concinnat.

133. ut supra maledicere.

138. cf. v. cassiculum.

140. ut P., qui habet decurrens, et horridus addit. VI. p. 543. retorreus, igneus, horridus, ubi legendum est utroque loco retorridus . . . torridus. et p. 371. n. 68. et p. 372. n. 37. rethoridus, satis horridus [l. retorridus, satis torridus]. A. p. 372. n. 99. retorridus, igneus; n. 34. retorredus, ign. Ego h. g. legendum existimo: igneus vel nimis valde torrens atque ita etiam apud Papiam corrigo, valde torrens pro decurrens. Formatum est retorridus, ut reburrus, reclinus, recurvus, reduncus.

148. L. revolvit, reciprocat, ut supra.

149. cf. supra n. 34.

150. Rictus, ostensio oris, unde ridemus.
Rictus, ferarum oris apertio.
Riget, frigit, frigdor.
Rigidum, directum.
Rigor, servitas vel stupor frigdoris.
155. Rima, crepido.
Rimaris, scrutaris.
Rimatur, diligenter inquirit vel inspicit.
Ringitur, indignatur, irascitur.
Rinoceres, in nasu cornua habens quadripes.
160. Risum, iocum.
Rite, recte, studiose, firmiter.
Ritum, ritus, consuetudo.
Rivales, duo unam mulierem amantes.
Rivales, qui duo unam amant vel meretricem vel amicam, quod quasi uno rivo amores untur.
165. Rivalis, pellix, succava.
Rixa, contentio, disceptatio.
Robor, fortitudo.
Roborata, confirmata.

150. 151. Pl. p. 497. rictus vocatur omnis apertio oris vel patefactio, hiatus tam ferae quam hominis. Dicitur et rictus os ipsum. VII. p. 577. rictus est oris positio (l. apertio vel oscitatio); rictu, morsu. A. p. 373. n. 62. rictus, extensio oris, ude ridimus, ubi l. r. ext. oris ubi deridemus (comp. u' deridemus) idemque corrige in nostra gl. N. p. 455. rictum ferarum dici volunt, cum Titinnius auctor sit etiam hominis dici debere. P. rictus, oris positio extensio oris; rictus dicitur omnis operatio oris (ubi l. apertio vel oscitatio) vel patefactio oscitantis tam ferae quam hominis.

152. riget, friget, frigdet; cf. v. algor. P. riget, friget, torpet, stupet, infrigidat, sensu caret, indurescit.

153. cf. supra v. directus et rigor. P. rigidum, durum, resistens, validum, severum, immobile.

154. L. frigdor. P. rigor vel rigiditas, rectitudo, sinceritas, frigiditas, gelu.

155. I. p. 693. n. 5. habet rimidia, crepido, ubi Exc. Pith. habent rividia, trepido. Patet rima esse corruptum ex ripa, crepido, de q. v. cf. supra. Ita apud I. pro rimidia legerim rimella, quod extat cod. Reg. 7657., fendedura Pr. fisura rima rimella et VIII. p. 507. rimella, rimula et hoc corruptum puto ex ripula vel ripella.

156. 157. VII. p. 577. rimare, proprie tuere dicitur. VI. p. 543. et A. p. 373. n. 58. rimare, aestimare. A. p. 371. n. 30. rimaretur, scrutaretur. A. p. 373. n. 59. rinatur (l. rimatur), scrutatur vel deligenter inquirit et ita corrige A. p. 371. n. 69. rictura, qui diligenter inquirit in rimator. Non. p. 383. rimari dicitur scrutari quaerere ... rimari, expleri . . . rimari, inhabitare; cf. Fest. p. 230. Serv. ad Aen. VI. 596. rimatur, pascitur cf. ad G. I 384. P. rimo et rimor idem significabant antiquitus; rimari diligenter exquirere, perscrutari; rimor rimaris, rimo, rimosus, rimula, rimator. De forma rimo. cf. Prisc. T. I. p. 380. Kr. et lex. Forc.

158. VIII. p. 504. ringo, rinxi, irasci vel rictum facere. VIII. p. 507. ringere, os aperire, unde et rictus vel irasci; ringere, irasci, frendere, stomachari, offendere. VI. p. 543. ringitur, irascitur. A. p. 371. n. 57. ringitur, irascitur tractum a sono canum. p. 373. n. 62. ringitur, irascitur, indignabitur (l. indignatur), unde et rigentia. Non. p. 165. ringitur, irascitur. cf. Fest. p. 237. ringere, murmurare; ringit, indignatur, irascitur, murmurat; ringo, rinxi, rictum; cf de forma ringo Voss. Arist. T. II. p. 771. ed. Eckst.

159. L. rhinoceros in naso. VIII. p. 103. (Ceros) Componitur etiam quoque hic rhinoceros, similiter pro illo animali, quod dicitur capricornus, unde propheta: cuius fortitudo ut fortitudo rhinocerontis (?) unde Iuvenalis: et magno cum rhinocerонte (?) lavari. p. 506. rhinoceros animal cornutum et dicitur pro virili membro. p. 509. rhinoceros capricornus. A. p. 371. n. 27. rinoceros, unicornis. cf. Is. Or. XII. 2. 12.

161. 162. Haec glossemata corrupta puto. Rite enim studiose firmiter significare non potest, et quid ritum sibi velit non patet. Pro ritum legi malim ritu rite, ut ritus, consuetudo glossam constituat.

163 — 65. L. pellex, succuba. Pl. VI. p. 571. rivales duo viri, qui unam habent uxorem. Rivales uxori altera uxore in collegium iuncta (l. rivalis uxor) . . . Proprie tamen rivalis est, qui cum matrimonio legitimo uxorem possidet alienam. VIII. p. 498. r. qui cum alio tenet unam

Robus, lignum spinosum.
170. Robusta, valida, fortia, vivida.
Rogatarius, petitor.
Rogare, petere, praecare.
Rogitat, saepius rogat.
Rogum, instruem lignorum, ubi mortui gentilium incenduntur.
175. Rugum, congeriem lignorum.
Rogum, aram, sepulcrum.
Romulus, quirinus.
Rostra, ora peccatorum vel navium pectora.
Rostra, prima pars navis.
180. Rubeum, flavum.
Rubus, repa.
Rnbeus, fuscus, rufus.
Ruber, in facie hominis.
Rubrum, sanguineum, concineum.
185. Rudem, novem.
Rudentes, funes velarum.
Rudibus, novis.
Rudimen, tero.
Rudimenta, initia, terracinia.
190. Rudis, novellus.
Rudum, novum, quasi accipit libertatem.
Rufus, fuscus, rubeus, alii digniger.
Rufus, byrrus, burrus.
Rugem, agrum.
195. Rugitus, fere mugitus vel aequorum sive venti sonus.
Ruit, cadit, decidit.

uxorem, unde Terentius in Eunucho: militis ego rivalem recipiendum censeo. p. 506. r. qui alterius tenet uxorem. A. p. 371. n. 70. rivales duo, qui una muliere utuntur. n. 71. rivales unius rivi amor. P. rivales duo, qui una muliere utuntur qui quasi de uno rivo .i. uno amore bibunt et rivalis uxoris proprie moechus. Itaque lego in h. g.: quod quasi uno rivo .i. amore utuntur vel quasi de uno r. i. amore bibunt. Notione pellicis vocem rivalis nondum legi, quamquam idem probare videtur *Π*. p. 85. *ζήλη* pelix, pellex, rivaria, poelex, ubi pro rivaria legerim rivalis. Non. p. 32. rivales dicti sunt, quasi in unum amorem derivantes.

169. Haec glossa de arbore explicari nequit, quia spinosum de robore duro dici nequit. Legendum est rubus, qui frutex est spinosus, ut P. rubus, genus ligni spinosi, de quo cf. infra n. 181. VI. p. 543. extat rudus.

171. Idem habet I. p. 693. n. 7. P. rogatarius, petitor, distributor. Sunt qui rogatorius praeferant, quia haec terminatio frequentior est eorum adiectivorum, quae a supinis formantur, arius autem eorum est, quae a substantivis vel adiectivis petuntur, ut talarius, palmarius, manipularius, lactarius, piscatorius, sutorius, tectorius. Unum, quod novi, est statarius a supino statum formatum, quo rogatarius defendi queat. Itaque retinui, quamquam non nego rogatorius mihi magis placere et ob analogiam et quod supra v. petitor aperte ita exstat, et in compositis legitur, ut erogatorius, interrogatorius.

172. cf. supra v. precare.

174. 175. L. struem. A. p. 373. n. 69. rugum congeries limorum, ubi lege rogum, congeriem lignorum.

178. L ora pecorum.

181. L. rubus, raia vel raga. Est genus piscium, quos male ab Ambrosio explicari rubos, quia proprie raiae appellandi sint, docere studet Voss. de Vit. Serm. I. 28. Cum nullus praeterea extet veterum locus, accurate diiudicari nequit, quamquam in promptu est, Ambrosium gr. voc. *βάτος* et *βατίς* confusione deceptum, etiam piscem rubum exponere potuisse. *Π*. p. 35. *βατὶς ἰχθύος εἶδος* raia, et *β. εἶδος ἰχθύος* reiva reilara, ubi l. raia, raga.

184. L. coccineum.

185 L. novum ut VIII. p. 498. rudis, novus et p. 506. rudis, novus vel noviter instructus. Et ita lege p. A. 371. n. 43. rudis, novus pro rudus.

186. L. f. velorum, ut A. p. 371. n. 41. VIII. p. 498. rudentes, chordae, quibus velum sursum trahitur. et p. 506. r. chordae antennae.

188. L. rudimen, tironatum ex glossa sequente tironatum. Rudimen frustra in lexicis quaeres.

189. L. tirocinia.

191. Haec glossa corrupta est ex duabus et legendum rudem, novum et rudem accipit quasi libertatem, ut A. p. 371. n. 61. rudem accipit, quasi libertatem. et p. 373. n. 73. rudis venia vel emissio, ut iam non pugnent gladiatores.

192. L. aliud, quam niger aut alii dicunt niger.

193. cf. supra v. burrus.

194. L. rudem *ἄγριον* cf. supra v. agrum.

195. L. ferae mugitus .... ven-

Ruminat, diligenter examinat.
Ruminat pecus, quando remastinat hoc est cruminat.
Rumgerulus, rumoris portitor vel opinionis.
200. Rumusculus, rumor brevis.
Rupea, saxosa.
Rurae, rupes vel petrae.
Rursus, rursum vel iterum.
Ruregena, rure natus, id est in villa.
205. Rus, villa.
Rusceus, sordidus.
Ruscidum, ubidum, humidum.
Ruscum, lignum foliis.
Rusticitas, imperitia.
210. Rusticia, bocones agricule.
Rutilum, clarum, splendens.
Rutundis, teretis.

tris sonus. cf. lexica v. rugire et rugitus. P. rugitus, leonis vox, sonus, strepitus.

197. 198. VIII. p. 497. rumitare ruminare vel murmurare, unde emenda p. 506. rumitare, ruminare vel iniuriare quae corrupta sunt. VII. p. 578. ruminare, remandare [l. remandere]. A. p. 373. n. 75. ruminat, rumigat. Serv. ad Ecl. VI. 54. ruminat, revomit et denuo consumit. Praeter rumigare etiam rumitare in usu fuisse probat Fest. p. 135. rumitant, rumigerantur Naevius: simul alius aliunde rumitant inter sese [i. murmurant ut A. p. 373. n. 77. rumor, murmur; rumigerantur, cum murmure nuntiantur], cf. p. 225., unde disceptabant Intt. apud Apul. Met. IV. 22. num rumigabam an rumitabam legendum sit. Ego cum codd. retinui rumigabam ex analogia voc. fumigare, navigare, nescius tum, etiam glossariis hoc confirmari. Nostro l. lego pro hoc est cruminat: h. e. rumitat, quod a voc. rumare formatum est, antiquitus usitato cf. Fest. p. 135. v. rumen. Ruminare esse etiam considerare, in memoriam revocare docent Non. p. 17. et lexica v. ruminatio et rumino.

199. L. rumigerulus VIII. p 497. r., qui rumores gerit, ex quo emenda p. 506. qui regit rumores A. p. 373. n. 66. r. rumoris inventor, quod repetit P., addens famam renuncians.

200. cf. VIII. p. 497. 506. rumusculus, brevis rumor cf. Cic. pro Cluent. c. 38 et de Legg. III. 16.

201. Ita l. apud I. p. 693 n. 14. et VI. p. 543. rupea ex utraque parte acuta pro rupa. Aperte id docet A. p. 373. n. 71. rupia, ex utraque parte acuta, ubi l. rupea. Prius erat, cum runa legerem .i. pugio ex utraque p. acutus, ubi emenda I. p. 693. n. 9. runa, pugna; et runatus proeliatus, [pilatus] quae ex I. repetit P. De runis cf. Fest. p. 133. runa genus teli significat. Ennius: runata recedit i. pilata et Intt. p. 628 et ad Cic. de Legg. III. 9, C. vero Gracchus ruinis et sicis, quas ipse se proiecisse in forum dixit, quibus digladiarentur inter se cives, ubi runis legendum patet. Ceterum nota rupeus in nullo lexico et glossario me invenisse.

202. Forsitan rupae legendum sit, quod tamen nullo exemplo comprobari possit, vel rupinae quod v. Apul. saepius habet.

204. L. rurigena, rure natus. VII. p. 577. rorigenae rure nati et ita emenda A. p. 371. n. 76. rurigenus, rure natus vel pabula quae apponuntur, in rurigena rure natus (reliqua corrupta sunt). P. rurigena, rure natus vel habitans. Nam rure et ruri ita dici posse probant Intt. ad Horat. Ep. I. 14. 10 et ad Cic. Off. III. 31.

206. Ego lego ruseus, sordidus ex P. quod num a rus petendum sit pro rureus cum ruse pro rure dixisse veteres Varro probat, an idem sit, quod rufus, diiudicare non audeo. cf. Pl. p. 163. ruseum κόκκινον; ruseus πυῤῥός. Du C. errat, dicens, apud P. legi ruscum, quod in Mart. etiam glossa extat et ex voc. ruscus [.i. myrta silvestris] petit, ut incultum horrideum significet, quo quid ineptius sit nihil habeo. VII. p. 578 extat rossus, insensatus quae glossa sine dubio huc trahenda sit.

207. L. roscidum, uvidum.

208 L ruscum, lignum, foliis spinosum ex VI. p. 543., ubi tamen perperam extat rusticum et A. d. 371. n. 76., ubi legitur ruscidum. P. ruscum, genus fruticis spinosum vel, ut alii dicunt, herbae asperae; alii lignum f. spin.

210. L. rustici, bucones et cf. supra h. v.

211. P. r. rubicundum, clarum, fulgidum, coruscans.

212. L. rotundi, teretis vel teretes.

# S.

1. Sabulum, arena vel sablonem.
Saburra, onus.
Sacculum, marsuppium.
Scamnum, subsellium.
5. Sacerdos, antistes.
Sacrificantium, litantium.
Saecla, saecula.
Sacrosancta, dedicata.
Saepsit, circumsaepsit.
10. Saeptus, circumdatus.
Saeviter, crudeliter.
Sevitur, irascitur, furet.
Saevitia, iracundia, crudelitas.
Sagax, praescius futurorum.
15. Salamentum, quod sali a se conditur.
Salaria, diaria, cottidianaria cibaria.
Salebra, loca lutosa.
Saliuncula, salices qui velociter saliunt, id est crescunt.
Saltatores, histriones, scenici.
20. Saltim, adverbium est nunc vel affatim sive habunde.
Saltus, locus incultus, silvester.
Salum, mare.

1. L. arenam vel sabulonem, et ita emenda A. p. 379, n. 5. sablo, arena in sabulo. cf. Non. p. 169. et Is. Or. XVI. 1. 55. sabulum, levissimum terrae genus, quae repetit P. addens harena.

2. VIII. p. 556. saburra, ancora vel locus, ubi naves locantur. A. p. 375. n. 111. Saburra dicitur, quando lapides vel ligna mittunt in navem qui (quae) non alia habent (habet) onera. p. 378 n. 341. saburna (?) onus quodlibet, quo naves vacuae stabiliuntur et p. 379 n. 3. s., onus quodlibet. P. s. onus, quo naves vacuae stabiliunter: terra gravis. Saburrae platea est Romae famosissima; cf. Intt. ad F. p. 445.

3. cf. supra v. marsuppum.

7. VIII. p. 530. (a sequor) saeculum, unde hoc saeclum per syncopam. Varro de L. L. VI. 11. seclum spatium annorum centum vocarunt, dictum a sene, quod longissimum spatium senescendorum hominum id putarant. Is. Or. V. 38. 1. secula generationibus consistunt et inde secula dicta, quod sequantur. Serv. ad G. III. 166. circulus est principale, unde fit circlus per syncopam, sicut periclum et periculum, seculum et seclum. De his formis syncope contractis supra iam fusius egi.

8. cf. ad v. dedicatum.

12. L. saevit . . . furit.

14. P. sagax, acutus, peritus, astutus, priscus, futurorum providus, velox.

15. L. salmentum, quod salibus conditur ut A. p. 379. n. 13. salmentum, unde (?) quod salibus condimus I. p. 696 n. 7. et VIII. p. 558. salmentum, salsamentum; A. p. 379. n. 352. salmentum, quod salibus conditur. In P. non extat.

16. VIII. p. 566. salarium, annona, corradium, victus [l. cibarium] A. p. 376. n. 181. salaris [iis] pecuniis debitis. p. 379. n. 12. salariam [um], quod datum magistris sive medicis quasi cibaria publica. P. habet: salaria, diaria, cotidiana, cibaria, unde tamen cave ne hic cotidianaria mutes in cotidiana. Extitisse h. adiect. docet du C. v. quotidianarius T. V. p. 570. H.

17. VIII. p. 516. (a salio) salebra, fractio vel fractura viarum vel molle lutum in via eo quod facile saliat, unde Horatius in Epistolis: qui metuit salebras et acerbum frigus; p. 558. sal. fractura viarum vel lutum in via VII. p. 578. sal. via inequalis .i. lapidosa VI. p. 544. s. loca cultosa, ubi l. lutosa. P. s. via inequalis lapidosa, loca lutosa.

18. A. p. 378. n. 342. saliuncus (?) salices qui velociter crescunt. A. 379. n. 15. saliunculae, salices sunt cett., ut in nostro gl. Not. Tiron. p. 170. salix, saliuncula. P. errat scribens saliuncula, herba medicinalis, quia saliunca [de qua herba vide Intt. ad Virg. Ecl. V. 17.] et saliuncula inter se commiscuit.

20. A. p. 379. 11. saltim et (est) nunc. P. saltem vel tunc aliquando postremo, coniunctio disiunctiva. Saltem tractum a captivis, qui dicunt omnia nostra habere (l. habe), saltem vitam nobis pro salute concede: sive saltem est coniunctio adversativa aliquando, sicut quamvis, etsi caeteraque; etiam diminutionem significat ut: saltem si non vitam, mortem concede; pro quo inveniuntur at aut vel nec neque ne. Agit pluribus Gell. XII. 14. Serv. ad Aen. IV. 327. Donat. ad Terent. Andr. II. 1. 13. Cammillus Peregrin. in Hist. Longob. apud Murat. T. II. p. 296.: est etiam saltim adverbium praesentis temporis sicut nunc, modo. Postrema glossae nostrae ad v. sat vel satis pertinent.

21. P. saltus, vasta et sylvestria loca.

22. VIII. p. 526. et A. p. 378. n. 340.

Salus, vanitas, cispitas, molomitas.
Salubre, congruum.
25. Salvos, colomes.
Salute, salvi estote.
Sambucus, histrio, saltator.
Sancit, confirmat, decernit, statuit, dicit.
Sanctum, augustum, venerabile, regiosum.
30. Sanctum, canum, pulchrum, candidum.
Sanguis, tabo.
Sanus est, valde valibat.
Sanxit, consecravit, iussit.
Sapa, passum, defretum.
35. Sarcina, vis accia, mantica.
Sartum, coniunctum vel sutum.
Sartor, surtor.
Sat, sufficit, abundat.
Sata, seminata.
40. Satax, sapiens, scitus.
Satagit, delibescit, cogitat.
Satellites, ministri vel domestici non boni.
Satis, consequens.
Satis niger, teterrimi.
45. Sator, seminator.
Satrapes, iudices honorati.
Sauciatus, vulneratus vel fatigatus.
Saveritas, rigor.

salum, mare. VIII. p. 558. salum, mare, pontus, fretum, pelagus, Thetys, Nereus, profundum, Neptunus. P s. mare, pontus, pelagus, aequor.

23. L. aut salubritas aut securitas, incolumitas.

26. L. salvete.

27. I. p. 694. n. 15. s. saltator ut Glossae Arab. L. p. 709. et VI. p. 544. A. p. 378. n. 350. ut lege A. p. 374. n. 56. pro sambicus, salvator. P. sambucus, saltator, histrio. Graev. hoc voc. falsum esse et ubique legendum sambucista putat.

28. Pl. VI. p. 571. sancit, confirmat. A. p. 378. n. 336. sangit, dicit, statuit et p. 337. saxit, (sanxit) tribuit. cf. Is. Or. XV. 4. 2. sancire est confirmare. cf. Serv. ad Aen. XII. 200. P. sancit, confirmat, sanctum facit, iudicat.

29. L. religiosum.

30. De voc. canum vide v. religiosa.

31. Hoc referendum est ad locum Serv. ad Aen. VIII. 487. sanies mortui est, tabo viventis scilicet sanguinis, unde ne tabo quidem in tabum mutare audeo.

32. L. valet, valitat, de quo voc. vide infra.

34. L. defrutum ubi cf.

35. L. bisaccia, mantica. Mantica enim explicat P. pera viatoria, sportella, bargilla, bisaccia, vulgo et bisaccia, sarcina, mantica.

36. A. p. 379. 2. sarc. [l. sartum] coniunctum consutum et p. 373. n. 20. l. sartum pro salitum, coniunctum.

37. L. sutor.

40. Hoc corruptum est ex sagax. Repetunt cod. Reg. 7613. et P., qui addit investigator.

41. P. satagit, satisfacit, perficit, finit, devorat (?), complet, qua significatione nunquam legitur. Pro delibescit sine dubio scribendum est deliberat, et inde addita interpretatio cogitat, ut supra, etiamsi ne ita quidem satagit bene explicatum est. Est enim angi, trepidare et sedule aliquid peragere.

42. VIII. p. 562. s. ministri crudelitatis VI. p. 544. s. ministri malorum vel faetores aut socii [l. praedones]. Is. Or. X. 255. satelles, quod adhaereat alteri sive a latere custodia quae male descripsit ex Serv. Aen. XII. 7. ubi extat: latrones quasi laterones, quod circa latera regum sunt, quos nunc satellites vocant. P. satellites, ministri scelerum, milites tyrannorum, satelles, praedo, percussor, latro, grassator, emissarius, a satisfaciendo dictus quod; cett. ut in I.

43. Idem habet VI. p. 544. Equidem non capio glossam.

44. Non satis constat de hac glossa. Certe legendum sit satis niger, teterrimus, ut sunt, qui teter proprie nigrum et tenebricosum significare putent. Forsitan etiam setiger corrigendum sit, quod adi. iocularium hominem turpem et tetrum significare probat, quae exponit du C. v. setiger iocularius et satyrus. P. habet satiger pro setiger, iocularius, cilicio, vestitus.

46. P. satrapes, praefecti persarum sapientes et cod. 7615 R. satrapae, iudices sapientes vel reges vel duces vel praefecti provinciarum.

48. L. severitas.

Sarcofagum, archa corporalis.
50. Satureia, thumus.
Saviolivantes, obsculautes.
Saviatur, osculatur.
Saure, sorices.
Saxora, rupera.
55. Scabrum, asperum, nudosum.
Scafus, navicula
Scamata, arena, ubi athletae luctant.
Scandit, ascendit.
Scantus, impetigo.
60. Scapulae, posteriora hominis.
Scatet, ebullit, scat're.
Scaurus, cui ades retrorsum abundant.
Sceleratum, funestum, nefarium.

49. L. arca. P. sacrophagum gr. dictum, quod ibi corpora consumantur; σὰρξ enim gr. caro, φαγεῖν comedere; arca, in qua mortuus ponitur. Sarcophagus lapis, qui corpora defunctorum in eo condita infra [l. intra] dies LX. absumere dicitur, exceptis dentibus, unde et dicitur.

50. L. thymbra vel thumbra. cf. Is. Or. XVII. 9. 42. sat. calida et prope ignita; unde et illi nomen inditum credunt, quod pronos facit in Venerem, quae repetit P. Plin. Nat. Hist. IX. 50. Graeci thymbram vocant, quae sit et cunila, haec apud nos habet vocabulum et aliud satureia dicta.

51. 52. Ego saviantes osculantes lego. VIII. p. 527. [a saliva] savium, osculum cum salivo mixtum, unde Plautus: tu labellum aspergas potius, quam cuiquam savium facias palam ... savior, osculari cum savio; p. 558. saviari, osculari; savium, osculum cum saliva. VI. p. 544. saviator, obsculator [l. saviatur osculatur, quae emenda etiam A. p. 376. n. 198 et 379. 7. sabiatur, obscuratur.] p. 377. n. 276. suaviat, osculat, basiat. p. 379. n. 4. saviat, basiat, osculator; savium, osculum lascivorum [sum]. Suavio in usu fuisse probat Non. p. 474. suavies ... ego non suaviem ... Ceterum constat inter suavium et savium iam codd. antiquissimos fluctuasse; cf. Apul. Met. T. I. p. 176. not. crit. Apud I. p. 694. n. 54. corrige savium, osculum luxuriosum, pro uxoriosum.

53. L. saurices, sorices et ita corrige I. p. 693. 44. et A. p. 378 n. 346. saures, sorices. Serv. G. III. 270. Chaurum pro chorum, sicut saurex pro sorex, caulis pro colis. Is. Or XII. 3. 2. Antiqui soricem sauricem dicebant, sicut et clodum claudum. P. saurex antiquitus, nunc sorex dicitur. Saura est lacertorum genus.

54. L. saxosa rupea quod cf. supra.

55. L. nodosum. I. p. 695. n. 31. scabra, pumicia, aspra et Gl. Vulc. p. 709. sabrum [l. scabrum] asperum. VIII. p. 560. scaber ... aetate detritus, vetustus. VI. p. 544. sabre, rugінose. Is. Or. XIV. 8. 28. scabra sunt loca situ aspera. Serv. G. I. 494. scabra, aspera. P. scaber, asper.

56. L. scapha vel scalmus [cf. Intt. ad Cic. Off. III. 14. et A. p 376. n. 173. scalmus, navis]. A. p. 377. n. 258. scapha, navicula. Non. p. 535. scaphae sunt naviculae, quae maiores naves consequuntur; cf. Is. Or. XIX. 1. 18. P. scapha, navicula parva, quod sit cava et scaphus, certus numerus (?) vel navicula parva, qua tamen significatione equidem voc. nuspiam inveni. Puto hic quoque scapha legendum, quod voc. etiam mensuram s. certum numerum aridorum indicare docet du C.

57. I. p. 693. 45. arenae cett. VIII. p. 557 scamata, sedes luctantium p. 565. scammata, sedilia, throni, agalmata. A. p. 373. 1. scammatum (a) locus, ubi anthelete luctantur. P. scaminata harenae, ubi ath. luctantur.

58. Discrepant in h. v. glossaria. I. p. 696. n. 11. habet scatus, impetigo, sicca scabies; P. habet scaltus, impetigo et Cod. 7641. scantus. Du C. de h. v. nihil addit. Erat, cum scabres legerem, quod scabiem notat, vel scabia. cf. VIII. 560. scabia, scabies, scabitudo.

60. Sc. sunt potius membra hominis sub humeris, quod scandant palam ut explicat P. et addenda sine dubio sunt apud Is. Or. XI. 1. 93. Tum totum tergum ad onera ferenda aptum scapulae notant.

61. Ita lege VII. p. 578. scatit, ebullit pro scatit, bullit et p. 579. pro squatit, ebullit; scatit. Scato etiam in usu fuisse notum est. Ita P. scatet, ebullit, fervit. H. l. legerim aut scaturit aut a scatere.

62. L. cui calces. A. p. 379. n. 357. scaurus, cuius calces retro eminent et n. 28. scaurum, cuius calcis [es] retrosum habundantius abscondi tur (?) eminet (ent). P. Scau-

Scelestus, scelum cogitator.
65. Scelestus, sceleratus qui scelus admittit et patitur.
Scelus, facinus vel malum.
Scena, theatri locus.
Scenici, striones, iocularcs.
Sceptrum, regalis virga aurea.
70. Sceva, sinistra.
Schismata, separatione.
Scienter, docte.
Sciere, consuere, id est cusire.
Scilicet, revera, utique vel scire licet.
75. Scindit, dividit.
Scis, nosti.
Scit, novit.
Scirpus, iuncus.
Sciscitatur, examiuat.
80. Scitus, doctus, eruditus, peritus.
Scopulum, saxa eminentia.
Scordiscum, corium pessimum vel crudum.
Scordalus, insopor incordatus.
Screa, pituita
85. Scriba, dilicidius qui ex cdille est.
Scortum, meretrix.
Scriba, librarius, id est qui pertinet a casthas publica id est librarius.
Scriptitat, frequenter scribit.
Scripulator, sollicitatur.
90. Scripulus, lapellus brevis.

rus, qui parum balbutit et qui extantes talos habet.

64. L. scelerum cog.

68. L. istriones. Sed cf. infra stinc.

70. Pl. p. 499. scaevus, malus, pessimi ac trucis animi et crudelis dicitur et diphthongum habet. A. p. 374. n. 59. scaeva, sinistra et p. 379. n. 362. scevus, strabus, torvus, idsceolegi [l. vel sacrilegus]. Fest. p. 146. scaeva res dicitur mala, quasi sinistra. Is. Or. X. 253. scaevus, sinister atque perversus ἀπὸ τοῦ σκαιοῦ. Est enim pessimi ac crudelis animi. P. scaevus, sinister, scelestus, contrarius (nefandus?)

71. L. separationes. P. schisma gr. divisio, superatio [l. separatio].

73. L. suere. De voc. cusire cf. supra.

81. L. scopuli. P. scopulus, saxum eminens speculando dictus sive scopon i. eminentia vel a tegumento navium, quod est exophon.

82. I. p. 694. n. 32. et VI. p. 544. A p. 376. n. 194. VIII. 545. sc., corium crudum. n. 59. scord., scortum. VII. p. 579. sc., corium pessimum. A. p. 379. n. 29. scord., corium pessimum vel crudum, ut etiam P. habet.

83. L. insipiens. I. p. 694. n. 33. et VII. p. 578 scord. ferox. VIII. p. 545. scordalus, ferus et inmansuetus. p. 563. sc., crudelis, saevus, ferus, feralis, crudus, ferox, truculentus. VI. p. 544. sc. ferox, stultus, fatuus. P. scord., ferox, incordatus.

84. L. screa, pituita ut I. p. 693. n. 46. et P.

85. L. scr., aedilicius ut I. p. 693. n. 47. et p. 695. n. 25. ubi additur: sic vocatur ex aedilitate. P. habet scriba, aedilius, non addita interpretatione.

86. VIII. p. 545. scortum, meretrix. Varro de L. L. VII. 48. scortari est saepus meretriculam ducere, quae dicta a pelle; id enim non solum antiqui dicebant scortum sed etiam nunc dicimus scortea ea quae ex corio ac pellibus sunt facta. Fest. p. *147. scorta appellantur meretrices, quia ut pelliculae subiguntur. Omnia namque ex pellibus facta scortea appellantur. cf. Is. Or. X. 253. P. scortari cum meretricibus concumbere.

87. L. q. p. ad cartas publicas vel libros, ut P. scriba libr. qui pertinet ad libros et ad cartas publicas, quae extant etiam A. p. 380. n. 31.

88. Cave, ne VI. p. 544. scriptitat pro scriptat fr. scribit corrigas quod per se defendi potest. Extat etiam apud P. scriptat, freq. scribit; inde iterum scriptitat. Apud veteres scriptare inusitatum videtur fuisse.

89. L. scripulatur. I. p. 693. 93. scripula, epistola; scripula, sollicitator, ubi lege scriptura ep. Scribulatur soll. VII. p. 579. scripulatur, sollicitatur. VI. p. 544. scrupulator, sollicitator et A. p. 380. n. 34. et P. scrupulatur, sollicitatur. Ex glossariorum auctoritate scripsi scripulatur non scrupilator, etsi per se defendi potest. Nota h. v. quod in lexicis non extat.

90. L. scrupulus lapillus ut A. p. 370. n. 60.

Scroba, fossa.
Scrupea, naturalia saxa, scrineum riscus.
Scrupea, saxa nigra vel glarea.
Scrupulum, animo molestia et solicitudo.
95. Scur, qui res ridiculas dicit et facit.
Scurra, parasitus, bucellarius.
Scurro, subtilis, impostor.
Scutum, clypeum, ancillium, parma.
Scyphi, palae.
100. Sculpum, scalpellum.
Scilla, rabies.
Schitum, gentium.
Secat, meat, praecidit.
Secernit, separat.
105. Secessum, latrina.
Secreti, separati vel occulti.
Secreta, penetralia, interiora.
Secretius, latentius, occulte.
Secretum, ascum vel avium.

91. L. scrobs s. scrobis ut supra v. fossae, aut scrobes fossae ut P. habet.

92. 93. Pl. p. 672. scropea, prominentia saxa in mari, et ut melius intelligi possit, acuminata. VIII. p. 537. scrupeus, minutis lapidibus plenus, quod est pro hoc nomine, quod est asper, dicitur. p. 560. scrupeus, asper, molestus. VI. p. 544. scrupea, saxa nigra, aspera. A. p. 379. n. 27. scrupea, saxa nigra, aspera vel glaria. Is. Or XVI. 3. 5. scrupea, saxa, aspera. P. scrupea, saxa apera [asp.] acuminata, nigra lapidosa vel glarea Quid prior glossa sibi velit non capio. Pro scriueum lego scrupeum.

94. VIII. p. 537. et 560. scrupulus, anxietas et molestia. VI. p. 544. scrupulum, contumelia; scrupulum, timor, taedium, suspicatio. Is. Or. XVI. 3. 5. scrupus, lapillus minutus et asper, qui si inciderit in calciamentum, nocet et molestia est animo, unde et dicimus molestiam animi scrupulum. Serv. ad Aen. VI. 238. scrupus proprie est lapillus brevis, qui pressus sollicitudinem creat. Unde autem scrupulus dictus est. P. scrupulus, lapillus vel sollicitudo difficultas; scrupulum, langor [l. angor] suspicatio, cura, stimulus. Ceterum nota terminationem scrupulum pro cura anxietate, qua forma, quantum video, veteres notione tantum mensurae ac ponderis uti solebant.

95. 96. 97. L. scurra. Alterum glossema extat I. p. 694. n. 44. Ibidem n. 57. scurra, qui incopriatur. et 58. scurra, qui incopriat. VIII. p. 550. scurra, lecator, quasi scutellam radens. VIII. p. 560. scurra, lecator, corbellus, garcifer [l. furcifer] gerra [l. gerro]. Pro corbellus legerim garrulus. VII. p. 579. scurra, vaniloquax. A. p. 377. n. 163. scurra, levis. et p. 380. n. 80. scurrula, subtilis impostor. Is. Or. X. 253. scurra, qui sectari aliquem solet cibi gratia. A sequendo; inde igitur scurras appellatos [cf. Fest. p. 240.]. P. scurra, irrisor. Noli tamen scurro corrigere in scurra, quia h. v. extitisse glossae confirmant, ut VI. p. 579. scurronem inrisorem dicunt. P. scurronem ergo inrisorem dicimus, unde lego apud I. p. 594. n. 39. pro scorio, stultus, fatuus: scurro et cf. du C. T. VI. p. 139. Fuit igitur apud Latinos verbum scurro, unde scurro substantivum, ut nugo, edo, bibo, formatum est, etsi scurror tantum formam deponentis glossae et lexica agnoscunt, unde scurrator venit, quod *II.* p. 671. profert. Ita etiam nugo extat substantivum, etsi nugor deponens tantum in usu est.

98. Ancilium formam nominativi nec lexica nec glossae agnoscunt, unde corruptum puto pro ancile vel parma.

99. L. paterae ex compendio pat^s^ae corruptum vel fialae. De voce ipsa inter omnes constat.

100. L. sculprum, nec corrige scalprum. Nam P. et scalprum et sculprum in glossis babet. Formatum est a verbo sculpo et instrumentum significat quo sculpi potest, unde etiam sculpellum legendum puto pro scalpellum. Sculpum alibi nuspiam inveni.

101. Hac significatione Scylla nondum inveni.

102. Haec glossa est corruptissima. An legendum sit scitum iudicium ut P. scitum decretum iudicium?

103. De h. g. vide supra v. meat. Ex corruptela exorta est.

105. L. secessus et cf. supra latrina. P. secessus, latrina, stercutium, ubi l. sterquilinium.

109. L. arcanum, ut P. secretum, arcanum, opertum, mysticum.

130. **Senectus, iudices, magistratus.**
**Semaim, caelum.**
**Seniores, maiores natum.**
**Senium, senectus extrema.**
**Sensim, pollatim, moliter, leniter.**
135. **Sensim venies, adlapsas.**
**Senta, sordida, squalosa.**
**Sentens, sentia firma vel indubitata responsio.**
**Sentia, animadversio.**
**Sentio, sentia.**
140. **Separatio, diversitas.**
**Separat, dissicet, secernit.**
**Separatum, distinctum, occultum, secretum.**
**Seponit, comendat, amodat.**
**Seque, et se.**
145. **Sequester, susceptor pignorum.**
**Seras, tardas vel unde ianuae muriuntur.**

horrida, aspera, a sentis et sentus, sordidus.

137. I. p. 693. n. 55. habet idem, addens ἐπιφώνημα et p. 694. n. 46. sentens, sententia firma et indubitata. In Cod. tamen Voss. ubique pro sententia legitur sentia. Quid hoc sibi velit non capio. E cett. glossariis nil opis affertur. Idem de sequentibus glossis dicendum est, quarum altera repetitur I. p. 694. n. 48. Sentia deam sententiarum fuisse testatur Aug. de Civ. Dei. IV. 11. et P. sentia dea a sententias inspirando dicta.

141. L. disiicit.

143. L. amendat amotat et cf. supra v. amendat, ubi accuratius de hac glossa egi.

145. ut A. p. 379. n. 368. et p. 380. n. 38., ubi additur vel obses. VI. p. 544. sequester, interpres, pedissequus aut discretor; Fest. p. 261. sequester is dicitur qui inter aliquos qui certant medius, ut inter eos convenerit, depositum ita tenet aliquid, ut ei reddat, qui id deberi iure sibi constiterit et Is. X. 260. Sequester dicitur, qui certantibus medius intervenit, qui apud Graecos ὁ μέσος dicitur apud quem pignora deponi solent. Hoc vocabulum ab obsequendo factum est, quod eius qui electus sit, utraque pars fidem sequatur; quae repetit P.

146. L. muniuntur. P. sera, oppositio ostii a sero seras.

Serenum, ilarem vel siccum.
Seriem, ordinem rerum.
Series, ordo.
150. Sermonator, qui sermonem facit.
Serpillum, puleium.
Serpenti, iruenti, transeunti.
Serpit, penetrat.
Serta, unde ligna secantur.
155. Serta, corona reptilis ex floribus facta.
Sertor, cultor.
Servilis, districtus.
Sevit, inservit vel plantavit.
Sexterciarius, ipse qui erogat.
160. Sextercius, modus est peccuniae.
Seir, ispidus vel pilosus.
Sextercius, duo asses et dimidium.
Sexus, genus.
Sica, genus gladei.
165. Siccarius, gladiator vel latro in media urbe.
Sicca, arida, deserta, sterilis terra.
Siccare, torere.
Siccum, aridum, serenum, ilarem.
Sicut, sicuti, ita, utique unum est.
170. Sidera, stella, astra.
Signum, nota.
Signifer, qui signa fert.
Silentium, pax, quies.
Silet, tacet.
175. Siliqua, foliculus liguminis.
Silurus, genus piscis.
Silo, naso inciso vel reducto.
Simil, una, pariter.

147. De signif. siccus cf. Intt. ad Virg. G. I. 461.

150. Hoc voc. nusquam alibi legitur. Extat tamen sermonari et in glossis et apud scriptores ut Gell. XVII. 2. sermonari rusticius videtur sed rectius; habet etiam Tert. Test. Anim. c. 5. in cod. Agob. sermonandi, ubi vulgo legitur taliter sermocinaudi.

151. VI. 544. serpulum, puleium campestre ut A. p. 379 n. 370. extat et p. 380. n. 41. legendum est pro serculum, pallenum campestrum. Varro de L. L. V. 103. habet serpillum. Is. Or. III. 3. 3. pro herpillo herba serpillum. et XVII. 9. 51. herpillos, quae apud nos serpillus pro eo, quod radices serpant longe. cf. Serv. ad G. II. 11.

152. A. 380. n. 43. serpenti, irruenti, transeunti ab eo quod est serpere.

154. L. serra.

155. A. p. 375. n. 93. sertis, choronis et p. 379. n. 372. sertis, coniugis ubi lege cum Oehl. coronis. Quid reptilis sibi velit nescio.

156. ut VI. p. 544. et A. p. 382. n. 42. et P. Haec innuere videtur Fest. p. 262. Hanc notionem lexica non habent.

157. Haec glossa corrupta est.

158. L. insevit.

159. ut I. p. 694. n. 51. et A. p. 378. n. 318. s. qui illud erogat [i. sestertios]. P. s. qui sestertia erogat. Ita apud Petron. 45. de homine vilis pretii.

161. Is. Or. VII. 6. 3. Esau trinomius est. . . . Seir, quod fuerit hispidus et pillosus.

162. Idem extat A. p. 378. n. 317.

164. L. gladii. I. p. 695. n. 51. sica genus et armorum simile Vidubii; hoc maxime utuntur, qui apud Italos latrocinia exercent et p. 696. n. 2. sica, cluniculus, machaera, splendona quae repetit VI. p. 545., nisi quod pro vidubii habet vidubiae, Is. Or. VIII. 6. 8. et P. VIII. p. 529. (a seco) sica .i. gladius et p. 557. sica, gladius, mucro, ensis, cluniculus, machaera, splendona, framea. A. p. 377. n. 329. sica, genus cultri. Is. Or. X. 252. sica gladius est a secando vocatus.

167. L. torrere.

169. L. ita ut atque unum est.

175. VIII. p. 532. siliqua, cossa, fabarum et A. p. 374. n. 80. siliquas, genus leguminis. cf. Is. Or. XVII. 7. 29. P. siliqua est genus leguminis, quod porci in Africa comedunt. Significat autem aliquando folles leguminum; aliquando purgamenta eorum. Siliqua folliculus leguminum, proprie tamen cuiusdam arboris fructus longus latusque, habens semina interius, quibus fit pensum.

176. ut A. p. 320. n. 324. VIII. p. 531. (a sileo) silurus .i. minutus piscis et VI. p. 545. sirulus [l. silurus] genus piscis. P. silus, g. p. vilissimus est.

177. cf. I. p. 694. n. 52.

Similare, fingere, scire.
180. Similatio, finctio.
Similtas, lis occulta.
Similator, qui alia loquitur, quam facit.
Simulagrum, simulat qua si deum.
Sin, sine.
185. Sincera, integra.
Sine, permitte.
Sine consilio, temere.
Sine dubio, procul dubio.
Sine sponsione, sine vadimonio.
190. Sigim, scorium vel rubigo.
Sine poena, sine vindicta.
Singellatim, viritim.
Singultas, suggluciens.
Sinistra, sceva, laeva.
195. Sinistrum, malum, contrarium.
Sinos, receptacula maris.
Sinum, gremium, sedile.
Sinus, sidus ardentissimus.
Sistimus, statuimus.
200. Sistit, stare facit.
Sistitur, statuit vel obtinetur.
Sistipulator, promittit aut si promittat.
Sisticollosus, qui assidue sitit.
Situla, quod vulgus modiolum dicit.
205. Situm, modum naturae vel situm.
Sorte distribuo, sorte divido.
Situs, potatio vel umor.
Sobers, astatus.
Sobrinus, patrui magni filius.
210. Socialis, ut amor.
Sociavit, limavit.
Socors, vigilantia, astucia.
Socors, leviter incidens vel concidens.

179. 180. Scire falsum est. Pro finctio lege fictio.

181. Ita lege VI. p. 545. simultas, lis, inimicitiae, contentio pro simotas. A. p. 378. n. 320. simultas, dolus.

183. L. simulacrum.

184. L. si vero.

190. Hanc glossam explicare nequeo. Ne propter litterarum ordinem quidem huc pertinere potest.

192. L singillatim.

193. VII. p. 579. singlutum [l. subglutiens] qui loquitur per singlutus [altera manu singultus] singultus, singlutius ut repetit VI. p. 545. singultus, sugglutium. A. p. 380. n. 55. singultat, frequenter subgluttit. Hoc ubique emendandum et cum A. explicandum puto cf. Intt. ad Veg. Vet. III. 60. Ita l. apud I. p. 694. n. 25. pro singultiem qui loquitur per gluttuos; subglutiens q. l. per subgluttus.

196. L. sinus.

201. L. statuitur.

202. aut si promittat corrupta sunt.

203. L. siticulosus ut VIII. p. 564. siticulosus, sitibundus, aliquantum sitiens.

204. L. situla. A. p. 380. n. 57. situla, quod vulgo modiolum appellant. cf. Is. Or. XX. 6. 4. P. situla dicta, quod sitientibus apta sit ad bibendum, quod Graeci cadum dicunt; vulgo modiolum dicitur.

205. VI. p. 545. habet situm, mundum naturae. P. explicat: situs, habitus, olor malus; modus naturae .i. ratio qua singulae res naturae positae sunt. Pro vel situm lege positum.

207. L. positio vel humor. VI. p. 545. habet postio vel amor. P. situs proprie est humor diuturno tempore collectus in sordes et situs antiquitus posito, quae emenda ex A. 378 n. 325. in situs, antiquitas vel positio, de quibus notionibus vide lexica.

208. Ego lego solers, astutus.

211. L. ligavit.

212. Hanc glossam corruptam esse patet, quod non solum v. socors significatio repugnat, sed etiam seq. glossa n. 226., ubi solertia: astucia, vigilantia explicatur. Quomodo hoc mendum sanari possit, vix habeo. Primum enim apparet, pro socors legendum esse socordia, tum pro vigilantia scribendum censeo vecordia aut neclegentia, quod in vigilantia corruptum effecit, ut ex glossa astucia adderetur, ut lit. V, vigilantia, astucia. Nec minus corrupta est, quae sequitur glossa: leviter incidens vel concidens, nec quae praeterea extant glossae ad locum emendandum quidquam afferunt. P.: socors, imprudens, negligens, stultus, fatuus, hebes, quasi sine corde; socordia stultitia; VIII. p. 103. Item a cor componitur hic et haec et hoc socors .i. ignavus, quasi seorsum a corde; et p. 559. socors, piger, segnis, remissus laxus, iners; socordia, pigritia, inertia, segnitia; et A. p. 373. n. 5. socordia, stultitia et p. 379. n. 375. socorde i. e. minus habens, ubi lego socors iners, hebes; socorde, stultissimus.

**Socrus, socera.**
215. **Sodalis, amicus.**
**Sodalicium, amicitia.**
**Sodes, fustes utraque parte accut.**
**Sodes, ticiones vel pali.**
**Sofisma, commentum.**
220. **Sol, focuus.**
**Solamen, solatium.**
**Solando, consolando.**
**Solitudo, sola deserta.**
**Solitum, suetum.**
225. **Solium, sella regia.**
**Solertia, vigilentia, astucia.**
**Solicitudo, anima, anxietas.**
**Sollicitus, anxians.**
**Solum, pavimentum.**
230. **Somnum, quietem.**
**Sonat, clamat, mugit, reboat.**
**Sonorum, sonus gravis.**
**Sons, nocens.**
**Sontes, nocentes.**
235. **Sonticus, verax.**
**Sonticus morbus, morbus sacer.**
**Spado, eunuchus.**
**Sonus, strepidus, mugitus.**

quod corruptum est. Pro leviter incidens vel concidens legendum puto leviter insipiens, vecors, demens aut amens.

214. P. socer, ri cuius femininum cum socera debuit esse socrus, crus facit, unde effici posse videatur, hanc vocem a P. improbari. Nihilominus in Inscriptt. saepe invenitur, ut apud Orell. Coll. Inscr. n. 289. Palladio Politice socera. Hoc eo minus mirandum est, quod etiam socerus et contracte socrus pro socer dictum est; ut apud Plaut. Men. V. 5. 24. abiit socerus, abiit medicus; et Π. p. 145. πενθερός, socrus (i. e. socerus) socer, socerus; et socrus πενθερός. Socera voc. exemplum affert du Cang. ex testamento anni 1481.

217. L. sudes, fustes u. p. acuti. P. sudes, palli [l. pali] acuti, utraque parte, stipites, fustes. De v. titio cf. infra s. v.

219. VIII. p. 562. sophisma, sermo involutus. A. p. 874. n. 43. soffisma, conclusio; p. 377. n. 214. sophismatum, quaestionum. P. sophisma, figmentum eo, quod fingitur, commentum. sophismata, falsae conclusiones verborum, ubi in falsis sententiis connexionis veritas manet.

220. L. sol foebus i. e. phoebus cf. supra v. foebus.

223. Puto duas glossas hic inter se confusas esse ac legendum: solitudo, desertum; sola, deserta; ut P. sola, deserta singulis.

225. Sic lege A. p. 378. n. 293. pro: Soltum, sella regina — solium, sella regia.

226. L. vigilantia.

227. 228. L. animi anxietas et sollicitus, anxicius. cf. supra v. anxilius.

232. Ego sonus gravis genitivos esse puto cf. Non. p. 491. v. soniti. Sisenna Hist. lib. II. postquam sonu signorum praelium magno cum clamore virorum commissum est. P. habet: sonorus, bene sonans, sono gravis, quod hic quoque legi possit. Tum vero sonorum pro sonorus scribendum est.

235. Pro verax lege nocax, quod idem habet I. p. 693. n. 59. sonticus, verax. Ex eodem errore in Vulc. Gloss. p. 200. extat sontius, ἀληθής, ut Π. p. 172. et p. 8. ἀληθής verus, verax, certus, sontius, vindex, verax. Nam quod glossator sontius et sonticus explicari videbat verax, et verax est ἀληθής, hinc glossam commentus est ἀληθής, sontius. Ita I. p. 687. n. 53. norax, peccator criminosus, ubi lege nocax quod etiam 688. n. 15. extat. Vocabulum eadem ratione formatum est, ut tenax, edax, cadax alia. Idem habet P. norax, p. c. Martinus emendat noxax, ut sit a noxa, quod monstrum est vocabuli. Graevius legendum suspicatur noxat, peccat, quod apud Papiam legatur: noxa, culpa, crimen, peccatum. Noxit, noxat, nocet; et ita emenda P. sonticus morbus, sacer vorax: sonticus morbus morbus sacer — sonticus nocax. VIII. p. 561. sonticus, nocivus, noxius. A. p. 376. n. 196. sons, innocens [l. nocens aut nocivus]. Sonticus morbus, nominatus est morbus sacer s. comitialis, ut Plin. XXXVI. 19. Gagatis lapis deprehendit sonticum morbum, ubi Dioscorid. V. 146., unde haec verba deprompta sunt, habet ἐπιληπτικός. Π p. 299. sonticus morbus, ἱερὰ νόσος et Π. p. 172. sonticus morbus ἱερὰ νόσος, ἐπιληψία. De morbo comitiali s. regio s. divino cf. quae dixi ad Apul. Apol. T. II. p. 550. Ne quid tamen dissimulem, sonticus, verax aliqua ratione defendi possit, si pro iusto dici verax ponis. Nam sonticum esse iustum dicit Fest. p. 139. sonticum, iustum Naevius: sonticam esse oportet causam, quamobrem perdas mulierem. et p. 239. Sonticum morbum in XII. significare ait Aelius Stilo certum cum iusta causa, quem nonnulli

Sonipes, aequus vel cornupes.
240. Sopit, quiescere facit vel terminat.
Sopit, extinguit, finit vel coperit.
Sopitus, somno possessus.
Sopor, quietudo.
Sordet, oret, squalit.
245. Sordidum, obscenum, turpem.
Sordidum, incultum, squalidum.
Sorte venit, obtingit.
Sortitus, substitutus.
Sospes, sonus, incolomes.
250. Spaciatus, deambulans vel deambulabam.
Spacium, intervaldum.
Specimen, indicium, signum.
Speculare, de alto respicere.
Speculator, superintentor vel qui decollat.
255. Specus, spelunca, antrum.
Spera, pila, inguens.
Spernit, contempnit.
Spiculum, sagitta.
Spinis, dumis.
260. Spiris, nudis.

putant esse qui noceat, quod sontes significat nocentes. Si vero Dac. ad hunc Festi locum putat. apud Horat. Sat. II. 7. 15. iusta cheragra dici pro sontica valde errat. Attamen prior sententia mihi magis probatur.

239. L. sonipes equus. *Π.* p. 172 sonipes, *καναχήποις*, ubi lege *καναχήπους*. Cornipedes nominantur equi apud Virg. Aen. VI. 591. et **cornipedum** pulsu simularet **equorum** et apud Sil. VII. 684.

240. 241. P. sopire, molire, lenire, sepelire, blandire (?), dormire facere, exstinguere, **terminare**. Pro coperit lege componit, ut supra v. mitigat, mollit, componit.

244. L. horret, squalet. P. sordet, horridum est, tabet, languet. De hac voc. horrere significatione cf., quae notavi ad Apul. Met. T. I. p. 163.

248. Quî sortitus pro substitus defendi queat, vix habeo, nisi ita explicare velis, ut iudices sortitos substitutos esse nominatos dicas, quod locum praetoris tenebant. Rectius scribendum fuit subsortitus, quia, reiectis iudicibus, iterum sortiri licebat, quo factum est ut quos subsortiti erant aut rei aut accusatores, quasi substituti priorum iudicum essent. Ita emendo glossam I. p. 694. n. 13. sortinidus, qui judet per sortem: sortitus is, qui sedet per sortem. ut Prop. IV. 11. 19. aut si quis posita iudex sedet Aeacus urna, in mea sortita vindicet ossa pila. Sedere autem simpliciter dici pro: iudicem esse, notum est cf. Cic. pro Cluent. 37. cum paucos dies ex subsortitione **sedisset**, et quae protuli ad Apul. Apol. II. p. 488. Graevius emendat: sortividus, qui videt per sortes i. e. qui iudicat de rebus futuris ex oraculi sententia.

249. L. sanus, incolumis.

251. L. intervallum.

252. 253. L. de alto despicere. P. speculari, de alto prospicere, aspicere, explorare. VI. p. 545. speculant, observant. Nota hanc verbi activam formam. Tum cave, ne qui decollat in dubium voces. Decollare enim est decapitare et speculatorem pro carnifice dictum esse, probant Glossae; *Π.* p. 45. *δήμιος*, carnifex, speculator. et p. 173. speculatus, *κατάσκοπος καὶ ἀποκεφαλίζων*. Firmicus VIII. 26. **speculatores** faciet, qui nudato gladio hominum amputant cervices. Ex nostro glossario defendi potest locus Augustini in Psalm. 116. Graece quod dicitur *ἐπίσκοπος*, hoc latine **superintentor**, quia superintendit, quia desuper videt, qui a nonnullis interpretibus in dubium vocatus est.

256. L. sphera pila ingens. Pl. p. 501. sphaera est rotunditas mundi volubilis et quicquid tale est ad volubilitatem. Dicunt etiam spaeras ex capillis et pellibus factas, quibus ludunt infantes. Eadem ratione A. p. 380. n. 65. habet spera, pila ingens et ita corrigendum videtur VI. p. 545. speratu, phiala ingens in spera i. e. pila ingens. Nec tamen negandum est, me in voc. ingens haerere.

260. L. nodis. P. VI. p. 572. spiris, nodis, circulis, voluminibus et gyris. VIII. p. 556. spira, revolutio serpentis; VI. p. 545. spiri (l. spire i. spirae] nodi vel funes. A. p. 378. n. 301. spidis [l. spiris] nodis. Etiam de funibus dici spiras, evincit Serv. ad Virg. Georg. II. 153. in **spiram** i. in collectionem volubilitatis, quod est a **funibus** tractum ad Aen. II. 217. Spiris, nodis. Unde et bases columnarum spirulas dicunt. Nam proprie spira est volubilitas funium. Fest. p. 147. spira dicitur et basis columnae unius tori aut duorum, et genus operis pistorii et **funis** nauticus ab eadem omnes similitudine. VIII. p. 580. spira proprie funis nauticus tortus, generis femini secundum Homerum. Spirae proprie funium dicuntur, a spirando spirae dictae; nam spira involucrum funium est quod nautae suo more

Splendit, enituit, micat.
Splene, linos.
Spoliat, vastat, praedat, expugnat.
Spondit, promittit.
265. Sponsor, promissor.
Sponte, ultro volante.
Spretus, contemtus.
Spurius, de incerto patre natus id est adulterio.
Squalidus, hispidus, incultus, sordidus.
270. Squalor, sordor, inquinatio, perdor.
Stadium, passos sunt XXII.
Stagnum, locus qui non effluit vel genus metalli.
Statera, trutina.
Statim, continuo, celeriter.
275. Statuimus, sistimus.
Stabulanus, stabularius.
Stet, ita vero.
Stellas, sidera, astra.
Stemnata, ornamenta regalia.

curcubam vocant. P. spira proprie est circulus non (?) ad eundum punctum reductus; spirae funes, quibus in tempestatibus utuntur, quos nautici suo more tucurbas (?) vocant. Spirae proprie funium dicunt a sparto dictae. Nam spira involucrum est funium. Spirae, volumina, gyri, circuli, nodi, quibus se ligant serpentes.

261. L. splendet, enitet, micat.

262. L. splene, liene cf. supra v. linos. A. p. 374. 39. corrupte extat: Splenae, iocundissimae ubi emendo: splene, liene, viscere.

263. cf. supra v. praedat.

266. L. ultro, voluntarie.

268. Is. Or. IX. 5. 24. 25. Nothus dicitur, qui de patre nobili et de matre ignobili gignitur, sicut ex concubina. Huic contrarius est spurius qui de matre nobili et patre ignobili nascitur. Item spurius patre incerto, matre vidua genitus, velut tantum spurii filius, quia, muliebrem naturam spurium vocabant, velut ἀπὸ τοῦ σπόρου hoc est seminis, non patris nomine. Fest. p. 109. Nothum Graeci natum ex uxore non legitima dicunt, qui apud nos spurio patre notus dicitur A. p. 376. n. 163. corrupte habet: spurius incerto omissis cett. VI. p. 545. spurius, qui ex patre nobili et matre infima nascitur.

270. L. pedors. paedor. Ceterum nota voc. sordor, quod in sordes mutare nolo. Item v. paedor legitur aurium surdor. sordor eadem ratione formatum est ut torpor, squalor, moeror, dolor, timor al.

271. L. passus sunt CXXV. P. stadium octava pars miliarii constans passibus CXXV., auctore hercule, quod sub uno spiritu hoc spatium cucurrisset ac proinde stadium appellasset, quoniam in fine respirasset. VII. p. 580. stadium dicitur spatium vel mensura, quae in sex milium passibus solet extendi.

272. L. lacus, qui non effluit vel genus metalli. Hic duo glossemata confusa sunt stagnum et stannum. P. stagnum, lacus qui non fluit, quod ibi aqua stet. VII. p. 580. stagnum est, ubi immensa aqua convenit; dictum autem stagnum abeo, quod illic aqua stet nec decurrat.

173. P. statera est geminae ponderum lances aequali examine pendens. Eadem et trutina et campana. VII. p. 581. statera, campana. [P. campana, ponderatio, haec tamen duas lances non habet, sed est nigra [l. virga] signata libris et unciis; unicuique autem ponderi certus est modus, propriis nominibus designatus, dictus quia prius in Campania reperta est]. VI. p. 544. satera, iugum [l. statera]. cf. Is. Or. XVI. 23. 4. 6.

276. Ego stabulanus retineo. Diversas enim formas indicare voluisse glossatorem, apparet. du Cang. quidem stabulanus in aliquot Gloss. Lat. legi dicit, sed utrum ipse probet formationem, non addit. Stabulanus puto eadem ratione formatum, qua urbanus, oppidanus, paganus, montanus alia. Alibi hoc voc. non inveni.

277. cf. supra ita vero.

279. L. stemmata. Ita emenda I. p. 694. n. 3. stemmata pro stigina, ornamenta regia. VIII. p. 559. stemma, descriptio vel nobilitas. Prudentius prisci stemma, unde VIII. p. 566. stemicare [l. stemmicare] ornare vel nobilitare a stemmate i. a nobilitate. VI. p. 545. stigmata [l. stemmata] orn. reg. A. p. 373. n. 17. stemma, ornamentum regale. p. 374. n. 36. stemma, possitio (?) vel corona. p. 377. n. 277. summata, ornamenta vel natalium, ubi l. stemmata ornam. vel natales. p. 379. n. 25 stemma, figura. P. stemma, genealogia, generationis computatio vel filum, quo ligabantur sacerdotum capita pro corona,

[illegible] vel puncta, id [illegible]
[illegible]
[illegible], unguet.
[illegible]
[illegible] vel de isto loco.
[illegible] mendicitas.
[illegible] mendicus.
[illegible] quantitas pecuniae.
[illegible], origo.
[illegible] constipatus, constrictus.
[illegible] quod de parvo in summo [illegible] legit.
[illegible] [illegible]pendia, quod militibus dantur.
[illegible]latio, testatio.
[illegible], manubrium aratri.
Stoici, philosophi severissimi.
Stola, genus vestimenti candidi.
295. Stolidus, stultus, insipiens.
Strages, corpora in vale strata.
Strangulat, suffocat, sugilat.
Strata, orvita seminata.
Stratocles, ad militiam accitus.
300. Strenuus, sollicitus, vigil, fortis, sapiens.
Strenuus, agilis, impiger, efficax, ignavus.
Strepentes, sonum facientes.
Strepitus, sonus.
Stricto pugione, stricto gladio.
305. Strobilus, conum.
Strophus, torcim̄.

[illegible] dicitur: stemmata ornamenta [illegible] vel generositatis signa. Si [illegible] in glossis explicatur figura, nihil [illegible] haec est voc. scema .i. [illegible] ut A. p. 376. n. 206. stigmata [l. [illegible]] scema vel figura, nisi putas, [illegible] glossas inter se confusas esse. et [illegible] lego pro v. stigma fixura: [illegible] figura.

[illegible] L. ignea puncta vel signa pla[illegible] P., qui addit: stigmata, coctu[illegible] vulnerum, signum, cica[illegible] cauterium; A. p. 374 n. 42. stigma, [illegible] Ita lego A. p. 378. n. 303. pro [illegible] character: stigma, ut A. p. 380. [illegible] stigmata: character [l. characte[illegible]

[illegible] L. stinc, inibi vel de isto loco. [illegible] hanc formam etiam in aliis glos[illegible] repeti: cf. A. p. 378. n. 309. 310.: stinc, [illegible], hic unde stinc in istinc corri[illegible] non ausus sum. Ita saepius i vel hi [illegible] omittunt posteriores ut VI. p. 546. [illegible], inimicis ubi lege stronicis [l. [illegible]] mimicis et A. p. 380. n. 69. [illegible] pro Hispania.

[illegible] P. stipes, mendacitates, elemo[illegible], lignum, truncus, stips substantia [illegible], mendacitas. VIII. p. 555. stips, [illegible], obolus ratitum, eo, quod sit si[illegible] VI. p. 546. stipites, modicita[illegible], ubi l. mendicitates A. p. 376. n. 188. stipes, mendicitates. Stipes vero in singulari pro stips dici non solum probant glossaria, quibus accedit Pap. stipes, quod de parvo in summo colligitur et *Π*. p. [illegible] [illegible], haec stipes, sodalium, haec stips, collatio collecta, sed etiam Tertull. locus de Spect. c. 17., ubi optimi codd. habent: locus, stipes, elogium praedicatur. Inde stipes et mendacitas et mendicitates significat. Ceterum nota hanc vocabuli significationem. Item stipus praeter glossas lexica non habent. cf. VIII. p. 548. stips, is .i. obolus unde stipus pi, mendicus qui petit stipem, quae verba repetuntur p. 563.; VI. p. 546. stipis modicus, ubi l. stipus, mendicus. et A. p. 376. n. 189. stipis mendicus, ubi l. stipus.

289. L. stipes ut P. habet cf. n. 284.

290. P. stipendium, laboris fructus quod militibus datur VIII. p. 555. stipendium pretium de stipe acceptum et p. 563. stipendium, stipis pretium.

291. Pl. p. 500. stipulatores dicuntur promissores. Stipulari enim promittere est ex verbis iuris praetorum. A p. 378. n. 323. si stipulatur, si promittit. Stipulari etiam rogare, inter rogare est cf. P. stipulor a te pro interrogo te et passiva significatione pro interrogor. Ita VIII. p. 556. et 563. stipulari, rogare.

296. L corporum caedes prostratio, ut P. strages, corporum prostratio, ruina, agger, moles, caedes.

297. cf. infra n. 368.

298. L. orbita, semita et ita corrige P. orbita, secreta stracta in orb. semita strata. VI. p. 537. orbita, strata, ut supra orbita semita viae vel strata.

299. L. stratiotes ut P. stratiotes miles.

301. L. gnavus pro ignavus.

305. L. conus. P. conus est fructus cypressi, quod rotunditas eius conum imitetur, dicta.

306. L. strophus, tormen. *Π*. p. 174. στροφὸς tortus, tortum, tormontum, vertigo, torsio, sortio; στροφοί, termina. Tormen in usu fuisse, non solum probat locus Alcim. quem Forcell. profert, sed etiam *Π*. p. 185 tormen, χολουτεῖον et VIII. p. 581. tormen, inis, unde hoc tormentum. Strophus in usu fuisse pre-

Strictum, summatim.
Stridor, fremitus, mugitus.
Strofa, fraus, nequitia, inpostura.
310. Strofarius, istrofus, inpostor, fradator.
Strues, congestio vel collectio lignorum.
Studit, subicit, confisit, confregit.
Stultus, stolidus.
Stupet, contorpet.
315. Stupidus, stultus, torpidus, stolidus.
Stuprum, concubidum inlicitum.
Suavium, obsculum uxuriosum.
Subaudis, sudes.
Suadeo, censeo.
320. Subactus, inclinatus.
Subcuba, pelix, amica.
Subdit, subicit, dominavit vel submisit.
Subdolosus, astutus.
Subgravat, subonerat.
325. Subicit, humiliavit.
Subiciunt, subponunt.
Subiectus, deditus, submissus.
Subierunt, dominaverunt.
Subit, subcipit.
330. Sublatus, exemptus.
Sublegit, subtraxit.
Sublimis, altus.
Sublimus, excelsus, praeclarus.
Subnectit, colligat.
335. Subnixus, submissus, humilis.
Subolentus, gens.
Subportat, fulcit.
Subpositicius, sumptius.
Subplosa, exclusa.
340. Sub rem, utimum, postremum.
Subrepsit, intercedit.
Subrimit, occultit, abscondit, caelat.

bat P. strophus, totus fraudator, ubi lege tortus. Fraudator ad aliam glossam pertinet. cf. Fest. p. 160. vermina dicuntur dolores corporis cum quodam motu minuto ... hic graece dolor στροφὸς dicitur. Vermina et tormina eadem esse probat Dac. ad Fest. p. 747. Strophus etiam latine scribitur cf. Forc. lex.

307. L. strictim.

309. De voc. impostura cf. supra h. v. P. stropha, conversio aut a medio rũsio [i. reversio aut retorsio ut iu seqq.] nequitia, fraus. Stropha, retorta sententia, argumentatio varia et semet in diversa vertens; ut VI. p. 546. stropha, argumentatio suffugii (l. soffisma, ut A. p. 374. n. 43. soffisma, conclusio) et ibid. stropola, impostura [l. stropha]. A. p. 374. n. 37 stroffa, callida versutio [l. versutia, ut emenda *Π*. p. 174. σιροφὴ versura] et A. p 376. n. 179. stropham, postura l. stropha, impostura. A. p. 378. n. 14. stiula, impostura l. stipula, impostura ex P. stipula, impostura.

310. L. strofosus, imp., fraudator, ut *Π*. p. 176. strofosus, δόλιος, Not. Tir. p. 80. stropha, strophosus et I. p. 694. n. 53. strofarius, strofosus, imp. fraud.; VI. p. 546. stropharius, impostor.

312. Hoc corruptum puto ex c̃tudit .i. contudit.

316. L. concubium aut concubitum. Concubium Gellius dixit pro concubitu cf. Lexica.

317. Idem habet I. p. 690. n. 54. cf. supra v. saviatur. P. suavium voluptatis est et luxuriae, unde emendo luxoriosum s. luxuriosum, ut iam ad Apul. Met. I. p. 98. adnotavi.

318. L. si audes, sodes.

321. L. succuba, pellex, amica.

322. L. subdidit, subiecit, dominavit [de qua forma vide supra].

324. Subgravare in nullo inveni nec lexico nec glossario; subonerat not. Tir. habent: onerat, reonerat, subonerat.

325 L. subiecit.

328. L. subiecerunt, dom.

333. Sublimus pro sublimis veteres dixisse, probant lexica.

335. L. subnexus, quod magis voc. humilis respondet; sed subnixus quoque explicari possit submissus, ut P. subnixus, suppositus, suffultus, et VI. p. 546. subnixus, circumdatus vel humilis.

336. L. suboles, sexus, genus, ut supra v. genus.

338. L. subditicius.

339. cf. supra v. exclusa.

340. L. supremum, ultimum, postremum; cf. infra ultimus.

341. L. subripuit, intercepit.

342. L. subripit aut subtegit, occulit, abscondit, celat. Aliter equidem

Subrogatus, substitus, sortitus.

Subsannat, inridit, insultat.

345. Subsiciva, residua, reliqua vel iacentia.

Subsicibus, malus interpres.

Subsidium, reservatum auxilium.

Subsistentia, unius cuiusque persona.

Substitutus, sortidus vel subditus, subiectus.

350. Subtraxit, furatus est.

Subveniens, auxiliator vel subcurrens.

Subulcus, porcarius.

Succensus, irascitur vel increpat.

Succensum, sepulchrum.

355. Succidit, leviter incidit.

Succisum, recisum.

Sudes, pali, ticiones.

Sudum, sicco vel serenum.

Suescit, adsuescit.

360. Suetum, solitum.

Suffectus, subrogatus, favens.

Sufficit, efficit.

subrimit emendare non queo, etsi me mihi satisfecisse nego.

343. L. substitutus, sortitus, cf. supra sortitus.

344. L. inridet. VIII. p. 563. sanna, derisio, ludificatio, delusio, ludificamen, subsannatio. P. subsaunat, irridet, insultat, nares submovet deridendo.

345 et 346. VIII. p. 566. subsiciva, frusta illa quae sutor scindit, VI. p. 546. subsicivum, supervacuum. A. p. 374. n. 40. subsicivium, suburbanum [l supervacaneum.] Is. Or. XV. 13. 15. subseciva sunt proprie quae sutor de materia praecidens supervacua abiicit. P. subsecivus, subsequens; subseciva, succedentia, residua, reliqua iacentia, malus interpres. Subsecivus dicitur alinea aliquid subsecante de integro aliquid. VII. p. 581. subsicium vel subsequium, subsequens. Hic apparet duo glossemata inter se confusa esse, ut apud P. legendum sit successivus, subsequens, successiva subseq. succ., in VII. p. 582. subsicuum vel subsequium subsequens, ut apud Jul. Val. Res Gest. Alex. 2. 21. (ed. Mai) ut cum his commodi disceptator subsicui metus vos formidine solverem etc. et Oros. I. 1. Fidem annunciatione futurorum et subsequa probatione fecerunt. Quae sequitur glossa, malus interpres ex Is. depromta est, p. 694. 55., quam quomodo explicem non habeo. Cogitavi aliquando subsicivus vanus aut vacuus interpretatur scribere. Ita vero Isidorus qui fertur non solet scribere.

347. Hic quoque duo glossemata mixta sunt. Subsiduum, reservatum et subsiduum, reservatum et subsidium, auxilium.

348. P. substantia ipsa rei alicuius natura et ratio, qua constat, designat; subsistentiam personae uniuscuiusque hoc ipsum quod extat et subsistit unde ex vitio glossatoris glossam profectam esse apparet.

349. L. sortitus. Prima significatione substituere est supponere, subdere, subiicere.

353. L. succenset A. p. 376. n. 180. succensere, inputare; n. 182. succensus, culpatus; p. 377. n. 269. succens, irascens [l. succensens.] et n. 271. succenset, detrahat, inculpat, ubi lege detrahit ex P. succenset, irascitur, culpat, detrahit, imputat, VI. p. 547. succensus, detrahit vel culpat. Succensus, culpatus.

354. cf. v. bustum. Succensum hic participium est a succendo, ut bustum a buro.

357. Ita l. A. p. 377. n. 274. sudes, ticiones, pali pro: sudesitione pali.

358. L. siccum, Fest. p. 140. sudum, siccum quasi seudum .i. sine udo. Fr. Port. sudum, serenum, post pluviam siccum, purum, lucidum, silens [l. lucens] nitens, splendens, micans, tranquillum, placidum, quietum. Ita corrige A. p. 378. 331. sudum, aeris pro sodumeris.

360. Fr. Port.: suetum, usitatum, solitum, adsuetum, familiare, cotidianum, assiduum, crebrum, commune.

361. Sic l. VI. p. 547. suffecit, subministrat et suffecit, subrogavit, substituit pro suffit, subm. et suffit subrog., subsistit. Fr. Port. suffecit, subiecit, subposuit, constituit subrogavit, substituit, subdidit, subpeditavit, suffectum, subrogatum, substitutum, infectum, substitutum, in locum dedi certis [l. in locum decedentis], favens, quod voc. additum ex alio glossemate, quod ad suffragium pertinuit, mihi quidem videtur, ut suffragator, favens. cf. infra n. 364.

362. L. inficit; cf. n. 362. Virg. Aen. II. 210. ardentes oculos suffecti sanguine et igni, ubi cf. Intt. et Cic apud

Suffragium, auxilium vel praerogativum.
Suffragatur, auxilium praestat.
365. Suffraginatus, fractis cruribus vel substitus in locum decedentis.
Suffocat, strangulat, sugilat.
Suggestum, tribunal.
Sugilat, suffocat vel strangulat.
Suiflum, sifilum,
370. Sumere, inplere, bibere.
Summatim, cito partibus vel per singulas summas.
Summatim, strictum.

Non. p. 386. sufficere ab inficiendo. M. Tullius in Hortensio: Ut hi qui combibi purpuram volunt, sufficiunt prius lanam medicamentis quibusdam. Hinc A. p. 374. n. 76. suffecti, polluti, explicatur.

363. 364. Fr. Port. suffragator, patronus. Suffragatur, subvenit vel sublevat, succurrit, opem fert, adiuvat, auxilio est, opitulatur, eripit, defendit, protegit, tuetur, praesidio est, fabet, auxilium dat. Suffragia, auxilia, laetitia. Suffragium, opem, praesidium, adiumentum vel adminiculum, auxilium vel refugium; adminiculum, interventum, auxilium, adiutorium. Praerogativum, quod h. g. additum est, ex errore ita interpretatus est glossator; nam suffragium per se non praerogativum est, sed praerogativa dicitur suffragium prius latum, quam aliud quoddam sequitur. Eadem ratione praerogativum supra suffragium explicatum est. Suffragium postea dici pro privilegio, auctor est du Cang., quem vide.

365. Hic duo gossemata inter se confusa sunt; altera enim glossae pars pertinet ad v. suffectus, ubi vide. Error proficiscitur ex I. p. 694 n. 5.: suffraginatus, fractis auribus vel substitutus in lolum succedentis VI. p. 547. suffraginatus, praecisis cruribus, et ita corrige A. p. 378. n. 84. subfragatus, praecisis cruribus pro subfragus pr. c. Huius glossarii errorem repetit P. Ceterum nota hanc vocem, quam in lexicis frustra quaesieris. *Π*. p. 178. suffragino, *ἀγκυλοκτόμπω*, ubi corrigendum censeo *ἀγκυλοτομῶ* .i. poplites praecido.

368. Fr. Port. Sugillat, suadendo concitat stranguilat suffocat. Sugillatio, suggestio. Sugillavit guilae (.i. gulae) manum iniecit, inrisit [ubi l. inlisit sc. gulam]. Sugillare est gulam stringere. Sugillo verbum activum et facit passivum sugillor. Sugillet condempnet. Pl. p 502. habet sugillavit, inrisit et VI. p. 572. sugillare est g. st., quomodo dicimus strangulare. Sugillo est v. . . . . condemnet. VIII. p. 566. Sugillare, suggerere. et suffocare, subfimigare, supprimere, strangulare. VI. p. 581. sugillat, suadendo concitat, strangulat, suffocat, gulae manum inicit, inridet [l. inlidit], sugillatio, suggestio. VII. p. 547. sugillet, condemnet; suggiluit [l. sugilavit] gulae manum ingessit [l. iniecit] A. p. 378. n 24. sugillatum, incurvatum [ubi lego inculpatum] p. 377. n. 273. sugillit, suffocat; p. 379. n. 8. sagililavit, gulae manum iniecit [l. sugillavit]. P. sugillat, strangulat, suffocat, gulae manum inicit. Sugillare gulam stringere, suadendo concitare, irridere. Fest. p. 142. suggillatum dicitur ex graeco, quod ea pars, quae est sub collo, *κοῖλον* dicitur. Sugillare voc. triplicem habet significationem: 1, contundere et lividum facere; 2, infamare, inculpare, contumelia afficere, unde in gl. explicatur condemnare; 3, suggerere. Una, quam ex usitata h. v. significatione explicare non possum, glossa est: suadendo concitare, et irridere. Pro irridere igitur ubique illidere scribendum puto; sed pro priore non habeo, quod substituam.

369. L. sifflum, sifilum. Nota haec voc., quae in lexicis non reperies. Suffletus est fere idem et a du Cang. explicatur flatus ventris. Recte vero iam explicavit idem du Cang. sibilum esse dicens et morem Normanorum comparans, qui ad vesperam vigiliae Natalis domini stipitem ad eius coquinae focum conferre statimque cogi solent saltare et sibilum edere, quem ipsi soufflet et sifflet appellant. Etiam sifilum in sibilum mutare non ausim; nam sifilare habet Non. p. 531. Sifilare [quod nos vilitatem verbi vitantes sibilare dicimus vel contumeliosa popularium, quum sifilationibus quis exploditur.]

370. Valde mihi suspectum est voc. implere, unde ego lego impendere quod ex compendio corruptum facile in implere abire potuerit.

371. Fr. Port summatim, quod dicimus partibus cito autem singulas summas strictum leviter aut . . . tim ubi lege: passim, cito aut per singulas summas, strictim, leviter aut raptim. Summatim, propere, festinanter. VII. p. 582. summatim, quod dicimus partibus aut singulas summas A. p. 374. n. 84. summatim, paulatim. P. summatim, partim, strictum, leviter. Pro partibus

Summitas, crepido.
Summissus, obnixus, subditus.
375. Summus, primus, nobilis vel extremus.
Summus sacerdos, pontifex.
Subpeditat, subministrat vel ministrat.
Superare, vincere vel alligare.
Superstitiones, regiones falsae.
380. Superbia, iactantia vel contumelia, iniuria.
Superbus, contumax, adrogans vel nobilis.
Supervacuus, non necessarius.
Supervacaneus, supervacaneus.
Supplicium, mors, nex.
385. Sura, muscula tibiarum.
Surgit, nascitur, oritur.
Sursumtulit, sustulit.
Suscenset, detrahit.
Suspensi, dubia cogitantes.
390. Suspice, sursum aspice.
Suspicit, in superiorem partem.
Suspicor, aestimo, arbitror.
Suspirium, respiratio, anxietas.
Sustinat, sustinet, expectat, tollerat.
395. Susurrat, musitat, murmorat.
Sutilitas, astucia sensus vel acumen.
Sutum, coniunctum.
Synagoga, conventiculum, congregatio.
Syngrafum, multorum conscriptio vel cautio.
400. Syrtes, rivi rapaces.

quod in Gloss. legitur lege passim quod primum in partim confusum occasionem dedit, partibus scribendi aut lege carptim. *Π*. p. 5. ἀθρόως summatim, repentim [l. repentine] passim et p. 8. ἀκροθίγως summatim, carptim. Pro strictum l. strictim. Ceterum nota significationem summatim: ociter, cito, quam uno tantum exemplo a. 1248 comprobare potest du Cang.

373. cf. v. crepidem, summitatem.

274. cf. v. subnixus.

378. Glossam alligare explicare non possum, nisi pro vincire alligare in aliquo glossario scriptum fuisse vincere alligare putas; unde errore glossatoris hic additum est.

379. L. religiones falsae.

383. L. supervacuus.

388. L. succenset, detrahit; cf. supra v. succenset.

392. Suspicari esse opinari, putare notum est. P. suspicatur, existimat, arbitratur. Inde emendo A. p. 289. n. 266. pro conputem, suspitem: conputem, suspicer.

394. L sustentat. Sustinere etiam pro exspectare dici apud scriptores ecclesiasticos, probat du Cang. v. sustinere.

395. L. murmurat cf. supra v. musitat.

396. L. subtilitas.

399. VII. p. 582. syngrapha, cautio vel scriptio chirographi. A. p. 373. n. 8. singraffe, subscriptiones. Non. p. 225. syngraphas feminino genere M. Tullio auctore dicimus .... Masculinu Plaut. Asinaria Agedum istum ostende quae scripsisti synchraphum.

400. Pl. p. 572. syrtes duo sinus Africae, qui nunc recedunt nunc accedunt, dicti figura graeca, quae verba explicantur ex Pap.: syrtes sunt arenosa loca, quas Salustius a tractu vocari dicit: quod ad se adtrahant et appropinquanti vadoso mari haereant: haemari aegyptio vicinae sunt et pariter admiscentur. [cf. Isid. Or. XIII. 18.6.] Syrtes tractus aquarum rapaces scopuli supra mare, loca arenosa vel arida, accedunt et recedunt. VII. p. 582. et A. p. 380. n. 88. habent: syrtes rivi rapaces, ubi rivi sunt tractus aquarum.

---

# T.

1. Tebefecit, tabo cruentavit.
Tabies, maces.

1. Nota v. tabefacio, quod inusitatum fuit. Extat etiam in *Π*. 181. tabefacio, μαραίνω. Participium tabefactus in usu fuit apud priscos. Miror, etiam du Cang. h. v. non notasse.

2. L. tabes, macies. Pl. p. 503.

**Tabescit, adtinuatur, extilescit.**
**Tabo, sanguis.**
**Tactus, tractus.**
**Tacet, reticet, silet.**
**Taciturnitas, silentium.**
**Taedet, tedio est.**
**Tedium, accedia.**
**Tabehel, bonus deus.**
**Talatrus, colafus in talo.**
**Talionem, eius rei repensationem vel vicissitudinem.**
**Tamquam, sicut, quod quas.**
**Tames, cruor, sanguis.**
**Tandem, tandem aliquando vel tamen.**
**Tantisper, interim.**
**Tantocius, tanto velocius.**

tabes orbor sanguinis, [ubi corrige cruor, sanguis.] et tabe, morbo, macie, aegritudine. Tapescunt enim qui nimio languore aut macie veniunt quae corrige ex Pl. VI. p. 573. tabes, cruor sanguinis [l. sanguis] morbus, maciei [l. macies] aegritudo; tabescunt enim, qui nimio languore ad maciem veniunt. I. p. 693. n. 48. tames, cruor, sanguis [l. tabes] et. n. 50. tabae, muciae, ubi corrige tabe, macie. Prius vitium repetit VI. p. 547. et habet praeterea talius morbus ubi lege tabes, ante corruptum in tabies. F. p. 273. tabem eam quae faceret tabescere, apud antiquos usurpatum. P tabent, languent; tabescit qui nimio languore ad maciem venit. Tabes, macies, morbus, squalor, lues, clades, languor, tabes est corrupto sanguine, corrumpente viscera; nam tabe distillant qui pestilentia corrumpuntur.

3. L. attenuatur, emacescit aut extabescit; aut emenda exilescit.

4. Vitium si quod est, inde natum opinor, quod glosatores tabo, quod ablativus est, quia hoc casu tantum in glossis invenitur, nominativum esse putabant. VII. p. 582. tabo notandum quod ablativo tantum casu dicitur et alium non recipit casum, quem errorem lexica satis accurate corrigunt. Ita corrige VI. 549. tubo, contritio moestitia et VII. 583. trabo, tristitia moestitia aut in tabo t. m. ut A. p. 381. 60. tabo, putredo, aut, quod mihi verisimilius est, lege pro tabo tabor ad quod v. proxime accedit VIII p. 594. tanquor, aegritudo, aegrimonia. Quod voc. si posueris, etiam explicari possit, cur glossaria constanter tabo non ablativis, sed nominativis aliorum vocabulorum explicent. Tabor formatum est ut languor, pavor, terror, dolor alia. Ita etiam corrupta sunt Papiae verba: tabi et tabo putridus sanguis est, tabes autem pestilentia vel quaelibet putredo, ubi, si tabum et tabor corrigis, omnia bene procedunt. Tum explicari potest, quomodo glossator sibi fingere potuerit, ut tabo, quod semper in glossis invenit, in ablativo tantum dici pronuntiaret, a tabum id repetens.

5. Noli emendare. P. enim: tactus dictum quod pertractet [cf. Is. Or. XI. l. 23.]

9. cf. de v. accedia supra e. v.

10. Corrige ex P. tabeel proprium est; interpretatur bonus deus, ut vel hominem vel idolum ostenderent.

11. Variant glossae inter talatrius et talastrus et alterutrum legendum est apud I. p. 696. n. 47. talitius, colaphus in talo. VI. p. 547. talastrum, colaphus in talo. VII. p. 582. talastrus, colaphus .... [ubi adde in talo.] et A. p. 383. n. 195. talatrus, colaphus in talio [l. talo] et P. talastrus, colaphus in talo. Hoc vocabulum, quod, quantum scio, apud veteres in usu non fuit, utra ratione rectius scribatur, diiudicare vix poteris.

12. Fragm. Port. Taleo, vicissitudo. Taleo similis vindictam [l. vindictae] i. e. ut taliter quis patiatur, ut fecit; taleo est, ut qualem quisque intulit iniuriam, tale supplicium pendat; taleo est, quum idem quisque patitur, quod fecit, unde illud est legis: oculum pro oculo, dentem pro dente. — Taleone facti repensatione simili. A. p. 383. n. 190. 192. 193. talionem, ultonem [lege ultionem] talio, simili [l. simile] talio, vicissitudo. P. talio, recompensatio, simile.

13. L. quasi. Tum voc. quod corruptum est; lege proinde, ex compendio pinde in quod mutatum. Fragm. Port. tamquam, sicut quasi vero — hac si pinde [l. ac si] — veluti, quasi vero, etiam; quod postremum quid sibi velit non capio. Forsitan legendum sit instar.

14. L. tabes cruor s. •

15. Fragm. Port. tandem aliquando, tamen. Non. p. 405. tandem significat vix .... tandem significat et tamen. Titinnius in Gemina: Sin forma odio sum, tandem ut moribus placeam viro.

16. Fragm. Port tantisper, interim, iterum iterumque. VI. p. 547. tantisper, iterum, ita demum. VIII. p. 592. tantisper, interim. P. tantisper, interim, iterum iterumque.

17. P. tantotius, tam citius, tan-

Tantulum, tantundem.
Tantummodo, quantum ex illud vel tantidem.
20. Tardas, seras.
Tartarum, infernum.
Taberna, compouula, eauponium.
Tabernaculum, tentorium, papilionem.
Tabernarii, caupones.
25. Taxat, tangit, nominat.
Taxatio, nominatio.
Taxator, aestimator.
Tectorium, tegmine.
Tede, lampades, faculae, fasces nuptiales.
30. Teges, coopertorium.
Tegit, amictat, cooperit, celat.
Tegora, tergus, coria vel posteriora iumentorum.
Telum., gladium, sagitta.
Telus, terra.
35. Temeratum, violatum, pollutum.
Temere, sine consilio, passive, violenter.
Temeritas, violentia, audatia.
Temetum, vinum.
Tempuit, contemnit.
40. Temolentus, vinolentus, ebriosus.
Tempestas, procella.

totius, tantò velocius. et ita corrige VI. p. 547. tam tocius tam citius in tantocius. Tam recte se habet; nam aliquoties hanc particulam et comparativis et superlativis addi constat; cf. Intt. ad Virg. Aen. VII. 787.

22. cf. supravoc. L. cauponula, cauponium.

23. L. papiliones cf. supra v. papiliones.

25 — 27. VI. p. 547. taxat, tangit. VII. p. 582. taxat, ponderat, tangit. VIII. p. 592. taxare, numerare, computare, calculare; taxator, numerator, calculator, computator, compotor [l. coniector. VIII. p. 45. autumare, putare opinari arbitrari **aestimare, conlicere**]. F. p. 154. taxat et taxatio a verbo **tango** dicuntur, unde et taxatores a scenicis dicuntur, qui alterutrum maledictis tangunt. P. taxat, ponderat, nominat, aestimat, tangit; taxatio, aestimatio, deliberatio, nominatio; taxare dicitur aestimare, tractum ab emptoribus, qui taxatione pretii suas voluntates colligunt. Taxare veteres ad voc. tangere repetisse, et ex Festi, quem protuli, loco apparet et ex Gell. II. 6. 5. taxare pressius crebriusque est quam **tangere, unde procul dubio id inclinatum est.** cf. Macrob. Satur. VI. 7. qui hunc locum ex Gellio descripsit. Si aliquot interpp. loco Apuleii obscenissimo [cf. I. p. 930. ed. meae] legunt, pando et repando ventrem saepiuscule **taxabam**, errant; nam codd. Flor. optimi, in quibus solis hic locus extat, habent tractabam, pro quo rectius tactabam legeris.

28. L. tegmen.

29. L. faces nupt. VII. p. 582. taadae lampadae [l. taedae, lampades] ut A. p. 383. n. 74. et 78. taedae lampades — t. fasces nuptiales [l. faces]. P. tedae, lampades pingues, propter crassam picem dictae [cf. supra v. faces].

31. Nota v. amictare, quod in glossis et lexicis non legitur Cod. 7692. Par. habet amictuare (ubi lege amictare) couvrir et corrige VIII. p. 45. amictuare, cooperire, contegere, amicire in amictare; et amictuatus, coopertus in amictatus et amictus, coopertus, tectus, opertus, amictuatus in amictatus. Infra v. vestit, amicit, amictat.

32. Idem habet I. p. 696. n. 2. VI. p. 548. tergora, pelles; tergoria [l. tergora] coria. VII. p. 582. tegoria, coria et p. 583. tergora coria vel pedes [l. pelles]. Non. p. 414. tergora dicuntur coria. P. tergum et terga hominum sunt, tergus vero quadrupedum est, unde pluraliter tergora coria dicuntur; tergum dorsum, tergus corium; terga deorsum sunt, ut latera posterior pars. Tergora coria vel pelles. Ceterum cave, ne tegora mutes, nam tergus a tego repetendum et scribendum tegora, nonnulli putant. Ipse Varro de L. L. V. §. 110. tegus suis ab eo quod eo tegitur; et tegora praeferunt Intt. Plaut. Capt. IV. 3. 2, et IV. 4. 7. Is. Or. XI. 1. 92. tergora aliter inclinat: terga inde dicta, quia supini in ea [P. in eis] iacemus in terra, quod solus homo potest.

33. de neutr. gladium vide supra v.

34. L. tellus. Ita l. VII. p. 582. pro tellorem, terrorem: tellurem, terram.

36. Passive est passim; cf. de hac vocis significatione quae dixi ad Apul. Met. VI. p. 427.

38. et 40. Pl. p. 503. temetum, quod temptet mentes et faciat titubare quae repetit P. pro temptet: teneat

Temperatum, calda aqua.
Tempestivum, opportunum.
Templa, aedes, domus, fana.
45. Tenebrosum, nigrum, obscurum.
Tener, tenuis, gracilis, subtilis.
Tenet, obsidet.
Tenor, texus epistulae.
Tenuis, subtilis, tener.
50. Tenuitas, fame, ieiunia.
Tentat, exploreat.
Tentoria, papiliones, tabernacula.
Tentorium, casa militis.
Tenus, usque vel fine.
55. Tetor, niger.
Teres, rutunditas.
Teredo, vermis in ligno.
Terelis, teretis, rutunditas.
Terga, scapula, posteriora hominum.
60. Tergiversatur, moratur vel tempus volvit.
Terra, tellus.
Terret, formidat.
Terribus, tristis, orribilis.
Terrivola, formidolosus.

habens. VIII. p. 589. temetum, vinum, merum, temulentia, ebrietas; temulentus, ebrius. In libro Regum: aestimavit eam Heli temulentam. A. p. 383. n. 197. temetum, vinum et p. 381. n. 57. tumulentus, vinolentus [l. temulentus]. VI p. 548. temulentus, voracitati simul et ebrietati deditus. Non. p. 5. temulenta dicta est ebriosa, dicta a temeto, quod est vinum, quod attentet. Fest. p. 155. temetum vinum, unde temulentus, temulentia. Is Or. X. 271.

42. Caldum pro calidum dixisse veteres probat locus Varr. apud Non. p. 263. v. calidum, cum dixisset vitulas, ecce tibi caldis pedibus irrumpit se in curiam. *Π*. 175. calda, *θερμὸν*; calda aqua *συγκεραστόν*, calda cinis *θερμοσποδία*. Ita etiam *συγκεραστὸν* in *Π*. 175. explicatur tempera et calda aqua, ubi l. pro tempera: temperatum. et VI. p. 548. temperium, mox rota l. temperies, mixtura.

48. L. textus epistulae, ut A. p. 383. n. 171. tenor, texus ep̃lae. VI. p 548. tenor, ordo sermonis. A. p. 382. n. 137. tenore, ordine vel statim tricennalibus [ubi corrige textu ep̃lae, accentu vocis].

50. L. fames, ieiunia ut P., quod tenuitas etiam paupertas et indigentia est, ut P. tenuis, nudus, pauper, aridus.

51. L. explorat.

55. VI. p. 548. tetrum, pugeum [l. nigrum vel putridum] horribilem. A. p. 382. n. 131. tegrum [l. tetrum]. nimis odorem pestiferum, nigrum vel putridum, quod recte explicatur, si pro nimis legis edens vel dans ut N. p. 413. taetrum, vitabile .... taetrum dicitur illuviosum, foetidum Virg. Aen. III. [228.] tunc vox taetrum dira inter odorem .... taetrum, impium, crudele. P. teter, niger, asper, obscurus, horrendus, ferus.

56. et 58. L. rotunditas cf. supra v. rutundus. VI. p. 548. terti, rotundi, ubi lege tereti, rotundo aut teretis, rotundi. A. p. 380. n. 10. teres, rotundum; Is. Or. XV. 2. 19. teres aliquid rotundum est cum proceritate. Fest. p. 155. teres, rotundus in longitudine. P. teretes, rotundi, pulchri, et fortes. Glossa n. 58. corruptissima est.

60. VI. p. 548. tergiversator dicitur, quod animum quasi tergum vertit huc illuc, ut non facile sic intellegatur [quae sunt verba Is. Or. X. 271., qui tamen habet: nec facile, qualis sit, intellegatur]. VII. p. 583. tergiversatione, colludio, frustratione. VIII. p. 593. tergiversare in diversas partes vertere vel decipere; tergiversator, deceptor, fraudator. Non. p. 41. tergiversari, fallere et dicta mutare et est quasi tergum vertere. P. tergiversari, cessare, desinere, dubitare, deliberare; tergiversatur, frustratur, deluit (l. decipit) tempus volvit, simulando fugit, quod debet facere; tergiversatio, frustratio, colludium, denunciatio (l. deliberatio).

63. L. aut tetricus, ut A. p. 383. n. 198. tetricus, austerus, tristis. P. tetricus, tristis, obscurus, super ciliosus, rigidus a tetro; aut ter ribilis.

64. L. terrivola, ut VI. p. 548. terribola, formidolosus, timidus. III. p. 593. terrivola, formidolosus, tumidus (l. timidus) et dicitur terrivola, quasi cum terrore volans. A. p. 383. n. 196. terribula, formidolosa. P. terribola, formidolosus vel formidolosa. Ego terricula ubique emendaverim et terrivola nominativo casu dictum, improbo; ab uno glossatore formatum dein in cetera glossaria abiit. Ita emenda VIII. p. 592

65. Terror, oror, timor, metum.
Testudo, ordo militum.
Testes, testiculi.
Thalamum, cubiculum sponsi et sponsae.
Thesaurum, aerium.
70. Thoracem, pectus.
Thoragum, ornatus mimicus id est tiara.
Thorax, militare munimentum id est lorica.
Thronus, sedis excelsa.
Tiaces, laudes virginum.
75. Tibias, crura.
Tigmina, accubitus, prostromata.
Timor, metus, orror.
Tilinum, fylirin˜.
Tiro, ignarus, initians vel novus.
80. Tironatum, rudimen.
Titan, sol, vel focuus vel gigas.
Titanes, filii terrae, id est terrigenae.
Ticiones, pali, sudes.
Titubat, vaccillat, palpat vel lavat.
85. Titulum, inscriptio.
Tibices, qui tibia canunt.
Toga praetexta, quae in senatu inducitur.
Tollere, demere vel portare.

terribulum, tormentum, tormen, cruciamen, crucium, cruciatus, supplicium in terriculum et terribulosus, terrore plenus in terriculosus. Nam terriculum et terricula pro eo, quod terrorem iniicit, dicebant antiqui cf. Non. p. 227. tericulae generis feminini: neutri; Accius Epinausimache: Ubi nunc **terricolata** sunt (l. terricula tua). Idem Telepho: Proinde ista haec tua aufer **terricula**, unde Apul. formavit: tericulamentum. Per se et terribulum et terriculum ferri potest, ut tribulum, conciliabulum, latibulum et ferculum, operculum, vehiculum cett.

65. L. horror, metus.

66. Non satis accurate h. v. explicandum est. Testudo enim est globus militum s. conglobati milites, scuta scutis arcte coniungentes ut P.: testudo, concameratio scutorum in modum testudinis.

67. Testes dici pro testiculis, probant lexica.

69. L. aerarium.

70. Ego haereo in voc. thoragium, etsi P. item explicat: toragium, ornatus inimicus, ubi l. mimicus ut in VII. p. 583. toragium, ornatus mimicus. Ugot. putat voc. petendum a toro, sed ita ad ornatum referri nequit. Ego praefero choragium. Fulg. p. 779. explicat: choragium, virginale funus vocatur, sine dubio locum Apul. Met. IV. 33 ante oculos habens: iam feralium nuptiarum miserrimae virgini struitur choragium; et ita II. 20. Met. Ap. extat in ipso momento choragii funeris. Fest. explicat p. 40. choragum, instrumentum scenarum i. e. ea omnia quibus scenae ornantur. Quod cum ita sit, choragium bene explicari potest: ornatus mimicus s. scenicus. Itaque tiara voc. mihi quidem suspectum est.

74. L. tyasis. P. tyasi .i. chori, **sacrae laudes** virginum; Thyasus, saltatio in sacrificiis bacchi; tyasus, sacer, thyas, baccha. Ita igitur corrige A. p. 381. n. 49. thiasos, laudes virginum pro thiaras. VI. p. 548. thiasis, laudes virginum. VIII. p. 583. thyasi, laudes virginum; thyasus, chorus sacra dicentium Liberi atris (l. patris) et gestamen sacrorum erat, ut vitibus uvae (ubi lege cum vit.) thyasis, sacris. Thyrsus, quod Gloss. VIII. innuere videtur, substituere non audeo. Nota igitur vocabulum quod a v. Thyas formatum videtur.

76. L. tegmina, accubitus, peristromata; cf. supra s. v. accubitus et peristromata.

77. L. horror.

78. L. thyminum, phalernum ex P. thyminum, mel suave, multum odoriferum; nam flos eius amarum est; thyminum, vinum falernum.

79. Initians est incipiens, inchoans cf. P. initiare, sanctificare, innovare.

80. I. p. 696. n. 38. eadem glossa extat.

81. L. vel phoebus; cf. supra v. sol ut A. p. 383. n. 592. titan, sol.

83. VIII. p. 555. stipes, ticio, qui ad comburendum in igne stipatur et p. 511. stipes pro titione; cf. supra v. stipes. P. ticio, vulgo perustum lignum. Non. p. 182. titionem, fustem ardentem. Pro palo et stipite dici titionem, exemplis probare non queo.

84. L. labat. Palpare est tremere. Gl. Ar. p. 710. titubo, nato, vacillo ubi l. nuto.

85. Titulum etiam neutro genere dici apparet ex Inscr ap. Fabr. p. 8. n. XLVII. **hoc titulum** posuit.

86. L. tibicines.

Tollit, aufert, adimit.
90. Tonditantes, frequentertondentes.
Tonse, remi.
Torcular, lucus calcatorius.
Toreuma, q; inter noras s;.
Torpidus, stupidus.
95. Torpit, languit, deficit vel splendescit.
Torpuit, ommutuit.
Torrens, fluvius ex pluvia collectus, vel aqua crepte decursus.
Torrere, facere cremare vel cessare.
Torreis, lignum perostum vel ostum.
100. Torridum, siccum, ostum vel ostum.
Tortus, asper.
Torvus, tostus, asper.
Torvus, ferox, habet impetum vehemens.
Trahit, ducit.
105. Trama vel tramis, extrema pars vestimenti.
Tramites, semitae vel viae de transverso.
Transfuga, qui ad hostem transfugit.
Transmittit, dirigit,

89. L. aufert.

90. Eadem glossa extat VI. p. 548. VII. p. 583. Alia glossaria habent etiam tunditantes, saepe tundentes ut A. p. 383. n. 164. et p. 388. n. 2., ubi falso extat tudantes; VIII. p. 590. habet tonsitare, frequenter tondere. Cum vero frequentativum voc. tundere sit tuditare, ut aperte testatur Fest. p. 152. et VIII. p. 589 tuditare cum maleo percutere, et *П.* p. 188 tudiatores, ubi lege tuditatores, χαλκοτόποι, sed tonditare et in omnibus fere glossis legatur, et analogia probetur, ut voc. agitare, ubique tonditare legendum puto, quod non minus novum est, quam tonsitare.

91. Ita etiam Pl. p. 503. VI. p. 548. habent.

92. L. lacus, calcatorium. Torcular enim etiam lacus est, in quo reponuntur uvae; lacus est vas amplum, in quo mustum pedibus vel prelo expressum colligitur; calcatorium est locus in cella vinaria, in quo uvae calcantur; qui locus altero nomine torcular appellatur. Ita emendo *П.* 185. torquar ληνός in: torcular, ληνός.

93. L. toreumata, quae torno rasa sunt, nt emenda A. p. 383. n. 168. pro toreomata qui t. cett. VII. p. 583. toreumata vasa sunt, a torno facta; VIII. p. 591. toreuma, torus lectus, ubi legendum est t. tornus, quod in torus corruptum effecit, ut lectus falso adderetur.

94. VI. p. 548. torpos, pigritia. VII. p. 583. torpidum, marcidum; torpor, frigdor. P. torpet, pigrum est, rigor, frigidum est, stupet sensu carens. torpidum, stupidum, segne, marcidum.

95. L. torpet, languet, deficit vel lentescit. cf. supra languida, lenta, affecta.

96. L. obmutuit.

97. L. fluvius .... vel aqua cum impetu decurrens [ex compendiis c̄ ĩpetu .i. e. cum impetu corruptum] aut aqua impete decurrens. P. torrens est aqua veniens cum impetu dictus, quia pluvia crescit, siccitate torrescit .i. e. arescit. A. p. 383. n. 186. torrens fluvius conceptus (?).

98. L. tostare aut siccare P. toret, adurit, siccat, coquit, tostat. VI. p. 549. torrere, tostare. VII. p. 583. torrere, tostare; torret adustat(?). A. p. 381. n. 24. torrevit [l. torruit], siccavit.

99. 100. L. siccum, ustum vel tostum → torridum, siccum, ustum vel tostum.

101. L. torvus, asper ut A. p. 383. n. 184.

102. L. tortus, asper cf. Is. Or. X. 269. torvus, terribilis, eo quod sit torto vultu et turbulento aspectu. Fragm. Port. turvus, ferax, impetu vehemens, ubi l. torvus, ferox.

103. L. ferox, taeter, impetu vehemens.

105. L. trama vel trames. cf. Is. Orig. XIX. 29. 7.

106. L. semitae. P. trames a transmeando transversa via vel angusta cf. Is. Or. XV. 16. 10. VI. p. 548. treumitae [l. tramites] semitae; tramites, viae perversae. VII. p. 584. trames via conpendiosa, quae transmittit vel via transversa. A. p. 383. n. 61. tranitem, viae transversae [l. tramites].

108. cf. s. v. dirigit.

Tranquilum, placitum, limpidum.
110. Transitus, transiectus.
Transscribit, perscripturam radit.
Travea, veste regia.
Trementia, palpentia.
Trepidus, timidus vel dubitans.
115. Trepudiare, laetare, exaltare.
Trepudiat, exaltat.
Trepudium, ilaritas, laetitia.
Triarchus, navigans.
Trivoli, genus spinarum.
120. Tribunal, suggestum.
Tribunalia, cathere.
Tricli . . . . ante usum accubitorum in tribus lectis recumbebantur lectus, graece clinus dicitur.
Trinepus, pronepus pronepotis id est sexta generatione superiori gradus.
Tripoda, scabellum cum tribus pedibus.
125. Tristem, mestem, vultuosum.
Tristis, terribilis, vultuosus.
Tristitia, meror, lacrimae.
Tristavus, proavus proavi id est ut generatio.
Tritonia, genus est feri in mare.
130. Tropea, spolia occisorum vel victoriae.
Triumphalis, dies bellicosus.
Triumphat, pedibus saltat.
Tropheum, triumphum vel macinamentum.
Tropheum, signum victoriae.
135. Trucidat, iugulentat h' dīc̄. negat, verberat.
Truculentus, vehementissimus, sevus, iratus.
Trudit, impingit, redudit, expellit.
Truditur, impingitur in custodia.
Truncus, sine capite.
140. Trutina, statera.
Trublium, parapside.

109. L. placidum.
111. L. per scr. tradit.
112. L. trabea.
113. L. palpantia cf. supra v. palpat.
115 — 117. L. tripudiare . . . laetari, exultare; exultat — hilaritas. A. p. 381. n. 56. trepudiantes, exultantes: P. tripudiat, gaudet, exultat; tripudium, exultatio.
118. L. trierarchus, nauarchus vel nauclerans, de quibus vocc. vide ad v. navarcus.
119. L. tribuli. P. tribuli, genus herbae spinosae.
121. L. cathedrae.
122. Praeter tricli in cod. nihil legi potest; quae enim sequuntur litterae, squalore obductae sunt. Hanc glossam supple et corrige ex A. p. 381 n. 50.: triclinium ante usus topadiorum in tribus lectulis recumbebant, ubi lege pro tropadiorum accubitorum.
123. L. trinepos. Recte trinepos dicitur pronepos pronepotis .i. tertius a pronepote. Nam nepos, pronepotis est adnepos; ita pronepos pronepotis est trinepos ac quidem: sexta generatione: filius, nepos, pronepos, abnepos, adnepos, trinepos. cf. Is. Or. IX. 5. 30. Pro superiori gradus l. superioris gradus.
124. Sulp. Sev. dial. 2. 1. Sedebat Martinus in sellula rusticana, ut sunt illae in usibus servulorum, quas vos rustici Galli tripetias . . . vos tripodas nuncupatis. Tripoda est accusativus. P. tripoda, graecum est tripes.
125. L. moestum.
128. L. tritavus. Sequuntur enim pater, avus, proavus, abavus, atavus, tritavus, i. atavi pater, sive proavi proavus. Sexta generatio lege pro ut generatio vel ultima generatio ut Is. Or. IX. 5. 10. tritavus, ultimum cognationis nomen est.
129. L. triton i. genus ferae in mari. Triton enim est nomen piscis marini grandioris ex genere magno pelamidum. Ex hac glossa corrige A. p. 383. n. 161. tritonia genus est ferri in mare.
131. Haec corrupta sunt; P. habet triumphales dies, gaudii dies.
132. Hocne muta in tripudiat. Nam triumphare saepius de summo gaudio et exultatione dicitur, ut Cic. Cat. II. 2. in qua exultat et triumphat oratio mea.
133. cf. supra macinamentum.
135. L. iugulat hoc dicitur necat. Quomodo iugulentat defendi possit, non habeo. Supra necat, occidit, iugulat.
137. L. recluditi. claudit; cf. lexica. P. trudit conto impedit (l. impegit), cludit.
138. L. in custodiam.
141. L. tryblium, parapsida cf.

Trux, dirus, terribilis, orendus.
Tueor, defendor, protegor.
Tueri, tutari.
145. Tugurium, hospicium modicum pauperum.
Tum, de futuro dic̄ tempore.
Tum demum, tunc deinde vel postea.
Tumultus, seditio.
Tumor, succuratio.
150. Tuor, videor.
Turbines, turbines commoventes.
Turbo, venti vorago.
Turgidus, tumidus.
Turbulentus, obscurus.
155. Turpem, inhonestum, indignum, incongruum.
Turget, crescere cogit.
Turgit, crescere incepit.
Turpor, frigdor.
Tus, pollen, manna.
160. Tutela, tuitio.
Tubicem, qui tuba canit.
Tubicines, ititem qui tubas canant.
Typum, forma vel similitudo.
Tyreum, purpora pretiosa.
165. Tyrannicidium, occisio tyranni.
Tyrannus, malus rex qui sine lege vivunt.

*Π*. 190. τρύβλιον, parapsida, catinus. Varro de L. L. V. §. 120. tryblia et canistra, quod putant esse latina, graeca sunt; cf. Plaut. Stich. V. 4. 8. P. trublium parapsis.

142. L. horrendus.

143. De passiva verbi tueor significatione cf. lexica v. tueo.

149. L. suppuratio.

150. L. tueor cf. supra n. 143.

151. Frag. Port. turbine, tempestates, vertigine (l. tempestate); volubitate ventorum; ventorum vertigine, tempestate. Turbines, procellae, venti, vertigines, tempestates. Turbo subita vis ventorum sine pluvia; vis venti, tempestas, venti vorago, tempestatis vertigo. Turbo est volubitas ventorum. A. p. 383. 189. turbinae, rotae ventorum ubi l. turbo vorago ventorum. Pro turbines legendum sit vertigines comm.

154. Idem extat in A. p. 383. n. 3.

Frag. Port. turbulentus, obscurus, non lucidus, turbidus, turbatus.

156. 157. L. crescere coepit — turget, crescere incipit. Fragm. Port. turget, tumet, irascitur; turget, crescit, incipit.

158. L. torpor, frigdor; cf. supra n. 94. De forma frigdor cf. supra v. friguit.

159. Manna thuris dicit Plinius, unde tus manna explicari possit, et eadem ratione Colum. VI. 30 'pollen turis.

161. 162. L. tubicen .... tubas canunt.

163. L. typus.

164. L. tyrium cf. Is. Or. XV. 1. 27. Tyria dicitur nobilis purpura. Tyrium absolute dici pro purpura tyria testatur locus Tertull. de Poenit. 11. Num in coccino et tyrio pro delictis supplicare non convenit.

166. L. qui sine lege vivit. P. tyrannus rex sine lege vivens.

---

# U. V.

1. Vaccula, brevis vacca.
Vaccatum, gemmatum.
Vacillat, titubat, nutat.
Vacua, parva, exerta.
5. Vacuae, vanae.

1. Ita lege VIII. p. 627. pro vagula, bugula, iuvenca, quia vagat per campum: vaccula, bucula. cf. supra bacula.

2. L. baccatum. cf. supra v. gemmatum.

4. Exerta damnare non ausim, quod nudum significat, et nudum pro vano dici potest; vel lege exausta, ut supra parva, vacua, exausta. Etiam deserta coniici queat.

Vadatur, promittit, pollicetur, fide dicit.
Vadatur, litigat, rixat.
Vades, fideiussores, fidedatores.
Vadere, ambulare.
10. Vadimonium, sponsio sive officium.
Vadimonium, iurgium, litem.
Vadit, it.
Vafer, callidus, durus, stultus, subtilis.
Vafre, inaequaliter.
15. Vaga, inbrevia.
Vagantes, dispersi, palantes errantes.
Vagurrit, per otium vagatur.
Vagus, errans, erraticus.
Valde, nimis vehementer.
20. Valentia, fortitudo, firmitas, robor.
Valet, viget, sanus est, potest.
Valetudinarius, qui frequenter erogat.
Valetudo, valendo sive bene sive male.
Valida, vivida, fortia, robusta.
25. Validior, firmior.
Valitant, valent, sani sunt.
Vallatus, circumdatus, circumseptus.
Vallis, locus depressus.
Vallus, locus humilior vel fossa munitio.

6. 7. 8. 10. 11. Idem habet I. p. 697. n. 41. VI. p. 550. vadatur, fide dicit. VIII. p. 627. vadator, fideiussor; VIII. p. 623. vades, obsides; vadimonium, arrha, arrhabona; VII. p. 584. vades dicuntur, qui legaliter causas agunt; A. p. 385. n. 76. et p. 386. n. 2. vades, fideiussores; n. 77. vadatur, litigat; p. 386. n. 7. vas, fideiussor. I. p. 691. 43. 44. vadimonium facit, fideiussorem dat; vadimonia, iudicia, unde apud iudicem per fideiussorem vadere liceat. VI. p. 550. vadimonium, sponsio officii, ubi lege officium. A. p. 386. n. 105. vadimonium, iurgium, lite ubi lege litem. De significatione iurgandi cf. supra v. litigat, vadatur, iurgat, rixat.

12. A. p. 386. n. 7. vadit, inpertit, ubi lege incedit, ut P. vado is, it, incedit.

13. L. dubius aut subdolus astutus. I. p. 697. n. 39. 40. vabra, callidus, artificiosus; vabrum, varium, multiforme; et p. 698. n. 25. vepra, callidus, testificator (ludificator) diversipellis (l. versipellis). Gl. Ar. p. 710. 38. vabra vel vafra. VI. p. 550. varba (l. vafra), callidus, artificiosus. VIII. p. 550. vafer, cautus, callidus, astutus, varus (l. varius) catus. A. p. 386. n. 81. vaser, versutus et n. 83. vaver, callidus. P. vafer, fra, frum, callidus, subtilis, artificiosus, multiformis. Quod vafer etiam versipellis varius est, dubius emendatio pro durus probari possit; stultus ex voc. astutus corruptum videtur. Mirum est codices in terminatione vafra pro vafer consentire, quod tamen vitium est.

14. Difficilius de h. gl. statui possit; item etiam P. habet: vafre, inaequaliter quod quomodo explicem equidem non habeo.

15. Quid inbrevia sibi velit non capio. Ego emendo: erratica aut incerta.

17. Idem extat I. p. 698. n. 8. VI. 550. (ubi tamen vagorrit scribitur) et A. p. 386. n. 3. VII. p. 585.: vagurrit, per otium vacuus vel actio deperit ubi l. vagus vel actione privus. A. p. 385. n. 100. vagurrit, per odium vagat. et A. 410. n. 39. vagurrio per otium vaco, ubi lege vago. Ceterum nota in optimis quibusque codd haec verba quae in urio desinunt, duplici littera v scribi. Ita apud Apul. IV. p. 225. Florent. 3. habet scaturribat, nec minus obligurrire scribi debere, probat Cellar. de Orth. p. 157., quamquam contrarium docere videtur Don. ad Terent. Eun. V. 4. 12. ligurrire ἀπὸ τοῦ λιγωροῦ repetens, cf. Apul. Met. X. p. 908. (ed. meae) et vetustissimi codd. habent abligurribam. Arnob. V. 40. est scaturriginem. Tum vago quod A bis extat, cave ne in vagor mutes; extat enim activa huius verbi forma apud Plautum et Non. p. 467.

20 L. robur.

22. L. qui . . aegrotat ut A. p. 385. n. 99.

26. I. p. 697. n. 49. valitant, valent. Nostram glossam repetunt VI. p. 550. VII. p. 585. A. 386. n. 4. P. valitat, sanus est, valet.

29. Hic vallis et vallus confusa videntur. Vallus quod infra n. 31. scriptum est, non solum de palo et sude dici sed etiam de vallo ex palis contexto, probant lexica. P. vallum, munimen, fossa vel locus humilior, vallus, munimen, quod fit de palis acutis. VI. p. 550. vallo, palus, ubi l. vallus; vallum, fossatum, ubi lege aut vallum, fossam aut valla-

30. **Valvae, ianuae.**
**Valus, palus acutus.**
**Valus, qui pedibus unctis ambulat.**
**Vani, nugaces, fatui, inutiles.**
**Vanum, fluxum, vacuum.**
35. **Varicavit, ambulavit.**
**Varius, discolor, mutabilis.**
**Varunculus, vario.**
**Vasa fictilia, fribula.**
**Vasculum, discus, fasculum.**
40. **Vassi, fide iussor, satisdator.**
**Vasit, ambulavit sed accipit praepositionem et fit evasit.**
**Vasit, evasit, perrexit.**
**Vasta, infesta.**
**Vastat, spoliat, expugnat.**
45. **Vastus, magnus, inclytus, grandis.**
**Vastus, desertus.**
**Vastes, divini vel satisdatores.**
**Vaticinatio, error.**
**Ubdo, obdueo vel subpono.**
50. **Ubertas, abundantia, facunditas.**
**Uberdit, abundat, exuberat.**
**Uberrimus, fertilis.**
**Ubidum, humidum, ruscidum.**
**Vecordia, dementia, stulticia, insania.**
55. **Vecors, stultus, demens.**
**Vectigal, finis vel exactio publica, qui ad victum pertinet.**
**Vector, portator.**
**Victus, cibi.**
**Vegetum, ilarem.**

tum, fossatum; A. p. 385. n. 71. vallum, murum. A. p. 385. n. 97. vallos, palos.

30. VIII. p. 625. valva, porta, ianua. Ita l. A. p. 386. n. 11. Vale, balnae, lituralis, aut valvae, ianuae, biforales aut bifores.

32. L. vatius, qui genibus iunetis. Diverso modo h. v. in glossis legitur; I. p. 698. n. 18. habet valgis, foras versi tumentibus (ubi l. valgus, suris versis, tumentibus). VI. 550. vatii, diversis plantis. VIII. p. 624. varus, tortus ubi l. vatius. VIII. p. 626. valgius, qui genibus vinctis ambulat per campum et valgire retorquere, sicut Petronius ait: obtorto valgitur labello. Hinc etiam dicimus valgia, labiorum obtorsiones, sicut facimus, cum aliquem deridemus. A. p. 385. n. 140. vaginus, qui genus iunctis ambulat et p. 386. n. 10. valus q. genibus iunctis ambulat. P. hanc glossam non habet, quod mirum est. Valgus et vatius idem significare, probant lexica.

35. L. campsavit. VI. p. 550. varicat, divertit, ambulat, ut etiam I. p. 697. n. 46. et VII. p. 585. A. p. 384. n. 58. varicat, stridit, quod corruptum est; A. p. 385. n. 80. varicat, deflectitur; n. 102. varicat, deflectit. p. 386. n. 5. varicat, ambulat vel deflectitur. Nostra glossa petita est ex I. p. 698. n. 9. P. varitat, ambulat, transit. Varicare pro simplici ambulare dici non posse mihi quidem probatur. Vitium ortum videtur ex Gl. gr., ubi ὑπερβαίνει varicat, transit; p. 59. divaricat διασκελίζει, ὑπερβαίνει et p. 193. ὑπερβαίνω, transcendo, supergredior; ὑπερβαίνει transvaricat, varicat, divarcat. Deflectere explicant glossae L. p. 165. ῥαιβόω varico; ῥαιβός varicus; ῥαιβοί vari [l. varici]; nam ῥαιβόω est proprie curvare, quod est deflectere. Itaque pro ambulat, quod falsum est, legerim campsat, de quo vide supra v.

37. L. barunculus, baro, de q. v. vide supra.

38. cf. supra v. frivula.

40. L. vas i. e.

43. P. vastum, profundum, infestum, inane, nugatorium, solitudo. Vastus, ingens, magnus, immensus. Vastitas, desolatio, populatio. A. p 386. n. 9. vasta, infasta. Apparet in P. vascum et vastum confusa esse, dein infestum et infasta perverse scribi. Ego malim aut infimum et inmeusum aut vascum, insanum et ineptum. Ita etiam VIII. p. 625. legitur vascus, nugax, nugatorius, nugigerulus, gerroneus, vaniloquuus et vastus, magnus, grandis, immensus, immanis, ingens, dans [ubi lege hians de qua significatione cf. lexica]. VI. p. 550. vastis, secus magis, ubi lege desertis, magnis.

47. L. vates, divini vel satisdatores, ubi vates et vades confusa esse apparet.

49. L. obdo, obduco vel oppono. aut lege subdo, obduco, suppono.

50. L. fecunditas.

51. Ubertire pro ubertare nunquam inveni, licet per se vocabulum probari possit, ut balbutire a balbus et similia. Tamen praefero ubertat, quod etiam neutra significatione dici, lexica probant. Etiam P. habet ubertat, abundat, exultat, ubi emenda exuberat. VIII. p. 628. uberare, habundare.

53. L. uvidum . . . roscidum.

56. Quid finis sibi velit non capio; exactio publica est vectigal publicum,

60. Vegetus, firmus vel portatus.
Vehemens, ferox, acerrimi.
Vehexit, portavit.
Vehiculum, quodcumque portat, carrus, navis.
Vehit, in veiculis portat.
65. Vellere, aedificare.
Vellocius, citius, ocius, cito.
Velox, celer.
Veluti, ceu vel quomodo.
Vena, oculi, coniculi.
70. Vendicem, defensor est, ultor est.
Vendidit, distraxit.
Vendita, frequenter vendit.
Vendunt, venunt.
Veneficus, qui venenum dat.
75. Venenatus, qui venenum accipit.
Venenosus, serpens et similia.
Venenum, virrus.
Ventralia, fascia.
Veneor, vendo.
80. Venis, venderis.
Venit, venditus est vel distractus.
Venti, flamma, aure.
Ventis, austris, zephyrus.
Ventorum commotiones, vertigines.
85. Ventrem, alvum.
Venum, venditio.
Venunt, vendunt.
Vespere, finis ipsius creaturae.
Venusta, decens, grata, formonsa, a venere dicta.
90. Verax, soniticus, fidelis.
Verberat, virgis flagellat.
Verberibus, flagellis.
Verbosus, nugator, pessimus.

ut in Cic. Epist. ad Div. X. 32. exactiones publicae. In seqq. lego, quae ad vecturam pertinet. Erat cum pro finis legerem stipes aut pensio.

60. Aut vegetus et vectus inter se mutata sunt aut lege fortatus vel confortatus. P. enim vegetatus, confirmatus, confortatus. Fortatus alibi non legitur.

61. L. acerrimus.

62. L. vexit.

64. L. in vehiculis.

65. Mirum est, idem extare in VI. p. 550. vellere, aedificare. Ego malim legi eruncinare, ut emendo v. eradicat, viencat, aut evellicare, quod novum est, quamquam ad litterarum formas proxime accedit.

66. L. velocius.

69. L. venae. Oculi et cuniculi vocc. si proba sunt, de punctis intellige ac lineis, quae in marmoribus aliisve lapidibus inveniuntur. A. p. 386. n. 17. vena, oculi, viniculi.

70 L. vindicem, defensorem ultorem (corruptum ex defensorē ultorē, quod etiam defensor est legi possit.

71. cf. supra v. distraxit.

72. L. venditat.

73. L. venduntur, ut n. 79. veneo vendor.

77. L. virus.

78. L. fasciae. Sunt enim ventaralia cingula ventrem praecingentia. ut VI. p. 550. ventrale, quod solum ventrem cingit.

82. Ego malim flabra, aurae. Eadem ratione supra v. flagris peccatum est, ubi flagris explicatur ventis, verberibus. Hic enim duo glossemata flabra et flagra confusa esse, cuique apparebit.

83. L. zephyris.

86. cf. P. et A. p. 385. n. 75. et 110. et VIII. p. 626., quod voc. nota; nam nominativo casu nuspiam extat.

87. L. venduntur, ut VIII. p. 626. venire, vendere neutrum passivum ubi l. vendi est aut error est glossatoris, ut p. 385. n. 75. venit, vendidit, et n. 90. veneo, venum dabor l. venibo. et n. 107. veneno (veneo) vendor; n. 108. vendit, [venit] venditus est.

88. L. vesper est, finis ipsius diei, crepusculum vel creperum, ut P. Vesper et vesperum pro fine diei dicitur. Nam crepusculum non solum de matutino sed etiam ac saepius de vespertino tempore dici, notum est. Si creperum probas, lege est finis diei, noctis creperum. Creperem tamen per se probum est, cf. quae dixi ad v. crepere, aut etiam crepulum, quod pro vespertino tempore dici glossa VIII. p. 93. evincitur: a crepo .... hoc crepulum i. dubia lux, quod voc. nota, cum in lexicis et glossis non inveniatur.

90. De h. g. egi ad v. sonticus, verax.

93. Haec glossa descripta est ex I p. 697. n. 28., nec dubitarem ibi nugator, protervus legere, nisi idem I. p. 689. n. 53. haberet pessimus, verbosus, quam utramque glossam ex eodem errore effluxisse apparet. Verbosum esse protervum, testatur P. verbosus, impudens, inverecundus, nimius in verbis et VI. p. 541. procax, frontosus, verbosus. Forsitan etiam pessimus ita probari possit.

**Verbotaenus, verbi gratia.**
**95. Veretra, genitalia.**
**Verecundia, pudor.**
**Vergentia loca, humilia.**
**Vergit, declinat vel declinavit.**
**Verna, ancilla domestica.**
**100. Vernaculus, servus domesticus.**
**Verrit, trahit, mundat.**
**Verrunt, scopant, mundant.**
**Versat, evertit.**
**Verra, verrucli.**
**105. Versatur, moratur, volvitur.**
**Versiculor, versipellis.**
**Versos, carmina.**
**Versipellis, versiculor, diversos mutans colores.**
**Versutus, callidus, astutus, qui in omnibus versatur.**
**110. Vertex, summa pars capitis.**
**Vertix, cacumen.**
**Vertigines, globos.**
**Vestiae, balbae.**
**Ves . . , vesperugo.**
**115. Vestis regia, trabea.**
**Vest . . narius, malomedicus.**
**Vestit, amicit, amictat.**
**Veto, caveo.**
**Vetus, antiquum, veteratum.**
**120. Vetustum, veternum, antiquum, vetere.**
**Vexare, mulcare, verberare.**
**Vexatus, pereclytatus.**
**Viae, semitae, orbitae.**
**Viam, rationem.**
**125. Via in silvis, semita trita.**
**Viantes, pergentes, ambulantes.**
**Vibrat, arma concutit vel micat.**

**94.** I. p. 697. n. 47. 48. verbotenus, verbigratia, sicut dictum ut emenda A. p. 385. n. 112. verbonutus, sicut dicit; VII. p. 585. verbotenus, verbigratia, verbi causa. P. v., verbi causa, quae tamen explicatio minus recta videtur.

**95.** Is. Or. XI. 1. 103 veretrum, quod est viri tantum, sive quod ex eo virus emittitur. Nam virus proprie dicitur humor fluens a natura viri, quae verba extant etiam VII. p. 585. et ibid. veretra, viri sive feminae pudenda. A. p. 383. n. 5 veretrum, virilia masculi ubi lege mascula. et p. 386. n. 19. veretrum, virilia masculi, quasi numen ignisque colabatur. Quae addita sunt inde a voc. quasi, ad aliud glossema pertinent et scribendum est: Vesta dea ignis, quasi numen ignis colebatur. Sequitur enim n. 20. glossa vestiarium. Gl. Ar. p. 710. n. 41. extat veretrum, portum orinum et VI. p. 550. veretrum pertumsorium, ubi lego veretrum, pecten masculus aut pectinem masculum. Pectinem de inguine dici, lexica probant.

**98.** Haec glossa apertis verbis indicare videtur, perfectum verbi vergo esse vergi, quod alii versi formari putant. Ita defendi possit locus Ovid. Pont. I. 9 52., ubi vergit multi Intt. scribunt, sed praesenti non perfecti formatione, unde alii, quia perfectum necessario poni videtur, aut versit aut fudit praeferunt. Diomed. I. 366. perfecti formam verxi esse scribit.

**99.** Ita emenda A. p. 385. n. 123. verna, indomatus; verna in domo natus. Feminino genere vernam dici praeter hanc glossam et P. verna et vernula communis generis, aliquot Inscriptiones testantur, quas citat Forcell.

101. Verrere proprie esse trahere, docet Serv. ad Virg. Aen. I. 59. **verrere** est **trahere** a rete, quod **verriculum** dicitur cett. ut VIII. p. 626 verrere, trahere. VII. p. 585. verrit, scopat. VI. p. 550. verrunt, supertrahunt vel scopant, et ita emenda A. p. 385. n. 17 et 18. verrunt, suptrahunt; veluti scopant in verrunt, supertrahunt, scopant, ubi errore glossatoris scopant ad v. veluti positum esse apparet. P. versit, mandat, scindit, ubi l. mundat.

103. L. versat, evertit. P. versat, cogitat, volutat, numdat, tractat, nihil. mutat. Versare esse evertere docet Serv. ad A. II. 62. versare dolos, dolo **evertere**; cf. supra evertit, traxit vel versat.

104. L. aut vernae, vernaculi aut verruca, verrucula.

105. L. motatur.

106. L. versicolor, ut etiam infra n. 108.

107. L. versus.

112. P. vertigo est quotiescunque ventus consurgens terram in gyrum **globi** mittit.

113. L. ostia s. hostia.

114. L. aut vesper aut vesperus cf. VI. p. 550. vesperugo, stella hesperus. VIII. p. 627. v. stella in vespere exorta. A p. 385. n. 115. vesp., stella vesperi et p. 386. n. 15. vesp., stellae vespere, ubi l. stella vesperi.

116. L. veterinarius, mulomedicus.

117. De v. amictare cf. supra v. tegit.

120. L. vetus aut veteranus. Ita lege A. p. 385. n. 82. vetusta, abolita pro olitana.

122. L. periclitatus.

Vicatim, per vices aut per singulos vicos.
Vicatim, per vicos, id est intentione perseverans.
130. Vicinitas, compitum.
Vicinus, finitimus est proximus.
Vicissim, invicem vel internens.
Vicissitudo, vicem praebens.
Victima, hostia.
135. Victoria, tophea.
Victus, superatus.
Videor, tueor.
Vietus, incurvus.
Viget, valet, potest.
140. Vigil, custus nocturnus.
Vigiliae, lucubratio.
Vigilantia, astucia.
Vigor, laeticia.
Vigor, potentiae, censura, genium.
145. Vilicat, villa agit.
Vilicus, actor vel exactor pensionum, insula.
Vilinguem, vifarium.
Vim, virtutem, violentiam.
Vim, virgultum.
150. Vincere, superare.
Vinculis, metallis vel carceribus.

128. Vicatim, vicissim s. per vices hic et in aliis quoque glossariis explicatur, ut Pl. p. 574. vicatim, vicissim aut per vices aut per singulos (l. vicos) et P. vicatim, vicissim, per singulas vices vel per vicos aut per singulos. VI. p. 551. et VII. p. 586. vicatim, per singulas vices; et viratim, per singulas vices. VIII. p. 624. vicatim, vicissim. A p. 385. n. 128. vicatim, per vicos. du C. notat exemplum ex Diario ann. 1589. et Henschel. ex Aldhelm. de re Gramm. p. 552. Mai. Class Auct. T. V. praedictis litterarum characteribus vicatim et alternatim positis.

129. Quae addita sunt ex errore profecta puto, cum pervicax in per vicos corruptum sit; cf. supra pervicax. Ego lego in intentione perseverans.

130. cf. supra v. compitum.

132. L. alternans aut alternatim.

135. L. trophaea

137. L. video. Quamquam enim constat, tueo dici pro tueor, tamen, quantum scio, significatione tantum defendendi et tutandi, non videndi activa terminatione dicitur; cf. supra tueor, defendor.

138. P. vietum, incurvum, inflexum, unde vietos vocaverunt ligna rotarum, quae cantu ambiuntur. Est enim a viendo. VII p. 586. Viendi, videndi [ubi l. vinciendi]. Viendis i. flectendis hoc est modulandis carminibus. Viere apud antiquos pro vincire ponebatur. VIII. p. 622. vietus, vita detritus. P. vienda, flectenda et modulanda carmina et victus (l. vietus) evacuatus; et ita emendo VIII. p. 628. vietus, vulgatus, famosus in vietus, vacuatus, quod in vulgatus corruptum glossatori occasionem dedit famosus addendi.

140. L. custos nocturnus.

143. Erat cum pro laeticia aut valentia legerem, quod robur, firmitas significat aut violentia. Nam propria notione vigor laetitia esse nequit.

144. L potentia census. De voc. genium cf. supra genium, potentia, vigor.

145. L. villam agit cf. P. villicat, villam agit, villici officium exercet. VIII. p. 624. et 628. villicare, villam colere. A. p. 385. n. 134. villicat, villam agit vel colligit (ubi l. colit) et ita emenda n. 129. Vilicat, bellicat vel colligit in villam agit vel colit.

146. Hanc glossam emenda ex I. p. 697. n. 33. viticus (l. vilicus) actor, exactor pensionum, insularius. VIII. p. 624. villicus, villam colens, villanus, colonus, ruricola, ruricolanus, agrarius, agricola. A. p. 386. n. 36. vilicus, auctor (l. actor). P. villicus est dispensator vel gubernator. Villicus proprie est gubernator, unde a villa nominatur. Interdum autem villicus non gubernationem villae sed dispensationem universae domus habet, Tullio interpretante, significat, quod est universarum possessionum et villarum dispensator (cf. Is. Or. IX. 4. 33.). Villicus, vilis rei custos dicitur. De duplici voc. scribendi ratione, aut una aut duplici l littera, cf. quae dixi ad Apul. Apol. p. 609. Insularius est servus, qui toti domini insulae praeest eamque gubernat.

147. L. bilinguem, bifarium cf. supra v. bifarium.

149. L. vimen, virgultum, ut infra virgultum, vimen. P. vimen, virgultum molle dictum, quod vim multam habeat viror. Natura enim talis, ut, si etiam arefacta abluatur, virescat, deinde excisa ac in humo fixa radicibus se ipsa demergat (cf. Is. Or. XVII. 7. 48.).

151. cf. supra v. metallis.

Vinctus, consternatus.
Vindicatus, ultus, defensus.
Vindicta, ultio, defensio.
155. Vindix, ultor, defensor.
Vinulentus, temulentus, ebriosus, ebriacus.
Vinum, tenetum.
Violat, adimit, contaminat.
Violavit, profanavit.
160. Virago, fortissima femina.
Virdicat, germinat.
Virecita, quae in agris virent.
Virgulum, vimen, silva, minuta virgula.
Virguncula, virgo modica.
165. Viridis, glaucia.
Viria, viride, brachiales.
Viriliter, fortiter.
Viriosus, austerius.
Viritim, per singulos viros.
170. Viritim, singillatim, nominatim.
Vis, vi . . . . .
Visaccia, sarcina, mandica.
Viscera, venae maedullae.
Visere, visitare.
175. Visor, videns.
Vitalis, animal.
Vitat, evitat, declinat.
Viciatum, corruptum, adulteratum.
Vicium, dedecus, nova, macula.
180. Vitricus, vitium, probrum, flagitium.
Vituperat, expulit.
Vivere, tumere, implere.

152. Aut l. victus o. aut concatenatus vel constrictatus, quod posterius tamen in usu non est. VI. p. 551. vinciri, ligari vel nudari, ubi l. nodari. VIII. p. 624. vincire, ligare, vinculari, nectere, nodare, fasciare, illaqueare, irretire.

153. Ultus passiva notione hic dictum est; cf. infra v. ulciscitur.

155. L. vindex.

156. L. vinolentus . . . ebriatus.

157. L. temetum.

158. Adimit non habet, quo defendi possit; ego malo adiicere vi.

160. cf. Is. Or. XI. 2. 22. virago vocata, quod virum agit hoc est opera virilia facit et masculini vigoris est. Antiqui enim fortes feminas ita vocabant. Virgo autem non recte virago dicitur, si non viri officio fungitur. Mulier vero si virilia opera facit, recte virago dicitur, ut Amazona. P. virago, fortissima femina dicta, quod a viro sit sumpta.

161. L. viridicat, germinat. Hinc probari possit, viridicare non inusitatum esse, ut lexicographi volunt; viridicans et viridicatus exemplis confirmari possunt.

162. L. virecta quae. At viretum non virectum scribendum esse exposui ad Apul. Met. II. p. 214., quamquam aliquot locis ita legitur. VIII. p. 622. virectum, locus viriditatis, quod et viretum dicitur. P. vireta, loca herbis et virgis viridissimis plena.

163. L. virgultum. ut A. p. 386. n. 32 minuta silva.

165. L. glauca de q. v. cf. supra.

166. L. viriae, viriolae brachiales, aut viria, viriola, brachialis. I. p. 698. n. 11. viria, viriola, brachiales.

168. L. austerus ut I p. 698. n. 4. VI. p. 551. viriosi, viribus subnixi, austeri. Alii h. signif. legi malunt virosi; cf. supra v. austeris. Virus enim non solum de veneno, sed etiam de iis rebus dicitur, quae acrem, gravem et asperum saporem referunt, ut lexica testantur; ea de causa virosus, austerus est, quia austerus proprie de sapore dicitur earum rerum, quae linguam adstringunt. Cels. III. 24. vinum nigrum, austerum. Ceterum nota hanc significationem adi. virosus, quae alibi non reperitur.

170. VI. p. 551. viriatim [l. viritim] p. sing. viros. A. p. 385. n. 86. veritim [l. viritim] singillatim. P. viritim, nominatim, singulatim, per unumquemque virum, fortiter (?).

171. L. vis, violentia aut virtus.

172. L. bisaccia et cf. supra v. sarcina.

173. L. venae medulla.

179. L. vitium . . . nota, macula.

180. Hic duo glossemata confusa sunt. Ego lego: vitium . . . . vitricus, patrater ex Is. p. 698. n. 13. vitricus, patrater. Gl. Ar. 710. 48. vitricus, patrastus. VII. p. 586. vitricus, patraster. I. Or. IX. 6. 20. vitricus est qui uxorem ab alio viro filium aut filiam habentem duxit. Et vitricus quasi novitricus quod a matre superducitur novus. Patraster enim s. patrater est vitricus; cf. lexica

181. L. vituperat, explodit; cf. supra expludit, vituperat.

182. L. bibere ut 186. bibitor pro vivitor.

Vivex, placa nigra.
Vividus, fortis, strenuus.
185. Vivit, aget, deget.
Vivitor, potator.
Vix, egre, molestae.
Ulciscitur, defenditur, vindicatur.
Uliginosus, pinges.
190. Ulli, aliqui.
Ullius, alicuius.
Ullo, aliquomodo.
Ullus, aliquis.
Ulna, muscula, brachium.
195. Unam, spacum unius brachii.
Ulterior, posterior.
Ulterius, novissimus.
Ultima potestas, dictatus.
Ultimus, postremus, subremus.
200. Ultio, vindicta, defensio.
Ultor, vindex, defensor.
Ultra, vidix.
Ultro, sponte vel voluntate.
Ultro cito, intus et foris, longe et prope.
205. Ultro citoque, extra, infra, ante et retro.
Ultus et defendit significat et vindicat.
Ululae, avis nocturna.
Ululatus, fremitus.
Umbo, media pars scuti.
210. Una, pariter, simul.
Uncat, curvat.
Uncis, incurvis.
Uncus, ancora.
Undas, fluctus.
215. Unquam, aliquando.
Vovet, promittit.
Vocis praeconium, laudem.
Vola, cavitas qui in media manu est, inde involare.
Volitat, volat.
220. Volubilis, qui aliquid viderit, desiderat.

183. L. plaga nigra plaga a virga ut VII. p. 586. ubi perperam virex extat. VI. p. 551. vivix, pugna [l. vibex, pugnus]. VIII. p. 622. vibex, virga quod falsum est; A. p. 383. n. 2. viber, libor virgae [l. livor virgae] unde defendo nigra plaga quae nigrum reddit et p. 386. n. 33. vibex, plaga ex virga, ut P. addens caesio plagarum et vibex pugna.

185. L. vivit, agit.

187. L. aegre, moleste.

188. De passiva h. v. notione cf. Intt. ad Sall. Iug. 34. quidquid sine sanguine civium ulcisci nequitur. et Non. p. 292. v. exanclare. nisi patrem materno sanguine exanclando ulciscerem. VI. p. 549. ulciscere, vindicare. A. p. 386. n. 31. vinciscitur [l. ulciscitur] conpensatur et n. 48. ulcitur [l. ulciscitur] defenditur; cf. vindicatus, ultus, defensus. P. ulcisco et ulciscor ultus idem siguificabat antiquitus cf. Prisc. VIII. 6. p. 380 Krehl.

189. L. pinguis. VIII p. 622. uligo, terrae crassitudo; inde uliginosus, crassus. A. p. 384. n. 15. uligo, humor terrae. p. 385. n. 134. ulignosus, pinguis et p. 386. n. 47. uligo, palubri herba, ubi l. palustris herba. Uliginosus pro pingui dici posse, mihi probatur cf. Virg. Georg. II. 184.: at quae pinguis humus dulcique uligine laeta. P. uliginosus ager est, qui semper viget; uliginosum, humidum, pingue, fecundum. Nota hanc huius vocis significationem.

194. cf. supra v. muscula.

195. L. ulnam, spatium.

197. L. ultimus.

198. L. dictatura.

202. L. vindex.

204. 205. L. ultro citro, intus et foras, longe et prope; ultro citroque extra et intra, ante et retro.

207. L. ulula.

209. VIII. p. 625. umbo ideo dicitur, quia dat scuto umbram. P. umbo scuti, pars media. A. p. 386. n. 142. umbone, buccula.

211. VI. p. 549. uncat, curvat. VIII. p. 623. uncare, curvare, lunare, camerare. A. p. 386. n. 50. uncat, curbat. P. uncare, curvare. Notandum est hoc vocabulum, quod alibi non extat.

213. Idem habet VI. p. 549. et A. p. 386. n. 49. P. uncus, curvus, anchora cf. Intt. ad Val. Flacc. II. 428. Has inter lacrimas legitur piger uncus arenis.

218. L. quae in. VIII. p. 624. vola, medietas palmae. A. p. 384. n. 14. vola, palma, manus. P. vola, media pars manus; inde et involare dicimus.

219. Ita corrigatur A. p. 385. n. 136. voleat, volat in volitat, volat.

220. L. qui quidquid vid. Mirum est hoc glossema, quod tamen etiam P. repetit: volubile, quod volvi potest; volubilis est qui quod videt totum desiderat, unde volubilitas mutatio et A. p. 385. n. 138. volubili, qui quod videt

Volucer, cupido.
Vomer . . . vomis.
Volucres, aves, volatilia.
Volumen, quicquid fuerit involutum.
225. Volvet, votum promittit.
Volutat, cogitationes, repetit.
Vorago, sumersio terrae.
Vorat, glutit, sorbit.
Vorat, glutit, sorbit.
230. Vorax, sabens.
Vorre, edaces, elones.
Votivum, quod promissum est votis.
Ur, incendium.
Urbs, civitas, opidum.
235. Urguet, stimulat, incitat, inpellit, praecipitat.
Urna, mensura.
Uspiam, in quo loco vel usquam alicubi.
Usquam, alicubi.
Usquae, tenus vel fine.
240. Usqueo, usque adeo.
Usque hic, eatenus vel actenus.
Usque quo, quatenus vel quamdiu.
Usurpat, contaminat vel utitur.
Usurpatio, nominatio, praesumtio, usus.
245. Usus, usurpatio.
Utensilia, viatici sumptus.
Uter, qui ipsorum.
Uterque, ambo.
Uterus, venter.
250. Ut forsitan, ut quomodo.
Utique, quin, quippe.

totum desiderat ex quo mihi quidem persuadetur volubilis cum voc. similis soni esse confusum. Voluptibilis, quod Plautus habet, nec significatione nec litterarum similitudine probatur. Volibilis vel simile quid scribendum esse probabile fit; vel volupis cf. VI. p. 551. volupis, voluptuosus est, quam formam nota.

221. Sine dubio ad locum scriptoris referenda est haec glossa, ubi Cupido pennatus describitur. Ita etiam VI. p. 531. volucer Cupido et A p. 385. n. 139. lege pro volut' cupio: Volucer Cupido.

225. L. vovet.

227. L. summersio terrae. VI. p. 551. vorago, obsorptio [l. absorptio aut absorbitio]. VIII. p. 624. vorago, locus devorationi patens. P. vorago, profunditas, absorbitio, barathrum.

228. L. sorbet. VI. p. 551. vorat, ingluttit. A. p. 386. n. 42. vorat, gluttit. Ita emenda VI. 551. vosat vivit in vorat bibit. Bis eadem glossa scripta est, quod altera pagina hic desinit altera incipit.

230. L. sorbens. P. vorax, gulosus, glutto, devorator.

231. L. v. e d. heluones. VI. p. 551. vorri, edaces et ita emendandum videtur VIII. p. 627. vovelones, edaces, voratores in vorri, heluones. A. p. 385. n. 137. vorri, elones, edaces. et p. 386. n. 41. vorri, holeres [l. heluones] edaces. Quomodo vorri vel, quod sine dubio rectius dicitur, vorus defendam ex analogia, non habeo. Nam etsi constat vorus et vomus in compositis dici ut carnivorus, tamen haec est alia formandi ratio. Nec Lexica nec du Cang. h. v. habent.

233. Iam supra, ubi idem compendium ur extat v. incendium, aut incendio, uro, aut ustrina, incendium legendum putavi. Apud Apuleium enim ustrina pro incendio dici, docet locus Met. VII. c. 19. p. 598. nec salutis apparet solatium et ustrina talis moras non sustinens est, q. l. de hoc accuratius dixi.

234. L. oppidum.

236. Urna est enim mensura liquidorum. VI. p. 549. urna quasi quartarium est; P. urna mensura est, quam quidam quartarium dicunt, quod quatuor sextarios capit.

237. L. aliquo l.

239. et 240. L. usque, usque adeo.

241. L. usque huc . . . hactenus.

243. Contaminat mihi suspectum est. Erat cum vindicat vel occupat legerem, et ita l. pro nominatio: occupatio.

246. I. p. 698. n. 9. VI. p. 549. eadem glossa extat. P. utensilia, viatici sumptus, usibus apta. Nota h. v. significationem.

247. L. quilibet duorum aut quisquis duorum ut P. uter, ad quemlibet de duobus.

250. L. ut aliquo modo.

251. Quin et quippe defendi forsitan possint, si affirmativa sententia hic dictum putes.

**Utitur, fruitur, nascitur.**
**Utpote, ut forsitan, ut quomodo.**
**Ut quomodo, ut potest.**
**Ut reor, ut arbitror.**
**Utrique, ex ambobus partibus.**
**Utrubi, ubique.**
**Utrubique, undique.**
**Utrumque, quin autem.**
**Ubidum, ruscidum, humidum.**
**Vultuosus, tristis.**
**Vultus, aspectus, facies.**

252. L. nanciscitur cf. supra nanciscitur fruitur.
256. L. utrimque, ex ambabus.
257. utrubi perperam explicatum est; est enim utro in loco.
259. cf. supra v. quin autem.
260. L. uvidum, roscidum, humidum.
261. Idem extat I. p. 697. n. 39. VIII. p. 623. A. p. 386. n. 45. vultuosus, tristis, vultibus. P. v. contristatus, vultu tristis.

## Y.

**Ydris, aquaticus.**
**Ydria, urna.**
**Ylidri, serpentes, aquatici.**
**Ymmum, laudem, canticam.**
**Yprocrissis, similitudo.**
**Ypocrita, similator id est qui aliud loquitur et aliud facit vel cogitat.**
**Ypothea, universa substantia.**

1. L. Hydrius Aquarius. cf. Prudent. Apoth. 622. Labitur hinc pulsus puer Hydrius, inde Sagitta. Hydrius puer est Aquarius, coeleste sidus.
3. L. hydrae s. a. VIII. p. 630. ydra serpens aquaticus, ab ὕδωρ .i. ab aqua.
4. L. hymnum, laudem, canticum. VIII. p. 630. ymnus, laus.
5. L. hypocrisis, similatio et n. 6. hypocrita.
7. L. hypotheca.

## Z.

**Zefirus, ventus, faronius.**
**Zelum, emolatio, invidia, livor.**
**Zona, cingulum, balteum.**

1. L. zephyrus v. Favonius.
2. L. aemulatio. Hoc zelum etiam in usu fuisse praeter hanc glossam testatur VIII. p. 631. hoc zelum, i, unde zelor seqq., quod nota.

# I.

## Index vocabulorum

quae in glossarum editionibus, in du Cang. glossario, et lexicis non extant aut inusitata significatione leguntur (ex S. Germ., Amplon., Maii, Papiae glossis et hoc glossar. ab editore collecta).

# II.

## Index scriptorum

### qui a me in h. l. emendati sunt.

p. 266. n. 26. abusitatus p. 2.
n. 52. abiit p. 23.
n. 59. abtemius p. 2.
n. 82. acnonitus p. 3.
p. 267. n. 85. acidus p. 3.
p. 268. n. 174. aemulus p. 5.
n. 175. aeneatores p. 5.
n. 179. aegiatores p. 5.
n. 187. Aethiopum p. 14.
n. 193. agrippago p. 6.
n. 196. agaso p. 6.
n. 199. agasones p. 6.
p. 269. n. 215 amendat p. 8.
n. 249. amanet p. 8.
n. 257. amaratha p. 10.
p. 270. n. 277. anthlia p. 12.
n. 297. apricitas p. 14.
n. 300. aprica p. 14.
n. 324. arietat p. 18.
n. 327. armata p. 20.
p. 271. n. 334. argata p. 20.
n. 336. asper p. 24.
n. 351. avenat p. 23.
n. 362. averrat p. 23.
n. 363. avitum p. 24.
n. 364. aveta p. 74.
n. 7. aborigo p. 2.
p. 272. n. 71. aestu p. 5.
n. 80. aeneator p. 5.
p. 273. n. 144. anxicia p. 14.
p. 274. n. 117. apertilis p. 13.
n. 208. arquatus p. 25.
p. 275. n. 224. asilus p. 20.
n. 233. attentus p. 17.
n. 245. auctoratius p. 23.
n. 250. auritus p. 24.
n. 255. austernalis p. 24.
p. 277. n. 5. baccillatea p. 26.
n. 11. bascarides p. 29.
n. 93. bassaudes p. 29.
n. 110. bibilus p. 30.
n. 113. bîdinium p. 30.
n. 115. bibaria p. 30.
n. 116. bibarius p. 30.
n. 120. bisulcum p. 31.
n. 121. bornus p. 34.
n. 124. bobinatores p. 33.
n. 135. bombus p. 34.
p. 278. n. 17. bacerius p. 28.
n. 29. bilinguis p. 31.
n. 31. bibarius p. 31.
n. 35. bimatur p. 31.
n. 51. boeri p. 33.
n. 52. bobinatores p. 33.
n. 65. brunda p. 36.
n. 70. buceria p. 36.
n. 74. barathum p. 37.
p. 279. n. 6. bargus p. 28.
n. 7. bargus p. 28.
n. 40. bilis p. 31.
n. 57. bradium p. 35.
n. 63. bravebita p. 35.
p. 280. n. 1. conisma p. 164.
n. 4. contribulus p. 78.
p. 280. n. 20. cudat p. 86.
n. 42. calpes p. 43.
n. 54. causo p. 64.
n. 60. consternantem p. 74.
p. 281. n. 83. consulens p. 73.
n. 118. ciebio p. 52.
p. 282. n. 139. cacula p. 41.
n. 152. clivium p. 55.
n. 170. cripta p. 86.
p. 283. n. 221. calla p. 59.
p. 284. n. 295. coalescunt p. 57.
p. 285. n. 364. calculum p. 40.
n. 373. cauponula p. 64.
n. 385. céssios p. 51.
n. 387. calones p. 42.
n. 396. caplosus p. 45.
n. 397. caudius p. 43.
p. 286. n. 14. capulum p. 40.
n. 16. cachinus p. 41.
n. 21. carres p. 47.
n. 24. caplosus p. 40.
n. 25. caudex p. 47.
n. 27. caudius p. 43.
n. 32. capillatur p. 39.
n. 36. capillus p. 39.
n. 38. caducarius p. 35.
n. 39. carpdis p. 51.
n. 48. cavilla p. 39.
n. 49. cerula p. 51.
p. 287. n. 101 cenaius p. 51.
n. 112. circulator p. 53.
n. 132. cunabula p. 87.
p. 288. n. 166. cohibetur p. 59.
n. 264. collui p. 76.
p. 289. n. 205. commulcavit p. 71.
n. 212. conicies p. 69.
n. 226. compliat p. 63.
n. 228. convexio p. 79.
n. 233. conibo p. 68.
n. 237. conlivum p. 69.
n. 245. complodere p. 63.
n. 247. convecti p. 68.
n. 250. conglobat p. 68.
n. 259. constet p. 74.
n. 261. coniventia p. 68.
n. 263. conlectura. p. 69.
n. 265. confestus p. 66.
n. 266. conputem p. 280.
n. 287. contagies p. 76.
p. 290. n. 1. cacula p. 41.
n. 271. couclavia p. 65.
n. 275. compendinatio p. 71.
n. 276. consecramus p. 72.
n. 279. capula p. 82.
n. 280. crepida p. 84.
n. 281. cratera p. 55.
n. 286. crebruit p. 84.
n. 291. cratenses p. 82.
n. 295. crumina p. 85.
n. 301. cumulcat p. 71.
n. 303. cumulus p. 87.
n. 316. culleum p. 87.
p. 291. n. 7. cada p. 41.
n. 13. caventia p. 44.

p. 291. n. 34. catinus p. 47.
n. 48. caballatio p. 39.
p. 292. n. 67. canaster p. 44.
n. 94. ciewa p. 52.
p. 293. n. 162. comessor p. 160.
n. 9. dapsilis p. 91.
p. 294. n. 29. delimatum p. 97.
n. 37. defiget p. 94.
n. 60. delicatis p. 98.
n. 72. detractasset p. 101.
n. 80. deliquum p. 97.
n. 84. dapsile p. 91
n. 85. deadema p. 102.
n. 95. dispoliatum p. 111.
p. 295. n. 96. danuas p 90.
n. 97. desistere p. 100.
n. 99. digitalium p. 105.
n. 102. deses p. 99.
n. 106. descivit p. 99.
n. 4. dapsilis p. 91.
n. 5. danos p. 90.
n. 7. dapibus p. 91.
n. 11. dapsilae p. 91.
n. 21. degesto p. 92.
n. 28. desectam p. 99.
n. 30. deverticulum p. 102.
n. 35. detrusus p. 101.
n. 37. defecatum p. 94.
n. 42. delubra p. 97.
p. 296. n. 45. desciseit p. 99.
n. 56. detractat p. 101.
n. 60. depressus p. 98.
n. 82. despectit p. 110.
n. 97. desuetus p. 100.
n. 99. districe p. 134.
n. 106. duert p. 95.
n. 108. devincians p. 114.
p. 326. n. 62. effecta p. 121.
n. 65. emolumentum p. 126.
n. 76. emax p. 126.
n. 114. explodit p. 131.
p. 327. n. 131. epemeris p. 123.
n. 169. exul p. 136.
p. 328. n. 6. affligit p. 122.
n 7. effutae p. 120.
n. 13. elegatus p. 125.
n. 27. enicha p. 127.
n. 86. emblemma p. 127.
p. 329. n. 58. exulcerat p. 136.
n. 60. exempta p. 132.
n. 72. exumptuavit p. 136.
n. 74. exereat p. 131.
n. 79. expertus p. 134.
p. 329. n. 10. fastes p. 139.
n. 14. fisco p. 144.
p. 330. n. 26. fax p. 137.
n. 56. fiolae p. 142.
p. 331. n. 95. frumenta p. 48.
n. 99. facetus p. 137.
n. 100. fidicula p. 143.
n. 101. fisco p. 144.
n. 115. faeciosus p. 137.
n. 116. fax p. 137.
n. 121. falengarius p. 137.
p. 331. n. 131. famidicus p. 138.
n. 143. feretrius p. 139.
n. 144. farcimen p. 139.
p. 332. n. 1. fax p. 137.
n. 13. favisoar p. 137.
n. 17. fanu p. 139
n. 18. factum p. 139.
n. 19. fasciosus p. 137 et 149.
n. 20. fiscium p. 144.
n. 26. faticiae p. 137.
n. 27. farcit p. 139.
n. 29. farcimen p. 139.
n. 36. farragine p. 142.
n. 37. feretrum p. 141.
n. 49. fidiculae p. 143.
p. 333. n. 55. fidei p. 143.
n. 64. flararis p. 145.
n. 69. fornine p. 147.
n. 73. formes p. 146.
n. 83. foces p. 140.
n. 88. frui p. 148.
n. 89. frunctoria p. 151.
n. 90. fribula p. 148
n. 93. framea p. 147.
n. 97. fultare p. 149.
n. 98. funera p. 150.
n. 109. fulcra p. 150.
p. 334. n. 6. gurgustium p. 158.
n. 9. gilvas p. 155.
n. 18. galeros p. 151.
p. 335. n. 60. garrit p. 152.
n. 61. ganeo p. 152.
n. 62. garilum p. 151.
n. 68. gessiae p. 153.
n. 71. gennomae p. 154.
n. 72. gescire p. 155.
n. 91. geneo p. 152.
n. 1. garrit p. 152.
n. 2. ganeo p. 152.
n. 8. ganeones p. 152.
n. 12. gemmina p. 154.
n. 14. genimiuae p. 154.
p. 336. n. 30. gylvus p. 155.
n. 44. granea p. 152.
n. 50. gurgustium p. 158.
n. 51. gurgo p. 152.
n. 4. habiia p. 159.
n. 8. habiles p. 159.
n. 24. hostia p. 163.
n. 26. histriones p. 162.
p. 337. n. 36. hostire p. 163.
n. 2. hamatum p. 159.
n. 3. hasae p. 153.
n. 15. helluino p. 160.
n. 16. hersutum p. 162.
n. 33. harundo p. 160.
n. 35. hostita p. 163.
p. 338. n. 12. ioluerunt p. 178.
n. 32. infula p. 165.
p. 339. n. 74. iuvitiandi p. 175.
n. 79. intempestiva p. 182.
p. 340. n. 124. incuba p. 170.
n. 128. insilitus p. 180.
n. 130. interpola p. 183.

Vivex, placa nigra.
Vividus, fortis, strenuus.
185. Vivit, aget, deget.
Vivitor, potator.
Vix, egre, molestae.
Ulciscitur, defenditur, vindicatur.
Uliginosus, pinges.
190. Ulli, aliqui.
Ullius, alicuius.
Ullo, aliquomodo.
Ullus, aliquis.
Ulna, muscula, brachium.
195. Unam, spacum unius brachii.
Ulterior, posterior.
Ulterius, novissimus.
Ultima potestas, dictatus.
Ultimus, postremus, subremus.
200. Ultio, vindicta, defensio.
Ultor, vindex, defensor.
Ultra, vidix.
Ultro, sponte vel voluntate.
Ultro cito, intus et foris, longe et prope.
205. Ultro citoque, extra, infra, ante et retro.
Ultus et defendit significat et vindicat.
Ululae, avis nocturna.
Ululatus, fremitus.
Umbo, media pars scuti.
210. Una, pariter, simul.
Uncat, curvat.
Uncis, incurvis.
Uncus, ancora.
Undas, fluctus.
215. Unquam, aliquando.
Vovet, promittit.
Vocis praeconium, laudem.
Vola, cavitas qui in media manu est, inde involare.
Volitat, volat.
220. Volubilis, qui aliquid viderit, desiderat.

183. L. plaga nigra plaga a virga ut VII. p. 586. ubi perperam virex extat. VI. p. 551. vivix, pugna [l. vibex, pugnus]. VIII. p. 622. vibex, virga quod falsum est; A. p. 383. n. 2. viber, libor virgae [l. livor virgae] unde defendo nigra plaga quae nigrum reddit et p. 386. n. 33. vibex, plaga ex virga, ut P. addens caesio plagarum et vibex pugna.

185. L. vivit, agit.

187. L. aegre, moleste.

188. De passiva h. v. notione cf. Intt. ad Sall. Iug. 34. quidquid sine sanguine civium ulcisci nequitur. et Non. p. 292. v. exanclare. nisi patrem materno sanguine exanclando ulciscerem. VI. p. 549. ulciscere, vindicare. A. p. 386. n. 31. vinciscitur [l. ulciscitur] conpensatur et n. 48. ulcitur [l. ulciscitur] defenditur; cf. vindicatus, ultus, defensus. P. ulcisco et ulciscor ultus idem significabat antiquitus cf. Prisc. VIII. 6. p. 380 Krehl.

189. L. pinguis. VIII p. 622. uligo, terrae crassitudo; inde uliginosus, crassus. A. p. 384. n. 15. uligo, humor terrae. p. 385. n. 134. ulignosus, pinguis et p. 386. n. 47. uligo, palubri herba, ubi l. palustris herba. Uliginosus pro pingui dici posse, mihi probatur cf. Virg. Georg. II. 184.; at quae pinguis humus dulcique uligine laeta. P. uliginosus ager est, qui semper viget; uliginosum, humidum, pingue, fecundum. Nota hanc huius vocis significationem.

194. cf. supra v. muscula.

195. L. ulnam, spatium.

197. L. ultimus.

198. L. dictatura.

202. L. vindex.

204. 205. L. ultro citro, intus et foras, longe et prope; ultro citroque extra et intra, ante et retro.

207. L. ulula.

209. VIII. p. 625. umbo ideo dicitur, quia dat scuto umbram. P. umbo scuti, pars media. A. p. 386. n. 142. umbone, buccula.

211. VI. p. 549. uncat, curvat. VIII. p. 623. uncare, curvare, lunare, camerare. A. p. 386. n. 50. uncat, curbat. P. uncare, curvare. Notandum est hoc vocabulum, quod alibi non extat.

213. Idem habet VI. p. 549. et A. p. 386. n. 49. P. uncus, curvus, anchora cf. Intt. ad Val. Flacc. II. 428. Has inter lacrimas legitur piger uncus arenis.

218. L. quae in. VIII. p. 624. vola, medietas palmae. A. p. 384. n. 14. vola, palma, manus. P. vola, media pars manus; inde et involare dicimus.

219. Ita corrigatur A. p. 385. n. 136. voleat, volat in volitat, volat.

220. L. qui quidquid vid. Mirum est hoc glossema, quod tamen etiam P. repetit: volubile, quod volvi potest; volubilis est qui quod videt totum desiderat, unde volubilitas mutatio et A. p. 385. n. 138- volubili, qui quod videt

Volucer, cupido.
Vomer . . . vomis.
Volucres, aves, volatilia.
Volumen, quicquid fuerit involutum.
225. Volvet, votum promittit.
Volutat, cogitationes, repetit.
Vorago, sumersio terrae.
Vorat, glutit, sorbit.
Vorat, glutit, sorbit.
230. Vorax, sabens.
Vorre, edaces, elones.
Votivum, quod promissum est votis.
Ur, incendium.
Urbs, civitas, opidum.
235. Urguet, stimulat, incitat, inpellit, praecipitat.
Urna, mensura.
Uspiam, in quo loco vel usquam alicubi.
Usquam, alicubi.
Usquae, tenus vel fine.
240. Usqueo, usque adeo.
Usque hic, eatenus vel actenus.
Usque quo, quatenus vel quamdiu.
Usurpat, contaminat vel utitur.
Usurpatio, nominatio, praesumtio, usus.
245. Usus, usurpatio.
Utensilia, viatici sumptus.
Uter, qui ipsorum.
Uterque, ambo.
Uterus, venter.
250. Ut forsitan, ut quomodo.
Utique, quin, quippe.

totum desiderat ex quo mihi quidem persuadetur volubilis cum voc. similis soni esse confusum. Voluptibilis, quod Plautus habet, nec significatione nec litterarum similitudine probatur. Volibilis vel simile quid scribendum esse probabile fit; vel volupis cf. VI. p. 551. volupis, voluptuosus est, quam formam nota.

221. Sine dubio ad locum scriptoris referenda est haec glossa, ubi Cupido pennatus describitur. Ita etiam VI. p. 531. volucer Cupido et A p. 385. n. 139. lege pro volut˜ cupio: Volucer Cupido.

. 225. L. vovet.

227. L. summersio terrae. VI. p. 551. vorago, obsorptio [l. absorptio aut absorbitio]. VIII. p. 624. vorago, locus devorationi patens. P. vorago, profunditas, absorbitio, barathrum.

228. L. sorbet. VI. p. 551. vorat, ingluttit. A. p. 386. n. 42. vorat, gluttit. Ita emenda VI. 551. vosat vivit in vorat bibit. Bis eadem glossa scripta est, quod altera pagina hic desinit altera incipit.

230. L. sorbens. P. vorax, gulosus, glutto, devorator.

231. L. v. ed. heluones. VI. p. 551. vorri, edaces et ita emendandum videtur VIII. p. 627. vovelones, edaces, voratores in vorri, heluones. A. p. 385. n. 137. vorri, elones, edaces. et p. 386. n. 41. vorri, holeres [l. heluones] edaces. Quomodo vorri vel, quod sine dubio rectius dicitur, vorus defendam ex analogia, non habeo. Nam etsi constat vorus et vomus in compositis dici ut carnivorus, tamen haec est alia formandi ratio. Nec Lexica nec du Cang. h. v. habent.

233. Iam supra, ubi idem compendium ur extat v. incendium, aut incendio, uro, aut ustrina, incendium legendum putavi. Apud Apuleium enim ustrina pro incendio dici, docet locus Met. VII. c. 19. p. 598. nec salutis apparet solatium et ustrina talis moras non sustinens est, q. l. de hoc accuratius dixi.

234. L. oppidum.

236. Urna est enim mensura liquidorum. VI. p. 549. urna quasi quartarium est; P. urna mensura est, quam quidam quartarium dicunt, quod quatuor sextarios capit.

237. L. aliquo l.

239. et 240. L. usque, usque adeo.

241. L. usque huc . . . hactenus.

243. Contaminat mihi suspectum est. Erat cum vindicat vel occupat legerem, et ita l. pro nominatio: occupatio.

246. I. p. 698. n. 9. VI. p. 549. eadem glossa extat. P. utensilia, viatici sumptus, usibus apta. Nota h. v. significationem.

247. L. quilibet duorum aut quisquis duorum ut P. uter, ad quemlibet de duobus.

250. L. ut aliquo modo.

251. Quin et quippe defendi forsitan possint, si affirmativa sententia hic dictum putes.

Utitur, fruitur, nascitur.
Utpote, ut forsitan, ut quomodo.
Ut quomodo, ut potest.
255. Ut reor, ut arbitror.
Utrique, ex ambobus partibus.
Utrubi, ubique.
Utrubique, undique.
Utrumque, quin autem.
260. Ubidum, ruscidum, humidum.
Vultuosus, tristis.
Vultus, aspectus, facies.

252. L. nanciscitur cf. supra nanciscitur fruitur.
256. L. utrimque, ex ambabus.
257. utrubi perperam explicatum est; est enim utro in loco.
259. cf. supra v. quin autem.
260. L. uvidum, roscidum, humidum.
261. Idem extat I. p. 697. n. 39. VIII. p. 623. A. p. 386. n. 45. vultuosus, tristis, vultibus. P. v. contristatus, vultu tristis.

# Y.

1. Ydris, aquaticus.
Ydria, urna.
Ylidri, serpentes, aquatici.
Ymmum, laudem, canticum.
5. Yprocrissis, similitudo.
Ypocrita, similator id est qui aliud loquitur et aliud facit vel cogitat.
Ypothea, universa substantia.

1. L. Hydrius Aquarius. cf. Prudent. Apoth. 622. Labitur hinc pulsus puer Hydrius, inde Sagitta. Hydrius puer est Aquarius, coeleste sidus.
3. L. hydrae s. a. VIII. p. 630. ydra serpens aquaticus, ab ὕδωρ .i. ab aqua.
4. L. hymnum, laudem, canticum. VIII. p. 630. ymnus, laus.
5. L. hypocrisis, similatio et n. 6. hypocrita.
7. L. hypotheca.

# Z.

1. Zefirus, ventus, faronius.
Zelum, emolatio, invidia, livor.
Zona, cingulum, balteum.

1. L. zephyrus v. Favonius.
2. L. aemulatio. Hoc zelum etiam in usu fuisse praeter hanc glossam testatur VIII. p. 631. hoc zelum, i, unde zelor seqq., quod nota.

# I.

## Index vocabulorum

**quae in glossarum editionibus, in du Cang. glossario, et lexicis non extant aut inusitata significatione leguntur (ex S. Germ., Amplon., Maii, Papiae glossis et hoc glossar. ab editore collecta).**

# II.

## Index scriptorum

### qui a me in h. l. emendati sunt.

p. 266. n. 26. abusitatus p. 2.
n. 52. abiit p. 23.
n. 59. abtemius p. 2.
n. 82. acnonitus p. 3.
p. 267. n. 85. acidus p. 3.
p. 268. n. 174. aemulus p. 5.
n. 175. aeneatores p. 5.
n. 179. aegiatores p. 5.
n. 187. Aethiopum p. 14.
n. 193. agrippago p. 6.
n. 196. agaso p. 6.
n. 199. agasones p. 6.
p. 269. n. 215. amendat p. 8.
n. 249. amanet p. 8.
n. 257. amaratha p. 10.
p. 270. n. 277. anthlia p. 12.
n. 297. apricitas p. 14.
n. 300. aprica p. 14.
n. 324. arietat p. 18.
n. 327. armata p. 20.
p. 271. n. 334. argata p. 20.
n. 336. asper p. 24.
n. 351. avenat p. 23.
n. 362. averrat p. 23.
n. 363. avitum p. 24.
n. 364. aveta p. 74.
n. 7. aborigo p. 2.
p. 272. n. 71. aestu p. 5.
n. 80. aeneator p. 5.
p. 273. n. 144. anxicia p. 14.
p. 274. n. 117. apertilis p. 13.
n. 208. arquatus p. 25.
p. 275. n. 224. asilus p. 20.
n. 233. attentus p. 17.
n. 245. auctoratius p. 23.
n. 250. auritus p. 24.
n. 255. austernalis p. 24.
p. 277. n. 5. baccillatea p. 26.
n. 11. bascarides p. 29.
n. 93. bassandes p. 29.
n. 110. bibilus p. 30.
n. 113. bidinium p. 30.
n. 115. bibaria p. 30.
n. 116. bibarius p. 30.
n. 120. bisulcum p. 31.
n. 121. bornus p. 34.
n. 124. bobinatores p. 33.
n. 135. bombus p. 34.
p. 278. n. 17. bacerius p. 28.
n. 29. bilinguis p. 31.
n. 31. bibarius p. 31.
n. 35. bimatur p. 31.
n. 51. boeri p. 33.
n. 52. bobinatores p. 33.
n. 65. brunda p. 36.
n. 70. buceria p. 36.
n. 74. barathum p. 37.
p. 279. n. 6. bargus p. 28.
n. 7. bargus p. 28.
n. 40. bilis p. 31.
n. 57. bradium p. 35.
n. 63. bravebita p. 35.
p. 280. n. 1. conisma p. 164.
n. 4. contribulus p. 78.

p. 280. n. 20. cudat p. 86.
n. 42. calpes p. 43.
n. 54. causo p. 64.
n. 60. consternantem p. 74.
p. 281. n. 83. consulens p. 73.
n. 118. ciebio p. 52.
p. 282. n. 139. cacula p. 41.
n. 152. clivium p. 55.
n. 170. cripta p. 86.
p. 283. n. 221. calla p. 59.
p. 284. n. 295. coalescunt p. 57.
p. 285. n. 364. calculum p. 40.
n. 373. cauponula p. 64.
n. 385. céssios p. 51.
n. 387. calones p. 42.
n. 396. caplosus p. 45.
n. 397. caudius p. 43.
p. 286. n. 14. capulum p. 40.
n. 16. cachinus p. 41.
n. 21. carres p. 47.
n. 24. caplosus p. 40.
n. 25. caudex p. 47.
n. 27. caudius p. 43.
n. 32. capillatur p. 39.
n. 36. capillus p. 39.
n. 38. caducarius p. 35.
n. 39. carpdis p. 51.
n. 48. cavilla p. 39.
n. 49. cerula p. 51.
p. 287. n. 101. censius p. 51.
n. 112. circulator p. 53.
n. 132. cunabula p. 87.
p. 288. n. 166. cohibetur p. 59.
n. 264. collui p. 76.
p. 289. n. 205. commulcavit p. 71.
n. 212. conicies p. 69.
n. 226. compliat p. 63.
n. 228. convexio p. 79.
n. 233. conibo p. 68.
n. 237. conlivum p. 69.
n. 245. complodere p. 63.
n. 247. convecti p. 68.
n. 250. conglobat p. 68.
n. 259. constet p. 74.
n. 261. coniventia p. 68.
n. 263. conlectura. p. 69.
n. 265. confestus p. 66.
n. 266. conputem p. 280.
n. 287. contagies p. 76.
p. 290. n. 1. cacula p. 41.
n. 271. couclavia p. 65.
n. 275. compendinatio p. 71.
n. 276. consecramus p. 72.
n. 279. capula p. 82.
n. 280. crepida p. 84.
n. 281. cratera p. 55.
n. 286. crebruit p. 84.
n. 291. cratenses p. 82.
n. 295. crumina p. 85.
n. 301. cumulcat p. 71.
n. 303. cumulus p. 87.
n. 316. culleum p. 87.
p. 291. n. 7. cada p. 41.
n. 13. caventia p. 44.

Vicatim, per vices aut per singulos vicos.
Vicatim, per vicos, id est intentione perseverans.
130. Vicinitas, compitum.
Vicinus, finitimus est proximus.
Vicissim, invicem vel internens.
Vicissitudo, vicem praebens.
Victima, hostia.
135. Victoria, tophea.
Victus, superatus.
Videor, tueor.
Vietus, incurvus.
Viget, valet, potest.
140. Vigil, custus nocturnus.
Vigiliae, lucubratio.
Vigilantia, astucia.
Vigor, laeticia.
Vigor, potentiae, censura, genium.
145. Vilicat, villa agit.
Vilicus, actor vel exactor pensionum, insula.
Vilinguem, vifarium.
Vim, virtutem, violentiam.
Vim, virgultum.
150. Vincere, superare.
Vinculis, metallis vel carceribus.

128. Vicatim, vicissim s. per vices hic et in aliis quoque glossariis explicatur, ut Pl. p. 574. vicatim, vicissim aut per vices aut per singulos (l. vicos) et P. vicatim, vicissim, per singulas vices vel per vicos aut per singulos. VI. p. 551. et VII. p. 586. vicatim, per singulas vices; et viratim, per singulas vices. VIII. p. 624. vicatim, vicissim. A p. 385. n. 128. vicatim, per vicos. du C. notat exemplum ex Diario ann. 1589. et Hensehel. ex Aldhelm. de re Gramm. p. 552. Mai. Class Auct. T. V. praedictis litterarum characteribus vicatim et alternatim positis.

129. Quae addita sunt ex errore profecta puto, cum pervicax in per vicos corruptum sit; cf. supra pervicax. Ego lego in intentione perseverans.

130. cf. supra v. compitum.

132. L. alternans aut alternatim.

135. L. trophaea

137. L. video. Quamquam enim constat, tueo dici pro tueor, tamen, quantum scio, significatione tantum defendendi et tutandi, non videndi activa terminatione dicitur; cf. supra tueor, defendor.

138. P. vietum, incurvum, inflexum, unde vietos vocaverunt ligna rotarum, quae cantu ambiuntur. Est enim a viendo. VII p. 586. Viendi, videndi [ubi l. vinciendi]. Viendis i. flectendis hoc est modulandis carminibus. Viere apud antiquos pro vincire ponebatur. VIII. p. 622. vietus, vita detritus. P. vienda, flectenda et modulanda carmina et victus (l. vietus) evacuatus; et ita emendo VIII. p. 628. vietus, vulgatus, famosus in vietus, vacuatus, quod in vulgatus corruptum glossatori occasionem dedit famosus addendi.

140. L. custos nocturnus.

143. Erat cum pro laeticia aut valentia legerem, quod robur, firmitas significat aut violentia. Nam propria notione vigor laetitia esse nequit.

144. L potentia census. De voc. genium cf. supra genium, potentia, vigor.

145. L. villam agit cf. P. villicat, villam agit, villici officium exercet. VIII. p. 624. et 628. villicare, villam colere. A. p. 385. n. 134. villicat, villam agit vel colligit (ubi l. colit) et ita emenda n. 129. Vilicat, bellicat vel colligit in villam agit vel colit.

146. Hanc glossam emenda ex I. p. 697. n. 33. viticus (l. vilicus) actor, exactor pensionum, insularius. VIII. p. 624. villicus, villam colens, villanus, colonus, ruricola, ruricolanus, agrarius, agricola. A. p. 386. n. 36. vilicus, auctor (l. actor). P. villicus est dispensator vel gubernator. Villicus proprie est gubernator, unde a villa nominatur. Interdum autem villicus non gubernationem villae sed dispensationem universae domus habet, Tullio interpretante, significat, quod est universarum possessionum et villarum dispensator (cf. Is. Or. IX. 4. 33.). Villicus, vilis rei custos dicitur. De duplici voc. scribendi ratione, aut una aut duplici l littera, cf. quae dixi ad Apul. Apol. p. 609. Insularius est servus, qui toti domini insulae praeest eamque gubernat.

147. L. bilinguem, bifarium cf. supra v. bifarium.

149. L. vimen, virgultum, ut infra virgultum, vimen. P. vimen, virgultum molle dictum, quod vim multam habeat viror. Natura enim talis, ut, si etiam arefacta abluatur, virescat, deinde excisa ac in humo fixa radicibus se ipsa demergat (cf. Is. Or. XVII. 7. 48.).

151. cf. supra v. metallis.

**Vinctus, consternatus.**
**Vindicatus, ultus, defensus.**
**Vindicta, ultio, defensio.**
**155. Vindix, ultor, defensor.**
**Vinulentus, temulentus, ebriosus, ebriacus.**
**Vinum, tenetum.**
**Violat, adimit, contaminat.**
**Violavit, profanavit.**
**160. Virago, fortissima femina.**
**Virdicat, germinat.**
**Virecita, quae in agris virent.**
**Virgulum, vimen, silva, minuta virgula.**
**Virguncula, virgo modica.**
**165. Viridis, glaucia.**
**Viria, viride, brachiales.**
**Viriliter, fortiter.**
**Viriosus, austerius.**
**Viritim, per singulos viros.**
**170. Viritim, singillatim, nominatim.**
**Vis, vi . . . . .**
**Visaccia, sarcina, mandica.**
**Viscera, venae maedullae.**
**Visere, visitare.**
**175. Visor, videns.**
**Vitalis, animal.**
**Vitat, evitat, declinat.**
**Viciatum, corruptum, adulteratum.**
**Vicium, dedecus, nova, macula.**
**180. Vitricus, vitium, probrum, flagitium.**
**Vituperat, expulit.**
**Vivere, tumere, implere.**

152. Aut l. victus c. aut concatenatus vel constrictatus, quod posterius tamen in usu non est. VI. p. 551. vinciri, ligari vel nudari, ubi l. nodari. VIII. p. 624. vincire, ligare, vinculari, nectere, nodare, fasciare, illaqueare, irretire.

153. Ultus passiva notione hic dictum est; cf. infra v. ulciscitur.

155. L. vindex.

156. L. vinolentus . . . ebriatus.

157. L. temetum.

158. Adimit non habet, quo defendi possit; ego malo adiicere vi.

160. cf. Is. Or. XI. 2. 22. virago vocata, quod virum agit hoc est opera virilia facit et masculini vigoris est. Antiqui enim fortes feminas ita vocabant. Virgo autem non recte virago dicitur, si non viri officio fungitur. Mulier vero si virilia opera facit, recte virago dicitur, ut Amazona. P. virago, fortissima femina dicta, quod a viro sit sumpta.

161. L. viridicat, germinat. Hinc probari possit, viridicare non inusitatum esse, ut lexicographi volunt; viridicans et viridicatus exemplis confirmari possunt.

162. L. virecta quae. At viretum non virectum scribendum esse exposui ad Apul. Met. II. p. 214., quamquam aliquot locis ita legitur. VIII. p. 622. virectum, locus viriditatis, quod et viretum dicitur. P. vireta, loca herbis et virgis viridissimis plena.

163. L. virgultum. ut A. p. 386. n. 32 minuta silva.

165. L. glauca de q. v. cf. supra.

166. L. viriae, viriolae brachiales, aut viria, viriola, brachialis. I. p. 698. n. 11. viria, viriola, brachiales.

168. L. austerus ut I p. 698. n. 4. VI. p. 551. viriosi, viribus subnixi, austeri. Alii h. signif. legi malunt virosi; cf. supra v. austeris. Virus enim non solum de veneno, sed etiam de iis rebus dicitur, quae acrem, gravem et asperum saporem referunt, ut lexica testantur; ea de causa virosus, austerus est, quia austerus proprie de sapore dicitur earum rerum, quae linguam adstringunt. Cels. III. 24. vinum nigrum, austerum. Ceterum nota hanc significationem adi. virosus, quae alibi non reperitur.

170. VI. p. 551. viriatim [l. viritim] p. sing. viros. A. p. 385. n. 86. veritim [l. viritim] singillatim. P. viritim, nominatim, singulatim, per unumquemque virum, fortiter (?).

171. L. vis, violentia aut virtus.

172. L. bisaccia et cf. supra v. sarcina.

173. L. venae medulla.

179. L. vitium . . . nota, macula.

180. Hic duo glossemata confusa sunt. Ego lego: vitium . . . . vitricus, patrater ex Is. p. 698. n. 13. vitricus, patrater. Gl. Ar. 710. 48. vitricus, patrastus. VII. p. 586. vitricus, patraster. I. Or. IX. 6. 20. vitricus est qui uxorem ab alio viro filium aut filiam habentem duxit. Et vitricus quasi novitricus quod a matre superducitur novus. Patraster enim s. patrater est vitricus; cf. lexica

181. L. vituperat, explodit; cf. supra expludit, vituperat.

182. L. bibere ut 186. bibitor pro vivitor.

Vivex, placa nigra.
Vividus, fortis, strenuus.
185. Vivit, aget, deget.
Vivitor, potator.
Vix, egre, molestae.
Ulciscitur, defenditur, vindicatur.
Uliginosus, pinges.
190. Ulli, aliqui.
Ullius, alicuius.
Ullo, aliquomodo.
Ullus, aliquis.
Ulna, muscula, brachium.
195. Unam, spacum unius brachii.
Ulterior, posterior.
Ulterius, novissimus.
Ultima potestas, dictatus.
Ultimus, postremus, subremus.
200. Ultio, vindicta, defensio.
Ultor, vindex, defensor.
Ultra, vidix.
Ultro, sponte vel voluntate.
Ultro cito, intus et foris, longe et prope.
205. Ultro citoque, extra, infra, ante et retro.
Ultus et defendit significat et vindicat.
Ululae, avis nocturna.
Ululatus, fremitus.
Umbo, media pars scuti.
210. Una, pariter, simul.
Uncat, curvat.
Uncis, incurvis.
Uncus, ancora.
Undas, fluctus.
215. Unquam, aliquando.
Vovet, promittit.
Vocis praeconium, laudem.
Vola, cavitas qui in media manu est, inde involare.
Volitat, volat.
220. Volubilis, qui aliquid viderit, desiderat.

183. L. plaga nigra plaga a virga ut VII. p. 586. ubi perperam virex extat. VI. p. 551. vivix, pugna [l. vibex, pugnus]. VIII. p. 622. vibex, virga quod falsum est; A. p. 383. n. 2. viber, libor virgae [l. livor virgae] unde defendo nigra plaga quae nigrum reddit et p. 386. n. 83. vibex, plaga ex virga, ut P. addens caesio plagarum et vibex pugna.

185. L. vivit, agit.

187. L. aegre, moleste.

188. De passiva h. v. notione cf. Intt. ad Sall. Iug. 34. quidquid sine sanguine civium ulcisci nequitur. et Non. p. 292. v. exanclare. nisi patrem materno sanguine exanclando ulciscerem. VI. p. 549. ulciscere, vindicare. A. p. 386. n. 31. vinciscitur [l. ulciscitur] conpensatur et n. 48. ulcitur [l. ulciscitur] defenditur; cf. vindicatus, ultus, defensus. P. ulcisco et ulciscor ultus idem significabat antiquitus cf. Prisc. VIII. 6. p. 380 Krehl.

189. L. pinguis. VIII p. 622. uligo, terrae crassitudo; inde uliginosus, crassus. A. p. 384. n. 15. uligo, humor terrae. p. 385. n. 134. ulignosus, pinguis et p. 386. n. 47. uligo, palubri herba, ubi l. palustris herba. Uliginosus pro pingui dici posse, mihi probatur cf. Virg. Georg. II. 184.; at quae pinguis humus dulcique uligine laeta. P. uliginosus ager est, qui semper viget; uliginosum, humidum, pingue, fecundum. Nota hanc huius vocis significationem.

194. cf. supra v. muscula.

195. L. ulnam, spatium.

197. L. ultimus.

198. L. dictatura.

202. L. vindex.

204. 205. L. ultro citro, intus et foras, longe et prope; ultro citroque extra et intra, ante et retro.

207. L. ulula.

209. VIII. p. 625. umbo ideo dicitur, quia dat scuto umbram. P. umbo scuti, pars media. A. p. 386. n. 142. umbone, buccula.

211. VI. p. 549. uncat, curvat. VIII. p. 623. uncare, curvare, lunare, camerare. A. p. 386. n. 50. uncat, curbat. P. uncare, curvare. Notandum est hoc vocabulum, quod alibi non extat.

213. Idem habet VI. p. 549. et A. p. 386. n. 49. P. uncus, curvus, anchora cf. Intt. ad Val. Flacc. II. 428. Has inter lacrimas legitur piger uncus arenis.

218. L. quae in. VIII. p. 624. vola, medietas palmae. A. p. 384. n. 14. vola, palma, manus. P. vola, media pars manus; inde et involare dicimus.

219. Ita corrigatur A. p. 385. n. 136. voleat, volat in volitat, volat.

220. L. qui quidquid vid. Mirum est hoc glossema, quod tamen etiam P. repetit: volubile, quod volvi potest; volubilis est qui quod videt totum desiderat, unde volubilitas mutatio et A. p. 385. n. 138. volubili, qui quod videt

**Volucer, cupido.**
**Vomer . . . vomis.**
**Volucres, aves, volatilia.**
**Volumen, quicquid fuerit involutum.**
**225. Volvet, votum promittit.**
**Volutat, cogitationes, repetit.**
**Vorago, sumersio terrae.**
**Vorat, glutit, sorbit.**
**Vorat, glutit, sorbit.**
**230. Vorax, sabens.**
**Vorre, edaces, elones.**
**Votivum, quod promissum est votis.**
**Ur, incendium.**
**Urbs, civitas, opidum.**
**235. Urguet, stimulat, incitat, inpellit, praecipitat.**
**Urna, mensura.**
**Uspiam, in quo loco vel usquam alicubi.**
**Usquam, alicubi.**
**Usquae, tenus vel fine.**
**240. Usqueo, usque adeo.**
**Usque hic, eatenus vel actenus.**
**Usque quo, quatenus vel quamdiu.**
**Usurpat, contaminat vel utitur.**
**Usurpatio, nominatio, praesumtio, usus.**
**245. Usus, usurpatio.**
**Utensilia, viatici sumptus.**
**Uter, qui ipsorum.**
**Uterque, ambo.**
**Uterus, venter.**
**250. Ut forsitan, ut quomodo.**
**Utique, quin, quippe.**

totum desiderat ex quo mihi quidem persuadetur volubilis cum voc. similis soni esse confusum. Voluptibilis, quod Plautus habet, nec significatione nec litterarum similitudine probatur. Volibilis vel simile quid scribendum esse probabile fit; vel volupis cf. VI. p. 551. volupis, voluptuosus est, quam formam nota.

221. Sine dubio ad locum scriptoris referenda est haec glossa, ubi Cupido pennatus describitur. Ita etiam VI. p. 531. volucer Cupido et A p. 385. n. 139. lege pro volut" cupio: Volucer Cupido.

225. L. vovet.

227. L. summersio terrae. VI. p. 551. vorago, obsorptio [l. absorptio aut absorbitio]. VIII. p. 624. vorago, locus devorationi patens. P. vorago, profunditas, absorbitio, barathrum.

228. L. sorbet. VI. p. 551. vorat, ingluttit. A. p. 386. n. 42. vorat, gluttit. Ita emenda VI. 551. vosat vivit in vorat bibit. Bis eadem glossa scripta est, quod altera pagina hic desinit altera incipit.

230. L. sorbens. P. vorax, gulosus, glutto, devorator.

231. L. v. ed. heluones. VI. p. 551. vorri, edaces et ita emendandum videtur VIII. p. 627. vovelones, edaces, voratores in vorri, heluones. A. p. 385. n. 137. vorri, elones, edaces. et p. 386. n. 41. vorri, holeres [l. heluones] edaces. Quomodo vorri vel, quod sine dubio rectius dicitur, vorus defendam ex analogia, non habeo. Nam etsi constat vorus et vomus in compositis dici ut carnivorus, tamen haec est alia formandi ratio. Nec Lexica nec du Cang. h. v. habent.

233. Iam supra, ubi idem compendium ur extat v. incendium, aut incendio, uro, aut ustrina, incendium legendum putavi. Apud Apuleium enim ustrina pro incendio dici, docet locus Met. VII. c. 19. p. 598. nec salutis apparet solatium et ustrina talis moras non sustinens est, q. l. de hoc accuratius dixi.

234. L. oppidum.

236. Urna est enim mensura liquidorum. VI. p. 549. urna quasi quartarium est; P. urna mensura est, quam quidam quartarium dicunt, quod quatuor sextarios capit.

237. L. alique l.

239. et 240. L. usque, usque adeo.

241. L. usque huc . . . hactenus.

243. Contaminat mihi suspectum est. Erat cum vindicat vel occupat legerem, et ita l. pro nominatio: occupatio.

246. I. p. 698. n. 9. VI. p. 549. eadem glossa extat. P. utensilia, viatici sumptus, usibus apta. Nota h. v. significationem.

247. L. quilibet duorum aut quisquis duorum ut P. uter, ad quemlibet de duobus.

250. L. ut aliquo modo.

251. Quin et quippe defendi forsitan possint, si affirmativa sententia hic dictum putes.

Utitur, fruitur, nascitur.
Utpote, ut forsitan, ut quomodo.
Ut quomodo, ut potest.
255. Ut reor, ut arbitror.
Utrique, ex ambobus partibus.
Utrubi, ubique.
Utrubique, undique.
Utrumque, quin autem.
260. Ubidum, ruscidum, humidum.
Vultuosus, tristis.
Vultus, aspectus, facies.

252. L. nanciscitur cf. supra nanciscitur fruitur.
256. L. utrimque, ex ambabus.
257. utrubi perperam explicatum est; est enim utro in loco.
259. cf. supra v. quin autem.
260. L. uvidum, roscidum, humidum.
261. Idem extat I. p. 697. n. 39. VIII. p. 623. A. p. 386. n. 45. vultuosus, tristis, vultibus. P. v. contristatus, vultu tristis.

# Y.

1. Ydris, aquaticus.
Ydria, urna.
Ylidri, serpentes, aquatici.
Ymmum, laudem, canticam.
5. Yprocrissis, similitudo.
Ypocrita, similator id est qui aliud loquitur et aliud facit vel cogitat.
Ypothea, universa substantia.

1. L. Hydrius Aquarius. cf. Prudent. Apoth. 622. Labitur hinc pulsus puer Hydrius, inde Sagitta. Hydrius puer est Aquarius, coeleste sidus.
3. L. hydrae s. a. VIII. p. 630. ydra serpens aquaticus, ab ὕδωρ .i. ab aqua.
4. L. hymnum, laudem, canticum. VIII. p. 630. ymnus, laus.
5. L. hypocrisis, simulatio et n. 6. hypocrita.
7. L. hypotheca.

# Z.

1. Zefirus, ventus, faronius.
Zelum, emolatio, invidia, livor.
Zona, cingulum, balteum.

1. L. zephyrus v. Favonius.
2. L. aemulatio. Hoc zelum etiam in usu fuisse praeter hanc glossam testatur VIII. p. 631. hoc zelum, i, unde zelor seqq., quod nota.

# I.

## Index vocabulorum

**quae in glossarum editionibus, in du Cang. glossario, et lexicis non extant aut inusitata significatione leguntur (ex S. Germ., Amplon., Maii, Papiae glossis et hoc glossar. ab editore collecta).**

---

# II.

## Index scriptorum

### qui a me in h. l. emendati sunt.

p. 266. n. 26. abusitatus p. 2.
n. 52. abiit p. 23.
n. 59. abtemius p. 2.
n. 82. acnonitus p. 3.
p. 267. n. 85. acidus p. 3.
p. 268. n. 174. aemulus p. 5.
n. 175. aeneatores p. 5.
n. 179. aegiatores p. 5.
n. 187. Aethiopum p. 14.
n. 193. agrippago p. 6.
n. 196. agaso p. 6.
n. 199. agasones p. 6.
p. 269. n. 215. amendat p. 8.
n. 249. amanet p. 8.
n. 257. amaratha p. 10.
p. 270. n. 277. anthlia p. 12.
n. 297. apricitas p. 14.
n. 300. aprica p. 14.
n. 324. arietat p. 18.
n. 327. armata p. 20.
p. 271. n. 334. argata p. 20.
n. 336. asper p. 24.
n. 351. avenat p. 23.
n. 362. averrat p. 23.
n. 363. avitum p. 24.
n. 364. aveta p. 74.
n. 7. aborigo p. 2.
p. 272. n. 71. aestu p. 5.
n. 80. aeneator p. 5.
p. 273. n. 144. anxicia p. 14.
p. 274. n. 117. apertilis p. 13.
n. 208. arquatus p. 25.
p. 275. n. 224. asilus p. 20.
n. 233. attentus p. 17.
n. 245. auctoratius p. 23.
n. 250. auritus p. 24.
n. 255. austernalis p. 24.
p. 277. n. 5. baccillatea p. 26.
n. 11. bascarides p. 29.
n. 93. bassaudes p. 29.
n. 110. bibilus p. 30.
n. 113. bidinium p. 30.
n. 115. bibaria p. 30.
n. 116. bibarius p. 30.
n. 120. bisulcum p. 31.
n. 121. bornus p. 34.
n. 124. bobinatores p. 33.
n. 135. bombus p. 34.
p. 278. n. 17. bacerius p. 28.
n. 29. bilinguis p. 31.
n. 31. bibarius p. 31.
n. 35. bimatur p. 31.
n. 51. boeri p. 33.
n. 52. bobinatores p. 33.
n. 65. brunda p. 36.
n. 70. buceria p. 36.
n. 74. barathum p. 37.
p. 279. n. 6. bargus p. 28.
n. 7. bargus p. 28.
n. 40. bilis p. 31.
n. 57. bradium p. 35.
n. 63. bravebita p. 35.
p. 280. n. 1. conisma p. 164.
n. 4. contribulus p. 78.
p. 280. n. 20. cudat p. 86.
n. 42. calpes p. 43.
n. 54. causo p. 64.
n. 60. consternantem p. 74.
p. 281. n. 83. consulens p. 73.
n. 118. ciebio p. 52.
p. 282. n. 139. cacula p. 41.
n. 152. clivium p. 55.
n. 170. cripta p. 86.
p. 283. n. 221. calla p. 59.
p. 284. n. 295. coalescunt p. 57.
p. 285. n. 364. calculum p. 40.
n. 373. cauponula p. 64.
n. 385. céssios p. 51.
n. 387. calones p. 42.
n. 396. caplosus p. 45.
n. 397. caudius p. 43.
p. 286. n. 14. capulum p. 40.
n. 16. cachinus p. 41.
n. 21. carres p. 47.
n. 24. caplosus p. 40.
n. 25. caudex p. 47.
n. 27. caudius p. 43.
n. 32. capillatur p. 39.
n. 36. capillus p. 39.
n. 38. caducarius p. 35.
n. 39. carpdis p. 51.
n. 48. cavilla p. 39.
n. 49. cerula p. 51.
p 287. n. 101 censaids p. 51.
n. 112. circulator p. 53.
n. 132. cunabula p. 87.
p. 288. n. 166. cohibetur p. 59.
n. 264. collui p. 76.
p. 289. n. 205. commulcavit p. 71.
n. 212. conicies p. 69.
n. 226. compliat p. 63.
n. 228. convexio p. 79.
n. 233. conibo p. 68.
n. 237. conlivum p. 69.
n. 245. complodere p. 63.
n. 247. convecti p. 68.
n. 250. conglobat p. 68.
n. 259. constet p. 74.
n. 261. coniventia p. 68.
n. 263. conlectura. p. 69.
n. 265. confestus p. 66.
n. 266. conputem p. 280.
n. 287. contagies p. 76.
p. 290. n. 1. cacula p. 41.
n. 271. couclavia p. 65.
n. 275. compendinatio p. 71.
n. 276. consecramus p. 72.
n. 279. capula p. 82.
n. 280. crepida p. 84.
n. 281. cratera p. 55.
n. 286. crebruit p. 84.
n. 291. cratenses p. 82.
n. 295. crumina p. 85.
n. 301. cumulcat p. 71.
n. 303. cumulus p. 87.
n. 316. culleum p. 87.
p. 291. n. 7. cada p. 41.
n. 13. caventia p. 44.

Vicatim, per vices aut per singulos vicos.
Vicatim, per vicos, id est intentione perseverans.
130. Vicinitas, compitum.
Vicinus, finitimus est proximus.
Vicissim, invicem vel internens.
Vicissitudo, vicem praebens.
Victima, hostia.
135. Victoria, tophea.
Victus, superatus.
Videor, tueor.
Vietus, incurvus.
Viget, valet, potest.
140. Vigil, custus nocturnus.
Vigiliae, lucubratio.
Vigilantia, astucia.
Vigor, laeticia.
Vigor, potentiae, census, genium.
145. Vilicat, villa agit.
Vilicus, actor vel exactor pensionum, insula.
Vilinguem, vifarium.
Vim, virtutem, violentiam.
Vim, virgultum.
150. Vincere, superare.
Vinculis, metallis vel carceribus.

128. Vicatim, vicissim s. per vices hic et in aliis quoque glossariis explicatur, ut Pl. p. 574. vicatim, vicissim aut per vices aut per singulos (l. vicos) et P. vicatim, vicissim, per singulas vices vel per vicos aut per singulos. VI. p. 551. et VII. p. 586. vicatim, per singulas vices; et viratim, per singulas vices. VIII. p. 624. vicatim, vicissim. A p. 385. n. 128. vicatim, per vicos. du C. notat exemplum ex Diario ann. 1589. et Henschel. ex Aldhelm. de re Gramm. p. 552. Mai. Class Auct. T. V. praedictis litterarum characteribus vicatim et alternatim positis.

129. Quae addita sunt ex errore profecta puto, cum pervicax in per vicos corruptum sit; cf. supra pervicax. Ego lego in intentione perseverans.

130. cf. supra v. compitum.

132. L. alternans aut alternatim.

135. L. trophaea

137. L. video. Quamquam enim constat, tueo dici pro tueor, tamen, quantum scio, significatione tantum defendendi et tuendi, non videndi activa terminatione dicitur; cf. supra tueor, defendor.

138. P. vietum, incurvum, inflexum, unde vietos vocaverunt ligna rotarum, quae cantu ambiuntur. Est enim a viendo. VII p. 586. Viendi, videndi [ubi l. vinciendi]. Viendis i. flectendis hoc est modulandis carminibus. Viere apud antiquos pro vincire ponebatur. VIII. p. 622. vietus, vita detritus. P. vienda, flectenda et modulanda carmina et victus (l. vietus) evacuatus; et ita emendo VIII. p. 628. vietus, vulgatus, famosus in vietus, vacuatus, quod in vulgatus corruptum glossatori occasionem dedit famosus addendi.

140. L. custos nocturnus.

143. Erat cum pro laeticia aut valentia legerem, quod robur, firmitas significat aut violentia. Nam propria notione vigor laetitia esse nequit.

144. L potentia census. De voc. genium cf. supra genium, potentia, vigor.

145. L. villam agit cf. P. villicat, villam agit, villici officium exercet. VIII. p. 624. et 628. villicare, villam colere. A. p. 385. n. 134. villicat, villam agit vel colligit (ubi l. colit) et ita emenda n. 129. Vilicat, bellicat vel colligit in villam agit vel colit.

146. Hanc glossam emenda ex I. p. 697. n. 33. viticus (l. vilicus) actor, exactor pensionum, insularius. VIII. p. 624. villicus, villam colens, villanus, colonus, ruricola, ruricolanus, agrarius, agricola. A. p. 386. n. 36. vilicus, auctor (l. actor). P. villicus est dispensator vel gubernator. Villicus proprie est gubernator, unde a villa nominatur. Interdum autem villicus non gubernationem villae sed dispensationem universae domus habet, Tullio interpretante, significat, quod est universarum possessionum et villarum dispensator (cf. Is. Or. IX. 4. 33.). Villicus, vilis rei custos dicitur. De duplici voc. scribendi ratione, aut una aut duplici l littera, cf. quae dixi ad Apul. Apol. p. 609. Insularius est servus, qui toti domini insulae praeest eamque gubernat.

147. L. bilinguem, bifarium cf. supra v. bifarium.

149. L. vimen, virgultum, ut infra virgultum, vimen. P. vimen, virgultum molle dictum, quod vim multam habeat viror. Natura enim talis, ut, si etiam arefacta abluatur, virescat, deinde excisa ac in humo fixa radicibus se ipsa demergat (cf. Is. Or. XVII. 7. 48.).

151. cf. supra v. metallis.

Vinctus, consternatus.
Vindicatus, ultus, defensus.
Vindicta, ultio, defensio.
155. Vindix, ultor, defensor.
Vinulentus, temulentus, ebriosus, ebriacus.
Vinum, tenetum.
Violat, adimit, contaminat.
Violavit, profanavit.
160. Virago, fortissima femina.
Virdicat, germinat.
Virecita, quae in agris virent.
Virgulum, vimen, silva, minuta virgula.
Virguncula, virgo modica.
165. Viridis, glaucia.
Viria, viride, brachiales.
Viriliter, fortiter.
Viriosus, austerius.
Viritim, per singulos viros.
170. Viritim, singillatim, nominatim.
Vis, vi . . . . .
Visaccia, sarcina, mandica.
Viscera, venae maedullae.
Visere, visitare.
175. Visor, videns.
Vitalis, animal.
Vitat, evitat, declinat.
Viciatum, corruptum, adulteratum.
Vicium, dedecus, nova, macula.
180. Vitricus, vitium, probrum, flagitium.
Vituperat, expulit.
Vivere, tumere, implere.

152. Aut l. victus o. aut concatenatus vel constrictatus, quod posterius tamen in usu non est. VI. p. 551. vinciri, ligari vel nudari, ubi l. nodari. VIII. p. 624. vincire, ligare, vinculari, nectere, nodare, fasciare, illaqueare, irretire.

153. Ultus passiva notione hic dictum est; cf. infra v. ulciscitur.

155. L. vindex.

156. L. vinolentus . . . ebriatus.

157. L. temetum.

158. Adimit non habet, quo defendi possit; ego malo adiicere vi.

160. cf. Is. Or. XI. 2. 22. virago vocata, quod virum agit hoc est opera virilia facit et masculini vigoris est. Antiqui enim fortes feminas ita vocabant. Virgo autem non recte virago dicitur, si non viri officio fungitur. Mulier vero si virilia opera facit, recte virago dicitur, ut Amazona. P. virago, fortissima femina dicta, quod a viro sit sumpta.

161. L. viridicat, germinat. Hinc probari possit, viridicare non inusitatum esse, ut lexicographi volunt; viridicans et viridicatus exemplis confirmari possunt.

162. L. virecta quae. At viretum non virectum scribendum esse exposui ad Apul. Met. II. p. 214., quamquam aliquot locis ita legitur. VIII. p. 622. virectum, locus viriditatis, quod et viretum dicitur. P. vireta, loca herbis et virgis viridissimis plena.

163. L. virgultum. ut A. p. 386. n. 32 minuta silva.

165. L. glauca de q. v. cf. supra.

166. L. viriae, viriolae brachiales. aut viria, viriola, brachialis. I. p. 698. n. 11. viria, viriola, brachiales.

168. L. austerus ut I p. 698. n. 4. VI. p. 551. viriosi, viribus subnixi, austeri. Alii h. signif. legi malunt virosi; cf. supra v. austeris. Virus enim non solum de veneno, sed etiam de iis rebus dicitur, quae acrem, gravem et asperum saporem referunt, ut lexica testantur; ea de causa virosus, austerus est, quia austerus proprie de sapore dicitur earum rerum, quae linguam adstringunt. Cels. III. 24. vinum nigrum, austerum. Ceterum nota hanc significationem adi. virosus, quae alibi non reperitur.

170. VI. p. 551. viriatim [l. viritim] p. sing. viros. A. p. 385. n. 86. veritim [l. viritim] singillatim. P. viritim, nominatim, singulatim, per unumquemque virum, fortiter (?).

171. L. vis, violentia aut virtus.

172. L. bisaccia et cf. supra v. sarcina.

173. L. venae medulla.

179. L. vitium . . . nota, macula.

180. Hic duo glossemata confusa sunt. Ego lego: vitium . . . . vitricus, patrater ex Is. p. 698. n. 13. vitricus, patrater. Gl. Ar. 710. 48. vitricus, patrastus. VII. p. 586. vitricus, patraster. I. Or. IX. 6. 20. vitricus est qui uxorem ab alio viro filium aut filiam habentem duxit. Et vitricus quasi novitricus quod a matre superducitur novus. Patraster enim s. patrater est vitricus; cf. lexica.

181. L. vituperat, explodit; cf. supra expludit, vituperat.

182. L. bibere ut 186. bibitor pro vivitor.

Vivex, placa nigra.
Vividus, fortis, strenuus.
185. Vivit, aget, deget.
Vivitor, potator.
Vix, egre, molestae.
Ulciscitur, defenditur, vindicatur.
Uliginosus, pinges.
190. Ulli, aliqui.
Ullius, alicuius.
Ullo, aliquomodo.
Ullus, aliquis.
Ulna, muscula, brachium.
195. Unam, spacum unius brachii.
Ulterior, posterior.
Ulterius, novissimus.
Ultima potestas, dictatus.
Ultimus, postremus, subremus.
200. Ultio, vindicta, defensio.
Ultor, vindex, defensor.
Ultra, vidix.
Ultro, sponte vel voluntate.
Ultro cito, intus et foris, longe et prope.
205. Ultro citoque, extra, infra, ante et retro.
Ultus et defendit significat et vindicat.
Ululae, avis nocturna.
Ululatus, fremitus.
Umbo, media pars scuti.
210. Una, pariter, simul.
Uncat, curvat.
Uncis, incurvis.
Uncus, ancora.
Undas, fluctus.
215. Unquam, aliquando.
Vovet, promittit.
Vocis praeconium, laudem.
Vola, cavitas qui in media manu est, inde involare.
Volitat, volat.
220. Volubilis, qui aliquid viderit, desiderat.

183. L. plaga nigra plaga a virga ut VII. p. 586. ubi perperam virex extat. VI. p. 551. vivix, pugna [l. vibex, pugnus]. VIII. p. 622. vibex, virga quod falsum est; A. p. 383. n. 2. viber, libor virgae [l. livor virgae] unde defendo nigra plaga quae nigrum reddit et p. 386. n. 33. vibex, plaga ex virga, ut P. addens caesio plagarum et vibex pugna.

185. L. vivit, agit.

187. L. aegre, moleste.

188. De passiva h. v. notione cf. Intt. ad Sall. Iug. 34. quidquid sine sanguine civium ulcisci nequitur. et Non. p. 292. v. exanclare. nisi patrem materno sanguine exanclando ulciscerem. VI. p. 549. ulciscere, vindicare. A. p. 386. n. 31. vinciscitur [l. ulciscitur] conpensatur et n. 48. ulcitur [l. ulciscitur] defenditur; cf. vindicatus, ultus, defensus. P. ulcisco et ulciscor ultus idem siguificabat antiquitus cf. Prisc. VIII. 6. p. 380 Krehl.

189. L. pinguis. VIII p. 622. uligo, terrae crassitudo; inde uliginosus, crassus. A. p. 384. n. 15. uligo, humor terrae. p. 385. n. 134. ulignosus, pinguis et p. 386. n. 47. uligo, palubri herba, ubi l. palustris herba. Uliginosus pro pingui dici posse, mihi probatur cf. Virg. Georg. II. 184.: at quae pinguis humus dulcique uligine laeta. P. uliginosus ager est, qui semper viget; uliginosum, humidum, pingue, fecundum. Nota hanc huius vocis significationem.

194. cf. supra v. muscula.

195. L. ulnam, spatium.

197. L. ultimus.

198. L. dictatura.

202. L. vindex.

204. 205. L. ultro citro, intus et foras, longe et prope; ultro citroque extra et intra, ante et retro.

207. L. ulula.

209. VIII. p. 625. umbo ideo dicitur, quia dat scuto umbram. P. umbo scuti, pars media. A. p. 386. n. 142. umbone, buccula.

211. VI. p. 549. uncat, curvat. VIII. p. 623. uncare, curvare, lunare, camerare. A. p. 386. n. 50. uncat, curbat. P. uncare, curvare. Notandum est hoc vocabulum, quod alibi non extat.

213. Idem habet VI. p. 549. et A. p. 386. n. 49. P. uncus, curvus, anchora cf. Intt. ad Val. Flacc. II. 428. Has inter lacrimas legitur piger uncus arenis.

218. L. quae in. VIII. p. 624. vola, medietas palmae. A. p. 384. n. 14. vola, palma, manus. P. vola, media pars manus; inde et involare dicimus.

219. Ita corrigatur A. p. 385. n. 136. voleat, volat in volitat, volat.

220. L. qui quidquid vid. Mirum est hoc glossema, quod tamen etiam P. repetit: volubile, quod volvi potest; volubilis est qui quod videt totum desiderat, unde volubilitas mutatio et A. p. 385. n. 138. volubili, qui quod videt

Volucer, cupido.
Vomer . . . vomis.
Volucres, aves, volatilia.
Volumen, quicquid fuerit involutum.
225. Volvet, votum promittit.
Volutat, cogitationes, repetit.
Vorago, sumersio terrae.
Vorat, glutit, sorbit.
Vorat, glutit, sorbit.
230. Vorax, sabens.
Vorre, edaces, elones.
Votivum, quod promissum est votis.
Ur, incendium.
Urbs, civitas, opidum.
235. Urguet, stimulat, incitat, inpellit, praecipitat.
Urna, mensura.
Uspiam, in quo loco vel usquam alicubi.
Usquam, alicubi.
Usquae, tenus vel fine.
240. Usqueo, usque adeo.
Usque hic, eatenus vel actenus.
Usque quo, quatenus vel quamdiu.
Usurpat, contaminat vel utitur.
Usurpatio, nominatio, praesumtio, usus.
245. Usus, usurpatio.
Utensilia, viatici sumptus.
Uter, qui ipsorum.
Uterque, ambo.
Uterus, venter.
250. Ut forsitan, ut quomodo.
Utique, quin, quippe.

totum desiderat ex quo mihi quidem persuadetur volubilis cum voc. similis soni esse confusum. Voluptibilis, quod Plautus habet, nec significatione nec litterarum similitudine probatur. Volibilis vel simile quid scribendum esse probabile fit; vel volupis cf. VI. p. 551. volupis, voluptuosus est, quam formam nota.

221. Sine dubio ad locum scriptoris referenda est haec glossa, ubi Cupido pennatus describitur. Ita etiam VI. p. 531. volucer Cupido et A p. 385. n. 139. lege pro volut˜ cupio: Volucer Cupido.

225. L. vovet.

227. L. summersio terrae. VI. p. 551. vorago, obsorptio [l. absorptio aut absorbitio]. VIII. p. 624. vorago, locus devorationi patens. P. vorago, profunditas, absorbitio, barathrum.

228. L. sorbet. VI. p. 551. vorat, ingluttit. A. p. 386. n. 42. vorat, gluttit. Ita emenda VI. 551. vosat vivit in vorat bibit. Bis eadem glossa scripta est, quod altera pagina hic desinit altera incipit.

230. L. sorbens. P. vorax, gulosus, glutto, devorator.

231. L. v. ed. heluones. VI. p. 551. vorri, edaces et ita emendandum videtur VIII. p. 627. vovelones, edaces, voratores in vorri, heluones. A. p. 385. n. 137. vorri, elones, edaces. et p. 386. n. 41. vorri, holeres [l. heluones] edaces. Quomodo vorri vel, quod sine dubio rectius dicitur, vorus defendam ex analogia, non habeo. Nam etsi constat vorus et vomus in compositis dici ut carnivorus, tamen haec est alia formandi ratio. Nec Lexica nec du Cang. h. v. habent.

233. Iam supra, ubi idem compendium ur extat v. incendium, aut incendio, uro, aut ustrina, incendium legendum putavi. Apud Apuleium enim ustrina pro incendio dici, docet locus Met. VII. c. 19. p. 598. nec salutis apparet solatium et ustrina talis moras non sustinens est, q. l. de hoc accuratius dixi.

234. L. oppidum.

236. Urna est enim mensura liquidorum. VI. p. 549. urna quasi quartarium est; P. urna mensura est, quam quidam quartarium dicunt, quod quatuor sextarios capit.

237. L. alique l.

239. et 240. L. usque, usque adeo.

241. L. usque huc . . . hactenus.

243. Contaminat mihi suspectum est. Erat cum vindicat vel occupat legerem, et ita l. pro nominatio: occupatio.

246. I. p. 698. n. 9. VI. p. 549. eadem glossa extat. P. utensilia, viatici sumptus, usibus apta. Nota h. v. significationem.

247. L. quilibet duorum aut quisquis duorum ut P. uter, ad quemlibet de duobus.

250. L. ut aliquo modo.

251. Quin et quippe defendi forsitan possint, si affirmativa sententia hic dictum putes.

Utitur, fruitur, nascitur.
Utpote, ut forsitan, ut quomodo.
Ut quomodo, ut potest.
255. Ut reor, ut arbitror.
Utrique, ex ambobus partibus.
Utrubi, ubique.
Utrubique, undique.
Utrumque, quin autem.
260. Ubidum, ruscidum, humidum.
Vultuosus, tristis.
Vultus, aspectus, facies.

252. L. nanciscitur cf. supra nanciscitur fruitur.
256. L. utrimque, ex ambabus.
257. utrubi perperam explicatum est; est enim utro in loco.
259. cf. supra v. quin autem.
260. L. uvidum, roscidum, humidum.
261. Idem extat I. p. 697. n. 39. VIII. p. 623. A. p. 396. n. 45. vultuosus, tristis, vultibus. P. v. contristatus, vultu tristis.

## Y.

1. Ydris, aquaticus.
Ydria, urna.
Ylidri, serpentes, aquatici.
Ymmum, laudem, canticam.
5. Yprocrissis, similitudo.
Ypocrita, similator id est qui aliud loquitur et aliud facit vel cogitat.
Ypothea, universa substantia.

1. L. Hydrius Aquarius. cf. Prudent. Apoth. 622. Labitur hinc pulsus puer Hydrius, inde Sagitta. Hydrius puer est Aquarius, coeleste sidus.
3. L. hydrae s. a. VIII. p. 630. ydra serpens aquaticus, ab ὕδωρ .i. ab aqua.
4. L. hymnum, laudem, canticum. VIII. p. 630. ymnus, laus.
5. L. hypocrisis, simulatio et n. 6. hypocrita.
7. L. hypotheca.

## Z.

1. Zefirus, ventus, faronius.
Zelum, emolatio, invidia, livor.
Zona, cingulum, balteum.

1. L. zephyrus v. Favonius.
2. L. aemulatio. Hoc zelum etiam in usu fuisse praeter hanc glossam testatur VIII. p. 631. hoc zelum, i, unde zelor seqq., quod nota.

# I.

## Index vocabulorum

**quae in glossarum editionibus, in du Cang. glossario, et lexicis non extant aut inusitata significatione leguntur (ex S. Germ., Amplon., Maii, Papiae glossis et hoc glossar. ab editore collecta).**

---

# II.

## Index scriptorum

### qui a me in h. l. emendati sunt.

p. 266. n. 26. abusitatus p. 2.
n. 52. abiit p. 23.
n. 59. abtemius p. 2.
n. 82. acnonitus p. 3.
p. 267. n. 85. acidus p. 3.
p. 268. n. 174. aemulus p. 5.
n. 175. aeneatores p. 5.
n. 179. aegiatores p. 5.
n. 187. Aethiopum p. 14.
n. 193. agrippago p. 6.
n. 196. agaso p. 6.
n. 199. agasones p. 6.
p. 269. n. 215 amendat p. 8.
n. 249. amanet p. 8.
n. 257. amaratha p. 10.
p. 270. n. 277. anthlia p. 12.
n. 297. apricitas p. 14.
n. 300. aprica p. 14.
n. 324. arietat p. 18.
n. 327. armata p. 20.
p. 271. n. 334. argata p. 20.
n. 336. asper p. 24.
n. 351. avenat p. 23.
n. 362. averrat p. 23.
n. 363. avitum p. 24.
n. 364. aveta p. 74.
n. 7. aborigo p. 2.
p. 272. n. 71. aestu p. 5.
n. 80. aeneator p. 5.
p. 273. n. 144. anxicia p. 14.
p. 274. n. 117. apertilis p. 13.
n. 208. arquatus p. 25.
p. 275. n. 224. asilus p. 20.
n. 233. attentus p. 17.
n. 245. auctoratius p. 23.
n. 250. auritus p. 24.
n. 255. austernalis p. 24.
p. 277. n. 5. baccillatea p. 26.
n. 11. bascarides p. 29.
n. 98. bassaudes p. 29.
n. 110. bibilus p. 30.
n. 113. bîdinium p. 30.
n. 115. bibaria p. 30.
n. 116. bibarius p. 30.
n. 120. bisulcum p. 31.
n. 121. bornus p. 34.
n. 124. bobinatores p. 33.
n. 135. bombus p. 34.
p. 278. n. 17. bacerius p. 28.
n. 29. bilinguis p. 31.
n. 31. bibarius p. 31.
n. 35. bimatur p. 31.
n. 51. boeri p. 33.
n. 52. bobinatores p. 33.
n. 65. brunda p. 36.
n. 70. buceria p. 36.
n. 74. barathum p. 37.
p. 279. n. 6. bargus p. 28.
n. 7. bargus p. 28.
n. 40. bilis p. 31.
n. 57. bradium p. 35.
n. 63. bravebita p. 35.
p. 280. n. 1. conisma p. 164.
n. 4. contribulus p. 78.

p. 280. n. 20. cudat p. 86.
n. 42. calpes p. 43.
n. 54. causo p. 64.
n. 60. consternantem p. 74.
p. 281. n. 83. consulens p. 73.
n. 118. ciebio p. 52.
p. 282. n. 139. cacula p. 41.
n. 152. clivium p. 55.
n. 170. cripta p. 86.
p. 283. n. 221. calla p. 59.
p. 284. n. 295. coalescunt p. 57.
p. 285. n. 364. calculum p. 40.
n. 373. cauponula p. 64.
n. 385. céssios p. 51.
n. 387. calones p. 42.
n. 396. caplosus p. 45.
n. 397. caudius p. 43.
p. 286. n. 14. capulum p. 40.
n. 16. cachinus p. 41.
n. 21. carres p. 47.
n. 24. caplosus p. 40.
n. 25. caudex p. 47.
n. 27. caudius p. 43.
n. 32. capillatur p. 39.
n. 36. capillus p. 39.
n. 38. caducarius p. 35.
n. 39. carpdis p. 51.
n. 48. cavilla p. 39.
n. 49. cerula p. 51.
p. 287. n. 101 censius p. 51.
n. 112. circulator p. 53.
n. 132. cunabula p. 87.
p. 288. n. 166. cohibetur p. 59.
n. 264. collui p. 76.
p. 289. n. 205. commulcavit p. 71.
n. 212. conicies p. 69.
n. 226. compliat p. 63.
n. 228. convexio p. 79.
n. 233. conibo p. 68.
n. 237. conlivum p. 69.
n. 245. complodere p. 63.
n. 247. convecti p. 68.
n. 250. conglobat p. 68.
n. 259. constet p. 74.
n. 261. coniventia p. 68.
n. 263. conleetura. p. 69.
n. 265. confestus p. 66.
n. 266. conputem p. 280.
n. 287. contagies p. 76.
p. 290. n. 1. cacula p. 41.
n. 271. conclavia p. 65.
n. 275. compendinatio p. 71.
n. 276. consecramus p. 72.
n. 279. capula p. 82.
n. 280. crepida p. 84.
n. 281. cratera p. 55.
n. 286. crebruit p. 84.
n. 291. cratenses p. 82.
n. 295. crumina p. 85.
n. 301. cumulcat p. 71.
n. 303. cumulus p. 87.
n. 316. culleum p. 87.
p. 291. n. 7. cada p. 41.
n. 13. caventia p. 44.

p. 291. n. 34. catinus p. 47.
n. 48. cabullatio p. 39.
p. 292. n. 67. canaster p. 44.
n. 94. ciena p. 52.
p. 293. n. 162. comessor p. 160.
n. 9. dapsilis p. 91.
p. 294. n. 29. delimatum p. 97.
n. 37. defiget p. 94.
n. 60. delicatis p. 98.
n. 72. detractasset p. 101.
n. 80. deliquum p. 97.
n. 84. dapsile p. 91.
n. 85. diadema p. 102.
n. 95. dispoliatum p. 111.
p. 295. n. 96. danuas p 90.
n. 97. desistere p. 100.
n. 99. digitalium p. 105.
n. 102. deses p. 99.
n. 106. descivit p. 99.
n. 4. dapsilis p. 91.
n. 5. danos p. 90.
n. 7. dapibus p. 91.
n. 11. dapsilae p. 91.
n. 21. degesto p. 92.
n. 23. desectum p. 99.
n. 30. deverticulum p. 102.
n. 35. detrusus p. 101.
n. 37. defecatum p. 94.
n. 42. delubra p. 97.
p. 296. n. 45. desciscit p. 99.
n. 56. detractat p. 101.
n. 60. depressus p. 98.
n. 82. despectit p. 110.
n. 97. desuetus p. 100.
n. 99. districe p. 134.
n. 106. duert p. 95.
n. 108. devincians p. 114.
p. 326. n. 62. effecta p. 121.
n. 65. emolumentum p. 126.
n. 76. emax p. 126.
n. 114. explodit p. 131.
p. 327. n. 131. epemeris p. 123.
n. 169. exul p. 136.
p. 328. n. 6. affligit p. 122.
n 7. effutae p. 120.
n. 13. elegatus p. 125.
n. 27. enicha p. 127.
n. 86. emblemma p. 127.
p. 329. n. 58. exulcerat p. 136.
n. 60. exempta p. 132.
n. 72. exumptuavit p. 136.
n. 74. exercat p. 131.
n. 79. expertus p. 134.
p. 329. n. 10. fastes p. 139.
n. 14. fisco p. 144.
p. 330. n. 26. fax p. 137.
n. 56. fiolae p. 142.
p. 331. n. 95. frumenta p. 48.
n. 99. facetus p. 137.
n. 100. fidicula p. 143.
n. 101. fisco p. 144.
n. 115. faeciosus p. 137.
n. 116. fax p. 137.
n. 121. falengarius p. 137.

p. 331. n. 131. famidicus p. 138.
n. 143. feretrius p. 139.
n. 144. farcimen p. 139.
p. 332. n. 1. fax p. 137.
n. 13. favisoar p. 137.
n. 17. fanu p. 139
n. 18. factum p. 139.
n. 19. fasciosus p. 137 et 149.
n. 20. fiscium p. 144.
n. 26. faticiae p. 137.
n. 27. farcit p. 139.
n. 29. farcimen p. 139.
n. 36. farragine p. 142.
n. 37. feretrum p. 141.
n. 49. fidioulae p. 143.
p. 333. n. 55. fidei p. 143.
n. 64. flararis p. 145.
n. 69. fornine p. 147.
n. 73. formes p. 146.
n. 83. foces p. 140.
n. 88. frui p. 148.
n. 89. frunctoria p. 151.
n. 90. fribula p. 148
n. 93. framea p. 147.
n. 97. fultare p. 149.
n. 98. funera p. 150.
n. 109. fulcra p. 150.
p. 334. n. 6. gurgustium p. 158.
n. 9. gilvas p. 155.
n. 18. galeros p. 151.
p. 335. n. 60. garrit p. 152.
n. 61. ganeo p. 152.
n. 62. garilum p. 151.
n. 68. gessiae p. 153.
n. 71. gennomae p. 154.
n. 72. gescire p. 155.
n. 91. geneo p. 152.
n. 1. garrit p. 152.
n. 2. ganeo p. 152.
n. 8. ganeones p. 152.
n. 12. gemmina p. 154.
n. 14. geniminae p. 154.
p. 336. n. 30. gylvus p. 155.
n. 44. granea p. 152.
n. 50. gurgustium p. 158.
n. 51. gurgo p. 152.
n. 4. habia p. 159.
n. 8. habiles p. 159.
n. 24. hostia p. 163.
n. 26. histriones p. 162.
p. 337. n. 96. hostire p. 163.
n. 2. hamatum p. 159.
n. 3. hasae p. 153.
n. 15. helluino p. 160.
n. 16. hersutum p. 162.
n. 33. harundo p. 160.
n. 35. hostita p. 163.
p. 338. n. 12. ioluerunt p. 178.
n. 32. infula p. 165.
p. 339. n. 74. invitiandi p. 175.
n. 79. intempestiva p. 182.
p. 340. n. 124. incuba p. 170.
n. 128. insilitus p. 180.
n. 130. interpola p. 183.

Vicatim, per vices aut per singulos vicos.
Vicatim, per vicos, id est intentione perseverans.
130. Vicinitas, compitum.
Vicinus, finitimus est proximus.
Vicissim, invicem vel internens.
Vicissitudo, vicem praebens.
Victima, hostia.
135. Victoria, tophea.
Victus, superatus.
Videor, tueor.
Vietus, incurvus.
Viget, valet, potest.
140. Vigil, custus nocturnus.
Vigiliae, lucubratio.
Vigilantia, astucia.
Vigor, laeticia.
Vigor, potentiae, censura, genium.
145. Vilicat, villa agit.
Vilicus, actor vel exactor pensionum, insula.
Vilinguem, vifarium.
Vim, virtutem, violentiam.
Vim, virgultum.
150. Vincere, superare.
Vinculis, metallis vel carceribus.

128. Vicatim, vicissim s. per vices hic et in aliis quoque glossariis explicatur, ut Pl. p. 574. vicatim, vicissim aut per vices aut per singulos (l. vicos) et P. vicatim, vicissim, per singulas vices vel per vicos aut per singulos. VI. p. 551. et VII. p. 586. vicatim, per singulas vices; et viratim, per singulas vices. VIII. p. 624. vicatim, vicissim. A p. 385. n. 128. vicatim, per vicos. du C. notat exemplum ex Diario ann. 1589. et Henschel. ex Aldhelm. de re Gramm. p. 552. Mai. Class Auct. T. V. praedictis litterarum characteribus vicatim et alternatim positis.

129. Quae addita sunt ex errore profecta puto, cum pervicax in per vicos corruptum sit; cf. supra pervicax. Ego lego in intentione perseverans.

130. cf. supra v. compitum.

132. L. alternans aut alternatim.

135. L. trophaea

137. L. video. Quamquam enim constat, tueo dici pro tueor, tamen, quantum scio, significatione tantum defendendi et tuendi, non videndi activa terminatione dicitur; cf. supra tueor, defendor.

138. P. vietum, incurvum, inflexum, unde vietos vocaverunt ligna rotarum, quae cantu ambiuntur. Est enim a viendo. VII p. 586. Viendi, videndi [ubi l. vinciendi]. Viendis i. flectendis hoc est modulandis carminibus. Viere apud antiquos pro vincire ponebatur. VIII. p. 622. vietus, vita detritus. P. vienda, flectenda et modulanda carmina et victus (l. vietus) evacuatus; et ita emendo VIII. p. 628. vietus, vulgatus, famosus in vietus, vacuatus, quod in vulgatus corruptum glossatori occasionem dedit famosus addendi.

140. L. custos nocturnus.

143. Erat cum pro laeticia aut valentia legerem, quod robur, firmitas significat aut violentia. Nam propria notione vigor laetitia esse nequit.

144. L potentia census. De voc. genium cf. supra genium, potentia, vigor.

145. L. villam agit cf. P. villicat, villam agit, villici officium exercet. VIII. p. 624. et 628. villicare, villam colere. A. p. 385. n. 134. villicat, villam agit vel colligit (ubi l. colit) et ita emenda n. 129. Vilicat, bellicat vel colligit in villam agit vel colit.

146. Hanc glossam emenda ex I. p. 697. n. 33. viticus (l. vilicus) actor, exactor pensionum, insularius. VIII. p. 624. villicus, villam colens, villanus, colonus, ruricola, ruricolanus, agrarius, agricola. A. p. 386. n. 36. vilicus, auctor (l. actor). P. villicus est dispensator vel gubernator. Villicus proprie est gubernator, unde a villa nominatur. Interdum autem villicus non gubernationem villae sed dispensationem universae domus habet, Tullio interpretante, significat, quod est universarum possessionum et villarum dispensator (cf. Is. Or. IX. 4. 33.). Villicus, vilis rei custos dicitur. De duplici voc. scribendi ratione, aut una aut duplici l littera, cf. quae dixi ad Apul. Apol. p. 609. Insularius est servus, qui toti domini insulae praeest eamque gubernat.

147. L. bilinguem, bifarium cf. supra v. bifarium.

149. L. vimen, virgultum, ut infra virgultum, vimen. P. vimen, virgultum molle dictum, quod vim multam habeat viror. Natura enim talis, ut, si etiam arefacta abluatur, virescat, deinde excisa ac in humo fixa radicibus se ipsa demergat (cf. Is. Or. XVII. 7. 48.).

151. cf. supra v. metallis.

Vinctus, consternatus.
Vindicatus, ultus, defensus.
Vindicta, ultio, defensio.
155. Vindix, ultor, defensor.
Vinulentus, temulentus, ebriosus, ebriacus.
Vinum, tenetum.
Violat, adimit, contaminat.
Violavit, profanavit.
160. Virago, fortissima femina.
Virdicat, germinat.
Virecita, quae in agris virent.
Virgulum, vimen, silva, minuta virgula.
Virguncula, virgo modica.
165. Viridis, glaucia.
Viria, viride, brachiales.
Viriliter, fortiter.
Viriosus, austerius.
Viritim, per singulos viros.
170. Viritim, singillatim, nominatim.
Vis, vi . . . . .
Visaccia, sarcina, mandica.
Viscera, venae maedullae.
Visere, visitare.
175. Visor, videns.
Vitalis, animal.
Vitat, evitat, declinat.
Viciatum, corruptum, adulteratum.
Vicium, dedecus, nova, macula.
180. Vitricus, vitium, probrum, flagitium.
Vituperat, expulit.
Vivere, tumere, implere.

152. Aut l. victus c. aut concatenatus vel constrictatus, quod posterius tamen in usu non est. VI. p. 551. vinciri, ligari vel nudari, ubi l. nodari. VIII. p. 624. vincire, ligare, vinculari, nectere, nodare, fasciare, illaqueare, irretire.

153. Ultus passiva notione hic dictum est; cf. infra v. ulciscitur.

155. L. vindex.

156. L. vinolentus . . . ebriatus.

157. L. temetum.

158. Adimit non habet, quo defendi possit; ego malo adiicere vi.

160. cf. Is. Or. XI. 2. 22. virago vocata, quod virum agit hoc est opera virilia facit et masculini vigoris est. Antiqui enim fortes feminas ita vocabant. Virgo autem non recte virago dicitur, si non viri officio fungitur. Mulier vero si virilia opera facit, recte virago dicitur, ut Amazona. P. virago, fortissima femina dicta, quod a viro sit sumpta.

161. L. viridicat, germinat. Hinc probari possit, viridicare non inusitatum esse, ut lexicographi volunt; viridicans et viridicatus exemplis confirmari possunt.

162. L. virecta quae. At viretum non virectum scribendum esse exposui ad Apul. Met. II. p. 214., quamquam aliquot locis ita legitur. VIII. p. 622. virectum, locus viriditatis, quod et viretum dicitur. P. vireta, loca herbis et virgis viridissimis plena.

163. L. virgultum, ut A. p. 386. n. 32 minuta silva.

165. L. glauca de q. v. cf. supra.

166. L. viriae, viriolae brachiales, aut viria, viriola, brachialis. I. p. 698. n. 11. viria, viriola, brachiales.

168. L. austerus ut I p. 698. n. 4. VI. p. 551. viriosi, viribus subnixi, austeri. Alii h. signif. legi malunt virosi; cf. supra v. austeris. Virus enim non solum de veneno, sed etiam de iis rebus dicitur, quae acrem, gravem et asperum saporem referunt, ut lexica testantur; ea de causa virosus, austerus est, quia austerus proprie de sapore dicitur earum rerum, quae linguam adstringunt. Cels. III. 24. vinum nigrum, austerum. Ceterum nota hanc significationem adi. virosus, quae alibi non reperitur.

170. VI. p. 551. viriatim [l. viritim] p. sing. viros. A. p. 385. n. 86. veritim [l. viritim] singillatim. P. viritim, nominatim, singulatim, per unumquemque virum, fortiter (?).

171. L. vis, violentia aut virtus.

172. L. bisaccia et cf. supra v. sarcina.

173. L. venae medulla.

179. L. vitium . . . nota, macula.

180. Hic duo glossemata confusa sunt. Ego lego: vitium . . . . vitricus, patrater ex Is. p. 698. n. 13. vitricus, patrater. Gl. Ar. 710. 48. vitricus, patrastus. VII. p. 586. vitricus, patraster. I. Or. IX. 6. 20. vitricus est qui uxorem ab alio viro filium aut filiam habentem duxit. Et vitricus quasi novitricus quod a matre superducitur novus. Patraster enim s. patrater est vitricus; cf. lexica.

181. L. vituperat, explodit; cf. supra expludit, vituperat.

182. L. bibere ut 186. bibitor pro vivitor.

Vivex, placa nigra.
Vividus, fortis, strenuus.
185. Vivit, aget, deget.
Vivitor, potator.
Vix, egre, molestae.
Ulciscitur, defenditur, vindicatur.
Uliginosus, pinges.
190. Ulli, aliqui.
Ullius, alicuius.
Ullo, aliquomodo.
Ullus, aliquis.
Ulna, muscula, brachium.
195. Unam, spacum unius brachii.
Ulterior, posterior.
Ulterius, novissimus.
Ultima potestas, dictatus.
Ultimus, postremus, subremus.
200. Ultio, vindicta, defensio.
Ultor, vindex, defensor.
Ultra, vidix.
Ultro, sponte vel voluntate.
Ultro cito, intus et foris, longe et prope.
205. Ultro citoque, extra, infra, ante et retro.
Ultus et defendit significat et vindicat.
Ululae, avis nocturna.
Ululatus, fremitus.
Umbo, media pars scuti.
210. Una, pariter, simul.
Uncat, curvat.
Uncis, incurvis.
Uncus, ancora.
Undas, fluctus.
215. Unquam, aliquando.
Vovet, promittit.
Vocis praeconium, laudem.
Vola, cavitas qui in media manu est, inde involare.
Volitat, volat.
220. Volubilis, qui aliquid viderit, desiderat.

183. L. plaga nigra plaga a virga ut VII. p. 586. ubi perperam virex extat. VI. p. 551. vivix, pugna [l. vibex, pugnus]. VIII. p. 622. vibex, virga quod falsum est; A. p. 383. n. 2. viber, libor virgae [l. livor virgae] unde defendo nigra plaga quae nigrum reddit et p. 386. n. 33. vibex, plaga ex virga, ut P. addens caesio plagarum et vibex pugna.

185. L. vivit, agit.

187. L. aegre, moleste.

188. De passiva h. v. notione cf. Intt. ad Sall. Iug. 34. quidquid sine sanguine civium ulcisci nequitur. et Non. p. 292. v. exanclare. nisi patrem materno sanguine exanclando ulciscerem. VI. p. 549. ulciscere, vindicare. A. p. 386. n. 31. vinciscitur [l. ulciscitur] conpensatur et n. 48. ulcitur [l. ulciscitur] defenditur; cf. vindicatus, ultus, defensus. P. ulcisco et ulciscor ultus idem significabat antiquitus cf. Prisc. VIII. 6. p. 380 Krehl.

189. L. pinguis. VIII p. 622. uligo, terrae crassitudo; inde uliginosus, crassus. A. p. 384. n. 15. uligo, humor terrae. p. 385. n. 134. ulignosus, pinguis et p. 386. n. 47. uligo, palubri herba, ubi l. palustris herba. Uliginosus pro pingui dici posse, mihi probatur cf. Virg. Georg. II. 184.; at quae pinguis humus dulcique uligine laeta. P. uliginosus ager est, qui semper viget; uliginosum, humidum, pingue, fecundum. Nota hanc huius vocis significationem.

194. cf. supra v. muscula.

195. L. ulnam, spatium.

197. L. ultimus.

198. L. dictatura.

202. L. vindex.

204. 205. L. ultro citro, intus et foras, longe et prope; ultro citroque extra et intra, ante et retro.

207. L. ulula.

209. VIII. p. 625. umbo ideo dicitur, quia dat scuto umbram. P. umbo scuti, pars media. A. p. 386. n. 142. umbone, buccula.

211. VI. p. 549. uncat, curvat. VIII. p. 623. uncare, curvare, lunare, camerare. A. p. 386. n. 50. uncat, curbat. P. uncare, curvare. Notandum est hoc vocabulum, quod alibi non extat.

213. Idem habet VI. p. 549. et A. p. 386. n. 49. P. uncus, curvus, anchora cf. Intt. ad Val. Flacc. II. 428. Has inter lacrimas legitur piger uncus arenis.

218. L. quae in. VIII. p. 624. vola, medietas palmae. A. p. 384. n. 14. vola, palma, manus. P. vola, media pars manus; inde et involare dicimus.

219. Ita corrigatur A. p. 385. n. 136. voleat, volat in volitat, volat.

220. L. qui quidquid vid. Mirum est hoc glossema, quod tamen etiam P. repetit: volubile, quod volvi potest; volubilis est qui quod videt totum desiderat, unde volubilitas mutatio et A. p. 385. n. 138- volubili, qui quod videt

Volucer, cupido.
Vomer . . . vomis.
Volucres, aves, volatilia.
Volumen, quicquid fuerit involutum.
225. Volvet, votum promittit.
Volutat, cogitationes, repetit.
Vorago, sumersio terrae.
Vorat, glutit, sorbit.
Vorat, glutit, sorbit.
230. Vorax, sabens.
Vorre, edaces, elones.
Votivum, quod promissum est votis.
Ur, incendium.
Urbs, civitas, opidum.
235. Urguet, stimulat, incitat, inpellit, praecipitat.
Urna, mensura.
Uspiam, in quo loco vel usquam alicubi.
Usquam, alicubi.
Usquae, tenus vel fine.
240. Usqueo, usque adeo.
Usque hic, eatenus vel actenus.
Usque quo, quatenus vel quamdiu.
Usurpat, contaminat vel utitur.
Usurpatio, nominatio, praesumtio, usus.
245. Usus, usurpatio.
Utensilia, viatici sumptus.
Uter, qui ipsorum.
Uterque, ambo.
Uterus, venter.
250. Ut forsitan, ut quomodo.
Utique, quin, quippe.

totum desiderat ex quo mihi quidem persuadetur volubilis cum voc. similis soni esse confusum. Voluptibilis, quod Plautus habet, nec significatione nec litterarum similitudine probatur. Volibilis vel simile quid scribendum esse probabile fit; vel volupis cf. VI. p. 551. volupis, voluptuosus est, quam formam nota.

221. Sine dubio ad locum scriptoris referenda est haec glossa, ubi Cupido pennatus describitur. Ita etiam VI. p. 531. volucer Cupido et A. p. 385. n. 139. lege pro volut˜ cupio: Volucer Cupido.

225. L. vovet.

227. L. summersio terrae. VI. p. 551. vorago, obsorptio [l. absorptio aut absorbitio]. VIII. p. 624. vorago, locus devorationi pateus. P. vorago, profunditas, absorbitio, barathrum.

228. L. sorbet. VI. p. 551. vorat, ingluttit. A. p. 386. n. 42. vorat, gluttit. Ita emenda VI. 551. vosat vivit in vorat bibit. Bis eadem glossa scripta est, quod altera pagina hic desinit altera incipit.

230. L. sorbens. P. vorax, gulosus, glutto, devorator.

231. L. v. ed. heluones. VI. p. 551. vorri, edaces et ita emendandum videtur VIII. p. 627. vovelones, edaces, voratores in vorri, heluones. A. p. 385. n. 137. vorri, elones, edaces. et p. 386. n. 41. vorri, holeres [l. heluones] edaces. Quomodo vorri vel, quod sine dubio rectius dicitur, vorus defendam ex analogia, non habeo. Nam etsi constat vorus et vomus in compositis dici ut carnivorus, tamen haec est alia formandi ratio. Nec Lexica nec du Cang. h. v. habent.

233. Iam supra, ubi idem compendium ur extat v. incendium, aut incendio, uro, aut ustrina, incendium legendum putavi. Apud Apuleium enim ustrina pro incendio dici, docet locus Met. VII. c. 19. p. 598. nec salutis apparet solatium et ustrina talis moras non sustinens est, q. l. de hoc accuratius dixi.

234. L. oppidum.

236. Urna est enim mensura liquidorum. VI. p. 549. urna quasi quartarium est; P. urna mensura est, quam quidam quartarium dicunt, quod quatuor sextarios capit.

237. L. aliquo l.

239. et 240. L. usque, usque adeo.

241. L. usque huc . . . hactenus.

243. Contaminat mihi suspectum est. Erat cum vindicat vel occupat legerem, et ita l. pro nominatio: occupatio.

246. I. p. 698. n. 9. VI. p. 549. eadem glossa extat. P. utensilia, viatici sumptus, usibus apta. Nota h. v. significationem.

247. L. quilibet duorum aut quisquis duorum ut P. uter, ad quemlibet de duobus.

250. L. ut aliquo modo.

251. Quin et quippe defendi forsitan possint, si affirmativa sententia hic dictum putes.

Tranquilum, placitum, limpidum.
110. Transitus, transiectus.
Transscribit, perscripturam radit.
Travea, veste regia.
Trementia, palpentia.
Trepidus, timidus vel dubitans.
115. Trepudiare, laetare, exaltare.
Trepudiat, exaltat.
Trepudium, ilaritas, laetitia.
Triarchus, navigans.
Trivoli, genus spinarum.
120. Tribunal, suggestum.
Tribunalia, cathere.
Tricli . . . . ante usum accubitorum in tribus lectis recumbebantur lectus, graece clinus dicitur.
Trinepus, pronepus pronepotis id est sexta generatione superiori gradus.
Tripoda, scabellum cum tribus pedibus.
125. Tristem, mestem, vultuosum.
Tristis, terribilis, vultuosus.
Tristitia, meror, lacrimae.
Tristavus, proavus proavi id est ut generatio.
Tritonia, genus est feri in mare.
130. Tropea, spolia occisorum vel victoriae.
Triumphalis, dies bellicosus.
Triumphat, pedibus saltat.
Tropheum, triumphum vel macinamentum.
Tropheum, signum victoriae.
135. Trucidat, iugulentat h' dīc̄. negat, verberat.
Truculentus, vehementissimus, sevus, iratus.
Trudit, impingit, redudit, expellit.
Truditur, impingitur in custodia.
Truncus, sine capite.
140. Trutina, statera.
Trublium, parapside.

109. L. placidum.
111. L. per scr. tradit.
112. L. trabea.
113. L. palpantia cf. supra v. palpat.
115 — 117. L. tripudiare . . . laetari, exultare; exultat — hilaritas. A. p. 381. n. 56. trepudiantes, exultantes: P. tripudiat, gaudet, exultat; tripudium, exultatio.
118. L. trierarchus, nauarchus vel naucleraus, de quibus vocc. vide ad v. navarcus.
119. L. tribuli. P. tribuli, genus herbae spinosae.
121. L. cathedrae.
122. Praeter tricli in cod. nihil legi potest; quae enim sequuntur litterae, squalore obductae sunt. Hanc glossam supple et corrige ex A. p. 381 n. 50.: triclinium ante usus topadiorum in tribus lectulis recumbebant, ubi lege pro tropadiorum accubitorum.
123. L. trinepos. Recte trinepos dicitur pronepos pronepotis .i. tertius a pronepote. Nam nepos, pronepotis est adnepos; ita pronepos pronepotis est trinepos ac quidem: sexta generatione: filius, nepos, pronepos, abnepos, adnepos, trinepos. cf. Is. Or. IX. 5. 30. Pro superiori gradus l. superioris gradus.
124. Sulp. Sev. dial. 2. 1. Sedebat Martinus in sellula rusticana, ut sunt illae in usibus servulorum, quas vos rustici Galli tripetias . . . vos tripodas nuncupatis. Tripoda est accusativus. P. tripoda, graecum est tripes.
125. L. moestum.
128. L. tritavus. Sequuntur enim pater, avus, proavus, abavus, atavus, tritavus, i. atavi pater, sive proavi proavus. Sexta generatio lege pro ut generatio vel ultima generatio ut Is. Or. IX. 5. 10. tritavus, ultimum cognationis nomen est.
129. L. triton i. genus ferae in mari. Triton enim est nomen piscis marini grandioris ex genere magno pelamidum. Ex hac glossa corrige A. p. 383. n. 161. tritonia genus est ferri in mare.
131. Haec corrupta sunt; P. habet triumphales dies, gaudii dies.
132. Hoc ne muta in tripudiat. Nam triumphare saepius de summo gaudio et exultatione dicitur, ut Cic. Cat. II. 2. in qua exultat et triumphat oratio mea.
133. cf. supra macinamentum.
135. L. iugulat hoc dicitur necat. Quomodo iugulentat defendi possit, non habeo. Supra necat, occidit, iugulat.
137. L. recludit i. claudit; cf. lexica. P. trudit conto impedit (l. impegit), cludit.
138. L. in custodiam.
141. L. tryblium, parapsida cf.

Trux, dirus, terribilis, orendus.
Tueor, defendor, protegor.
Tueri, tutari.
145. Tugurium, hospicium modicum pauperum.
Tum, de futuro dic̄ tempore.
Tum demum, tunc deinde vel postea.
Tumultus, seditio.
Tumor, succuratio.
150. Tuor, videor.
Turbines, turbines commoventes.
Turbo, venti vorago.
Turgidus, tumidus.
Turbulentus, obscurus.
155. Turpem, inhonestum, indignum, incongruum.
Turget, crescere cogit.
Turgit, crescere incepit.
Turpor, frigdor.
Tus, pollen, manna.
160. Tutela, tuitio.
Tubicem, qui tuba canit.
Tubicines, ititem qui tubas canant.
Typum, forma vel similitudo.
Tyreum, purpora pretiosa.
165. Tyrannicidium, occisio tyranni.
Tyrannus, malus rex qui sine lege vivunt.

*Π*. 190. τρύβλιον, parapsida, catinus. Varro de L. L. V. §. 120. **tryblia** et canistra, quod putant esse latina, graeca sunt; cf. Plaut. Stich. V. 4. 8. P. trublium parapsis.
142. L. horrendus.
143. De passiva verbi tueor significatione cf. lexica v. tueo.
149. L. suppuratio.
150. L. tueor cf. supra n. 143.
151. Frag. Port. turbine, tempestates, vertigine (l. tempestate); volubitate ventorum; ventorum vertigine, tempestate. Turbines, procellae, venti, vertigines, tempestates. Turbo subita vis ventorum sine pluvia; vis venti, tempestas, venti vorago, tempestatis vertigo. Turbo est volubitas ventorum. A. p. 383. 189. turbinae, rotae ventorum ubi l. turbo vorago ventorum. Pro turbines legendum sit vertigines comm.
154. Idem extat in A. p. 383. n. 3.
Frag. Port. turbulentus, obscurus, nonlucidus, turbidus, turbatus.
156. 157. L. crescere coepit — turget, crescere incipit. Fragm. Port. turget, tumet, irascitur; turget, crescit, incipit.
158. L. torpor, frigdor; cf. supra n. 94. De forma frigdor cf. supra v. friguit.
159. Manna thuris dicit Plinius, unde tus manna explicari possit, et eadem ratione Colum. VI. 30 pollen turis.
161. 162. L. **tubicen** .... tubas **canunt.**
163. L. typus.
164. L. tyrium cf. Is. Or. XV. 1. 27. Tyria dicitur nobilis purpura. Tyrium absolute dici pro purpura tyria testatur locus Tertull. de Poenit. 11. Num in coccino et **tyrio** pro delictis supplicare non convenit.
166. L. qui sine lege vivit. P. tyrannus rex sine lege vivens.

---

# *U. V.*

1. Vaccula, brevis vacca.
Vaccatum, gemmatum.
Vacillat, titubat, nutat.
Vacua, parva, exerta.
5. Vacuae, vanae.

1. Ita lege VIII. p. 627. pro vagula, bugula, iuvenca, quia vagat per campum: vaccula, bucula. cf. supra bacula.
2. L. baccatum. cf. supra v. gemmatum.
4. Exerta damnare non ausim, quod nudum significat, et nudum pro vano dici potest; vel lege exausta, ut supra parva, vacua, exausta. Etiam deserta coniici queat.

Vadatur, promittit, pollicetur, fide dicit.
Vadatur, litigat, rixat.
Vades, fideiussores, fidedatores.
Vadere, ambulare.
10. Vadimonium, sponsio sive officium.
Vadimonium, iurgium, litem.
Vadit, it.
Vafer, callidus, durus, stultus, subtilis.
Vafre, inaequaliter.
15. Vaga, inbrevia.
Vagantes, dispersi, palantes errantes.
Vagurrit, per otium vagatur.
Vagus, errans, erraticus.
Valde, nimis vehementer.
20. Valentia, fortitudo, firmitas, robor.
Valet, viget, sanus est, potest.
Valetudinarius, qui frequenter erogat.
Valetudo, valendo sive bene sive male.
Valida, vivida, fortia, robusta.
25. Validior, firmior.
Valitant, valent, sani sunt.
Vallatus, circumdatus, circumseptus.
Vallis, locus depressus.
Vallus, locus humilior vel fossa munitio.

6. 7. 8. 10. 11. Idem habet I. p. 697. n. 41. VI. p. 550. vadatur, fide dicit. VIII. p. 627. vadator, fideiussor; VIII. p. 623. vades, obsides; vadimonium, arrha, arrhabona; VII. p. 584. vades dicuntur, qui legaliter causas agunt; A. p. 385. n. 76. et p. 386. n. 2. vades, fideiussores; n. 77. vadatur, litigat; p. 386. n. 7. vas, fideiussor. I. p. 691. 43. 44. vadimonium facit, fideiussorem dat; vadimonia, iudicia, unde apud iudicem per fideiussorem vadere liceat. VI. p. 550. vadimonium, sponsio officii, ubi lege officium. A. p. 386. n. 105. vadimonium, iurgium, lite ubi lege litem. De significatione iurgandi cf. supra v. litigat, vadatur, iurgat, rixat.

12. A. p. 386. n. 7. vadit, inpertit, ubi lege incedit, ut P. vado is, it, incedit.

13. L. dubius aut subdolus astutus. I. p. 697. n. 39. 40. vabra, callidus, artificiosus; vabrum, varium, multiforme; et p. 698. n. 25. vepra, callidus, testificator (ludificator) diversipellis (l. versipellis). Gl. Ar. p. 710. 38. vabra vel vafra. VI. p. 550. varba (l. vafra), callidus, artificiosus. VIII. p. 550. vafer, cautus, callidus, astutus, varus (l. varius) catus. A. p. 386. n. 81. vaser, versutus et n. 83. vaver, callidus. P. vafer, fra, frum, callidus, subtilis, artificiosus, multiformis. Quod vafer etiam versipellis varius est, dubius emendatio pro durus probari possit; stultus ex voc. astutus corruptum videtur. Mirum est codices in terminatione vafra pro vafer consentire, quod tamen vitium est.

14. Difficilius de h. gl. statui possit; item etiam P. habet: vafre, inaequaliter quod quomodo explicem equidem non habeo.

15. Quid inbrevia sibi velit non capio. Ego emendo: erratica aut incerta.

17. Idem extat I. p. 698. n. 8. VI. 550. (ubi tamen vagorrit scribitur) et A. p. 386. n. 3. VII. p. 585.: vagurrit, per otium vacuus vel actio deperit ubi l. vagus vel actione privus. A. p. 385. n. 100. vagurrit, per odium vagat. et A. 410. n. 39. vagurrio per otium vaco, ubi lege vago. Ceterum nota in optimis quibusque codd haec verba quae in urio desinunt, duplici littera v scribi. Ita apud Apul. IV. p. 225. Florent. 3. habet scaturribat, nec minus obligurrire scribi debere, probat Cellar. de Orth. p. 157., quamquam contrarium docere videtur Don. ad Terent. Eun. V. 4. 12. ligurrire ἀπὸ τοῦ λιγωροῦ repetens. cf. Apul. Met. X. p. 908. (ed. meae) et vetustissimi codd. habent abligurribam. Arnob. V. 40. est scaturriginem. Tum vago quod A bis extat, cave ne in vagor mutes; extat enim activa huius verbi forma apud Plautum et Non. p. 467.

20 L. robur.

22. L. qui . . aegrotat ut A. p. 385. n. 99.

26. I. p. 697. n. 49. valitant, valent. Nostram glossam repetunt VI. p. 550. VII. p. 585. A. 386. n. 4. P. valitat, sanus est, valet.

29. Hic vallis et vallus confusa videntur. Vallus quod infra n. 31. scriptum est, non solum de palo et sude dici sed etiam de vallo ex palis contexto, probant lexica. P. vallum, munimen, fossa vel locus humilior, vallus, munimen, quod fit de palis acutis. VI. p. 550. vallo, palus, ubi l. vallus; vallum, fossatum, ubi lege aut vallum, fossam aut valla-

30. **Valvae, ianuae.**
**Valus, palus acutus.**
**Valus, qui pedibus unctis ambulat.**
**Vani, nugaces, fatui, inutiles.**
**Vanum, fluxum, vacuum.**
35. **Varicavit, ambulavit.**
**Varius, discolor, mutabilis.**
**Varunculus, vario.**
**Vasa fictilia, fribula.**
**Vasculum, discus, fasculum.**
40. **Vassi, fide iussor, satisdator.**
**Vasit, ambulavit sed accipit praepositionem et fit evasit.**
**Vasit, evasit, perrexit.**
**Vasta, infesta.**
**Vastat, spoliat, expugnat.**
45. **Vastus, magnus, inclytus, grandis.**
**Vastus, desertus.**
**Vastes, divini vel satisdatores.**
**Vaticinatio, error.**
**Ubdo, obduco vel subpono.**
50. **Ubertas, abundantia, facunditas.**
**Uberdit, abundat, exuberat.**
**Uberrimus, fertilis.**
**Ubidum, humidum, ruscidum.**
**Vecordia, dementia, stulticia, insania.**
55. **Vecors, stultus, demens.**
**Vectigal, finis vel exactio publica, qui ad victum pertinet.**
**Vector, portator.**
**Victus, cibi.**
**Vegetum, ilarem.**

tum, fossatum; A. p. 385. n. 71. vallum, murum. A. p. 385. n. 97. vallos, palos.

30. VIII. p. 625. valva, porta, ianua. Ita l. A. p. 386. n. 11. Vale, balnae, lituralis, aut valvae, ianuae, biforales aut bifores.

32. L. vatius, qui genibus iunctis. Diverso modo h. v. in glossis legitur; I. p. 698. n. 18. habet valgis, foras versi tumentibus (ubi l. valgus, suris versis, tumentibus). VI. 550. vatii, diversis plantis. VIII. p. 624. varus, tortus ubi l. vatius. VIII. p. 626. valgius, qui genibus vinctis ambulat per campum et valgire retorquere, sicut Petronius ait: obtorto valgitur labello. Hinc etiam dicimus valgia, labiorum obtorsiones, sicut facimus, cum aliquem deridemus. A. p. 385. n. 140. vaginus, qui genus iunctis ambulat et p. 386. n. 10. valus q. genibus iunctis ambulat. P. hanc glossam non habet, quod mirum est. Valgus et vatius idem significare, probant lexica.

35. L. campsavit. VI. p. 550. varicat, divertit, ambulat, ut etiam I. p. 697. n. 46. et VII. p. 585. A. p. 384. n. 58. varicat, stridit, quod corruptum est; A. p. 385. n. 80. varicat, deflectitur; n. 102. varicat, deflectit. p. 386. n. 5. varicat, ambulat vel deflectitur. Nostra glossa petita est ex I. p. 698. n. 9. P. varitat, ambulat, transit. Varicare pro simplici ambulare dici non posse mihi quidem probatur. Vitium ortum videtur ex Gl. gr., ubi ὑπερβαίνει varicat, transit; p. 59. divaricat διασκελίζει, ὑπερβαίνει et p. 193. ὑπερβαίνω, transcendo, supergredior; ὑπερβαίνει transvaricat, varicat, divarcat. Deflectere explicant glossae L. p. 165. ῥαιβόω varico; ῥαιβός varicus; ῥαιβοί vari [l. varici]; nam ῥαιβόω est proprie curvare, quod est deflectere. Itaque pro ambulat, quod falsum est, legerim campsat, de quo vide supra v.

37. L. barunculus, baro, de q. v. vide supra.

38. cf. supra v. frivula.

40. L. vas i. e.

43. P. vastum, profundum, infestum, inane, nugatorium, solitudo. Vastus, ingens, magnus, immensus. Vastitas, desolatio, populatio. A. p 386. n. 9. vasta, infasta. Apparet in P. vascum et vastum confusa esse, dein infestum et infasta perverse scribi. Ego malim aut infimum et immensum aut vascum, insanum et ineptum. Ita etiam VIII. p. 625. legitur vascus, nugax, nugatorius, nugigerulus, gerroneus, vaniloquuus et vastus, magnus, grandis, immensus, immanis, ingens, dans [ubi lege hians de qua significatione cf. lexica]. VI. p. 550. vastis, secus magis, ubi lege desertis, magnis.

47. L. vates, divini vel satisdatores, ubi vates et vades confusa esse apparet.

49. L. obdo, obduco vel oppono. aut lege subdo, obduco, suppono.

50. L. fecunditas.

51. Ubertire pro ubertare nunquam inveni, licet per se vocabulum probari possit, ut balbutire a balbus et similia. Tamen praefero ubertat, quod etiam neutra significatione dici, lexica probant. Etiam P. habet ubertat, abundat, exultat, ubi emenda exuberat. VIII. p. 628. uberare, habundare.

53. L. uvidum . . . roscidum.

56. Quid finis sibi velit non capio; exactio publica est vectigal publicum,

60. **Vegetus, firmus vel portatus.**
**Vehemens, ferox, acerrimi.**
**Vehexit, portavit.**
**Vehiculum, quodcumque portat, carrus, navis.**
**Vehit, in veiculis portat.**
65. **Vellere, aedificare.**
**Vellocius, citius, ocius, cito.**
**Velox, celer.**
**Veluti, ceu vel quomodo.**
**Vena, oculi, coniculi.**
70. **Vendicem, defensor est, ultor est.**
**Vendidit, distraxit.**
**Vendita, frequenter vendit.**
**Vendunt, venunt.**
**Veneficus, qui venenum dat.**
75. **Venenatus, qui venenum accipit.**
**Venenosus, serpens et similia.**
**Venenum, virrus.**
**Ventralia, fascia.**
**Veneor, vendo.**
80. **Venis, venderis.**
**Venit, venditus est vel distractus.**
**Venti, flamma, aure.**
**Ventis, austris, zephyrus.**
**Ventorum commotiones, vertigines.**
85. **Ventrem, alvum.**
**Venum, venditio.**
**Venunt, vendunt.**
**Vespere, finis ipsius creaturae.**
**Venusta, decens, grata, formonsa, a venere dicta.**
90. **Verax, soniticus, fidelis.**
**Verberat, virgis flagellat.**
**Verberibus, flagellis.**
**Verbosus, nugator, pessimus.**

ut in Cic. Epist. ad Div. X. 32. exactiones publicae. In seqq. lego, quae ad vecturam pertinet. Erat cum pro finis legerem stipes aut pensio.

60. Aut vegetus et vectus inter se mutata sunt aut lege fortatus vel confortatus. P. enim vegetatus, confirmatus, confortatus. Fortatus alibi non legitur.

61. L. acerrimus.

62. L. vexit.

64. L. in vehiculis.

65. Mirum est, idem extare in VI. p. 550. vellere, aedificare. Ego malim legi eruncinare, ut emendo v. eradicat. viencat, aut evellicare, quod novum est, quamquam ad litterarum formas proxime accedit.

66. L. velocius.

69. L. venae. Oculi et cuniculi vocc. si proba sunt, de punctis intellige ac lineis, quae in marmoribus aliisve lapidibus inveniuntur. A. p. 386. n. 17. vena, oculi, viniculi.

70 L. vindicem, defensorem ultorem (corruptum ex defensorē ultorē, quod etiam defensor est legi possit.

71. cf. supra v. distraxit.

72. L. venditat.

73. L. venduntur, ut n. 79. veneo vendor.

77. L. virus.

78. L. fasciae. Sunt enim ventaralia cingula ventrem praecingentia. ut VI. p. 550. ventrale, quod solum ventrem cingit.

82. Ego malim flabra, aurae. Eadem ratione supra v. flagris peccatum est, ubi flagris explicatur ventis, verberibus. Hic enim duo glossemata flabra et flagra confusa esse, cuique apparebit.

83. L. zephyris.

86. cf. P. et A. p. 385. n. 75. et 110. et VIII. p. 626., quod voc. nota; nam nominativo casu nuspiam extat.

87. L. venduntur, ut VIII. p. 626. venire, vendere neutrum passivum ubi l. vendi est aut error est glossatoris, ut p. 385. n. 75. venit, vendidit, et n. 90. veneo, venum dabor l. venibo. et n. 107. veneno (veneo) vendor; n. 108. vendit, [venit] venditus est.

88. L. vesper est, finis ipsius diei, crepusculum vel creperum, ut P. Vesper et vesperum pro fine diei dicitur. Nam crepusculum non solum de matutino sed etiam ac saepius de vespertino tempore dici, notum est. Si creperum probas, lege est finis diei, noctis creperum. Creperem tamen per se probum est, cf. quae dixi ad v. crepere, aut etiam crepulum, quod pro vespertino tempore dici glossa VIII. p. 93. evincitur: a crepe .... hoc crepulum i. dubia lux, quod voc. nota, cum in lexicis et glossis non inveniatur.

90. De h. g. egi ad v. sonticus, verax.

93. Haec glossa descripta est ex I p. 697. n. 28., nec dubitarem ibi nugator, protervus legere, nisi idem I. p. 689. n. 53. haberet pessimus, verbosus, quam utramque glossam ex eodem errore effluxisse apparet. Verbosum esse protervum, testatur P. verbosus, impudens, inverecundus, nimius in verbis et VI. p. 541. procax, frontosus, verbosus. Forsitan etiam pessimus ita probari possit.

Verbotaenus, verbi gratia.
95. Veretra, genitalia.
Verecundia, pudor.
Vergentia loca, humilia.
Vergit, declinat vel declinavit.
Verna, ancilla domestica.
100. Vernaculus, servus domesticus.
Verrit, trahit, mundat.
Verrunt, scopant, mundant.
Versat, evertit.
Verra, verrucli.
105. Versatur, moratur, volvitur.
Versiculor, versipellis.
Versos, carmina.
Versipellis, versiculor, diversos mutans colores.
Versutus, callidus, astutus, qui in omnibus versatur.
110. Vertex, summa pars capitis.
Vertix, cacumen.
Vertigines, globos.
Vestiae, balbae.
Ves . . , vesperugo.
115. Vestis regia, trabea.
Vest . . narius, malomedicus.
Vestit, amicit, amictat.
Veto, caveo.
Vetus, antiquum, veteratum.
120. Vetustum, veternum, antiquum, vetere.
Vexare, mulcare, verberare.
Vexatus, pereclytatus.
Viae, semitae, orbitae.
Viam, rationem.
125. Via in silvis, semita trita.
Viantes, pergentes, ambulantes.
Vibrat, arma concutit vel micat.

94. I. p. 697. n. 47. 48. verbotenus, verbigratia, sicut dictum ut emenda A. p. 385. n. 112. verbonutus, sicut dicit; VII. p. 585. verbotenus, verbigratia, verbi causa. P. v., verbi causa, quae tamen explicatio minus recta videtur.

95. Is. Or. XI. 1. 103 veretrum, quod est viri tantum, sive quod ex eo virus emittitur. Nam virus proprie dicitur humor fluens a natura viri, quae verba extant etiam VII. p. 585. et ibid. veretra, viri sive feminae pudenda. A. p. 383. n. 5 veretrum, virilia masculi ubi lege mascula. et p. 386. n. 19. veretrum, virilia masculi, quasi numen ignisque colabatur. Quae addita sunt inde a voc. quasi, ad aliud glossema pertinent et scribendum est: Vesta dea ignis, quasi numen ignis colebatur. Sequitur enim n. 20. glossa vestiarium. Gl. Ar. p. 710. n. 41. extat veretrum, portum orinum et VI. p. 550. veretrum pertumsorium, ubi lego veretrum, pecten masculus aut pectinem masculum. Pectinem de inguine dici, lexica probant.

98. Haec glossa apertis verbis indicare videtur, perfectum verbi vergo esse vergi, quod alii versi formari putant. Ita defendi possit locus Ovid. Pont. I. 9 52., ubi vergit multi Intt. scribunt, sed praesenti non perfecti formatione, unde alii, quia perfectum necessario poni videtur, aut versit aut fudit praeferunt. Diomed. I. 366. perfecti formam verxi esse scribit.

99. Ita emenda A. p. 385. n. 123. verna, indomatus; verna in domo natus. Feminino genere vernam dici praeter hanc glossam et P. verna et vernula communis generis, aliquot Inscriptiones testantur, quas citat Forcell.

101. Verrere proprie esse trahere, docet Serv. ad Virg. Aen. I. 59. verrere est trahere a rete, quod verriculum dicitur cett. ut VIII. p. 626 verrere, trahere. VII. p. 585. verrit, scopat. VI. p. 550. verrunt, supertrahunt vel scopant, et ita emenda A. p. 385. n. 17 et 18. verrunt, suptrahunt; veluti scopant inverrunt, supertrahunt, scopant, ubi errore glossatoris scopant ad v. veluti positum esse apparet. P. versit, mandat, scindit, ubi l. mundat.

103. L. versat, evertit. P. versat, cogitat, volutat, numdat, tractat, ubi l. mutat. Versare esse evertere docet Serv. ad A. II. 62. versare dolos, dolo evertere; cf. supra evertit, traxit vel versat.

104. L. aut vernae, vernaculi aut verruca, verrucula.

105. L. motatur.

106. L. versicolor, ut etiam infra n. 108.

107. L. versus.

112. P. vertigo est quotiescunque ventus consurgens terram in gyrum globi mittit.

113. L. ostia s. hostia.

114. L. aut vesper aut vesperus cf. VI. p. 550. vesperugo, stella hesperus. VIII. p. 627. v. stella in vespere exorta. A p. 385. n. 115. vesp., stella vesperi et p. 386. n. 15. vesp., stellae vespere, ubi l. stella vesperi.

116. L. veterinarius, mulomedicus.

117. De v. amictare cf. supra v. tegit.

120. L. vetus aut veteranus. Ita lege A. p. 385. n. 82. vetusta, abolita pro olitana.

122. L. periclitatus.

Vicatim, per vices aut per singulos vicos.
Vicatim, per vicos, id est intentione perseverans.
130. Vicinitas, compitum.
Vicinus, finitimus est proximus.
Vicissim, invicem vel internens.
Vicissitudo, vicem praebens.
Victima, hostia.
135. Victoria, tophea.
Victus, superatus.
Videor, tueor.
Vietus, incurvus.
Viget, valet, potest.
140. Vigil, custus nocturnus.
Vigiliae, lucubratio.
Vigilantia, astucia.
Vigor, laeticia.
Vigor, potentiae, census, genium.
145. Vilicat, villa agit.
Vilicus, actor vel exactor pensionum, insula.
Vilinguem, vifarium.
Vim, virtutem, violentiam.
Vim, virgultum.
150. Vincere, superare.
Vinculis, metallis vel carceribus.

128. Vicatim, vicissim s. per vices hic et in aliis quoque glossariis explicatur, ut Pl. p. 574. vicatim, vicissim aut per vices aut per singulos (l. vicos) et P. vicatim, vicissim, per singulas vices vel per vicos aut per singulos. VI. p. 551. et VII. p. 586. vicatim, per singulas vices; et viratim, per singulas vices. VIII. p. 624. vicatim, vicissim. A p. 385. n. 128. vicatim, per vicos. du C. notat exemplum ex Diario ann. 1589. et Henschel. ex Aldhelm. de re Gramm. p. 552. Mai. Class Auct. T. V. praedictis litterarum characteribus vicatim et alternatim positis.

129. Quae addita sunt ex errore profecta puto, cum pervicax in per vicos corruptum sit; cf. supra pervicax. Ego lego in intentione perseverans.

130. cf. supra v. compitum.

132. L. alternans aut alternatim.

135. L. trophaea

137. L. video. Quamquam enim constat, tueo dici pro tueor, tamen, quantum scio, significatione tantum defendendi et tuendi, non videndi activa terminatione dicitur; cf. supra tueor, defendor.

138. P. vietum, incurvum, inflexum, unde vietos vocaverunt ligna rotarum, quae cantu ambiuntur. Est enim a viendo. VII p. 586. Viendi, videndi [ubi l. vinciendi]. Viendis i. flectendis hoc est modulandis carminibus. Viere apud antiquos pro vincire ponebatur. VIII. p. 622. vietus, vita detritus. P. vienda, flectenda et modulanda carmina et victus (l. vietus) evacuatus; et ita emendo VIII. p. 628. vietus, vulgatus, famosus in vietus, vacuatus, quod in vulgatus corruptum glossatori occasionem dedit famosus addendi.

140. L. custos nocturnus.

143. Erat cum pro laeticia aut valentia legerem, quod robur, firmitas significat aut violentia. Nam propria notione vigor laetitia esse nequit.

144. L potentia census. De voc. genium cf. supra genium, potentia, vigor.

145. L. villam agit cf. P. villicat, villam agit, villici officium exercet. VIII. p. 624. et 628. villicare, villam colere. A. p. 385. n. 134. villicat, villam agit vel colligit (ubi l. colit) et ita emenda n. 129. Vilicat, bellicat vel colligit in villam agit vel colit.

146. Hanc glossam emenda ex I. p. 697. n. 33. viticus (l. vilicus) actor, exactor pensionum, insularius. VIII. p. 624. villicus, villam colens, villanus, colonus, ruricola, ruricolanus, agrarius, agricola. A. p. 386. n. 36. vilicus, auctor (l. actor). P. villicus est dispensator vel gubernator. Villicus proprie est gubernator, unde a villa nominatur. Interdum autem villicus non gubernationem villae sed dispensationem universae domus habet, Tullio interpretante, significat, quod est universarum possessionum et villarum dispensator (cf. Is. Or. IX. 4. 33.). Villicus, vilis rei custos dicitur. De duplici voc. scribendi ratione, aut una aut duplici l littera, cf. quae dixi ad Apul. Apol. p. 609. Insularius est servus, qui toti domini insulae praeest eamque gubernat.

147. L. bilinguem, bifarium cf. supra v. bifarium.

149. L. vimen, virgultum, ut infra virgultum, vimen. P. vimen, virgultum molle dictum, quod vim multam habeat viror. Natura enim talis, ut, si etiam arefacta abluatur, virescat, deinde excisa ac in humo fixa radicibus se ipsa demergat (cf. Is. Or. XVII. 7. 48.).

151. cf. supra v. metallis.

Vinctus, consternatus.
Vindicatus, ultus, defensus.
Vindicta, ultio, defensio.
155. Vindix, ultor, defensor.
Vinulentus, temulentus, ebriosus, ebriacus.
Vinum, tenetum.
Violat, adimit, contaminat.
Violavit, profanavit.
160. Virago, fortissima femina.
Virdicat, germinat.
Virecita, quae in agris virent.
Virgulum, vimen, silva, minuta virgula.
Virguncula, virgo modica.
165. Viridis, glaucia.
Viria, viride, brachiales.
Viriliter, fortiter.
Viriosus, austerius.
Viritim, per singulos viros.
170. Viritim, singillatim, nominatim.
Vis, vi . . . . .
Visaccia, sarcina, mandica.
Viscera, venae maedullae.
Visere, visitare.
175. Visor, videns.
Vitalis, animal.
Vitat, evitat, declinat.
Viciatum, corruptum, adulteratum.
Vicium, dedecus, nova, macula.
180. Vitricus, vitium, probrum, flagitium.
Vituperat, expulit.
Vivere, tumere, implere.

152. Aut l. victus s. aut concatenatus vel constrictatus, quod posterius tamen in usu non est. VI. p. 551. vinciri, ligari vel nudari, ubi l. nodari. VIII. p. 624. vincire, ligare, vinculari, nectere, nodare, fasciare, illaqueare, irretire.

153. Ultus passiva notione hic dictum est; cf. infra v. ulciscitur.

155. L. vindex.

156. L. vinolentus . . . ebriatus.

157. L. temetum.

158. Adimit non habet, quo defendi possit; ego malo adiicere vi.

160. cf. Is. Or. XI. 2. 22. virago vocata, quod virum agit hoc est opera virilia facit et masculini vigoris est. Antiqui enim fortes feminas ita vocabant. Virgo autem non recte virago dicitur, si non viri officio fungitur. Mulier vero si virilia opera facit, recte virago dicitur, ut Amazona. P. virago, fortissima femina dicta, quod a viro sit sumpta.

161. L. viridicat, germinat. Hinc probari possit, viridicare non inusitatum esse, ut lexicographi volunt; viridicans et viridicatus exemplis confirmari possunt.

162. L. virecta quae. At viretum non virectum scribendum esse exposui ad Apul. Met. II. p. 214., quamquam aliquot locis ita legitur. VIII. p. 622. virectum, locus viriditatis, quod et viretum dicitur. P. vireta, loca herbis et virgis viridissimis plena.

163. L. virgultum, ut A. p. 386. n. 32 minuta silva.

165. L. glauca de q. v. cf. supra.

166. L. viriae, viriolae brachiales, aut viria, viriola, brachialis. I. p. 698. n. 11. viria, viriola, brachiales.

168. L. austerus ut I p. 698. n. 4. VI. p. 551. viriosi, viribus subnixi, austeri. Alii h. signif. legi malunt virosi; cf. supra v. austeris. Virus enim non solum de veneno, sed etiam de iis rebus dicitur, quae acrem, gravem et asperum saporem referunt, ut lexica testantur; ea de causa virosus, austerus est, quia austerus proprie de sapore dicitur earum rerum, quae linguam adstringunt. Cels. III. 24. vinum nigrum, austerum. Ceterum nota hanc significationem adi. virosus, quae alibi non reperitur.

170. VI. p. 551. viriatim [l. viritim] p. sing. viros. A. p. 385. n. 86. veritim [l. viritim] singillatim. P. viritim, nominatim, singulatim, per unumquemque virum, fortiter (?).

171. L. vis, violentia aut virtus.

172. L. bisaccia et cf. supra v. sarcina.

173. L. venae medulla.

179. L. vitium . . . nota, macula.

180. Hic duo glossemata confusa sunt. Ego lego: vitium . . . . vitricus, patrater ex Is. p. 698. n. 13. vitricus, patrater. Gl. Ar. 710. 48. vitricus, patrastus. VII. p. 586. vitricus, patraster. I. Or. IX. 6. 20. vitricus est qui uxorem ab alio viro filium aut filiam habentem duxit. Et vitricus quasi novitricus quod a matre superducitur novus. Patraster enim s. patrater est vitricus; cf. lexica.

181. L. vituperat, explodit; cf. supra expludit, vituperat.

182. L. bibere ut 186. bibitor pro vivitor.

Vivex, placa nigra.
Vividus, fortis, strenuus.
185. Vivit, aget, deget.
Vivitor, potator.
Vix, egre, molestae.
Ulciscitur, defenditur, vindicatur.
Uliginosus, pinges.
190. Ulli, aliqui.
Ullius, alicuius.
Ullo, aliquomodo.
Ullus, aliquis.
Ulna, muscula, brachium.
195. Unam, spacum unius brachii.
Ulterior, posterior.
Ulterius, novissimus.
Ultima potestas, dictatus.
Ultimus, postremus, subremus.
200. Ultio, vindicta, defensio.
Ultor, vindex, defensor.
Ultra, vidix.
Ultro, sponte vel voluntate.
Ultro cito, intus et foris, longe et prope.
205. Ultro citoque, extra, infra, ante et retro.
Ultus et defendit significat et vindicat.
Ululae, avis nocturna.
Ululatus, fremitus.
Umbo, media pars scuti.
210. Una, pariter, simul.
Uncat, curvat.
Uncis, incurvis.
Uncus, ancora.
Undas, fluctus.
215. Unquam, aliquando.
Vovet, promittit.
Vocis praeconium, laudem.
Vola, cavitas qui in media manu est, inde involare.
Volitat, volat.
220. Volubilis, qui aliquid viderit, desiderat.

183. L. plaga nigra plaga a virga ut VII. p. 586. ubi perperam virex extat. VI. p. 551. vivix, pugna [l. vibex, pugnus]. VIII. p. 622. vibex, virga quod falsum est; A. p. 383. n. 2. viber, libor virgae [l. livor virgae] unde defendo nigra plaga quae nigrum reddit et p. 386. n. 83. vibex, plaga ex virga, ut P. addens caesio plagarum et vibex pugna.

185. L. vivit, agit.

187. L. aegre, moleste.

188. De passiva h. v. notione cf. Intt. ad Sall. Iug. 34. quidquid sine sanguine civium ulcisci nequitur. et Non. p. 292. v. exanclare. nisi patrem materno sanguine exanclando ulciscerem. VI. p. 549. ulciscere, vindicare. A. p. 386. n. 31. vinciscitur [l. ulciscitur] conpensatur et n. 48. ulcitur [l. ulciscitur] defenditur; cf. vindicatus, ultus, defensus. P. ulcisco et ulciscor ultus idem significabat antiquitus cf. Prisc. VIII. 6. p. 380 Krehl.

189. L. pinguis. VIII p. 622. uligo, terrae crassitudo; inde uliginosus, crassus. A. p. 384. n. 15. uligo, humor terrae. p. 385. n. 134. ulignosus, pinguis et p. 386. n. 47. uligo, palubri herba, ubi l. palustris herba. Uliginosus pro pingui dici posse, mihi probatur cf. Virg. Georg. II. 184.; at quae pinguis humus dulcique uligine laeta. P. uliginosus ager est, qui semper viget; uliginosum, humidum, pingue, fecundum. Nota hanc huius vocis significationem.

194. cf. supra v. muscula.

195. L. ulnam, spatium.

197. L. ultimus.

198. L. dictatura.

202. L. vindex.

204. 205. L. ultro citro, intus et foras, longe et prope; ultro citroque extra et intra, ante et retro.

207. L. ulula.

209. VIII. p. 625. umbo ideo dicitur, quia dat scuto umbram. P. umbo scuti, pars media. A. p. 386. n. 142. umbone, buccula.

211. VI. p. 549. uncat, curvat. VIII. p. 623. uncare, curvare, lunare, camerare. A. p. 386. n. 50. uncat, curbat. P. uncare, curvare. Notandum est hoc vocabulum, quod alibi non extat.

213. Idem habet VI. p. 549. et A. p. 386. n. 49. P. uncus, curvus, anchora cf. Intt. ad Val. Flacc. II. 428. Has inter lacrimas legitur piger uncus arenis.

218. L. quae in. VIII. p. 624. vola, medietas palmae. A. p. 384. n. 14. vola, palma, manus. P. vola, media pars manus; inde et involare dicimus.

219. Ita corrigatur A. p. 385. n. 136. voleat, volat in volitat, volat.

220. L. qui quidquid vid. Mirum est hoc glossema, quod tamen etiam P. repetit: volubile, quod volvi potest; volubilis est qui quod videt totum desiderat, unde volubilitas mutatio et A. p. 385. n. 138. volubili, qui quod videt

**Volucer, cupido.**
**Vomer . . . vomis.**
**Volucres, aves, volatilia.**
**Volumen, quicquid fuerit involutum.**
**225. Volvet, votum promittit.**
**Volutat, cogitationes, repetit.**
**Vorago, sumersio terrae.**
**Vorat, glutit, sorbit.**
**Vorat, glutit, sorbit.**
**230. Vorax, sabens.**
**Vorre, edaces, elones.**
**Votivum, quod promissum est votis.**
**Ur, incendium.**
**Urbs, civitas, opidum.**
**235. Urguet, stimulat, incitat, inpellit, praecipitat.**
**Urna, mensura.**
**Uspiam, in quo loco vel usquam alicubi.**
**Usquam, alicubi.**
**Usquae, tenus vel fine.**
**240. Usqueo, usque adeo.**
**Usque hic, eatenus vel actenus.**
**Usque quo, quatenus vel quamdiu.**
**Usurpat, contaminat vel utitur.**
**Usurpatio, nominatio, praesumtio, usus.**
**245. Usus, usurpatio.**
**Utensilia, viatici sumptus.**
**Uter, qui ipsorum.**
**Uterque, ambo.**
**Uterus, venter.**
**250. Ut forsitan, ut quomodo.**
**Utique, quin, quippe.**

totum desiderat ex quo mihi quidem persuadetur volubilis cum voc. similis soni esse confusum. Voluptibilis, quod Plautus habet, nec significatione nec litterarum similitudine probatur. Volibilis vel simile quid scribendum esse probabile fit; vel volupis cf. VI. p. 551. volupis, voluptuosus est, quam formam nota.

221. Sine dubio ad locum scriptoris referenda est haec glossa, ubi Cupido pennatus describitur. Ita etiam VI. p. 531. volucer Cupido et A. p. 385. n. 139. lege pro volut' cupio: Volucer Cupido.

225. L. vovet.

227. L. summersio terrae. VI. p. 551. vorago, obsorptio [l. absorptio aut absorbitio]. VIII. p. 624. vorago, locus devorationi patens. P. vorago, profunditas, absorbitio, barathrum.

228. L. sorbet. VI. p. 551. vorat, ingluttit. A. p. 386. n. 42. vorat, gluttit. Ita emenda VI. 551. vosat vivit in vorat bibit. Bis eadem glossa scripta est, quod altera pagina hic desinit altera incipit.

230. L. sorbens. P. vorax, gulosus, glutto, devorator.

231. L. v. ed. heluones. VI. p. 551. vorri, edaces et ita emendandum videtur VIII. p. 627. vovelones, edaces, voratores in vorri, heluones. A. p. 385. n. 137. vorri, elones, edaces. et p. 386. n. 41. vorri, holeres [l. heluones] edaces. Quomodo vorri vel, quod sine dubio rectius dicitur, vorus defendam ex analogia, non habeo. Nam etsi constat vorus et vomus in compositis dici ut carnivorus, tamen haec est alia formandi ratio. Nec Lexica nec du Cang. h. v. habent.

233. Iam supra, ubi idem compendium ur extat v. incendium, aut incendio, uro, aut ustrina, incendium legendum putavi. Apud Apuleium enim ustrina pro incendio dici, docet locus Met. VII. c. 19. p. 598. nec salutis apparet solatium et ustrina talis moras non sustinens est, q. l. de hoc accuratius dixi.

234. L. oppidum.

236. Urna est enim mensura liquidorum. VI. p. 549. urna quasi quartarium est; P. urna mensura est, quam quidam quartarium dicunt, quod quatuor sextarios capit.

237. L. alique l.

239. et 240. L. usque, usque adeo.

241. L. usque huc . . . hactenus.

243. Contaminat mihi suspectum est. Erat cum vindicat vel occupat legerem, et ita l. pro nominatio: occupatio.

246. I. p. 698. n. 9. VI. p. 549. eadem glossa extat. P. utensilia, viatici sumptus, usibus apta. Nota h. v. significationem.

247. L. quilibet duorum aut quisquis duorum ut P. uter, ad quemlibet de duobus.

250. L. ut aliquo modo.

251. Quin et quippe defendi forsitan possint, si affirmativa sententia hic dictum putes.

Utitur, fruitur, nascitur.
Utpote, ut forsitan, ut quomodo.
Ut quomodo, ut potest.
Ut reor, ut arbitror.
Utrique, ex ambobus partibus.
Utrubi, ubique.
Utrubique, undique.
Utrumque, quin autem.
Ubidum, ruscidum, humidum.
Vultuosus, tristis.
Vultus, aspectus, facies.

252. L. nanciscitur cf. supra nanciscitur fruitur.
256. L. utrimque, ex ambabus.
257. utrubi perperam explicatum est; est enim utro in loco.
259. cf. supra v. quin autem.
260. L. uvidum, roscidum, humidum.
261. Idem extat I. p. 697. n. 39. VIII. p. 623. A. p. 386. n. 45. vultuosus, tristis, vultibus. P. v. contristatus, vultu tristis.

## Y.

1. Ydris, aquaticus.
Ydria, urna.
Ylidri, serpentes, aquatici.
Ymmum, laudem, canticam.
5. Yprocrissis, similitudo.
Ypocrita, similator id est qui aliud loquitur et aliud facit vel cogitat.
Ypothea, universa substantia.

1. L. Hydrius Aquarius. cf. Prudent. Apoth. 622. Labitur hinc pulsus puer Hydrius, inde Sagitta. Hydrius puer est Aquarius, coeleste sidus.
3. L. hydrae s. a. VIII. p. 630. ydra serpens aquaticus, ab ὕδωρ .i. ab aqua.
4. L. hymnum, laudem, canticum. VIII. p. 630. ymnus, laus.
5. L. hypocrisis, similatio et n. 6. hypocrita.
7. L. hypotheca.

## Z.

1. Zefirus, ventus, faronius.
Zelum, emolatio, invidia, livor.
Zona, cingulum, balteum.

1. L. zephyrus v. Favonius.
2. L. aemulatio. Hoc zelum etiam in usu fuisse praeter hanc glossam testatur VIII. p. 631. hoc zelum, i, unde zelor seqq., quod nota.

## I.

# Index vocabulorum

quae in glossarum editionibus, in du Cang. glossario, et lexicis non extant aut inusitata significatione leguntur (ex S. Germ., Amplon., Maii, Papiae glossis et hoc glossar. ab editore collecta).

---

# II.

## Index scriptorum

### qui a me in h. l. emendati sunt.

p. 266. n. 26. abusitatus p. 2.
n. 52. abiit p. 23.
n. 59. abtemius p. 2.
n. 82. acnonitus p. 3.
p. 267. n. 85. acidus p. 3.
p. 268. n. 174. aemulus p. 5.
n. 175. aeneatores p. 5.
n. 179. aegiatores p. 5.
n. 187. Aethiopum p. 14.
n. 193. agrippago p. 6.
n. 196. agaso p. 6.
n. 199. agasones p. 6.
p. 269. n. 215 amendat p. 8.
n. 249. amanet p. 8.
n. 257. amaratha p. 10.
p. 270. n. 277. anthlia p. 12.
n. 297. apricitas p. 14.
n. 300. aprica p. 14.
n. 324. arietat p. 18.
n. 327. armata p. 20.
p. 271. n. 334. argata p. 20.
n. 336. asper p. 24.
n. 351. avenat p. 23.
n. 362. averrat p. 23.
n. 363. avitum p. 24.
n. 364. aveta p. 74.
n. 7. aborigo p. 2.
p. 272. n. 71. aestu p. 5.
n. 80. aeneator p. 5.
p. 273. n. 144. anxicia p. 14.
p. 274. n. 117. apertilis p. 13.
n. 208. arquatus p. 25.
p. 275. n. 224. asilus p. 20.
n. 233. attentus p. 17.
n. 245. auctoratius p. 23.
n. 250. auritus p. 24.
n. 255. austernalis p. 24.
p. 277. n. 5. baccillatea p. 26.
n. 11. bascarides p. 29.
n. 93. bassandes p. 29.
n. 110. bibilus p. 30.
n. 113. bidinium p. 30.
n. 115. bibaria p. 30.
n. 116. bibarius p. 30.
n. 120. bisulcum p. 31.
n. 121. bornus p. 34.
n. 124. bobinatores p. 33.
n. 135. bombus p. 34.
p. 278. n. 17. bacerius p. 28.
n. 29. bilinguis p. 31.
n. 31. bibarius p. 31.
n. 35. bimatur p. 31.
n. 51. boeri p. 33.
n. 52. bobinatores p. 33.
n. 65. brunda p. 36.
n. 70. buceria p. 36.
n. 74. barathum p. 37.
p. 279. n. 6. bargus p. 28.
n. 7. bargus p. 28.
n. 40. bilis p. 31.
n. 57. bradium p. 35.
n. 63. bravebita p. 35.
p. 280. n. 1. conisma p. 164.
n. 4. contribulus p. 78.

p. 280. n. 20. cudat p. 86.
n. 42. calpes p. 43.
n. 54. causo p. 64.
n. 60. consternantem p. 74.
p. 281. n. 83. consulens p. 73.
n. 118. ciebio p. 52.
p. 282. n. 139. cacula p. 41.
n. 152. clivium p. 55.
n. 170. cripta p. 36.
p. 283. n. 221. calla p. 59.
p. 284. n. 295. coalescunt p. 57.
p. 285. n. 364. calculum p. 40.
n. 373. cauponula p. 64.
n. 385. céssios p. 51.
n. 387. calones p. 42.
n. 396. caplosus p. 45.
n. 397. caudius p. 43.
p. 286. n. 14. capulum p. 40.
n. 16. cachinus p. 41.
n. 21. carres p. 47.
n. 24. caplosus p. 40.
n. 25. caudex p. 47.
n. 27. caudius p. 43.
n. 32. capillatur p. 39.
n. 36. capillus p. 39.
n. 38. caducarius p. 35.
n. 39. carpdis p. 51.
n. 48. cavilla p. 39.
n. 49. cerula p. 51.
p. 287. n. 101 censids p. 51.
n. 112. circulator p. 53.
n. 132. cunabula p. 87.
p. 288. n. 166. cohibetur p. 59.
n. 264. collui p. 76.
p. 289. n. 205. commulcavit p. 71.
n. 212. conicies p. 69.
n. 226. compliat p. 63.
n. 228. convexio p. 79.
n. 233. conibo p. 68.
n. 237. conlivum p. 69.
n. 245. complodere p. 63.
n. 247. convecti p. 68.
n. 250. conglobat p. 68.
n. 259. constet p. 74.
n. 261. coniventia p. 68.
n. 263. conlectura. p. 69.
n. 265. confestus p. 66.
n. 266. conputem p. 280.
n. 287. contagies p. 76.
p. 290. n. 1. cacula p. 41.
n. 271. conclavia p. 65.
n. 275. compendinatio p. 71.
n. 276. consecramus p. 72.
n. 279. capula p. 82.
n. 280. crepida p. 84.
n. 281. cratera p. 55.
n. 286. crebruit p. 84.
n. 291. cratenses p. 82.
n. 295. crumina p. 85.
n. 301. cumulcat p. 71.
n. 303. cumulus p. 87.
n. 316. culleum p. 87.
p. 291. n. 7. cada p. 41.
n. 13. caventia p. 44.

p. 291. n. 34. catinus p. 47.
n. 48. cabullatio p. 39.
p. 292. n. 67. canaster p. 44.
n. 94. cieua p. 52.
p. 293. n. 162. comessor p. 160.
n. 9. dapsilis p. 91.
p. 294. n. 29. delimatum p. 97.
n. 37. defiget p. 94.
n. 60. delicatis p. 98.
n. 72. detractasset p. 101.
n. 80. deliquum p. 97.
n. 84. dapsile p. 91.
n. 85. diadema p. 102.
n. 95. dispoliatum p. 111.
p. 295. n. 96. danuas p 90.
n. 97. desistere p. 100.
n. 99. digitalium p. 105.
n. 102. deses p. 99.
n. 106. descivit p. 99.
n. 4. dapsilis p. 91.
n. 5. danos p. 90.
n. 7. dapibus p. 91.
n. 11. dapsilae p. 91.
n. 21. degesto p. 92.
n. 28. desectum p. 99.
n. 30. deverticulum p. 102.
n. 35. detrusus p. 101.
n. 37. defecatum p. 94.
n. 42. delubra p. 97.
p. 296. n. 45. desciscit p. 99.
n. 56. detractat p. 101.
n. 60. depressus p. 98.
n. 82. despectit p. 110.
n. 97. desuetus p. 100.
n. 99. districe p. 134.
n. 106. duert p. 95.
n. 108. devincians p. 114.
p. 326. n. 62. effecta p. 121.
n. 65. emolumentum p. 126.
n. 76. emax p. 126.
n. 114. explodit p. 131.
p. 327. n. 131. epemeris p. 123.
n. 169. exul p. 136.
p. 328. n. 5. affligit p. 122.
n 7. effutae p. 120.
n. 13. elegatus p. 125.
n. 27. enicha p. 127.
n. 86. emblemma p. 127.
p. 329. n. 58. exulcerat p. 136.
n. 60. exempta p. 132.
n. 72. exumptuavit p. 136.
n. 74. exercat p. 131.
n. 79. expertus p. 134.
p. 329. n. 10. fastes p. 139.
n. 14. fisco p. 144.
p. 330. n. 26. fax p. 137.
n. 56. fiolae p. 142.
p. 331. n. 95. frumenta p. 48.
n. 99. facetus p. 137.
n. 100. fidicula p. 143.
n. 101. fisco p. 144.
n. 115. faeciosus p. 137.
n. 116. fax p. 137.
n. 121. falengarius p. 137.
p. 331. n. 131. famidicus p. 138.
n. 143. feretrius p. 139.
n. 144. farcimen p. 139.
p. 332. n. 1. fax p. 137.
n. 13. favisoar p. 137.
n. 17. fanu p. 139
n. 18. factum p. 139.
n. 19. fasciosus p. 137 et 149.
n. 20. fiscium p. 144.
n. 26. faticiae p. 137
n. 27. farcit p. 139.
n. 29. farcimen p. 139.
n. 36. farragine p. 142.
n. 37. feretrum p. 141.
n. 49. fidiculae p. 143.
p. 333. n. 55. fidei p. 143.
n. 64. flararis p. 145.
n. 69. fornine p. 147.
n. 73. formes p. 146.
n. 83. foces p. 140.
n. 88. frui p. 148.
n. 89. frunctoria p. 151.
n. 90. fribula p. 148
n. 93. framea p. 147.
n. 97. fultare p. 149.
n. 98. funera p. 150.
n. 109. fulcra p. 150.
p. 334. n. 6. gurgustium p. 158.
n. 9. gilvas p. 155.
n. 18. galeros p. 151.
p. 335. n. 60. garrit p. 152.
n. 61. ganeo p. 152.
n. 62. garilum p. 151.
n. 68. gessiae p. 153.
n. 71. gennomae p. 154.
n. 72. gescire p. 155.
n. 91. geneo p. 152.
n. 1. garrit p. 152.
n. 2. ganeo p. 152.
n. 8. ganeones p. 152.
n. 12. gemmina p. 154.
n. 14. genimínae p. 154.
p. 336. n. 20. gylvus p. 155.
n. 44. granea p. 152.
n. 50. gurgustium p. 158.
n. 51. gurgo p. 152.
n. 4. habia p. 159.
n. 8. habiles p. 159.
n. 24. hostia p. 163.
n. 26. histriones p. 162.
p. 337. n. 36. hostire p. 163.
n. 2. hamatum p. 159.
n. 3. hasae p. 153.
n. 15. belluino p. 160.
n. 16. hersutum p. 162.
n. 33. harundo p. 160.
n. 35. hostita p. 163.
p. 338. n. 12. iolueruat p. 178.
n. 32. infula p. 165.
p. 339. n. 74. invitiandi p. 175.
n. 79. intempestiva p. 182.
p. 340. n. 124. incuba p. 170.
n. 128. insilitus p. 180.
n. 130. interpola p. 183.

Vicatim, per vices aut per singulos vicos.
Vicatim, per vicos, id est intentione perseverans.
130. Vicinitas, compitum.
Vicinus, finitimus est proximus.
Vicissim, invicem vel internens.
Vicissitudo, vicem praebens.
Victima, hostia.
135. Victoria, tophea.
Victus, superatus.
Videor, tueor.
Vietus, incurvus.
Viget, valet, potest.
140. Vigil, custus nocturnus.
Vigiliae, lucubratio.
Vigilantia, astucia.
Vigor, laeticia.
Vigor, potentiae, census, genium.
145. Vilicat, villa agit.
Vilicus, actor vel exactor pensionum, insula.
Vilinguem, vifarium.
Vim, virtutem, violentiam.
Vim, virgultum.
150. Vincere, superare.
Vinculis, metallis vel carceribus.

128. Vicatim, vicissim s. per vices hic et in aliis quoque glossariis explicatur, ut Pl. p. 574. vicatim, vicissim aut per vices aut per singulos (l. vicos) et P. vicatim, vicissim, per singulas vices vel per vicos aut per singulos. VI. p. 551. et VII. p. 586. vicatim, per singulas vices; et viratim, per singulas vices. VIII. p. 624. vicatim, vicissim. A p. 385. n. 128. vicatim, per vicos. du C. notat exemplum ex Diario ann. 1589. et Henschel. ex Aldhelm. de re Gramm. p. 552. Mai. Class Auct. T. V. praedictis litterarum characteribus vicatim et alternatim positis.

129. Quae addita sunt ex errore profecta puto, cum pervicax in per vicos corruptum sit; cf. supra pervicax. Ego lego in intentione perseverans.

130. cf. supra v. compitum.

132. L. alternans aut alternatim.

135. L. trophaea

137. L. video. Quamquam enim constat, tueo dici pro tueor, tamen, quantum scio, significatione tantum defendendi et tuendi, non videndi activa terminatione dicitur; cf. supra tueor, defendor.

138. P. vietum, incurvum, inflexum, unde vietos vocaverunt ligna rotarum, quae cantu ambiuntur. Est enim a viendo. VII p. 586. Viendi, videndi [ubi l. vinciendi]. Viendis i. flectendis hoc est modulandis carminibus. Viere apud antiquos pro vincire ponebatur. VIII. p. 622. vietus, vita detritus. P. vienda, flectenda et modulanda carmina et victus (l. vietus) evacuatus; et ita emendo VIII. p. 628. vietus, vulgatus, famosus in vietus, vacuatus, quod in vulgatus corruptum glossatori occasionem dedit famosus addendi.

140. L. custos nocturnus.

143. Erat cum pro laeticia aut valentia legerem, quod robur, firmitas significat aut violentia. Nam propria notione vigor laetitia esse nequit.

144. L potentia census. De voc. genium cf. supra genium, potentia, vigor.

145. L. villam agit cf. P. villicat, villam agit, villici officium exercet. VIII. p. 624. et 628. villicare, villam colere. A. p. 385. n. 134. villicat, villam agit vel colligit (ubi l. colit) et ita emenda n. 129. Vilicat, bellicat vel colligit in villam agit vel colit.

146. Hanc glossam emenda ex I. p. 697. n. 33. viticus (l. vilicus) actor, exactor pensionum, insularius. VIII. p. 624. villicus, villam colens, villanus, colonus, ruricola, ruricolanus, agrarius, agricola. A. p. 386. n. 36. vilicus, auctor (l. actor). P. villicus est dispensator vel gubernator. Villicus proprie est gubernator, unde a villa nominatur. Interdum autem villicus non gubernationem villae sed dispensationem universae domus habet, Tullio interpretante, significat, quod est universarum possessionum et villarum dispensator (cf. Is. Or. IX. 4. 33.). Villicus, vilis rei custos dicitur. De duplici voc. scribendi ratione, aut una aut duplici l littera, cf. quae dixi ad Apul. Apol. p. 609. Insularius est servus, qui toti domini insulae praeest eamque gubernat.

147. L. bilinguem, bifarium cf. supra v. bifarium.

149. L. vimen, virgultum, ut infra virgultum, vimen. P. vimen, virgultum molle dictum, quod vim multam habeat viror. Natura enim talis, ut, si etiam arefacta abluatur, virescat, deinde excisa ac in humo fixa radicibus se ipsa demergat (cf. Is. Or. XVII. 7. 48.).

151. cf. supra v. metallis.

Vinctus, consternatus.
Vindicatus, ultus, defensus.
Vindicta, ultio, defensio.
155. Vindix, ultor, defensor.
Vinulentus, temulentus, ebriosus, ebriacus.
Vinum, tenetum.
Violat, adimit, contaminat.
Violavit, profanavit.
160. Virago, fortissima femina.
Virdicat, germinat.
Virecita, quae in agris virent.
Virgulum, vimen, silva, minuta virgula.
Virguncula, virgo modica.
165. Viridis, glaucia.
Viria, viride, brachiales.
Viriliter, fortiter.
Viriosus, austerius.
Viritim, per singulos viros.
170. Viritim, singillatim, nominatim.
Vis, vi . . . . .
Visaccia, sarcina, mandica.
Viscera, venae maedullae.
Visere, visitare.
175. Visor, videns.
Vitalis, animal.
Vitat, evitat, declinat.
Viciatum, corruptum, adulteratum.
Vicium, dedecus, nova, macula.
180. Vitricus, vitium, probrum, flagitium.
Vituperat, expulit.
Vivere, tumere, implere.

152. Aut l. victus o. aut concatenatus vel constrictatus, quod posterius tamen in usu non est. VI. p. 551. vinciri, ligari vel nudari, ubi l. nodari. VIII. p. 624. vincire, ligare, vinculari, nectere, nodare, fasciare, illaqueare, irretire.

153. Ultus passiva notione hic dictum est; cf. infra v. ulciscitur.

155. L. vindex.

156. L. vinolentus . . . ebriatus.

157. L. temetum.

158. Adimit non habet, quo defendi possit; ego malo adiicere vi.

160. cf. Is. Or. XI. 2. 22. virago vocata, quod virum agit hoc est opera virilia facit et masculini vigoris est. Antiqui enim fortes feminas ita vocabant. Virgo autem non recte virago dicitur, si non viri officio fungitur. Mulier vero si virilia opera facit, recte virago dicitur, ut Amazona. P. virago, fortissima femina dicta, quod a viro sit sumpta.

161. L. viridicat, germinat. Hinc probari possit, viridicare non inusitatum esse, ut lexicographi volunt; viridicans et viridicatus exemplis confirmari possunt.

162. L. virecta quae. At viretum non virectum scribendum esse exposui ad Apul. Met. II. p. 214., quamquam aliquot locis ita legitur. VIII. p. 622. virectum, locus viriditatis, quod et viretum dicitur. P. vireta, loca herbis et virgis viridissimis plena.

163. L. virgultum. ut A. p. 386. n. 32 minuta silva.

165. L. glauca de q. v. cf. supra.

166. L. viriae, viriolae brachiales. aut viria, viriola, brachialis. I. p. 698. n. 11. viria, viriola, brachiales.

168. L. austerus ut I p. 698. n. 4. VI. p. 551. viriosi, viribus subnixi, austeri. Alii h. signif. legi malunt virosi; cf. supra v. austeris. Virus enim non solum de veneno, sed etiam de iis rebus dicitur, quae acrem, gravem et asperum saporem referunt, ut lexica testantur; ea de causa virosus, austerus est, quia austerus proprie de sapore dicitur earum rerum, quae linguam adstringunt. Cels. III. 24. vinum nigrum, austerum. Ceterum nota hanc significationem adi. virosus, quae alibi non reperitur.

170. VI. p. 551. viriatim [l. viritim] p. sing. viros. A. p. 385. n. 86. veritim [l. viritim] singillatim. P. viritim, nominatim, singulatim, per unumquemque virum, fortiter (?).

171. L. vis, violentia aut virtus.

172. L. bisaccia et cf. supra v. sarcina.

173. L. venae medulla.

179. L. vitium . . . nota, macula.

180. Hic duo glossemata confusa sunt. Ego lego: vitium . . . . vitricus, patrater ex Is. p. 698. n. 13. vitricus, patrater. Gl. Ar. 710. 48. vitricus, patrastus. VII. p. 586. vitricus, patraster. I. Or. IX. 6. 20. vitricus est qui uxorem ab alio viro filium aut filiam habentem duxit. Et vitricus quasi novitricus quod a matre superducitur novus. Patraster enim s. patrater est vitricus; cf. lexica

181. L. vituperat, explodit; cf. supra expludit, vituperat.

182. L. bibere ut 186 bibitor pro vivitor.

Vivex, placa nigra.
Vividus, fortis, strenuus.
185. Vivit, aget, deget.
Vivitor, potator.
Vix, egre, molestae.
Ulciscitur, defenditur, vindicatur.
Uliginosus, pinges.
190. Ulli, aliqui.
Ullius, alicuius.
Ullo, aliquomodo.
Ullus, aliquis.
Ulna, muscula, brachium.
195. Unam, spacum unius brachii.
Ulterior, posterior.
Ulterius, novissimus.
Ultima potestas, dictatus.
Ultimus, postremus, subremus.
200. Ultio, vindicta, defensio.
Ultor, vindex, defensor.
Ultra, vidix.
Ultro, sponte vel voluntate.
Ultro cito, intus et foris, longe et prope.
205. Ultro citoque, extra, infra, ante et retro.
Ultus et defendit significat et vindicat.
Ululae, avis nocturna.
Ululatus, fremitus.
Umbo, media pars scuti.
210. Una, pariter, simul.
Uncat, curvat.
Uncis, incurvis.
Uncus, ancora.
Undas, fluctus.
215. Unquam, aliquando.
Vovet, promittit.
Vocis praeconium, laudem.
Vola, cavitas qui in media manu est, inde involare.
Volitat, volat.
220. Volubilis, qui aliquid viderit, desiderat.

183. L. plaga nigra plaga a virga ut VII. p. 586. ubi perperam virex extat. VI. p. 551. vivix, pugna [l. vibex, pugnus]. VIII. p. 622. vibex, virga quod falsum est; A. p. 383. n. 2. viber, libor virgae [l. livor virgae] unde defendo nigra plaga quae nigrum reddit et p. 386. n. 83. vibex, plaga ex virga, ut P. addens caesio plagarum et vibex pugna.

185. L. vivit, agit.

187. L. aegre, moleste.

188. De passiva h. v. notione cf. Intt. ad Sall. Iug. 34. quidquid sine sanguine civium ulcisci nequitur. et Non. p. 292. v. exanclare. nisi patrem materno sanguine exanclando ulciscerem. VI. p. 549. ulciscere, vindicare. A. p. 386. n. 31. vinciscitur [l. ulciscitur] conpensatur et n. 48. ulcitur [l. ulciscitur] defenditur; cf. vindicatus, ultus, defensus. P. ulcisco et ulciscor ultus idem significabat antiquitus cf. Prisc. VIII. 6. p. 380 Krehl.

189. L. pinguis. VIII p. 622. uligo, terrae crassitudo; inde uliginosus, crassus. A. p. 384. n. 15. uligo, humor terrae. p. 385. n. 134. ulignosus, pinguis et p. 386. n. 47. uligo, palubri herba, ubi l. palustris herba. Uliginosus pro pingui dici posse, mihi probatur cf. Virg. Georg. II. 184.: at quae pinguis humus dulcique uligine laeta. P. uliginosus ager est, qui semper viget; uliginosum, humidum, pingue, fecundum. Nota hanc huius vocis significationem.

194. cf. supra v. muscula.

195. L. ulnam, spatium.

197. L. ultimus.

198. L. dictatura.

202. L. vindex.

204. 205. L. ultro citro, intus et foras, longe et prope; ultro citroque extra et intra, ante et retro.

207. L. ulula.

209. VIII. p. 625. umbo ideo dicitur, quia dat scuto umbram. P. umbo scuti, pars media. A. p. 386. n. 142. umbone, buccula.

211. VI. p. 549. uncat, curvat. VIII. p. 623. uncare, curvare, lunare, camerare. A. p. 386. n. 50. uncat, curbat. P. uncare, curvare. Notandum est hoc vocabulum, quod alibi non extat.

213. Idem habet VI. p. 549. et A. p. 386. n. 49. P. uncus, curvus, anchora cf. Intt. ad Val. Flacc. II. 428. Has inter lacrimas legitur piger uncus arenis.

218. L. quae in. VIII. p. 624. vola, medietas palmae. A. p. 384. n. 14. vola, palma, manus. P. vola, media pars manus; inde et involare dicimus.

219. Ita corrigatur A. p. 385. n. 196. voleat, volat in volitat, volat.

220. L. qui quidquid vid. Mirum est hoc glossema, quod tamen etiam P. repetit: volubile, quod volvi potest; volubilis est qui quod videt totum desiderat, unde volubilitas mutatio et A. p. 385. n. 138- volubili, qui quod videt

**Volucer, cupido.**
**Vomer . . . vomis.**
**Volucres, aves, volatilia.**
**Volumen, quicquid fuerit involutum.**
**225. Volvet, votum promittit.**
**Volutat, cogitationes, repetit.**
**Vorago, sumersio terrae.**
**Vorat, glutit, sorbit.**
**Vorat, glutit, sorbit.**
**230. Vorax, sabens.**
**Vorre, edaces, elones.**
**Votivum, quod promissum est votis.**
**Ur, incendium.**
**Urbs, civitas, opidum.**
**235. Urguet, stimulat, incitat, inpellit, praecipitat.**
**Urna, mensura.**
**Uspiam, in quo loco vel usquam alicubi.**
**Usquam, alicubi.**
**Usquae, tenus vel fine.**
**240. Usqueo, usque adeo.**
**Usque hic, eatenus vel actenus.**
**Usque quo, quatenus vel quamdiu.**
**Usurpat, contaminat vel utitur.**
**Usurpatio, nominatio, praesumtio, usus.**
**245. Usus, usurpatio.**
**Utensilia, viatici sumptus.**
**Uter, qui ipsorum.**
**Uterque, ambo.**
**Uterus, venter.**
**250. Ut forsitan, ut quomodo.**
**Utique, quin, quippe.**

totum desiderat ex quo mihi quidem persuadetur volubilis cum voc. similis soni esse confusum. Voluptibilis, quod Plautus habet, nec significatione nec litterarum similitudine probatur. Volibilis vel simile quid scribendum esse probabile fit; vel volupis cf. VI. p. 551. volupis, voluptuosus est, quam formam nota.

221. Sine dubio ad locum scriptoris referenda est haec glossa, ubi Cupido pennatus describitur. Ita etiam VI. p. 531. volucer Cupido et A p. 385. n. 139. lege pro volut˜ cupio: Volucer Cupido.

225. L. vovet.

227. L. summersio terrae. VI. p. 551. vorago, obsorptio [l. absorptio aut absorbitio]. VIII. p. 624. vorago, locus devorationi patens. P. vorago, profunditas, absorbitio, barathrum.

228. L. sorbet. VI. p. 551. vorat, ingluttit. A. p. 386. n. 42. vorat, gluttit. Ita emenda VI. 551. vosat vivit in vorat bibit. Bis eadem glossa scripta est, quod altera pagina hic desinit altera incipit.

230. L. sorbens. P. vorax, gulosus, glutto, devorator.

231. L. v. ed. heluones. VI. p. 551. vorri, edaces et ita emendandum videtur VIII. p. 627. vovelones, edaces, voratores in vorri, heluones. A. p. 385. n. 137. vorri, elones, edaces. et p. 386. n. 41. vorri, holeres [l. heluones] edaces. Quomodo vorri vel, quod sine dubio rectius dicitur, vorus defendam ex analogia, non habeo. Nam etsi constat vorus et vomus in compositis dici ut carnivorus, tamen haec est alia formandi ratio. Nec Lexica nec du Cang. h. v. habent.

233. Iam supra, ubi idem compendium ur extat v. incendium, aut incendio, uro, aut ustrina, incendi'um legendum putavi. Apud Apuleium enim ustrina pro incendio dici, docet locus Met. VII. c. 19. p. 598. nec salutis apparet solatium et ustrina talis moras non sustinens est, q. l. de hoc accuratius dixi.

234. L. oppidum.

236. Urna est enim mensura liquidorum. VI. p. 549. urna quasi quartarium est; P. urna mensura est, quam quidam quartarium dicunt, quod quatuor sextarios capit.

237. L. aliquo l.

239. et 240. L. usque, usque adeo.

241. L. usque huc . . . hactenus.

243. Contaminat mihi suspectum est. Erat cum vindicat vel occupat legerem, et ita l. pro nominatio: occupatio.

246. I. p. 698. n. 9. VI. p. 549. eadem glossa extat. P. utensilia, viatici sumptus, usibus apta. Nota h. v. significationem.

247. L. quilibet duorum aut quisquis duorum ut P. uter, ad quemlibet de duobus.

250. L. ut aliquo modo.

251. Quin et quippe defendi forsitan possint, si affirmativa sententia hic dictum putes.

Utitur, fruitur, nascitur.
Utpote, ut forsitan, ut quomodo.
Ut quomodo, ut potest.
255. Ut reor, ut arbitror.
Utrique, ex ambobus partibus.
Utrubi, ubique.
Utrubique, undique.
Utrumque, quin autem.
260. Ubidum, ruscidum, humidum.
Vultuosus, tristis.
Vultus, aspectus, facies.

252. L. nanciscitur cf. supra nanciscitur fruitur.
256. L. utrimque, ex ambabus.
257. utrubi perperam explicatum est; est enim utro in loco.
259. cf. supra v. quin autem.
260. L. uvidum, roscidum, humidum.
261. Idem extat I. p. 697. n. 39. VIII. p. 623. A. p. 386. n. 45. vultuosus, tristis, vultibus. P. v. contristatus, vultu tristis.

# Y.

1. Ydris, aquaticus.
Ydria, urna.
Ylidri, serpentes, aquatici.
Ymmum, laudem, canticam.
5. Yprocrissis, similitudo.
Ypocrita, similator id est qui aliud loquitur et aliud facit vel cogitat.
Ypothea, universa substantia.

1. L. Hydrius Aquarius. cf. Prudent. Apoth. 622. Labitur hinc pulsus puer Hydrius, inde Sagitta. Hydrius puer est Aquarius, coeleste sidus.
3. L. hydrae s. a. VIII. p. 630. ydra serpens aquaticus, ab ὕδωρ .i. ab aqua.
4. L. hymnum, laudem, canticum. VIII. p. 630. ymnus, laus.
5. L. hypocrisis, similatio et n. 6. hypocrita.
7. L. hypotheca.

# Z.

1. Zefirus, ventus, faronius.
Zelum, emolatio, invidia, livor.
Zona, cingulum, balteum.

1. L. zephyrus v. Favonius.
2. L. aemulatio. Hoc zelum etiam in usu fuisse praeter hanc glossam testatur VIII. p. 631. hoc zelum, i, unde zelor seqq., quod nota.

# I.

## Index vocabulorum

**quae in glossarum editionibus, in du Cang. glossario, et lexicis non extant aut inusitata significatione leguntur (ex S. Germ., Amplon., Maii, Papiae glossis et hoc glossar. ab editore collecta).**

---

# II.

## Index scriptorum

### qui a me in h. l. emendati sunt.

p. 291. n. 34. catinus p. 47.
n. 48. cabullatio p. 39.
p. 292. n. 67. cauaster p. 44.
n. 94. cieua p. 52.
p. 293. n. 162. comessor p. 160.
n. 9. dapsilis p. 91.
p. 294. n. 29. delimatum p. 97.
n. 37. defiget p. 94.
n. 60. delicatis p. 98.
n. 72. detractasset p. 101.
n. 80. deliquum p. 97.
n. 84. dapsile p. 91.
n. 85. deadema p. 102.
n. 95. dispoliatum p. 111.
p. 295. n. 96. dannas p. 90.
n. 97. desistere p. 100.
n. 99. digitalium p. 105.
n. 102. deses p. 99.
n. 106. descivit p. 99.
n. 4. dapsilis p. 91.
n. 5. danos p. 90.
n. 7. dapibus p. 91.
n. 11. dapsilae p. 91.
n. 21. degesto p. 92.
n. 28. desectum p. 99.
n. 30. deverticulum p. 102.
n. 35. detrusus p. 101.
n. 37. defecatum p. 94.
n. 42. delubra p. 97.
p. 296. n. 45. descisceit p. 99.
n. 56. detractat p. 101.
n. 60. depressus p. 98.
n. 82. despectit p. 110.
n. 97. desuetus p. 100.
n. 99. districe p. 134.
n. 106. duert p. 95.
n. 108. devincians p. 114.
p. 326. n. 62. effecta p. 121.
n. 65. emolumentum p. 126.
n. 76. emax p. 126.
n. 114. explodit p. 131.
p. 327. n. 131. epemeris p. 123.
n. 169. exul p. 136.
p. 328. n. 5. affligit p. 122.
n. 7. effutae p. 120.
n. 13. elegatus p. 125.
n. 27. enicha p. 127.
n. 86. emblemma p. 127.
p. 329. n. 58. exulcerat p. 136.
n. 60. exempta p. 132.
n. 72. exumptuavit p. 136.
n. 74. exercat p. 131.
n. 79. expertus p. 134.
p. 329. n. 10. fastes p. 139.
n. 14. fisco p. 144.
p. 330. n. 26. fax p. 137.
n. 56. fiolae p. 142.
p. 331. n. 95. frumenta p. 48.
n. 99. facetus p. 137.
n. 100. fidicula p. 143.
n. 101. fisco p. 144.
n. 115. faeciosus p. 137.
n. 116. fax p. 137.
n. 121. falengarius p. 137.
p. 331. n. 131. famidicus p. 138.
n. 143. feretrius p. 139.
n. 144. farcimen p. 139.
p. 332. n. 1. fax p. 137.
n. 13. favisoar p. 137.
n. 17. fanu p. 139
n. 18. factum p. 139.
n. 19. fasciosus p. 137 et 149.
n. 20. fiscium p. 144.
n. 26. faticiae p. 137
n. 27. farcit p. 139.
n. 29. farcimen p. 139.
n. 36. farragine p. 142.
n. 37. feretrum p. 141.
n. 49. fidiculae p. 143.
p. 333. n. 55. fidei p. 143.
n. 64. flararis p. 145.
n. 69. fornine p. 147.
n. 73. formes p. 146.
n. 83. foces p. 140.
n. 88. frui p. 148.
n. 89. frunctoria p. 151.
n. 90. fribula p. 148
n. 93. framea p. 147.
n. 97. fultare p. 149.
n. 98. funera p. 150.
n. 109. fulcra p. 150.
p. 334. n. 6. gurgustium p. 158.
n. 9. gilvas p. 155.
n. 18. galeros p. 151.
p. 335. n. 60. garrit p. 152.
n. 61. ganeo p. 152.
n. 62. garilum p. 151.
n. 68. gessiae p. 153.
n. 71. gennomae p. 154.
n. 72. gescire p. 155.
n. 91. geneo p. 152.
n. 1. garrit p. 152.
n. 2. ganeo p. 152.
n. 8. ganeones p. 152.
n. 12. gemmina p. 154.
n. 14. genimînae p. 154.
p. 336. n. 20. gylvus p. 155.
n. 44. granea p. 152.
n. 50. gurgustium p. 158.
n. 51. gurgo p. 152.
n. 4. habia p. 159.
n. 8. habiles p. 159.
n. 24. hostia p. 163.
n. 26. histriones p. 162.
p. 337. n. 36. hostire p. 163.
n. 2. hamatum p. 159.
n. 3. hasae p. 153.
n. 15. belluino p. 160.
n. 16. hersutum p. 162.
n. 33. harundo p. 160.
n. 35. hostita p. 163.
p. 338. n. 12. ioluerunt p. 178.
n. 32. infula p. 165.
p. 339. n. 74. invitiandi p. 175.
n. 79. intempestiva p. 182.
p. 340. n. 124. incuba p. 170.
n. 128. insilitus p. 180.
n. 130. interpola p. 183.

p. 340. n. 133. ingruerit p. 176.
n. 149. inuum p. 186.
n. 151. intestubilis p. 184.
n. 153. incessum p. 168.
n. 3. idiota p. 164
n. 19. inormis p. 178.
p. 341. n. 26. inpotest p. 166.
n. 29. induciae p. 178.
n. 31. incentium p. 168.
n. 32. inbrevia p. 167.
n. 35. invisice p. 175.
n. 52. ingraminat p. 176.
n. 69. inposteras p. 166.
p. 342. n. 22. impositura p. 166.
n. 52. infestus p. 175.
p. 343. n. 75. infectio p. 174.
n. 87. indemnitas p. 171.
p. 344. n. 30. lutum p. 201.
p. 345. n. 66. laquearia p. 190
n. 95. levigantes p. 194.
n. 101. lucar p. 198.
p. 346. n. 124. lancinat p. 188.
n. 148. lirantes p. 197.
n. 151. lemuriae p. 196.
p. 347. n. 14. lavescit p. 187.
n. 15. larva p. 191.
n. 17. lacerti p. 189
n. 18. lar p. 190.
n. 31. lapsantem p. 188.
n. 60. lactus p. 197.
p. 348. n. 77. lupiraria p. 200.
n. 3. lapicina p. 190
n. 20. lacebrosus p. 191.
n. 45. languis p. 190.
n. 47. lepus p. 194.
p. 349. n. 19. merotis p. 207.
n. 24. medemnium p. 207.
n. 32. mulgatores p. 212.
p. 351. n. 106. mergite p. 208.
n. 115. melops p. 207.
n. 119. missicus p. 209.
n. 124. mutilat p. 214.
n. 126. mulgatores p. 212.
n. 130. murrat p. 214.
n. 132. muricae p. 213.
n. 142. musitat p. 214.
n. 149. manuale p. 205.
n. 152. moloseus p. 207.
n. 153. mercharius p. 208.
n. 156. merge p. 208.
n. 159. mergisco p. 214.
n. 160. metalla p. 206.
n. 2. mapalia p. 206.
p. 352. n. 18. manuelem p. 205.
n. 20. mappalia p. 206.
n. 32. mensuum p. 208.
n. 33. meat p. 207.
n. 35. mercenarius p. 208.
n. 39. menstrae p. 208.
n. 41. meditullio p. 207.
n. 57. misile p. 209.
p. 353. n. 71. momentum p. 211.
n. 74. munia p 210.
n. 80. minuit p. 214.

p. 353. n. 84. mulgatores p. 212.
n. 89. murgisi p. 214.
p. 354. n. 42. navat p. 215.
n. 47. nnudinam p. 221.
n. 52. nugas p. 220.
n. 55. navita p. 216.
n. 56. navare p. 215.
n. 59. nario p. 215.
n. 64. nectit p. 218.
n. 67. nebulo p. 216.
n. 69. nitelli p. 219.
n. 78. nob. p. 219.
n. 81. nuit p. 221.
n. 5. navilis p. 216.
n. 10. nenias p. 218.
n. 11. neomemium p. 218.
p. 355. n. 14. nevula p. 216.
n. 9. operientes p. 238.
p. 356. n. 63. obeuncia p. 222.
n. 66. oppanso p. 224
n. 94. offa p. 226.
p. 357. n. 103. omentum p. 227.
n. 4. obsessus p. 222.
n. 12. obt p. 225.
n. 18. oblecta p. 223.
n. 19. obsit p. 224.
n. 30. obilem p. 222.
p. 358. n. 42. omentum p. 227.
n. 53. opus p. 229.
n. 55. oportunus p. 228.
n. 17. promserit p. 249.
p. 359. n. 40. paludamentum p. 231.
n. 41. pellexarat p. 236
n. 61. produellium p. 237.
n. 71. patravit p. 233.
p. 360. n. 104. perpetram p. 238.
n. 106. plectator p. 242
n. 112. petalum p. 240.
n. 120. pugis p. 231.
n. 134. lucerna p. 236.
p. 361. n. 167. proculum p. 240.
n. 190. pedo p. 235.
n. 208. prostringium p. 246.
p. 362. n. 240. pollinator p. 243.
n. 248. pipant p. 241.
p. 363. n. 282. palliurus p. 231.
n. 303. puba p. 253.
n. 305. puberis p. 253.
n. 312. proculum p. 240.
n. 318. praestullit p. 246.
n. 327. promptuaria p. 249.
n. 332. pronixneta p. 251.
n. 335. pullantes p. 253.
n. 342. plectrum p. 242.
n. 344. plagarius p. 243.
p. 364. n. 350. praestrigiae p. 246.
n. 373. pauculus p. 234.
n. 383. pollen p. 243.
n. 402. perperimus p. 239.
n. 405. petulans p. 240.
n. 409. pelicius p. 240.
n. 412. pessuma p. 240.
p. 365. n. 423. peplum p. 237.
n. 7. patrate p. 233.

Utitur, fruitur, nascitur.
Utpote, ut forsitan, ut quomodo.
Ut quomodo, ut potest.
255. Ut reor, ut arbitror.
Utrique, ex ambobus partibus.
Utrubi, ubique.
Utrubique, undique.
Utrumque, quin autem.
260. Ubidum, ruscidum, humidum.
Vultuosus, tristis.
Vultus, aspectus, facies.

252. L. nanciscitur cf. supra nanciscitur fruitur.
256. L. utrimque, ex ambabus.
257. utrubi perperam explicatum est; est enim utro in loco.
259. cf. supra v. quin autem.
260. L. uvidum, roscidum, humidum.
261. Idem extat I. p. 697. n. 39. VIII. p. 623. A. p. 386. n. 45. vultuosus, tristis, vultibus. P. v. contristatus, vultu tristis.

# Y.

1. Ydris, aquaticus.
Ydria, urna.
Ylidri, serpentes, aquatici.
Ymmum, laudem, canticam.
5. Yprocrissis, similitudo.
Ypocrita, similator id est qui aliud loquitur et aliud facit vel cogitat.
Ypothea, universa substantia.

1. L. Hydrius Aquarius. cf. Prudent. Apoth. 622. Labitur hinc pulsus puer Hydrius, inde Sagitta. Hydrius puer est Aquarius, coeleste sidus.
3. L. hydrae s. a. VIII. p. 630. ydra serpens aquaticus, ab ὕδωρ .i. ab aqua.
4. L. hymnum, laudem, canticum. VIII. p. 630. ymnus, laus.
5. L. hypocrisis, similatio et n. 6. hypocrita.
7. L. hypotheca.

# Z.

1. Zefirus, ventus, faronius.
Zelum, emolatio, invidia, livor.
Zona, cingulum, balteum.

1. L. zephyrus v. Favonius.
2. L. aemulatio. Hoc zelum etiam in usu fuisse praeter hanc glossam testatur VIII. p. 631. hoc zelum, i, unde zelor seqq., quod nota.

# I.

## Index vocabulorum

quae in glossarum editionibus, in du Cang. glossario, et lexicis non extant aut inusitata significatione leguntur (ex S. Germ., Amplon., Maii, Papiae glossis et hoc glossar. ab editore collecta).

# II.

## Index scriptorum

### qui a me in h. l. emendati sunt.

p. 340. n. 133 ingruerit p. 176.
n. 149. inuum p. 186.
n. 151. intestubilis p. 184.
n. 153. incessum p. 168.
n. 3. idiota p. 164
n. 19. inormis p. 178.
p. 341. n. 26. inpotest p. 166.
n. 29. induciae p. 178.
n. 31. incentium p. 168.
n. 32. inbrevia p. 167.
n. 35. invisice p. 175.
n. 52. ingraminat p. 176.
n. 69. inposteras p. 166.
p. 342. n. 22. impositura p. 166.
n. 52. infestus p. 175.
p. 343. n. 75. infectio p. 174.
n. 87. indemnitas p. 171.
p. 344. n. 30. lutum p. 201.
p. 345. n. 66. laquearia p. 190
n. 95. levigantes p. 194.
n. 101. lucar p. 198.
p. 346. n. 124. lancinat p. 188.
n. 148. lirantes p. 197.
n. 151. lemuriae p. 196.
p. 347. n. 14. lavescit p. 187.
n. 15. larva p. 191.
n. 17. lacerti p. 189
n. 18. lar p. 190.
n. 31. lapsantem p. 188.
n. 60. lactus p. 197.
p. 348. n. 77. lupiraria p. 200.
n. 8. lapicina p. 190
n. 20. lacebrosus p. 191.
n. 45. languis p. 190.
n. 47. lepus p. 194.
p. 349. n. 19. merotis p. 207.
n. 24. medemnium p. 207.
n. 32. mulgatores p. 212.
p. 351. n. 106. mergite p. 208.
n. 115. melops p. 207.
n. 119. missicus p. 209.
n. 124. mutilat p. 214.
n. 126. mulgatores p. 212.
n. 130. murrat p. 214.
n. 132. muricae p. 213.
n. 142. musitat p. 214.
n. 149. manuale p. 205.
n. 152. moloseus p. 207.
n. 153. mercharius p. 208.
n. 156. merge p. 208.
n. 159. mergisco p. 214.
n. 160. metalla p. 206.
n. 2. mapalia p. 206.
p. 352. n. 18. manuelem p. 205.
n. 20. mappalia p. 206.
n. 32. mensuum p. 208.
n. 33. meat p. 207.
n. 35. mercenarius p. 208.
n. 39. menstrae p. 208.
n. 41. meditullio p. 207.
n. 57. misile p. 209.
p. 353. n. 71. momentum p. 211.
n. 74. munia p 210.
n. 80. minuit p. 214.
p. 353. n. 84. mulgatores p. 212.
n. 89. murgisi p. 214.
p. 354. n. 42. navat p. 215.
n. 47. naudinam p. 221.
n. 52. nugas p. 220.
n. 55. navita p. 216.
n. 56. navare p. 215.
n. 59. nario p. 215.
n. 64. nectit p. 218.
n. 67. nebulo p. 216.
n. 69. nitelli p. 219.
n. 78. nob. p. 219.
n. 81. nuit p. 221.
n. 5. navilis p. 216.
n. 10. nenias p. 218.
n. 11. neomemium p. 218.
p. 355. n. 14. nevula p. 216.
n. 9. operientes p. 238.
p. 356. n. 63. obeuncia p. 222.
n. 66. oppanso p. 224
n. 94. offa p. 226.
p. 357. n. 103. omentum p. 227.
n. 4. obsessus p. 222.
n. 12. obt p. 225.
n. 18. oblecta p. 223.
n. 19. obsit p. 224.
n. 30. obilem p. 222.
p. 358. n. 42. omentum p. 227.
n. 53. opus p. 229.
n. 55. oportunus p. 228.
n. 17. promserit p. 249.
p. 359. n. 40. paludamentum p. 231.
n. 41. pellexarat p. 236
n. 61. produellium p. 237.
n. 71. patravit p. 233.
p. 360. n. 104. perpetram p. 238.
n. 106. plectator p. 242
n. 112. petalum p. 240.
n. 120. pugis p. 231.
n. 134. lucerna p. 236.
p. 361. n. 167. proculum p. 240.
n. 190. pedo p. 235.
n. 208. prostringium p. 246.
p. 362. n. 240. pollinator p. 243.
n. 248. pipant p. 241.
p. 363. n. 282. palliurus p. 231.
n. 303. puba p. 253.
n. 305. puberis p. 253.
n. 312. proculum p. 240.
n. 318. praestullit p. 246.
n. 327. promptuaria p. 249.
n. 332. pronixneta p. 251.
n. 335. pullantes p. 253.
n. 342. plectrum p. 242.
n. 344. plagarius p. 242.
p. 364. n. 350. praestrigiae p. 246.
n. 373. panculus p. 234.
n. 383. pollen p. 243.
n. 402. perperimus p. 239.
n. 405. petulans p. 240.
n. 409. pelicius p. 240.
n. 412. pessuma p. 240.
p. 365. n. 423. peplum p. 237.
n. 7. patrate p. 233.

Gloss. Arabicae [ed. Vulc. a. MDC].

p. 701. n. 53. babier p. 25.
p. 702. n. 2. bibla p. 30.
n. 7. biberius p. 30.
n. 23. calio p. 40.
n. 25. caballatrium p. 39.
n. 27. caltulum p. 40.
p. 703. n. 12. cimiento p. 49.
n. 15. cinnus p. 52.
p. 704. n. 10. devotus p. 102.
p. 706. n. 56. licinius p. 199.
p. 708. n. 38. patros p. 234.
p. 710. n. 23. titubo p. 284.
n. 41. veretium p. 291.

Glossae Isidori [ed. Vulc. MDC].

p. 667. n. 15. aculus p. 12.
n. 59. anaet p. 8.
p. 668. n. 17. assecula p. 36.
n. 52. anxiferis p. 18.
p. 669. n. 9. auctoratio p. 22.
n. 20. adsecula p. 4.
n. 49. adseclae p. 4.
p. 670. n. 32. bamber p. 27.
n. 41. baldiosus p. 33.
n. 45. brunda p. 36.
n. 50. bargines p. 28.
p. 671. n. 3. bustum p. 38.
n. 4. butam p. 38.
n. 20. bilvus p. 162.
n. 30. brastrat p. 35.
p. 672. n. 2. baruo p. 28.
n. 12. brutus p. 36.
n. 23. choraula p. 80.
n. 32. caerulus p. 51.
n. 35. circulator p. 53.
n. 59. curio p. 89.
p. 673. n. 18. canier p. 44.
n. 27. cantricula p. 47.
n. 38. citix p. 52.
n. 53. comitiae p. 61.
p. 674. n. 13. crematum p. 69.
n. 48. callorus p. 42.
p. 675. n. 9. cnios p. 52.
n. 13. clavosum p. 55.
n. 41. cavillator p. 39.
n. 42. catricula p. 47.
n. 43. caules p. 48.
p. 676. n. 19. cripta p. 86.
n. 20. cubio p. 86.
n. 29. caldicum p. 92.
n. 47. diplomum p. 107.
n. 58. decurio p. 93.
p. 677. n. 15. devolo p. 102.
n. 30. destitudo p. 100.
p. 678. n. 19. ergastula p. 129.
n. 24. ergat p. 129.
n. 36. eligiis p. 125.
p. 679. n. 6. emedium p. 129.
n. 9. escit p. 130.
n. 36. experti p. 134.
p. 679. n. 42. exminutare p. 136.
p. 680. n. 9. forceps p. 148.
n. 18. fiscellus p. 144.
p. 681. n. 10. fisens p. 144.
n. 27. gunbat p. 156.
n. 42. gemini p. 153.
n. 45. genubium p. 154.
p. 682. n. 51. indubies p. 172.
n. 52. induxit p. 172.
n. 54. ingraminat p. 176.
p. 683. n. 4. inabstinentes p. 166.
n. 7. infaria p. 174.
n. 16. ingraminat p. 176
n. 31. iogunium p. 185.
n. 53. induxit p. 172.
n. 57. inesis p. 174.
p. 684. n. 36. libatorium p. 200.
n. 41. lanistra p. 190.
n. 47. lustro p. 200.
n. 55. licini p. 199.
p. 685. n. 4. largens p. 190.
n. 24. lixae p. 198.
n. 48. limulla p. 191.
p. 686. n. 51. matum p. 202.
p. 687. n. 49. natura p. 216.
n. 53. norax p. 278.
n. 54. nabita p. 216
p. 688. n. 11. nauricus p. 216.
n. 59. opersolatio p. 223.
p. 689. n. 5. obilat p. 223.
n. 6. oblogat p. 222.
n. 37. panera p. 231.
n. 38. panegyricus p. 231.
n. 40. panora p. 231.
p. 690. n. 24. pulvinceria p. 253.
n. 40. palteam p. 231.
n. 46. pileum p. 241.
p. 691. n. 16. patibulum p. 234.
n. 22. palax p. 235.
p. 693. n. 2. repluentibus p. 259.
n. 4. revidare p. 261.
n. 5. revidia p. 262.
n. 11. runata p. 264.
n. 14. rupa p. 264.
n. 21. randum p. 260.
n. 49. scripula p. 268.
n. 50. sector p. 270.
p. 694. n. 3. stigina p. 275.
n. 13. sortinidus p. 274.
n. 54. savium p. 267.
p. 696. n. 48. tames p. 281.
n. 50. tabae p. 281.
p. 697. n. 33. viticus p. 292.
p. 698. n. 18. valgis p. 289.

Gloss. Labbaei [MDCLXXIX].

p. 17. armicustos p. 20.
p. 19. auclator p. 12.
p. 20. austerus p. 24.
p. 23. brucus p. 36.
bucerum p. 36.
bustum p. 38.

p. 23. caballarius p. 89.
p. 25. calpitur p. 40.
p. 31. clitelia p. 55.
p. 33. comesor p. 60.

Glossae Maii [Tom. VI].

p. 505. agaso p. 6.
p. 506. alebre p. 6.
alectat p. 7.
abtruncat p. 7.
p. 507. annatantem p. 7.
angit p. 11.
p. 509. arbor p. 15.
arida p. 18.
armites p. 18.
actui p. 24.
p. 510. auctoratio p. 22.
auspicari p. 24.
aurago p. 25.
bambis p. 27.
bacunis p. 27.
p. 511. bonus sonus p. 34.
brabeuta p. 35.
p. 512. bumbum p. 34.
bruda p. 36.
buceriae p. 36.
bucerum p. 36.
camba p. 43.
p. 513. callidus p. 42.
p. 514. cavillus p. 39.
carissa p. 44.
caposus p. 45.
cassabundus p. 46.
cassum p. 47.
p. 515. cinni p. 52.
p. 516. civicat p. 54.
p. 517. coniecit p. 69.
p. 521. diffitent p. 105.
p. 522. edacio p. 120.
edentat p. 120.
effuit p. 122.
egerimus p. 123.
eiectat p. 124.
ellum p. 124.
p. 523. esseda p. 129.
execreat p. 131.
p. 524. facessit p. 137.
farsa p. 139.
fasta p. 139.
forceps p. 139.
p. 525. flarum p. 145.
galeros p. 145.
garro p. 152.
glarea p. 156.
p. 526. graie p. 157.
hami p. 160.
herma p. 160.
hebeatus p. 161.
hersiti p. 161.
hiscere p. 162.
p. 527. hostiat p. 163.
identidem p. 164.
ilicet p. 165.
incultu p. 165.
incentiva p. 168.
indipescare p. 170.
p. 528. infens p. 175.
inhininans p. 176.
p. 529. impubens p. 180.
p. 530. invidiae p. 175.
lavescit p. 187.
lacerti p. 188.
lacessere p. 189.
p. 531. labae p. 187.
laturorum p. 192.
laena p. 193.
lecebra p. 193.
lenocinio p. 194.
lenona p. 194.
licibus p. 199.
laxis p. 201.
lemba p. 201.
p. 532. lucus p. 198.
licini p. 199.
lustrum p. 200.
p. 533. meto p. 209.
p. 534. mutilum p. 214.
nativum p. 216.
navales p. 219.
p. 535. nitura p. 216.
nuit p. 221.
p. 536. obulatum p. 222.
obscenum p. 224.
offectus p. 226.
offibebant p. 226.
ob re p. 227.
p. 537. opsolutus p. 224.
omax p. 227.
p. 538. pansum p. 232.
parasitans p. 232
patrat p. 233.
d. 539. propexit p. 236.
pertitus p. 237.
perduellium p. 237
pessuma p. 240.
p. 540. pollit p. 243.
pollinotores p. 243
p. 542. propaga p. 250.
propedie p. 250.
progenitalia p. 254
quantoocius p. 254.
quietum p. 255.
p. 543. reblat p. 257.
rebiam p. 260.
respida p. 261.
retorridus p. 261.
rupea p. 264.
p. 544. salebra p. 265.
saviator p. 267.
salebra p. 265.
p. 545. sirulus p. 271.
simotas p. 272.
spiri p. 274.
speratu p. 274.
stigmata p. 275.
p. 546. stronicis p. 276.

Utitur, fruitur, nascitur.
Utpote, ut forsitan, ut quomodo.
Ut quomodo, ut potest.
255. Ut reor, ut arbitror.
Utrique, ex ambobus partibus.
Utrubi, ubique.
Utrubique, undique.
Utrumque, quin autem.
260. Ubidum, ruscidum, humidum.
Vultuosus, tristis.
Vultus, aspectus, facies.

252. L. nanciscitur cf. supra nanciscitur fruitur.
256. L. utrimque, ex ambabus.
257. utrubi perperam explicatum est; est enim utro in loco.
259. cf. supra v. quin autem.
260. L. uvidum, roscidum, humidum.
261. Idem extat I. p. 697. n. 39. VIII. p. 623. A. p. 386. n. 45. vultuosus, tristis, vultibus. P. v. contristatus, vultu tristis.

---

## Y.

1. Ydris, aquaticus.
Ydria, urna.
Ylidri, serpentes, aquatici.
Ymmum, laudem, canticam.
5. Yprocrissis, similitudo.
Ypocrita, similator id est qui aliud loquitur et aliud facit vel cogitat.
Ypothea, universa substantia.

1. L. Hydrius Aquarius. cf. Prudent. Apoth. 622. Labitur hinc pulsus puer Hydrius, inde Sagitta. Hydrius puer est Aquarius, coeleste sidus.
3. L. hydrae s. a. VIII. p. 630. ydra serpens aquaticus, ab ὕδωρ .i. ab aqua.
4. L. hymnum, laudem, canticum. VIII. p. 630. ymnus, laus.
5. L. hypocrisis, similatio et n. 6. hypocrita.
7. L. hypotheca.

---

## Z.

1. Zefirus, ventus, faronius.
Zelum, emolatio, invidia, livor.
Zona, cingulum, balteum.

1. L. zephyrus v. Favonius.
2. L. aemulatio. Hoc zelum etiam in usu fuisse praeter hanc glossam testatur VIII. p. 631. hoc zelum, i, unde zelor seqq., quod nota.

# I.

## Index vocabulorum

**quae in glossarum editionibus, in du Cang. glossario, et lexicis non extant aut inusitata significatione leguntur (ex S. Germ., Amplon., Maii, Papiae glossis et hoc glossar. ab editore collecta).**

# II.

## Index scriptorum

### qui a me in h. l. emendati sunt.

p. 266. n. 26. abusitatus p. 2.
n. 52. abiit p. 23.
n. 59. abtemius p. 2.
n. 82. acnonitus p. 3.
p. 267. n. 85. acidus p. 3.
p. 268. n. 174. aemulus p. 5.
n. 175. aeneatores p. 5.
n. 179. aegiatores p. 5.
n. 187. Aethiopum p. 14.
n. 193. agrippago p. 6.
n. 196. agaso p. 6.
n. 199. agasones p. 6.
p. 269. n. 245 amendat p. 8.
n. 249. amanet p. 8.
n. 257. amaratha p. 10.
p. 270. n. 277. anthlia p. 12.
n. 297. apricitas p. 14.
n. 300. aprica p. 14.
n. 324. arietat p. 18.
n. 327. armata p. 20.
p. 271. n. 334. argata p. 20.
n. 336. asper p. 24.
n. 351. avenat p. 23.
n. 362. averrat p. 23.
n. 363. avitum p. 24.
n. 364. aveta p. 74.
n. 7. aborigo p. 2.
p. 272. n. 71. aestu p. 5.
n. 80. aeneator p. 5.
p. 273. n. 144. anxicia p. 14.
p. 274. n. 117. apertilis p. 13.
n. 208. arquatus p. 25.
p. 275. n. 224. asilus p. 20.
n. 233. attentus p. 17.
n. 245. auctoratius p. 23.
n. 250. auritus p. 24.
n. 255. austernalis p. 24.
p. 277. n. 5. baccillatea p. 26.
n. 11. bascarides p. 29.
n. 93. bassaudes p. 29.
n. 110. bibilus p. 30.
n. 113. bîdinium p. 30.
n. 115. bibaria p. 30.
n. 116. bibarius p. 30.
n. 120. bisulcum p. 31.
n. 121. bornus p. 34.
n. 124. bobinatores p. 33.
n. 135. bombus p. 34.
p. 278. n. 17. bacerius p. 28.
n. 29. bilinguis p. 31.
n. 31. bibarius p. 31.
n. 35. bimatur p. 31.
n. 51. boeri p. 33.
n. 52. bobinatores p. 33.
n. 65. brunda p. 36.
n. 70. buceria p. 36.
n. 74. barathum p. 37.
p. 279. n. 6. bargus p. 28.
n. 7. bargus p. 28.
n. 40. bilis p. 31.
n. 57. bradium p. 35.
n. 63. bravebita p. 35.
p. 280. n. 1. conisma p. 164.
n. 4. contribulus p. 78.
p. 280. n. 20. cudat p. 86.
n. 42. calpes p. 43.
n. 54. causo p. 64.
n. 60. consternantem p. 74.
p. 281. n. 83. consulens p. 73.
n. 118. ciebio p. 52.
p. 282. n. 139. cacula p. 41.
n. 152. clivium p. 55.
n. 170. cripta p. 86.
p. 283. n. 221. calla p. 59.
p. 284. n. 295. coalescunt p. 57.
p. 285. n. 364. calculum p. 40.
n. 373. cauponula p. 64.
n. 385. céssios p. 51.
n. 387. calones p. 42.
n. 396. caplosus p. 45.
n. 397. caudius p. 43.
p. 286. n. 14. capulum p. 40.
n. 16. cachinus p. 41.
n. 21. carres p. 47.
n. 24. caplosus p. 40.
n. 25. caudex p. 47.
n. 27. caudius p. 43.
n. 32. capillatur p. 39.
n. 36. capillus p. 39.
n. 38. caducarius p. 35.
n. 39. carpdis p. 51.
n. 48. cavilla p. 39.
n. 49. cerula p. 51.
p. 287. n. 101 censius p. 51.
n. 112. circulator p. 53.
n. 132. cunabula p. 87.
p. 288. n. 166. cohibetur p. 59.
n. 264. collui p. 76.
p. 289. n. 205. commulcavit p. 71.
n. 212. conicies p. 69.
n. 226. compliat p. 63.
n. 228. convexio p. 79.
n. 233. conibo p. 68.
n. 237. conlivum p. 69.
n. 245. complodere p. 63.
n. 247. convecti p. 68.
n. 250. conglobat p. 68.
n. 259. constet p. 74.
n. 261. coniventia p. 68.
n. 263. conlectura. p. 69.
n. 265. confestus p. 66.
n. 266. conputem p. 280.
n. 287. contagies p. 76.
p. 290. n. 1. cacula p. 41.
n. 271. couclavia p. 65.
n. 275. compendinatio p. 71.
n. 276. consecramus p. 72.
n. 279. capula p. 82.
n. 280. crepida p. 84.
n. 281. cratera p. 55.
n. 286. crebruit p. 84.
n. 291. cratenses p. 82.
n. 295. crumina p. 85.
n. 301. cumulcat p. 71.
n. 303. cumulus p. 87.
n. 316. culleum p. 87.
p. 291. n. 7. cada p. 41.
n. 13. caventia p. 44.

p. 365. n. 15. pansat p. 232.
n. 19. parasintul p. 232.
n. 22. palus p. 234.
n. 26. patrat p. 233.
p. 366. n. 55. peculantes p. 240.
n. 56. peristromata p. 238.
n. 67. perorgium p. 238.
n. 68. perpexas p. 239.
n. 74. persola p. 239.
n. 80. percitata p. 237.
n. 84. perscius p. 239.
p. 367. n. 95. pesuma p. 240.
n. 107. pedisecus p. 237.
n. 121. pistrix p. 242.
n. 135. plextrum p. 242.
n. 142. porgere p. 253.
p. 368. n. 146. poverat p. 253.
n. 156. praepagmen p. 246.
n. 172. promontoria p. 249.
n. 178. proculum p. 240.
n. 189. proxineta p. 251.
n. 190. pronuba p. 250.
n. 195. pronixeta p. 251.
p. 369. n. 212. pruina p. 252.
n. 216. pubae p. 208.
n. 218. puerperium p. 252.
n. 223. pubes p. 253.
n. 224. polimio p. 235.
n. 27. quaerulus p. 255.
p. 370. n. 42. quinporro p. 255.
n. 9. quisquilias p. 256,
n. 10. quousque p. 256.
p. 371. n. 43. rudus p. 263.
n. 76. rurigenus p. 264.
n. 77. ruscidum p. 264.
n. 85. redoluit p. 259.
n. 93. receptaculum p. 258.
p. 372. n. 98. rethibet p. 259.
n. 105. raidum p. 260.
n. 9. racimus p. 257.
n. 16. reboat p. 258.
n. 22. revereor p. 260.
n. 24. residas p. 261.
n. 29. reviam p. 260.
n. 33. rethinet p. 259.
n. 35. reciprocum p. 258.
n. 39. reucluere p. 258.
n. 41. recidiviva p. 258.
p. 373. n. 48. repagulum p. 261.
n. 59. rinatur p. 262.
n. 61. ringitur p. 262.
n. 62. rictus p. 262.
n. 69. rugum p. 263.
n. 71. rupia p. 264.
n. 24. sugillatum p. 279.
p. 374. n. 37. stroffa p. 277.
n. 39. splenae p. 275.
n. 40. subsicivum p. 278.
n. 56. sambicus p. 266.
p. 375. n. 111. saburra p. 265.
p. 376. n. 163. spurius p. 275.
n. 179. stropham p. 277.
n. 181. salaris p. 265.
p. 376. n. 189. stipis p. 276.
n. 196. sons p. 273.
n. 198. sabiatur p. 267.
n. 206. stigmata p. 276.
p. 377. n. 269. succens p. 278.
n. 274. sudesititione p. 278.
n. 277. summata p. 275.
p. 378. n. 284. subfragus p. 279.
n. 293. soltum p. 273.
n. 301. spidis p. 274.
n. 308. stemma p. 276.
n. 314. stinla p. 277.
n. 331. sodum p. 278.
p. 379. n. 362. scevus p. 268.
n. 375. socorde p. 272.
n. 2. sarc p. 266.
n. 5. sablo p. 265.
n. 7. sabiatur p. 267.
n. 8. sagiliavit p. 279.
n. 28. scaurum p. 267.
p. 380. n. 41. serculum p. 271.
n. 72. stigmata p. 272.
p. 381. n. 24. torrevit p. 285.
n. 49. tiaras p. 284.
n. 57. tumulentus p. 283.
p. 382. n. 131. tegrum p. 283.
n. 138. tenore p. 283.
p. 383. n. 161. tramitem p. 285.
n. 162. tritonia p. 286.
n. 164. tunditantes p. 285.
n. 168. tereomata p. 285.
n. 177. tedae p. 282.
n. 189. turbinae p. 287.
n. 190. talionem p. 282.
n. 192. talio p. 282.
n. 195. talatrus p. 281.
n. 2. tudantes p. 285.
n. 2. viber p. 293.
n. 5. veretrum p. 291.
p. 384. n. 58. varicat p. 289.
p. 385. n. 82. vetusta p. 291.
n. 86. veritim p. 293.
n. 87. veritim p. 293.
n. 90. venec p. 290.
n. 105. vadimonium p. 288.
n. 107. veneno p. 290.
n. 100. vagurrit p. 288.
n. 112. verbonutus p. 291.
n. 117. verrunt p. 291.
n. 118. veluti p. 291.
n. 123. vena p. 291.
n. 129. vilicat p. 292.
n. 133. villicat p. 292.
n. 136. voleat p. 294.
n. 139. volut p. 295.
p. 386. n. 7. vadit p. 288.
n. 11. vale p. 289.
n. 15. vesper p. 291.
n. 31. vinciscitur p. 294.
n. 36. vilicus p. 292.
n. 41. vorri p. 295.
n. 47. uligo p. 294.
n. 48. ulcitur p. 294.

**Gloss. Arabicae [ed. Vulc. a. MDC].**

p. 701. n. 58. babier p. 25.
p. 702. n. 2. bibla p. 30.
n. 7. biberius p. 30.
n. 23. calio p. 40.
n. 25. caballatrium p. 39.
n. 27. caltulum p. 40.
p. 703. n. 12. cimiento p. 49.
n. 15. cinnus p. 62.
p. 704. n. 10. devotus p. 102.
p. 706. n. 56. licinius p. 199.
p. 708. n. 38. patros p. 234.
p. 710. n. 23. titube p. 284.
n. 41. veretium p. 291.

**Glossae Isidori [ed. Vulc. MDC].**

p. 667. n. 15. aculus p. 12.
n. 59. annet p. 8.
p. 668. n. 17. assecula p. 36.
n. 52. anxiferis p. 13.
p. 669. n. 9. auctoratio p. 22.
n. 20. adsecula p. 4.
n. 49. adseclae p. 4.
p. 670. n. 32. bamber p. 27.
n. 41. baldiosus p. 33.
n. 45. brunda p. 36.
n. 50. bargines p. 28.
p. 671. n. 3. bustum p. 38.
n. 4. butam p. 38.
n. 20. bilvus p. 162.
n. 30. brastrat p. 35.
p. 672. n. 2. baruo p. 28.
n. 12. brutus p. 36.
n. 23. choraula p. 80.
n. 32. caerulus p. 51.
n. 35. circulator p. 53.
n. 59. curio p. 89.
p. 673. n. 18. canier p. 44.
n. 27. cantricula p. 47.
n. 38. citix p. 52.
n. 53. comitiae p. 61.
p. 674. n. 13. crematum p. 69.
n. 48. callorus p. 42.
p. 675. n. 9. cnios p. 52.
n. 13. clavosum p. 55.
n. 41. cavillator p. 39.
n. 42. catricula p. 47.
n. 43. caules p. 48.
p. 676. n. 19. cripta p. 86.
n. 20. cubio p. 86.
n. 29. caldicum p. 92.
n. 47. diplomum p. 107.
n. 58. decurio p. 93.
p. 677. n. 15. devolo p. 102.
n. 30. destitudo p. 100.
p. 678. n. 19. ergastula p. 129.
n. 24. ergat p. 129.
n. 36. eligiis p. 125.
p. 679. n. 6. emedium p. 129.
n. 9. escit p. 130.
n. 36. experti p. 134.
p. 679. n. 42. exminutare p. 136.
p. 680. n. 9. forceps p. 146.
n. 18. fiscellus p. 144.
p. 681. n. 10. fiseus p. 144.
n. 27. guabat p. 156.
n. 42. gemini p. 153.
n. 45. genubium p. 154.
p. 682. n. 51. indubies p. 172.
n. 52. induxit p. 172.
n. 54. ingraminat p. 176.
p. 683. n. 4. inabstinentes p. 166.
n. 7. infaria p. 174.
n. 16. ingraminat p. 176
n. 31. iogunium p. 185.
n. 53. induxit p. 172.
n. 57. inesis p. 174.
p. 684. n. 36. libatorium p. 200.
n. 41. lanistra p. 190.
n. 47. lustro p. 200.
n. 55. licini p. 199.
p. 685. n. 4. largens p. 190.
n. 24. lixae p. 198.
n. 48. limulla p. 191.
p. 686. n. 51. matum p. 202.
p. 687. n. 49. natura p. 216.
n. 53. norax p. 273.
n. 54. nabita p. 216
p. 688. n. 11. nauricus p. 216.
n. 59. opersolatio p. 223.
p. 689. n. 5. obilat p. 223.
n. 6. oblogat p. 222.
n. 37. panera p. 231.
n. 38. panegyricus p. 231.
n. 40. panora p. 231.
p. 690. n. 24. pulvinceria p. 253.
n. 40. palteam p. 231.
n. 46. pileum p. 241.
p. 691. n. 16. patibulum p. 234.
n. 22. palax p. 235.
p. 693. n. 2. repluentibus p. 259.
n. 4. revidare p. 261.
n. 5. revidia p. 262.
n. 11. runata p. 264.
n. 14. rupa p. 264.
n. 21. randum p. 260.
n. 49. scripula p. 268.
n. 50. sector p. 270.
p. 694. n. 3. stigina p. 275.
n. 13. sortinidus p. 274.
n. 54. savium p. 267.
p. 696. n. 48. tames p. 281.
n. 50. tabae p. 281.
p. 697. n. 33. vitricus p. 292.
p. 698. n. 18. valgis p. 289.

**Gloss. Labbaei [MDCLXXIX].**

p. 17. armicustos p. 20.
p. 19. auclator p. 12.
p. 20. austerus p. 24.
p. 23. brucus p. 36.
bucerum p. 36.
bustum p. 38.

p. 23. caballarius p. 89.
p. 25. calpitur p. 40.
p. 31. clitelia p. 55.
p. 33. comesor p. 60.

Glossae Maii [Tom. VI].

p. 505. agaso p. 6.
p. 506. alebre p. 6.
alectat p. 7.
abtruncat p. 7.
p. 507. annatantem p. 7.
angit p. 11.
p. 509. arbor p. 15.
arida p. 18.
armites p. 18.
actui p. 24.
p. 510. auctoratio p. 22.
auspicari p. 24.
aurago p. 25.
bambis p. 27.
bacunis p. 27.
p. 511. bonus sonus p. 34.
brabeuta p. 35.
p. 512. bumbum p. 34.
bruda p. 36.
buceriae p. 36.
bucerum p. 36.
camba p. 43.
p. 513. callidus p. 42.
p. 514. cavillus p. 39.
carissa p. 44.
caposus p. 45.
cassabundus p. 46.
cassum p. 47.
p. 515. cinni p. 52.
p. 516. civicat p. 54.
p. 517. coniecit p. 69.
p. 521. diffitent p. 105.
p. 522. edacio p. 120.
edentat p. 120.
effuit p. 122.
egerimus p. 123.
eiectat p. 124.
ellum p. 124.
p. 523. esseda p. 129.
execreat p. 131.
p. 524. facessit p. 137.
farsa p. 139.
fasta p. 139.
forceps p. 139.
p. 525. flarum p. 145.
galeros p. 145.
garro p. 152.
glarea p. 156.
p. 526. graie p. 157.
hami p. 160.
herma p. 160.
hebeatus p. 161.
hersiti p. 161.
hiscere p. 162.
p. 527. hostiat p. 163.
identidem p. 164.
ilicet p. 165.
incultu p. 165.
incentiva p. 168.
indipescare p. 170.
p. 528. infens p. 175.
inhininans p. 176.
p. 529. impubens p. 180.
p. 530. invidiae p. 175.
lavescit p. 187.
lacerti p. 188.
lacessere p. 189.
p. 531. labae p. 187.
laturorum p. 192.
laena p. 193.
lecebra p. 193.
lenocinio p. 194.
lenona p. 194.
licibus p. 196.
laxis p. 201.
lemba p. 201.
p. 532. lucus p. 198.
licini p. 199.
lustrum p. 200.
p. 533. meto p. 209.
p. 534. mutilum p. 214.
nativum p. 216.
navales p. 219.
p. 535. nitura p. 216.
nuit p. 221.
p. 536. obulatum p. 222.
obscenum p. 224.
offectus p. 226.
offibebant p. 226.
ob re p. 227.
p. 537. opsolutus p. 224.
omax p. 227.
p. 538. pansum p. 232.
parasitans p. 232
patrat p. 233.
d. 539. propexit p. 236.
pertitus p. 237.
perduellium p. 237
pessuma p. 240.
p. 540. pollit p. 243.
pollinotores p. 243
p. 542. propaga p. 250.
propedie p. 250.
progenitalia p. 254
quantoocius p. 254.
quietum p. 255.
p. 543. reblat p. 257.
rebiam p. 260.
respida p. 261.
retorridus p. 261.
rupea p. 264.
p. 544. salebra p. 265.
saviator p. 267.
salebra p. 265.
p. 545. sirulus p. 271.
simotas p. 272.
spiri p. 274.
speratu p. 274.
stigmata p. 275.
p. 546. stronicis p. 276.

Utitur, fruitur, nascitur.
Utpote, ut forsitan, ut quomodo.
Ut quomodo, ut potest.
255. Ut reor, ut arbitror.
Utrique, ex ambobus partibus.
Utrubi, ubique.
Utrubique, undique.
Utrumque, quin autem.
260. Ubidum, ruscidum, humidum.
Vultuosus, tristis.
Vultus, aspectus, facies.

252. L. nanciscitur cf. supra nanciscitur fruitur.
256. L. utrimque, ex ambabus.
257. utrubi perperam explicatum est; est enim utro in loco.
259. cf. supra v. quin autem.
260. L. uvidum, roscidum, humidum.
261. Idem extat I. p. 697. n. 39. VIII. p. 623. A. p. 386. n. 45. vultuosus, tristis, vultibus. P. v. contristatus, vultu tristis.

# Y.

1. Ydris, aquaticus.
Ydria, urna.
Ylidri, serpentes, aquatici.
Ymmum, laudem, canticum.
5. Yprocrissis, similitudo.
Ypocrita, similator id est qui aliud loquitur et aliud facit vel cogitat.
Ypothea, universa substantia.

1. L. Hydrius Aquarius. cf. Prudent. Apoth. 622. Labitur hinc pulsus puer Hydrius, inde Sagitta. Hydrius puer est Aquarius, coeleste sidus.
3. L. hydrae s. a. VIII. p. 630. ydra serpens aquaticus, ab ὕδωρ .i. ab aqua.
4. L. hymnum, laudem, canticum. VIII. p. 630. ymnus, laus.
5. L. hypocrisis, similatio et n. 6. hypocrita.
7. L. hypotheca.

# Z.

1. Zefirus, ventus, faronius.
Zelum, emolatio, invidia, livor.
Zona, cingulum, balteum.

1. L. zephyrus v. Favonius.
2. L. aemulatio. Hoc zelum etiam in usu fuisse praeter hanc glossam testatur VIII. p. 631. hoc zelum, i, unde zelor seqq., quod nota.

# I.

## Index vocabulorum

**quae in glossarum editionibus, in du Cang. glossario, et lexicis non extant aut inusitata significatione leguntur (ex S. Germ., Amplon., Maii, Papiae glossis et hoc glossar. ab editore collecta).**

# III.

## Index scriptorum

### qui a me in h. l. emendati sunt.

p. 266. n. 26. abusitatus p. 2.
n. 52. abiit p. 23.
n. 59. abtemius p. 2.
n. 82. acnonitus p. 3.
p. 267. n. 85. acidus p. 3.
p. 268. n. 174. aemulus p. 5.
n. 175. aeneatores p. 5.
n. 179. aegiatores p. 5.
n. 187. Aethiopum p. 14.
n. 193. agrippago p. 6.
n. 196. agaso p. 6.
n. 199. agasones p. 6.
p. 269. n. 215 amendat p. 8.
n. 249. amanet p. 8.
n. 257. amaratha p. 10.
p. 270. n. 277. anthlia p. 12.
n. 297. apricitas p. 14.
n. 300. aprica p. 14.
n. 324. arietat p. 18.
n. 327. armata p. 20.
p. 271. n. 334. argata p. 20.
n. 336. asper p. 24.
n. 351. avenat p. 23.
n. 362. averrat p. 23.
n. 363. avitum p. 24.
n. 364. aveta p. 74.
n. 7. aborigo p. 2.
p. 272. n. 71. aestu p. 5.
n. 80. aeneator p. 5.
p. 273. n. 144. anxicia p. 14.
p. 274. n. 117. apertilis p. 13.
n. 208. arquatus p. 25.
p. 275. n. 224. asilus p. 20.
n. 233. attentus p. 17.
n. 245. auctoratius p. 23.
n. 250. auritus p. 24.
n. 255. austernalis p. 24.
p. 277. n. 5. baccillatea p. 26.
n. 11. bascarides p. 29.
n. 93. bassandes p. 29.
n. 110. bibilus p. 30.
n. 113. bîdinium p. 30.
n. 115. bibaria p. 30.
n. 116. bibarius p. 30.
n. 120. bisulcum p. 31.
n. 121. bornus p. 34.
n. 124. bobinatores p. 33.
n. 135. bombus p. 34.
p. 278. n. 17. bacerius p. 28.
n. 29. bilinguis p. 31.
n. 31. bibarius p. 31.
n. 35. bimatur p. 31.
n. 51. boeri p. 33.
n. 52. bobinatores p. 33.
n. 65. brunda p. 36.
n. 70. buceria p. 36.
n. 74. barathum p. 37.
p. 279. n. 6. bargus p. 28.
n. 7. bargus p. 28.
n. 40. bilis p. 31.
n. 57. bradium p. 35.
n. 63. bravebita p. 35.
p. 280. n. 1. conisma p. 164.
n. 4. contribulus p. 78.
p. 280. n. 20. cudat p. 86.
n. 42. calpes p. 43.
n. 54. causo p. 64.
n. 60. consternantem p. 74.
p. 281. n. 83. consulens p. 73.
n. 118. ciebio p. 52.
p. 282. n. 139. cacula p. 41.
n. 152. clivium p. 55.
n. 170. cripta p. 86.
p. 283. n. 221. calla p. 59.
p. 284. n. 295. coalescunt p. 57.
p. 285. n. 364. calculum p. 40.
n. 373. cauponula p. 64.
n. 385. cessios p. 51.
n. 387. calones p. 42.
n. 396. caplosus p. 45.
n. 397. caudius p. 43.
p. 286. n. 14. capulum p. 40.
n. 16. cachinus p. 41.
n. 21. carres p. 47.
n. 24. caplosus p. 40.
n. 25. caudex p. 47.
n. 27. caudius p. 43.
n. 32. capillatur p. 39.
n. 36. capillus p. 39.
n. 38. caducarius p. 35.
n. 39. carpdis p. 51.
n. 48. cavilla p. 39.
n. 49. cerula p. 51.
p. 287. n. 101 censius p. 51.
n. 112. circulator p. 53.
n. 132. cunabula p. 87.
p. 288. n. 166. cohibetur p. 59.
n. 264. collui p. 76.
p. 289. n. 205. commulcavit p. 71.
n. 212. conicies p. 69.
n. 226. compliat p. 63.
n. 228. convexio p. 79.
n. 233. conibo p. 68.
n. 237. conlivum p. 69.
n. 245. complodere p. 63.
n. 247. convecti p. 68.
n. 250. conglobat p. 68.
n. 259. constet p. 74.
n. 261. coniventia p. 68.
n. 263. conlectura. p. 69.
n. 265. confestus p. 66.
n. 266. conputem p. 280.
n. 287. contagies p. 76.
p. 290. n. 1. cacula p. 41.
n. 271. conclavia p. 65.
n. 275. compendinatio p. 71.
n. 276. consecramus p. 72.
n. 279. capula p. 82.
n. 280. crepida p. 84.
n. 281. cratera p. 55.
n. 286. crebruit p. 84.
n. 291. cratenses p. 82.
n. 295. crumina p. 85.
n. 301. cumulcat p. 71.
n. 303. cumulus p. 87.
n. 316. culleum p. 87.
p. 291. n. 7. cada p. 41.
n. 13. caventia p. 44.

Gloss. Arabicae [ed. Vulc. a. MDC].

p. 701. n. 58. babier p. 25.
p. 702. n. 2. bibla p. 30.
n. 7. biberius p. 30.
n. 23. calio p. 40.
n. 25. caballatrium p. 39.
n. 27. caltulum p. 40.
p. 703. n. 12. cimiento p. 49.
n. 15. cinnus p. 62.
p. 704. n. 10. devotus p. 102.
p. 706. n. 56. licinius p. 199.
p. 708. n. 38. patros p. 234.
p. 710. n. 23. titubo p. 284.
n. 41. veretium p. 291.

Glossae Isidori [ed. Vulc. MDC].

p. 667. n. 15. aculus p. 12.
n. 59. annet p. 8.
p. 668. n. 17. assecula p. 36.
n. 52. anxiferis p. 18.
p. 669. n. 9. auctoratio p. 22.
n. 20. adsecula p. 4.
n. 49. adseclae p. 4.
p. 670. n. 32. bamber p. 27.
n. 41. baldiosus p. 33.
n. 45. brunda p. 36.
n. 50. bargines p. 28.
p. 671. n. 3. bustum p. 38.
n. 4. butam p. 38.
n. 20. bilvus p. 162.
n. 30. brastrat p. 35.
p. 672. n. 2. baruo p. 28.
n. 12. brutus p. 36.
n. 23. choraula p. 80.
n. 32. caerulus p. 51.
n. 35. circulator p. 53.
n. 59. curio p. 89.
p. 673. n. 18. canier p. 44.
n. 27. cantricula p. 47.
n. 33. citix p. 52.
n. 53. comitiae p. 61.
p. 674. n. 13. crematum p. 69.
n. 48. callorus p. 42.
p. 675. n. 9. cnios p. 52.
n. 13. clavosum p. 55.
n. 41. cavillator p. 39.
n. 42. catricula p. 47.
n. 43. caules p. 48.
p. 676. n. 19. cripta p. 86.
n. 20. cubio p. 86.
n. 29. caldicum p. 92.
n. 47. diplomum p. 107.
n. 58. decurio p. 93.
p. 677. n. 15. devolo p. 102.
n. 30. destitudo p. 100.
p. 678. n. 19. ergastula p. 129.
n. 24. ergat p. 129.
n. 36. eligiis p. 125.
p. 679. n. 6. emedium p. 129.
n. 9. escit p. 130.
n. 36. experti p. 134.
p. 679. n. 42. exminutare p. 136.
p. 680. n. 9. forceps p. 146.
n. 18. fiscellus p. 144.
p. 681. n. 10. fiseus p. 144.
n. 27. guabat p. 156.
n. 42. gemini p. 153.
n. 45. genubium p. 154.
p. 682. n. 51. indubies p. 172.
n. 52. induxit p. 172.
n. 54. ingraminat p. 176.
p. 683. n. 4. inabstinentes p. 166.
n. 7. infaria p. 174.
n. 16. ingraminat p. 176
n. 31. iogunium p. 185.
n. 53. induxit p. 172.
n. 57. inesis p. 174.
p. 684. n. 36. libatorium p. 200.
n. 41. lanistra p. 190.
n. 47. lustro p. 200.
n. 55. licini p. 199.
p. 685. n. 4. largens p. 190.
n. 24. lixae p. 198.
n. 48. limulla p. 191.
p. 686. n. 51. matum p. 202.
p. 687. n. 49. natura p. 216.
n. 53. norax p. 273.
n. 54. nabita p. 216
p. 688. n. 11. nauricus p. 216.
n. 59. opersolatio p. 223.
p. 689. n. 5. obilat p. 223.
n. 6. oblogat p. 222.
n. 37. panera p. 231.
n. 38. panegyricus p. 231.
n. 40. panora p. 231.
p. 690. n. 24. pulvinceria p. 253.
n. 40. paiteam p. 231.
n. 46. pileum p. 241.
p. 691. n. 16. patibulum p. 234.
n. 22. palax p. 235.
p. 693. n. 2. repluentibus p. 259.
n. 4. revidare p. 261.
n. 5. revidia p. 262.
n. 11. runata p. 264.
n. 14. rupa p. 264.
n. 21. randum p. 260.
n. 49. seripula p. 268.
n. 50. sector p. 270.
p. 694. n. 3. stigina p. 275.
n. 13. sortinidus p. 274.
n. 54. savium p. 267.
p. 696. n. 48. tames p. 281.
n. 50. tabae p. 281.
p. 697. n. 33. vitacus p. 292.
p. 698. n. 18. valgis p. 289.

Gloss. Labbaei [MDCLXXIX].

p. 17. armicustos p. 20.
p. 19. auclator p. 12.
p. 20. austerus p. 24.
p. 23. brucus p. 36.
bucerum p. 36.
bustum p. 38.

p. 23. caballarius p. 89.
p. 25. calpitur p. 40.
p. 31. clitelia p. 55.
p. 33. comesor p. 60.

Glossae Maii [Tom. VI].

p. 505. agaso p. 6.
p. 506. alebre p. 6.
alectat p. 7.
abtruncat p. 7.
p. 507. annatantem p. 7.
angit p. 11.
p. 509. arbor p. 15.
arida p. 18.
armites p. 18.
actui p. 24.
p. 510. auctoratio p. 22.
auspicari p. 24.
aurago p. 25.
bambis p. 27.
bacunis p. 27.
p. 511. bonus sonus p. 34.
brabeuta p. 35.
p. 512. bumbum p. 34.
bruda p. 36.
buceriae p. 36.
bucerum p. 36.
camba p. 43.
p. 513. callidus p. 42.
p. 514. cavillus p. 39.
carissa p. 44.
caposus p. 45.
cassabundus p. 46.
cassum p. 47.
p. 515. cinni p. 52.
p. 516. civicat p. 54.
p. 517. coniecit p. 69.
p. 521. diffitent p. 105.
p. 522. edacio p. 120.
edentat p. 120.
effuit p. 122.
egerimus p. 123.
eiectat p. 124.
ellum p. 124.
p. 523. esseda p. 129.
execreat p. 131.
p. 524. facessit p. 137.
farsa p. 139.
fasta p. 139.
forceps p. 139.
p. 525. flarum p. 145.
galeros p. 145.
garro p. 152.
glarea p. 156.
p. 526. graie p. 157.
hami p. 160.
herma p. 160.
hebeatus p. 161.
hersiti p. 161.
hiscere p. 162.
p. 527. hostiat p. 163.
identidem p. 164.
ilicet p. 165.
incultu p. 165.
incentiva p. 168.
indipescare p. 170.
p. 528. infens p. 175.
inhininans p. 176.
p. 529. impubens p. 180.
p. 530. invidiae p. 175.
lavescit p. 187.
lacerti p. 188.
lacessere p. 189.
p. 531. labae p. 187.
laturorum p. 192.
laena p. 193.
lecebra p. 193.
lenocinio p. 194.
lenona p. 194.
licibus p. 196.
laxis p. 201.
lemba p. 201.
p. 532. lucus p. 198.
licini p. 199.
lustrum p. 200.
p. 533. meto p. 209.
p. 534. mutilum p. 214.
nativum p. 216.
navales p. 219.
p. 535. nitura p. 216.
nuit p. 221.
p. 536. obulatum p. 222.
obsceuum p. 224.
offectus p. 226.
offibebant p. 226.
ob re p. 227.
p. 537. opsolutus p. 224.
omax p. 227.
p. 538. pausum p. 232.
parasitans p. 232
patrat p. 233.
d. 539. propexit p. 236.
pertitus p. 237.
perduellium p. 237
pessuma p. 240.
p. 540. pollit p. 243.
pollinotores p. 243
p. 542. propaga p. 250.
propedie p. 250.
progenitalia p. 254
quantoocius p. 254.
quietum p. 255.
p. 543. reblat p. 257.
rebiam p. 260.
respida p. 261.
retorridus p. 261.
rupea p. 264.
p. 544. salebra p. 265.
saviator p. 267.
salebra p. 265.
p. 545. sirulus p. 271.
simotas p. 272.
spiri p. 274.
speratu p. 274.
stigmata p. 275.
p. 546. stronicis p. 276.

Glossae Maii [T. VII].



Glossae Mai [T. VIII].

## Glossae Papiae.

Glossae Vulcanii.

# III.

## Index verborum in annotationibus explicatorum.

### A.

## B.

## C.

E.

### F.

## G.



## H.

I.

L.

M.

C.

## T.

U. et V.

## Errata in textu glossarii.

p. 30. l. 3. l. arper.
p. 45. l. 8. l. carcosissimum.
p. 60. l. 3. l. liquatorium.
p. 75. l. 4. l. percontatus.
— l. 8. l. consumptum.
p. 80. l. 8. l. iocularius.
p. 89. l. 1. l. mediri.
p. 101. l. 3. l. absterret.
p. 108. l. 4. l. dispotator.
p. 116. l. 1. l. manifestum.
p. 128. l. 6. l. ex quo tempore.
p. 130. l. 3. l. exinanit.
p. 130. l. 2. l. multilantur.
p. 130. l. 16. l. exalat.
p. 131. l. 5. l. evocatus.
p. 133. l. 8. l. exspectare.
p. 134. l. 8. l. exspirat.
p. 138. l. 17. l. incelebrus.
p. 138. l. 15. l. ostensio.
p. 140. l. 11. l. prosperum.
p. 154. l. 7. l. creat.
p. 155. l. 1. l. genuinum.
p. 157. l. 6. l. ilarior.
p. 157. l. 12. l. onustus.
p. 159. l. 1. l. ligni indici.
p. 162. l. 1. l. desinire.
p. 165. l. 2. l. iesferos.
p. 169. l. 13. l. indutus.
p. 172. l. 1. l. indopetat.
p. 172. l. 4. l. charaxat.
p. 174. l. 3. l. honore.
p. 179. l. 12. l. inconsideratus.
p. 186. l. 5. l. inventum.
p. 188. l. 5. l. laceratum.
p. 189. l. 2. l. baubatur.
p. 192. l. 4. l. inridit.
p. 195. l. 6. l. licite.
p. 202. l. 2. l. Mavors.
p. 208. l. 17. l. prava.
p. 210. l. 3. l. movet.
p. 211. l. 16. l. pars tele.
p. 221. l. 9. l. nunquis numquid aliquis nuper pridie vel ante tempus.
p. 239. l. 5. l. tenet.
p. 240. l. 7. l. phylacteria carmina.
p. 250. l. 4 l. vel inlicitus.
p. 268. l. 1. l. sanitas.
p. 268. l. 14. l. valitat.
p. 268. l. 8. l. scerea petuita.
p. 285. l. 10. l. simitae.
p. 320. add Haemorrhois aspis p. 161.